Pertinet ad locum S. Francisci [illegible]

SACRA CONCIONVM CENTVRIA QVADRIPARTITA,

Tres in Quadragesimas, & vnicum in Aduentum.

SERENISSIMAE CHRISTINAE LOTHORINGIAE, MAGNAE ETRVRIAE DVCIS MATRIS ad imperium diuersis in Aulis, & Ecclesijs

Centum distinctis diebus lingua vernacula proclamata publicè à Reuerendo Patre,
F. OCTAVIANO SPATHARIO Incisa Min. Obseruant.
Serenissimorum Etruriæ Theologo, Confessario, & Ecclesiaste.

Nunc primùm ab eodem latinitate donata, & in lucem edita. Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, præfatorum Serenissimorum debitum honorem, ceterorum exemplum, & lectorum publicam vtilitatem.

Sub tutela, & auspicijs Gloriosa MARIAE semper Virginis, & Seraphici P. FRANCISCI.

PARS PRIMA.

Cum Indice quadruplici.



VENETIIS, Apud Baretium Baretium. MDCXI.

De Licentia Superiorum, & Priuilegijs.

SERENISSIMÆ
CHRISTINAE
LOTHORINGIAE
MAGNAE ETRVRIAE DVCIS MATRI
S. ET F. P.

CETERI (Sereniſſima Princeps) debita celſitudini tuæ dant tributa: ego retributor minimus, quæ ſplendidè accepi, debitè retribuo; tua enim ſunt, quę tuum ad imperium, tuiſq; feliciſſimis ſub auſpicijs ſunt concinnata. Centuriam igitur Concionum, quas imperans Etruſco ſermone deuotiſſimè, ac religioſiſſimè audiſti, nunc latinitate donatam benignè accipias; & magnæ Etruriæ Moderatricis munere fungaris, vt parua, & obſcura magno, & claro excipiens animo, clara, & magna ex te reddantur, ceteris vt ſplendeant Principibus, & Sereniſſimæ tuæ Proli, ac ſucceſſioni in perpetuum ſint

pietatis, & Religionis exemplum. Vale Mulierum nostri æui decus, & ad Nestoreos annos cum tua Serenissima Posteritate in sua Diuina gratia Maiestas Diuina te producat, & seruet.

Datum Florentiæ die 1. Maij, MDCXI.

Serenissimæ Celsitudinis tuæ

Humillimus, ac deuotissimus vassallus, & seruus

Fr. Octauianus Spatharius Incisa Min. de Obseruantia.

AD BENIGNVM LECTOREM.

EN tibi, Lector, ex præfixo huic operi titulo causas nonnullas, quæ me ad Centuriam in lucem edendam Concionum impulerunt. Subnecto alias prorsus non ignorandas monitis admixtas ad operis totius intelligentiam.

Primùm etsi etrusco sermone præfatam declamauerim Centuriam; latino tamen eam vulgare decreui, nè meo antiquo mentis decreto contrairem: Sacra videlicet nequaquam vniuersæ vulganda plebi, doctiores aliqui aliter senserunt, fateor. Sed alia fortè ducti ratione, quàm ego meis, vel non agnoui, vel non probaui in concionibus. Alios igitur non damno, me non præfero. Mea tu amplectare Lector, meo sic dispostia sensu, ratione alia; nempè, vt non solùm Italis deseruirem: sed in omnes aliarum linguarum nationes (quibus communior nostro æuo est sermo latinus) ea refunderem, quæ ab omnibus accepi tùm antiquis, tùm neotericis Doctoribus, quos prodet suis in locis Centuria. 1

Quos etiam citando non eundem semper seruaui stylum: non enim semper verba citaui ad Verbum, sed ad mentem; nec enim Centonem concinnaui, sed conciones aptaui. Cæterùm fide semper seruata integra, & integra citatorum Doctorum mente Paraphrasten aliquando egi, prout sese oblata occasio expostulare mea sententia videbatur, & nullius quidem (quòd meminerim) antiquorum Doctorum frandaui gloriam eorum subticendo, quam inserui meis concionibus doctrinam. Vnicum tantum non semper expressi, quia seipsum suo exprimit eloquio, & latere nequit. Hic est sanctus ille Petrus Chrysologus veræ eloquutionis norma, quo sæpius vsus minimè aliquando citaui: nam fama, stylo, eloquentia notissimus; Modernos etiam, è quibus hausi nonnulla, citare vanum duxi: modernis enim omnibus omnes moderni sunt noti, e quibus hausta, etsi minime noua; nouiter tamen elaborata reperies, quæ tu dignosces, ego accuso, vt nemo sua fraudetur gloria. 2

Denique cùm animaduerterem, quàm plurimos errare Con- 3
cionatores tùm in adinuentionibus, tùm in dispositione, tùm in eloquutione, demum & in actione doctioribus, & minus doctis, normam, & exemplar tradere decreui, quo munus hoc diuinum (absit inuidia verbo) tandem omni eliminato (vt fas

est)

...fi errore etiam quaniminimo, ad ſummum, atque perfe-
ctum reducatur. Nec arrogantiæ arguar: doctioribus enim
a Prou. 9. occaſionem tantum præbere volui, dicente Spiritu ſancto. a Da occaſionem ſapienti, & ipſe ſapientior erit, vt mea videntes imperfecta (non abnuo) inde vel ſaltem excitati, opportunamq; nacti occaſionem, liment, corrigant, ſeligant, perfectiora dent, & maiora, & ad perfectum ducant hanc ſacram diuini verbi legationem, b qua pro Chriſto in terris fungimur. Hanc igitur præmiſi concionum Centuriam, vt ex ea, veluti è norma, & exemplari quodam, exempla eruam, quibus ditem, & illuſtrem quinque Rhetoricorum libros huic ſacræ accommodatos functioni; quos poſt hæc ſtatim in lucem (Deo annuente) proferam; in quibus præfata exempla, non, vt meliora, ſed lectoribus accommodatiora vbique concinnata reponam: Etſi meæ Centuriæ Conciones (veritatem dico) nulla elaboraui limatiori arte; ſed curſim ex familiari meo ſtylo, & iiſdem verbis, quibus eas oretenus declamaui, in nullo prorſus mutatis, ſed Latinis redditis tantum, typis demandaui. Et ideò non alia forma vel methodo (vt forte plerique deſideraſſent) diſpoſui: ſed illis iiſdem diebus, quibus temporis decurſu eas ad Sereniſſimos habui, in lucem edidi. Hæc ego. Doctiores perficiant, minus docti, quæ non habent, hauriant; etſi aliquando ieiunas, & aridas inuenerint conciones, non dent vitia, ſed breuitati coram Sereniſſimis mole negotiorum vt plurimum preſſis omninò ſeruandæ. Ceterum omnes, in quorum manibus hæc deuenerint, ſupplex exoro, vt D. O. M. pro me deprecentur. Cui honor & gloria in ſecula. Vale benigne Lector.

b 2. Cor. 5.

IN SACRAM CONCIONVM CENTVRIAM

A R. P. F. OCTAVIANO SPATHARIO, Sereniſſimorum Etruriæ Theologo, & Eccleſiaſte, in eorum Curia Proclamatam,

Doctoris Stephani Roderici Caſtrenſis, Medici Phyſici.

Epigramma.

DVM virtutis iter, dum cœli oracula pandis,
Et quam ſit mundi gloria vana doces:
Lecti auditores adſunt, Etruria quales
Sanguine præclaros, ingenioque creat.
Sunt numero exigui, ſed magni pondere; & vnus
Princeps multorum, pondus & inſtar habet.
Mirantur dulce eloquium, conceſſaque paucis
Arcana vt facili ſunt reſerata modo.
Nec potuit lux tanta domo remanere ſub vna;
Magna licet magni Principis aula foret.
Auſpicijs oritur felicibus æmula ſoli
Lux æternum animis apta aperire Diem.
Cognita iam cunctis, ſacro, quæ ſurgit, ab Arno,
Cognitus vt magno Phœbus ab Oceano.

NOs Frater Vincentius de Sarteano Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ Prouinciæ Tusciæ Minister,& seruus. Omnibus,& singulis præsentes literas inspecturis plenam facimus fidem,& attestamur, Sacram Concionum Centuriam tribus in Quadragesimis, & vnicum in Aduentum contentam ab Admodum R. Patre Fr. Octauiano Sphathario de Incisa eiusdem Ordinis, & Prouinciæ Diffinitore Generali, & Magni Etruriæ Ducis Theologo,Confessario, & Ecclesiaste editam. Et a nobis vnà cum infrascribendis Theologis diligentissimè visam, atque discussam nil prorsus continere,quòd contra sanctam sit Fidem,vel bonos mores:quin,& omni diuiniorum eloquiorum suauitate, mirisq; interpretationibus,& Sanctorum Patrum sententijs vndique scatere, nec non omni probatissimæ Philosophiæ genere plurimùm refertam; ita, vt omnibus tùm Diuini Verbi Concionatoribus, tùm vniuersarum literarum cultoribus valdè vtilem, & salutarem iudicemus. Quare, vt vbique locorum imprimi possit concedimus, & impartimur.

Datum Florentiæ die 7. Aprilis, M DC XI.

Idem Fr. Vincentius qui supra manu propria.

Vidi ego Fr. Franciscus de Palumbaria Theologus, & approbaui, &c.

Ego Fr. Bonauentura Benettius de Regnano in Conuentu Omnium Sanctorum Florentiæ Sacræ Theologiæ Lector generalis vidi,& approbaui, &c.

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Eccelso Conseglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relatione a loro fatta dalli due à questo deputati, cioè dal R. Padre Inquisitore, e dal circ. Segretario del Senato Gio. Maraueglia con giuramento, che nel Libro intitolato Sacra Concionum Centuria Auctore Fratre Octauiano Spathario Incisa, &c. non si troua cosa contra le Leggi, & è degno di stampa concedono, &c.

Dat. die 16. Iunij, 1611.

D. Andrea Minotto.
D. Zambattista Foscarini. } Capi dell'Eccelso Conseglio di X.
D. Marchiò Dolfino.

Illustrissimi Consilij X. Secretarius
Bartholomæus Cominus.

1611. A dì 11. Agosto.
Registrato nel Libro ordinario all'Officio contra la biastema à carte 84. tergo.

Alberto Zantani Segretario.

INDEX LOCORVM
SACRAE SCRIPTVRAE.

EX LIBRO GENESIS.

EX LIBRO EXODI.

EX LIBRO LEVITICI.

EX LIBRO NVMERORVM.

EX DEVTERONOMIO.

EX LIBRO IOSVAE.

EX LIBRO IVDICVM.

EX PRIMO REGVM.

EX SECVNDO REGVM.

EX TERTIO REGVM.

EX QVARTO REGVM.

5 Nun-

EX LIBRO SECONDO ESDRÆ.

EX TOBIA.

EX LIBRO IVDITH.

EX LIBRO ESTHER.

EX LIBRO IOB.

7 Nisi

EX LIBRO PSALMORVM.

123 Tot-

EX LIBRO PROVERBIORVM.

3 Misc-

EX ECCLESIASTE.

EX CANTICIS CANTICORVM.

1 Ecce-

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

2 Mor-

EX LIBRO ECCLESIASTICI.

EX ISAIA PROPHETA.

55 Omnes

EX IEREMIA PROPHETA.

EX THRENIS IEREMIAE.

EX BARVCH PROPHETA.

EX EZECHIELE PROPHETA.

EX DANIELE PROPHETA.

EX OSEA PROPHETA.

3 Sicut

EX IOELE PROPHETA.

EX AMOS PROPHETA.

EX ABDIA PROPHETA.

EX IONA PROPHETA.

EX MICHEA PROPHETA.

EX HABACUCH PROPHETA.

cap.

EX ZACCHARIA PROPHETA.

EX MALACHIA PROPHETA.

EX SECVNDO MACHABEORVM.

EX MATTHEO.

10 Qui

EX LVCA.

EX MARCO.

EX IOANNE.

15 Sine

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

DE EPISTOLA I. AD CORINTHIOS.

EX II. AD CORINTHIOS.

12 Sufficit

EX EPISTOLA AD GALATAS.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

EX EPISTOLA I. AD THESALONICENSES.

EX EPISTOLA II. AD THESSALONISENSES.

EX EPISTOLA PRIMA AD TIMOTHEVM.

EX SECVNDA AD EVNDEM.

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.

EX EPISTOLA CATHOLICA IACOBI.

1 Vnuſ-

EX EPISTOLA I. PETRI.

EX EPISTOLA II. PETRI.

EX EPISTOLA I. IOANNIS.

EX APOCALIPSI.

FINIS INDICIS SACRAE SCRIPTVRAE.

INDEX DOCTORVM

IN HOC OPERE CITATORVM.

Auguſtinus
Ambroſius
Anſelmus
Athanaſius
Alexander de Ales
Antoninus
Ariſtoteles
Albertus magnus
Ariſteas
Antonius monacus
Ariſtofanes
Abulenſis
Ammianus
Auctor de mirabilib. Sacræ Scripturæ
Annales
Annonymus græcus
Bonauentura
Bernardinus
Baſilius
Bernardus
Boetius
Beda
Baptiſta Fulgoſius
Concilium Trident.
Carthaginenſe
Vaſenſe
Cyprianus
Cyrillus Alexandrin.
Cyrillus Ieroſolymit.
Clemẽs Alexandrinus
Cicero
Clitoueus
Caietanus
Carthuſianus
Dionyſi⁹ Areopagita
Didimus
Diogenes Cinicus
Eutimius
Euſebius Emiſenus
Epiphanius
Euripides
Ephrem
Frãciſc⁹ de Mayronis
D Gregorius
Nazianzenus
Niſſenus
Guerriceus Abbas
Hieronymus
Hilarius
Gloſſa interlinearis
Aymo
Ioãnes Chryſoſtomus
Ioannes Damaſcenus
Ioannes Scotus
Iuſtinus
Ignatius
Ioannes Caſſianus
Iuuenalis
Ioſephus
Iſaac presbyter
Leo Papa Sanctus
Lyranus
Mercurius Triſmegiſt.
Metaphraſtes
Marſilius Ficinus
Origenes
Ouidius
Omerus
Oratius
Plato
Petrus Chryſologus
Pytagoras
Plinius
Pierius
Philo
Petrus Damianus
Paſcaſius
Remigius
Rupertus Abbas
Rabanus
Seneca
Sibillæ
Sabelicus
Simon Caſſianus
Stobeus
Thomas de Aquin.
Theodoretus
Tertullianus
Theophylatus
Theophilus Alex.
Titus Liuius
Terentius
Virgilius
Valerius Maximus
Vdalricus

TABVLA ARGVMENTORVM

FERIA IV. CINERVM.

Conuersionis substantia declaratur, ad quam Christus vt Pater, Pastor, & Medicus, nobis pueris, infirmis ac vt ranis in sicco puteo ex proprijs viribus impotentibus auxilium præbet. Mortis memoria deinde (de qua perpulchra docet) potissima conuersionis causa ostenditur. Vltimo verò in toto corde (quo pascitur, ac delectatur, quodque in sacrificio, & vbique respicit Deus) verus conuersionis modus consistere demonstratur. car. 1

Mundum à Principibus, & vniuersis ex puluere ortum habentibus derelinquendum locum thesaurizandi non esse ostendendo, & cinerem in peccatorum corda spargens ad thesaurizandum in cælo (vbi tria omnes opes deglutientia non sunt) reuocando; veram Pœnitentiam (de qua per pulchra docet verum modum thesaurizandi ostendit. car. 188

FERIA QVINTA CINERVM.

Maxima, ac mirabili Centurionis fide præbente ansam duplicem esse fidem ostenditur viuam nempè, & mortuam, quarum prima adeo necessaria est, vt ea expertes nec æternam gloriam, nec alia quæcunque bona consequi possint; quæ quidem vt perfecta sit operibus debet splendere communita, quibus deficientibus mortua omninò, & inualida redditur, nullius que apud diuinum rectorem meriti existit. car. 108

Fides necessaria maximè existit non solùm ad cœlestem gloriam, verum etiam in humanis perficiendis negotijs: à qua quidem tanta prouenit vtilitas, vt basis & fundamentum sit omnis perfectionis, & omnia sub sua habeat ditione; & hæc non aliunde vires obtinet, nisi ab operibus, cum Paradisi aditus desidi, ac otioso minime pateat. car. 191

FERIA VI. CINERVM.

Legem diuinam igneam iurè meritò appellari ostenditur, cum ab omni sit macula aliena; diuersaque mundanarum legum genera recensentur, quarum finis vanus omnino, & caducus existit; Euangelicæ insuper legis suauitas enarratur, ac quomodo in Dei dextera sita esse dicatur exponitur. car. 195

SABBATO CINERUM.

DOMINICA I. QVADRAGESIMAE.

FERIA II. DOMIN. I. QVADRAGESIMAE.

FERIA III. DOMIN. I. QVADRAGES.

Iesus

Iesus Hierusalem ciuitatem ingrediens, atque eam totam sua praesentia commouens nobis demonstrat, quam commotionem patiatur ipso in eam introeunte anima, quae ciuitas esse probatur, cuius commotiones variae enumerantur, ac tandem populi Hierosolymitani interrogatio, & responsio de Christo exponitur. car. 209

FERIA IV. DOMIN. I. QVADRAGESIMAE.

Iudaei diabolico aculeo compulsi Iesum Saluatorem alloquuntur tribus inuisis onusti criminibus, adulatione nempe, obstinatione, ac incredulitate; quorum execrabilium vitiorum natura, sed praecipuè adulationis, hic maxima cum industria atque venustate omni fugata nebula dilucidatur. car. 10

Nemini vnquam, quin nec protoparenti nostro, nec ceteris gentilibus latuit futurum esse, vt vniuersale de omnium operibus fieret iudicium: Christus modo cupiens Iudaeos praemonere de illis, quae ibi agenda sunt, duo ponit eas ante oculos exempla, nempè Reginae Austri, & Niniuitarum, quorum absconditum mysterium in secundo & tertio concionis membro denudatur. car. 120

Iudaeorum vafra adulatio, vana curiositas, ac damnabilis obstinatio praesenti discursui praebet materiam, tractatur enim hic de tribus his odiosis vitijs, vt quisque, à se illa repellere studeat cognita ipsorum pessima natura. c. 212

FERIA V. DOMIN. I. QVADRAGESIMAE.

Exemplo Cananeae quae ad preces diuino Regi Iesu Christo fundendas à finibus Cananaeorum egreditur, qualis debeat esse perfecta oratio hic proponitur, insuperque explicantur conditiones quae desiderantur in orante, & denique in medium afferuntur circunstantiae quas petitio necessariò requirit vt ipsius finem à caelesti patre orans adipisci possit: quo peracto orationem mulieris illius omni excellentia con decoratam extitisse demonstratur. car. 13

Oratio cum sit hominum cum Deo colloquium, debet puritate splendere, ac ab omni terreno affectu esse seiuncta, vt quod petimus consequi valeamus, ipsam pariter comitari tenetur humilitas, quae tantae est potentiae, vt Daemones ipsos terreat, & denique, deuotione, ardore, cordisque meditatione debet esse suffulta. car. 123

Oratio vt sit perfecta debitam praeparationem requirit, ad quam Deus necessaria nobis exhibet, nempe gratiam suam cum qua debet coniugi perseuerantia, vt quod oratione petitur à caelesti Domino obtineatur. cart. 215

FERIA VI. DOMIN. I. QVADRAGESIMAE.

Sacris circundatus misericordiae vestibus Christus infirmum languentem respicit, & salutem ei collaturus omnium creator rerum assensum ipsius exposcit, quo accepto, statim aegrum triginta octo annorum sanum, atque incolumen reddit, volens hic significare haec omnia requiri ad hoc, vt peccatorum infirmitate mortifera oppressus iucundum diuinae gratiae munus consequi valeat: vnde admiranda Sacramenti Poenitentiae dignitas elicitur. car. 17

Qua ratione per piscinam intelligatur baptismi Sacramentum per pulchre de-

SABBATO DOMIN. I. QVADRAGESIMAE.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE.

FERIA II. DOMIN. II. QVADRAGESIMAE.

FERIA III. DOMIN. II. QVADRAGESIMAE.

eum (licet infirmis) fratribus suis in Christo præsit, hoc in loco magna cum facundia enarratur: è conuerso autem exprimitur quæ veneratio, ac circunspectus honor cum obedientia, ac submissione connexus à subditis Principi exhibendus sit. car.24

FERIA IV. DOMIN. II. QVADRAGESIMAE.

Iacob quatuordecim annis propter Rachelem seruiens, multaque alia ad idem scripturæ exempla nos docent, quam necessarium sit ad gloriam assequendam angustijs lætanter animum subijcere, eoque magis, cum Christus sua passione mala cuncta suauissima reddiderit, honoremque, ac decus in cruce collocauerit: insani autem ij sunt, qui se ita à Deo visitari molestè ferunt. cart. 27

Christi cogitationes semper eo tetenderunt, vt humani generis redemptionem semper præ oculis haberet, quod per passionem suam euenturum cernens, in ea solum animum totum fixum habebat; quo nos docere voluit, vt ad eius imitationem non crucem susciperemus, sed tormenta solum ipsius sæpe memoria recoleremus. cart.227

FERIA V. DOMIN. II. QVADRAGESIMAE.

Auaritiæ vitium adeo odiosum existit, vt magnopere præ cæteris æterno creatori displiceat: qua de re vult diuitem hunc auarum inferni pœnis vexatum, nobis præ oculis ponere. vt tantum crimen omni conatu à nostra repelleremus mente: quod vt libentiori animo amplectamur præsenti discursu mentio habetur de diuersis cum auaritia connexis criminibus, ac etiam de pœnis, quæ argenti cupidis in baratro præparantur. car.30

Cum à mundi conditore paupertas, & diuitiæ in orbem introductæ sint, à cunctis hominibus maxima est adhibenda cura in harum vtraque ritè suscipienda. cum cœlestis gloriam bene eis vtentibus, infernalia autem tormenta male illas adhibentibus parata sint. cart.231

FERIA VI. DOMIN. II. QVADRAGESIMAE.

Vineæ parabola prius Sinagogæ, postmodum Ecclesiæ Catholicæ accomodatur singulas vineæ partes cum vtraque conferendo. præterea ingrati animi vitium tam olim Iudæorum, quam nunc Christianorum acriter arguitur; & vltimo loco pœna cœlestem Dominum offendentibus comminata ob oculos exponitur. car.33

Christus sua summa ductus clementia vineam primum humani generis, & deinde Ecclesiæ planctauit, vt fructus ederet non Deo: sed sibimet vtiles, ipsa verò in deteriorem descendens sensum a recta recessit semita, nullumque bonorum operum dedit fructum, vnde inutilis omninò, ac igni tradenda euasit. car.234

SAB-

SABBATO DOMIN. II. QVADRAGESIMAE.

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE.

FERIA II. DOMIN. III. QVADRAGESIMAE.

FERIA III. DOMIN. III. QVADRAGESIMAE.

do proximos nostros, quæ omnia vnica sententia immensam Dei bonitatem, clementiam, atque ipsius in nos amorem inexplicabilem concludunt. cart.135

Correptionis fraternæ adeo magnum est emolumentum, vt ipsa cælestis gloriæ aditum nobis demonstret; quare, vt ea ritè vti possimus, in huius concionis secundo membro de modo eam adhibendi vberrimè tractatur. car.243

FERIA IV. DOMIN. III. QVADRAGESIMAE.

Christus respondet Iudæis, qui apud eum de suis discipulis conquerebantur, quod sibi in mensa manus lauare renuerent traditque hac occasione, honorem esse parentibus exhibendum, ac illis in necessitatibus subueniendum, debitam minitans inhonorantibus pœnam, atque deinde in quo mundities versetur abundanter docet. car.46

Angelus ad sanctissimam Virginem missus de admirabili secum agit incarnationis mysterio, quod tandem tunc perfectum est cum ipsa humillimo suo responso assensum præstitit, quo per verba prolato verbum humanam suscepit naturam, Angelisque se tali indutum veste demonstrauit, quod actum est in principio creationis ipsorum. car.246

FERIA V. DOMIN. III. QVADRAGESIMAE.

Deus ab vno nunquam gratiam suam aufert quin eam alteri tribuat, quod denotatur per egressum eius à Synagoga, & accessum ad Simonis socrum iacentem morbo oppressam, quæ gentilitatem significat, vbi quid per febrim intelligatur, atque varij eius effectus describuntur. car.49

Deus à principio adeo Synagogam amauit, vt plura illi contulerit dona, quibus ipsa abutens modo à cœlesti Patre reprobatur ob idque præcipue, quod inordinato suimet amore insaniens Dominum neglexerit, cuius pessimi amoris quamplura mortifera germina legentium visui offeruntur, vt hinc quisque discat se ita amare, nè Redemptori suo iniuriam inferat. car.137

FERIA VI. DOMIN. III. QVADRAGES.

Samaritanam Christus alloquens ipsam in viam salutis adducere nititur; hocque præstat proponendo illi gratiæ aquas dulcissimas, ac incessanter scaturientes, quod mulieri assequi minimè datur priusquam virum suum (per quod intellectus denotatur) accerset qui cum aduenisset, Dominum adorat, ac corde contrito (quo nihil capit charius) illi debitum honorem ac fidem exhibent. car.51

Per donum Dei à Christo Samaritanæ propositum intelligi spiritum Sanctum probatur, cuius virtus tribus sub figuris declaratur. Est autem in se donum Dei, amor reciprocus æterni Patris cum filio, in nobis verò duplex charitatis effectus, amor nempe Dei, & Proximi, qui solus nos ad cælestia potest regna perducere. cart.140

SABBATO DOMIN. III. QVADRAGESIMAE.

DOMINICA IV. QVADRAGESIMAE.

FERIA II. DOMIN. IIII. QVADRAGESIMAE.

FERIA III. DOMIN. IV. QVADRAGESIMAE.

FERIA IV. DOMIN. IV. QVADRAGESIMAE.

responso continentur: deinde autem nostro sese obijcit visui mirabilis huius cœlestis protomedici methodus, qua in sanando cæco à natiuitate vtitur; indeque edocemur, quo modo cæcitatem per peccata contractam euitare possimus. car. 67

Cæcus natus à Pharisæis, parentibus, & alijs interrogatus de causa suæ salutis nobis præfigurat peccatorem ad Deum conuersum à tribus præcipue vexatum, nempe carne, mundo, & Diabolo, designatis à spiritu Sancto per pauperem superbum, diuitem mendacem & senem fatuum, qui teterrimi hostes nulla alia ratione debellari possunt nisi pœnitentiam agẽdo & eam quidem sollicitam, toto breuis huius vitæ decursu, ac nullis mundi fallacijs fidem adhibendo. car. 149

Nobis in hac vita opera exhibenda esse demonstratur, cum cętera prater illa ad sempiternam vitam nullius sint momenti, hisque additur quod in animarum iudicio de illis tantum actionibus mentio fiet, quæ in hac vita patratæ fuerint, cum post mortem nemini meritoriè agere concedatur. car. 151

FERIA V. DOMIN. IV. QVADRAGESIMAE.

Mundus adeo est fallaciæ deditus, vt nihil aliud intendat, nisi humanos decipere viuentes vana spe ipsos nutriendo, quod multis sacræ Scripturæ exemplis confirmatur, in quo, qui constituti sunt, labyrintho mortem solum certè, & absque vlla dubitatione sibi imminere sciunt, aduentus ipsius horam ignorantes, attamen (mirum sanè) de illa, quasi non ventura nihil præcogitant. car. 71

Infernus quatuor constat partibus, in quarum prima æternè cruciantur obstinati peccatores in secunda qui purgatione indigent, vt ad celestia possint euolare regna, in tertia infantes sine Baptismo decedentes, in quarta steterunt sancti patres ante mortem Christi è quibus locis quando liceat animabus egredi, ac ad vitam redire declaratur, & insuper discutiuntur causæ, ob quas solet id euenire. car. 152

Mors cum omnium sit terribilium terribilissimum maximo suis ictibus homines afficit mœrore, cumque omnibus indistinctè præfixa sit, illud præter ea additur, quod ipsius aduentus omnibus omnino est ignotus hoc tamen penè certum est, peccata illam magis celerem ad nos inuadendos efficere; quæ quidem rectis dulcem, peccatoribus verò amarum parat pedagium. cart. 153

FERIA VI, DOMIN. IV. QVADRAGESIMAE.

Peccator per languentem designatus, quibus angatur languoribus, ac cruciatibus describitur; Christi verò benignitas, clemensque pietas ostenditur, qua nobis licet mortuis atque in peccato sepultis vitam gratiæ ac gloriæ beatitudinem impertitur. cart 74

Christus in diuinitatis suæ solio ita nos amore prosequutus est, vt difficillimũ, ac benè impossibile existat ipsius in nos effectus commemorare; quod et ostendit humanitate velatus; cum pro nobis (cæteris omissis) etiam mortem subire non neglexerit. car. 156

SABBATO DOMIN. IV. QVADRAGESIMAE.

DOMINICA PASSIONIS.

FERIA II. DOMINICAE PASSIONIS.

FERIA III. DOMINICAE PASSIONIS.

FERIA IV. DOMINICAE PASSIONIS.

FERIA V. DOMINICAE PASSIONIS.

FERIA VI. DOMINICAE PASSIONIS.

 ratio-

vultu alloquitur, eamque de Passione, ac morte sua certiorem facit; quo peracto pietatis officio salutare nobis certamen init, ac opprobria diuersa maxima cum patientia suffert. Petrus in Pontificis atrio se ipsius discipulum negat, statim verò errorem suum lachrymis abstergit. Postmodum innumeris flagellorum ictibus immanissimè omnium creator oppetitur; spineaque corona eius capiti immittitur ac denique crucifigendus Iudæis traditur, à quibus maxima cum sæuitia id executioni demandatur. car. 102

Sacra Passionis Christi Domini nostri cōmemoratio vtilis admodum, ac abundantissimi fructus cuique animæ in eius meditatione versanti existit; qua ratione ducta Sancta Mater Ecclesia dicta opera eam nobis quolibet anno proponit considerandam; circa quam varia hac in concione proponuntur, quibus explicatur quomodo res acta fuerit, quæque speciali indigent lumine, ac ornatu enucleantur, atque decorantur. car. 181

Diuinum Verbum humano indutum corpore ostendere cupiens cunctos orbis homines sub sua existere ditione, in Regem vngi voluit, atque à populis acclamationem exquisiuit, quo pacto thronum Regium sibi pergratissimum, nobis autem vtilimum ascendit quod quomodo intelligatur factum ex discursu toto apparet. car. 268

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

Ecclesia sancta occasione Resurrectionis Saluatoris nostri exultationem nobis proponit, quod vt tota mēte compleamus, tres præcipue afferūtur causæ lætitiæ Christianis subministrātes, quæ ex cōcione præsenti innotescūt car. 278

FERIA II. PASCHATIS.

Deus, vt nobiscum posset habere commercium, atque amicitiam, ita se exinanuit, vt nobis similis sit factus, hinc maximam familiaritatem contraxit, quod multis in rebus demonstrauit, vnde tandem perfecta in nos orta est beneuolentia. car. 281

FERIA TERTIA PASCHATIS.

Christus Dominus noster post gloriosam suam resurrectionem Apostolis apparens nobis præscripsit normam, qua vti debemus, in manifestanda cordis lætitia, cum exhibeat se psalmum, & psalterium iucundum, & à nobis requirat tympanum cum cythara, quæ verba singula quid sibi velint, perbelle, ac luculenter significatur. car. 285

DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

Variæ diuersorum Auctorum afferuntur sententiæ de abominatione, quæ præcessit desolationem ciuitatis Hierusalem, ac miserabilis ipsius interitus, ac deploranda euersio vberrimè explicatur, quidque in ea factum sit notatu dignum in medium affertur; proponuntur prætereà remedia in hac opportunitate à Christo tradita: & denique maxima animarum desolatio, ac pernicies ostenditur. car. 287

DO-

IN SACROSANCTA DIE NATALIS DOMINI.

IN SOLEMNITATE SANCTI STEPHANI.

IN FESTO S. IOANNIS EVANGELISTAE.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM
IN HOC OPERE CONTENTORVM.

magnus

magnus

Christi facies, & Cor.

Transfiguratio, & Resurrectio.

Christi Mors, & Passio.

Hæresis hæretici opinio sententiæ & Philosophi.

Homo.

Iudex, & Iudicium.

Iustus, & Iustitia.

Lachryma.

Lex.

Libertas, Arbitrij & liber.

Peccatum.

Pœnitentia sacramentalis, & pœnitentia in se.

Rex,& Regnum.

Præceptum.

Religio, & Religiosi.

Reprobatio,& Reprobati.

Respublica.

Sacerdotes, & Pontifices.

Vinea.

FINIS.

SACRA CONCIONVM CENTVRIA

PARS PRIMA.

Sub Anno Domini M DC VII.

FERIA QVARTA CINERVM. Concio Prima.

Conuersionis substantia declaratur; ad quam Christus vt Pater, Pastor, & Medicus, nobis pueris, infirmis, ac vt ranis in sicco puteo ex proprijs viribus impotentibus auxilium præbet. Mortis memoria deinde (de qua perpulchra docet) potissima conuersionis causa ostenditur. Vltimo verò in toto corde (quo pascitur, ac delectatur, quodque in sacrificio, & vbique respicit Deus) verus conuersionis modus consistere demonstratur.

A LATISSIMAM ingredimur (Serenissimi Domini) atque perarduam lustrandam quadragesimalem prouinciã: onus etiam sanctis Dei prophetis grauissimum, vt ipsimet in suis vaticinijs pluries fatẽtur. Quid igitur de imbecilli, ac tenui vermiculo, qualem ego me fateor sentiendũ? Tanto succumbendum oneri prorsus existimandum, nisi ex parte præcepti onus meam subleuaret, ac pariter excusaret imperitiam, quàm latere fortè melius, quàm publicare fuisset, vt silentij velo tegeretur, ꝙ Serenissimorum iussionibus palam egreditur. Quid.n. aut egenus diuitibus, aut agrestis ciuilibus, aut priuatus toto orbe splendentibus cõferat Dominis? Tandẽ quia iussis parere cogor, eadem obediẽtiæ vis, quæ ad dicẽdum cogit, ad excusandum sufficiet. Diuina itaque fultus gratia, eorumque impulsus præceptis, quibus refragrari nefas, tantum, ac tanto in loco, tantis q; Dominis, verbum Dei concionandi munus aggrediar; durissimum quidem, atque grauissimum vt diximus; nam cum omnium rerum dura sint primordia, duriora sunt omnibus primordia parientis; At solari nos debet, ꝙ nato filio circumstant cæteri, adsunt propinqui, cognatio tota concurrit, familia exultat omnis, & ipsa penetralia domus tripudiant, & lętantur. quia videre oculis, palpare manibus, amplecti sinu, excipere osculis primum sponsę partũ quam maximè delectantur. Cũ igitur primordia quã durissima ego præsentiam parturientis in Dño; vtinam vel ad gaudiũ perueniam felicissimum edendi in lucem masculũ salutis fructum in auditorum animos, & cum Apostolo gloriari possim lætis vo-
B cibus dicens. a Nã in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. O me terque quaterq; ac millies felicem, si præclarissimos, ac serenissimos Dominos, quorũ ego indignus omnino sum vassallus, & seruus minimus, in Christo Iesu per Euangelium vt filios possem gignere meos. Quid ni? Hoc, & eo maius poterit Christi gratia sanctissima eius intercedente Matre, ac Seratico suffragante Patre meo Francisco. Sub quorum patrocinio de conuersione in Deum hac prima concione dicturus, primò conuersionis essentiam inuestigabimus;

a 1. Cor. 4.

Diuisio trimembris.

deinde causas impellentes nonnullas percurremus,: & denique modum conuersionis apponemus.

Primum Membr. Ad primum impellit nos prophetæ salutare monitū exclamantis. *b* Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. O amātissimi patris charitatē: Deus.n. per prophetā nos alloquitur,& veluti animarum nostrarū perfectissimus Medicus remedia salutaria recipere persuadēs nos ęgrotos,agit precibus,non compellit imperio,sciens infirmitatis,non voluntatis esse,quod salutaria respuit,quod pro futura repellit infirmus;& pater amantissimus nos filios non potestate, nō vi; sed amore,ac lenitate ad salutē pertrahit animas nostras, non ignorans quā sit aspera sensib.immaturis disciplina.Si.n.corporalis infirmitas ad curā precibus vix mouetur, si puerilis animus vix ad prudentiā ducitur blandimentis; quid mirum,si Deus O.M.qui semper est,& medicus noster,& pater,humanas nostras mentes morbis quamplurimis immane sauciatas, vt ad remedia erigat diuina,sic precibus agat,sic suauiter vocet,sic molle inuitet? dicens.Conuertimini ad me,&c.sed & bonus pastor Christus Dn̄s noster eadem per singulos annos repetēs nobis per ecclesiā suam, quam gubernat, & regit,quanta dulcedine,suauitate quanta nos vocat ad futura quadragesimalia pascua? dicens.Conuertimini ad me &c.Hęc.n.conuersionis essentia tota, tota conuersionis substantia, vt omnibus,quę in mundo sunt,relictis,conuertamur, vt Princeps Apostolorū ait.*c* Nunc ad pastorem,& episcopum animarum nostrarū:Eramus.n. olim sicut oues errantes: Volentes itaque ad verū,& optimum reduci, & conuerti pastorem, eius vocem attentis auribus audire oportet, eiusq; sequi arbitrium totamq; illius facere voluntatem: namque oues bonæ ad pastorē suum verè conuersæ,ascendunt colles,petunt ardua, mutant regiones,& sic apta pascuis,quieti accōmoda,fluentis irrigua, vmbris referta loca penetrant, ibique amęnitates reperiunt, delitijs perfruuntur. Et vos deuotę animæ dominici gregis portio selecta,cinereo iā, sed in mysterio cęlesti vellere vestita, per vestri pastoris vocem ad loca sępè salutaria, diebus alternis currenti quadragesima ducemini, & ad salutaria excitabimini pascua modo per me aridè, ac ieiunè fluentem,ac tantarum ouium ministrum indignum: modo per illos, quos publicè,(non in aulis)sed in ecclesijs audientes per illorū sermonū copiosa fluēta animi vestri ęstus,vestręq; sitis ardor temperabitur, & sub eorum doctrinæ regimine deliciosa cum commoditate recumbetis,pinguibusque pascuis mirè, ac salutariter pasti exultabitis.Omniū porrò Christi primi, & veri pastoris ministrorum vnicus est finis:nempè,vt sicut eratis oues errantes,nunc ad pastorem conuersi animarum vestrarum Christi,relictis omnibus,eius audiatis vocem dicentis.Conuertimini ad me,&c. Strictius.n. accipiendo conuersionem secundum oīum tam philosophorum quam Theologorū placita, est qn̄ peccatores a sceleribus,& flagitijs,& à vitiis quibuscunque se auertentes,mores induunt saniores,& denique ad Deum O. M. conuertuntur: & vbi prius more puerorū per prauā inclinationē terrā comedentiū,terrenis omnibus inordinatè inhiabant iuxta illud.*d* Adhęsit in terra venter noster.Indè conuersi ad Deum per Christi gratiā,solum reb delectantur diuinis,terrenis omnib. vilipensis,& abiectis.Ad hoc inuitabat magnus ille ad Deū conuersus,cum diceret.*e* Gustate, & uidete qm̄ suauis est Dn̄s. Ita reuocat a comestione terræ pueros filios prauè affectos amantissimus pr̄ Deus dulcia,& suauia subministrādo illis.Gustate (inquit) & uidete qm̄ suauis est Dn̄s.Heus pueri,heus pueri,q̄diu terrenis delectabimini? Gustate,gustate,& uidete,quia gustato spiritu desipit omnis caro;desipiunt terrena omnia,& apparent,quod sunt sicca,ieiuna, & insipida terra.Gustate igitur inquam iterū,& uidete,quia suauis est dominus.O quantos,

Margin notes: *b* Ioel. 2. — Christus suadet, & non compellit ad cōuersionem. — Christus pater,& Medicus — Conuersionis tota essentia. — *c* 1. Pet. 2 — Verè cōuersi oues imitari debent. — Concionatorum finis. — Conuersionis stricta acceptio. — Peccatores, vt pueri terram comedunt. — *d* Ps. 43. — *e* Ps. 33. — Spiritu gustato dessipiūt terrena.

C

D

ros,& quales labores; O quales, & quantas difficultates iugiter experiuntur peccatores, dum terrena sectantur inordinatè: & e contra, O qualem, & quantam requiem; O quantum, & quale refrigerium inueniunt dum conuertuntur ad Dominum. Hinc ad talem perfruendā suauitatē uocat Deus hodie dicens. Conuertimini ad me, &c. Sed quare sic uocat Deus? Et non potius peccatores ipsi sponte conuertuntur? Si quidem peccator labi potest sua sponte: Surgere autem uiribus propriis, & conuerti minimè potest. Quod pulchram per Apologum docuere Antiqui fabulam illam cōstringentes ranarum, quæ propter aquarum penuriam exiccatis fluuiis, atque torrentibus, cum profundum adinuenissent puteum nonnullas in imo continentem aquas, consilium inierunt, an in puteum proijci deberent ad potiendum aquis. Ceteris autem omnibus id consentientibus maior natu earū surrexit, dicens. Quid agitis? Quid molimini? Quiescite quæso. si enim postquam in puteum præcipites nos dederimus forte fortuna exiccaretur puteus, quod erit nobis effugium? Quomodo & qua uia exire inde poterimus? Certo certius actum esset de nobis. Credite mihi fratres, & si uilis uideatur apologus, tantisque auditoribus indigna; concinne tamen, atque aptissime indicat peccatoris miserrimum statum, qui per peccatum in profundissimum se deiicit puteum: vnde uiribus propriis resurgere prorsus est impossibile, nisi de summo cęlorum mittat Deus auxilium: inde illum extrahens hoc attestāte, qui hoc idem expertus fuerat in seipso, cum ait. *f* Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis, nempè concupiscentiarum, & peccatorum. Deus igitur uidens peccatoris impossibilitatem ad conuertendum se in Deum, illum excitat, uocat, auxiliumque præbet sufficiens, suadens interim, & dicens. Conuertimini ad me &c. Quid uos fratres? Si morte plectendus, uel exul, cui omnes amici, fauores omnes, & omnia deficerent auxilia, & uires propriæ ad se liberandū uideret Principem ipsum uocantem, suadentem, auxilia sufficientia exhibentem, & maiora promittentem, numquid talis nihilominus in sua maneret miseria, & infelicitate, omni destitutus auxilio? Absit. Sed accurreret, in manusq; se traderet totum sui Principis ad eius prostratus genua, prouolutus ad pedes ueniam humillime precans; Quid igitur uos procrastinamini peccatores omni destituti auxilio? Nonne uideris? Non ne audiris Christum regem regum uocantem, & dicentem. Conuertimini ad me? *g* Venite, Venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus corā Dño, qui fecit nos; quia ipse est Dñs Deus noster: nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Conuertamur, conuertamur igitur absque procrastinatione ad Episcopum, & pastorem animarum nostrarū. Vel enim conuertamur est necesse, vel denique omnino in æternum perire. Et si enim diutius, & inexplicabili tolerantia, & longanimitate suauiter moueat, & uocet, atque expectet Deus, tandem uel nos conuerti uult, uel nos in æternum perdere, more uictoris in singulari certamine, qui ensis mucrone iugulū prostrati petens inimici, cupiens illi parcere inculcet dicēs. Redde te mihi, alioquin te occidam, te iugulabo statim: numquid talis obstinatus permaneret uel non potius redderet se statim? Nū vel paululum differret? O peccatores credite mihi: Deus vult uos cōuerti, ideo suadet. Cōuertimini ad me &c. at *h* Nisi conuersi fueritis gladium suum uibrauit, arcum suum tetendit: & parauit illum. Et in eo parauit uasa mortis. Cuius mortis? Mortis ęternę, mortis inferni, mortis immortalis, & irreparabilis. Fugite, fugite hanc mortem: ecce iam diuinæ uindictæ gladius uibratus iugulum petit; iam imminet, iam (credite mihi) iugulat: Quid procrastinamini? Conuertimini, conuertimini.

Quod si adhuc obstinati, ac duri permanetis, ecce adduco uobis cum Chri-

[Margin notes: Magnam inueniūt requiem pœnitentes. — Sponte nostra labi possumus surgere verò minime. — Exēplū. Homo in peccato est rana in puteo sine aqua. — E — *f* Ps. 17. — Deus pbet impotentię nostræ auxiliū. — Similit. — *g* Ps. 94. — Exhortatio ad procrastinantes. — Similit. — F — *h* Psa. 7. — Obstinatis immi net mors & infernus. — Secundū Membr.]

sto, & Ecclesia causas nonnullas ad conuersionem uos impellentes, uel unicam potius cām cęteras oēs continentem impellentes. O duritiā, o duritiā. Homo, crede mihi si tibi salutaria sequi uelles, vacares paululum, dares animum, aperires aures, exhiberes mentem, inclinares affectum, ut negotium tuæ salutis principale conuersionis arbiter ipse amplexando cognosceres; sed tu semper occupatus aliis, tibi numquam: rerum causas, quas tu summas iudicas, insequeris, negotia tota seculorum percurris, regnorū, & statuum rationibus obuolutus perseueras: & sic rerum ueram summam salutis principale negotium, & ad perpetuum regnum conuersionem deses, & otiosus uel ignoras, vel spernis, nonne ut hæc mundana cures, totus addictus permanes, patiens totus laboris, & pęnæ infrangibilis tolerator? Quare modo vbi omnium sęculorum rex regnum æternum non tuo, sed suo labore, non tuis, sed suis pęnis tibi dare supplicat, uel respuis, uel nō æstimas, uel spernis? vt necessarium sit causas ad tuā impellentes conuersionem adducere. Pro quibus omnibus, unica sit illa, quā sancta exercet Ecclesia Christi spiritu ducta in sacra Cinerum Cæremonia, cū illis uerbis. Memento homo, quia puluis es: & in puluerem reuerteris; Ad hoc alludens mystice Isaias de peccatorum anima hæc ait: *i* Ibis, & Coruus habitabūt in ea. Ibis porrò, D. Hieronymo teste soli Aegypto peculiaris est auis, quā (vt inquit Alexander, Aphrodisæus *K*) inter Deos retulerunt Ægyptij, cadaueribusq; delectatur sicut & coruus, per quas infaustas uolucres designat propheta dęmones tenebrarum cultores (ut per Aegyptum significatur) in domibus impiorū habitaturos. Istæ autem aues, Alberto Magno teste, per cinerum aspersionē super earum nidū fugantur. Sic Dęmones per sacrorū Cinerū aspersionē sup Christianorū capita fugantur, dūmodo ea suscipiātur fixa, & deuota intentione, q̄ suadet ecclesia, cū ait. Memento homo, quia puluis es, & in puluerē reuerteris. Et hęc prima, & pręcipua causa, vt auertantur peccatores a dęmonib. & vitijs, & conuertantur in Deū: quemadmodū huius rei obliuio causa est auersionis a Deo; namq; homo superbia inflatus quemadmodum Pauo, qū plumas dilatat suas illas oculis refertas, inflatur totus: ad pedes verò respiciēs horridos clamorib. replet cę'ū stridens. Sic homo quasi ad plumas oculis refertas, claritatis, sanguinis, nobilitatis, potentiæ, dignitatū, diuitiarū, & similium; inflatur totus, repleturq; uitijs, dęmonumq; fit pręda. O vtinā vel pedes respiceret, nempè finē, quia puluis est, & in puluerem reuertetur: nam illis omnib. posthabitis, & neglectis, quib. vanè inflatus gloriabatur, conuerteretur ad Deum, ad quem non conuertitur, quia pedes non respicit, dicente Propheta. *l* Sordes eius in pedib. eius, i. peccatorum sordes vsq; in finem vitæ. Quare? quia (subdit.) Nec recordata est finis sui, nempè, quia puluis est, & in puluerem reuertetur. Hoc. n. sæpius reminisci, ac memorari iuuat, & impellit ad cōuersionē, vt cā finalis. *m* Quid. n. superbis terra, & cinis? Nūquid nō morituris? Nūquid non in puluerē reuersurus? Memento, mementō igitur, q; puluis es, &c. & dubio procul conuerteris ad Dūm Deum tuū. Iuuat ēt hoc, vt causa materialis, & efficiēs: materia. n nō efficit seipsam. Si ergo tu homo puluis es, a quo, vt ab efficiente primo, es productus? nisi a Deo? dicente Spiritusancto: *n* Fecit Deus hoīem de limo terrę. Si ergo quoad materiā, nihil aliud es, q̄ puluis: & in puluerē desines. Quare non conuerteris ad tuum primū efficiens & ad Dūm Deū tuū? qui te cęlestē, & immortalē efficere potest? Iuuat vlterius hoc, quoad causam formalē, nā, quoad corporis formā, corpus est prorsus deformandum, & destruendū: igitur, vt reformes, & reducas *o* in mensurā ætatis plenitudinis Christi, eo penitus neglecto, Memento, quia puluis es &c. & animā solā curato, & anima tota conuertere ad Dūm Deum tuum. Denique vt ex causa exēplari

Quare peccatores non conuertantur.

Peccatores reprehendit, & cōuincit.

Vnica, & singularissima causa cōuersionis.

i Isa. ca. 34.

K 11. Metaph.

Homo pauoni similis.

Peccator, quia non respicit pedes non conuertitur.

l Thren. 1.

m Eccles. 10.

n Gen. 2.

Hominis principiū Deus.

o Ephe. 4.

G

H

plari

plari disce proximū: nam, si errat, quid tandē? puluis est, sicut & tu. Cōpatere, corrige, & reduc ad Dñm Deū tuum. Si est pauper, si nudus, & ignobilis, etsi omnib indigēs, quid tandē? Puluis est, sicut & tu. Nullum est discrimē (ex D. Basilio) nisi, ꝙ massa vna pulueris induta est serico, auro, & gemmis: alia verò sacco, & rudib. vestimentis. Memento igitur, quia puluis es, & in puluerē reuerteris. Et sic relicta superbia, & cum ea ceteris omnib. vitijs, vna cū proximo conuerteris ad Dñm Deū tuū. Hæc igitur cārum cā, vt cōuertaris. Ceteris igitur aliis ob breuitatis gratiā relictis, q̄ huc ex currēti euāgelio cōgeri possent,

Hominū discrimē est tantū in vestitu.

I in ea diutius immoremur, q̄ oēs cōplectūt cās: & iterū dicamus. Memēto hō, qa puluis es, &c. Hæc mortis memoria, velis, nolis, te cōuerti faciet ad Dñm: mors. n. talis est naturæ, vt mortua, & extincta in memoria hoīum obsit q̄ maximè. Viuens aūt ineffabiliter prosit. Mors mortua: est veluti picta; iō nil mouet: at viua maximū terrorem incutit, & conuerti facit ad Dñm. Itaq; si mortua est mors in tua memoria homo per obliuionē; iterum, atq; iterum per meditationē, & recordationē suscitetur, excitetur, & euigiletinā indè viua, terribilis, truculentoq; aspectu peccata oīa euertit, vanitatē oēm fugat, oēm impietatem eliminat. Si puluis tormētarius mortuus maneat, nil prorsus hēt vigoris. At minima iniecta ignis scintilla, munitissimas ēt euertit vrbes, & arces. Ita puluis mortis, cum extinctus manet, inutilis prorsus extat. Si verò recordationis scintillam adhibeas, quantūcunq; munitas euertet criminū arces, celsasq; supbiæ turres diruet. Memēto igit, qa puluis es &c. & cōuerteris ad Dñm Deū tuū. Gedeō *p* dedit tubas in manib. militū, lagenasq; vacuas, & lāpades in medio lagenarū: indè personantib. tubis, fractis lagenis, accensisq; splendentib. lampadib. exercitū vicere Madianitarū ciuitatis funditus euersis muris. Oīa ista sola mortis memoria cōplentur: nā extremi iudicij personantis tubę memoria, tartareiq; ignis ad instar inflāmatarum lāpadū, lagenarūq; fictilium nostrorū corporū frangendorū, non Madianitarū, sed criminū superantur farragines, Dæmonū fugantur exercitus, & impietatū euertuntur ciuitates, nō Gedeone, sed Christo duce: quo iterū duce Memento, quia puluis es &c. & conuerteris ad Dñm Deum tuū. Sampson *q* mortui animalis osse mille percussit Philisteos, & interfecit. Sic mortuorū ossa tela sunt, quib. percutiūtur, & delentur inimici, solaq; mortis memoria, vel meditatione vibrantur. Memento igitur homo, quia puluis es, &c. & conuerteris ad Dñm Deum tuum. *q* Sacerdotum Belis dolū, atq; imposturā Daniel sola cinerū aspersione deprehendit. Sic Mundi, & Diaboli dolos vniuersos sola cinerū aspersione deprehendemus & nos, si super illam oēs nostri imprimantur pedū affectus, recolentes, quia puluis sumus, & in puluerē reuertemur. O nos felices, si hoc egerimus: nam regio, *f* ex qua ductum est a Salomone aurū, Ophir dicta est: ꝙ interpretatur cinis. Ex Ophir igitur. i. cineris, & mortis memoria inęstimabile, ac pretiosum extrahitur aurum; & eruitur non ferreo ligone, sed mentis aurea meditatione. Memēto igitur homo, quia puluis es, &c. & conuerteris ad Dñm Deum tuum. Sola corporis ter

Mortis natura. Mors viua, & mortua.

Similit.

Mortis memoriæ vtilitas.

p Iud. 7.

q Iud. 15.

Mortis memoria Sampsonis maxilla.

r Dan. 14.

f 3. Reg. 9.

Ex cinere thesaurus trahitur.

K ra contra nos magis obstinatè pugnat; nec validius retundi potest, q̄ per solam terrā. i. per memoriā corporis in terram reducendi, cuius in typo, vbi nos legimus *t* comportabit aggerem, & capiet eam, D. Hieronymus ita legit. Veniet Tyrum Nabuchodonosor, & iacto in mari aggere peninsulam faciet de insula & introitum inter fluctus maris: in vrbem terra præbebit. Per Tyrum designatur animus: dęmon aūt per Nabuchodonosorem designatus aggerem terrę, idest terreni corporis, ac terrenarum rerum inter mundi huius fluctus aduersum nos extulit, vt capiat. Quid igitur nos? Terræ terram opponamus, & aggere sepulcralis terræ, ac cineris, solam per meditationem nos vndique muniamus,

t Abac. 1.

niamus, quia sic certo certius tutissimi euademus, & conuertemur ad Dominum Deum nostrum.

Tertium Membr. Solum superest, ut conuersionis modū breuiter explicemus: nec uero alius quærendus, nisi quem Deus ipse, qui errare nequit, nos docet per eundem prophetam, per quem nos conuerti monet, cum ait. Conuertimini ad me, vt superius monstratum est. Deinde statim subdit modum dicens. In toto corde uestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & cetera, quę habet: de quibus in curren ti Quadragesima pluries: in præsenti uerò Sermone primam tantum particulā attingemus: nēpè. In toto corde uestro. Hæc enim uera, & completa conuer sio, si ad Deū toto conuertamur corde, cetera omnia, quæ ibi sequūtur, ex hoc L

Quibus delectetur, ac pascatur Deus. unico promanat fonte: Deus enim O. M. solo cordis amore, cordis sacrificio solo, sola cordis obedientia tota delectatur, placatur, pascitur; nec, enim ut olim exquirit ouium fetus, nec uili terreni pecoris germen, uel stratos per uiam partus, vel femina effusa per cāpos; nec Iudaicas uictimas, uel cruēta sacrificia, uel sub cultris balantes hostias: nunc enim fratres verificatū est illud. *u* Non accipiam de domo tua uitulos: nec de gregibus tuis hircos. Et iterum. Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? Et iterum ad hæc respiciens tēpora Dauid sanctissimus ait. *x* Qm̄ si uoluisses sacrificium, dedissem, idest semper iudaicū, sed utique holocaustis non delectaberis illis iudaicis. Quod si ista repellit, quæ uult sacrificia? subdit plusquam euangelicus propheta. Sacrificiū Deo spūs contribulatus. i. spūs cōuersus ad Deū, & contribulatus voluntarie in ieiunio, fletu, & planctu. Et denique cōcludit; Cor contritū, & humiliatū Deus nō despicies. Hoc delectatur Deus. Hoc vult, hoc exquirit, hoc placatur, hoc pascitur. Cōuertimini in toto corde cor cōtritū, & humiliatū; discite, discite latius in antiquori Abrahā sāctitatis totius originario; quem sic alloquit Deus. *aa* Accipe filiū tuū dilectū Isaac, & offer mihi ī holocaustū. Quo audito Abrahā non minus grandæuus in fide, quam in ætate maturus, paratus ad hostiam, promptus ad holocaustū imolare nititur filiū, quinimmò se in filio immolat, sanctificat mentē sibi, sibi sacrificat fidē, ut esset idē uictima, & Pontifex, sacerdos, & sacrificiū. Mens tota, totus animus, cor totū immolabat Abraham. In toto corde in toto corde, immolabatur Abrahā, Patris, patris erat passio ibi tota spūaliter; vbi filius immolabatur carnaliter. Ignarus filius a primordio sistebatur, nesciens immolabatur; at uinctus postea, & super struem cōpositus lignorū, nō min⁹ corde, q̄ corpore, ne cedat patris fidei obediētia filii, latus, ac uolens immolabatur. Sustinet interim pater de filij passione martyriū, præmiū de obediētia patri exhibita captat filius, de conflictu filii rapit coronā pater, de patris plena fide concurrit ad palmā obediētia filii, & unico sacrificii apparatu, utriusque pariter patris, & filii cor sacrificatur. Non enim filij mors quærebatur, sed patris caritas, filii obediētia: nec expectabatur sanguis filii, sed patris in filio, & filii in patre cor exposcebatur. Tota itaque uictima erat cordis dilectio, sacrificiū cordis totū. Hinc patris dextera est suspensa, ut acceptetur patratū iā cordiū sacrificiū. Patris gladius est remotus a filio, ut in filio Dei unigenito Iesu Christo ibi concinnè præfigurato utriusque patris, & filii cor offerretur Deo patri optimo maximo, qui cor uult sacrificiū: sacrificium enim Deo spiritus cōtribulatus: cor contritū, & humiliatum non despicit; sed ut per gratissimum sacrificium acceptat Deus. Ideo conuertimini ad eum in toto corde &c. Et iste primus, & perfectissimus modus cōuertendi se in Deū, & fons primarius, vt diximus, ex quo emanant ceteri omnes riuuli circumstantionantes, & modificantes conuersionē in Deū. Quorum unicū tm̄ excipiamus ex currēti Euangelio, illū nempè, & faciē tuam laua. Vbi auctor operis imperfe- M

Margin notes: *u* Ps. 49. — *x* Ps. 50. — Cor contritum Deo placet. — *aa* Genes. 22. — Modus sacrificādi optimus — In sacrificio quare cor requiratur

Ex tu perpulchrè *bb* ſpiritalis facies aīæ conſcientia eſt: hęc ceteris nō apparet: ap paret nobiſipſis, & nobis notę ſunt ſordes eius, quæ penitus abluēdæ, vt abſter ſa pulchra, & decora conſcientię facie, cōuertamur ad Dñm. Sic D. Pater Auguſt. *cc* Faciem corporis videmus alterius, noſtrā non videmus. Contra verò alterius conſcientiā non videmus: noſtrā verò nō poſſumus nō videre. Corporis igitur faciē gerere maculis reſperſā excuſabile. At animi faciē ſi ſordidā hēas, q̄ excuſationē obtendes? Qñ in facie corporis, vel minimā aſpicis labē, nonne protinus eluis? Quare igitur ſuſtines tales, ac tantas in cōſcientiæ facie? Immo N ſordes (quod peius eſt) ſordib. addere nunq̄ deſiſtis? ꝙ ſi tuæ mentis oculos nō vereris, oculos Dei formida, quos in facie tua interna defixos, iugiterq; intentos habere ſcias, & conſidera iuſtiſſimi, ac puriſſimi Iudicis puriſſimā ſcientiā, quā horrere, ac formidare dēt ſordida conſciētia. Sordes igitur ablue, & faciē aīæ tuę laua, vt lotus, & purus conuertaris ad Dñm Deum tuū. Ah, pudeat Chriſtianū ab Ethnico vinci pythagorico, qui cū a ſutore calceos emiſſet, non paratā habens pecuniā, in craſtinū ſolutionē diſtulit, & cū ſatisfacturus veniſſet, ſutorē iam mortuū audiuit, & nūmos in ſuā retulit domū. Verum ſtatim ſceleris conſciētia punctus arreptā pecuniā in ſutoris domū proiecit, dicens. Tibi viuit qui alijs mortuus eſt: nempè conſcientiæ ſtimulus torquens debitorē viuebat ſutori, ceteris occultus: & cū ſutori mortuo viueret, viuentem Pythagoricū torquebat iugiter. O aureū dictū, & omnib. verè Chriſtianis vſurpādū. Quicūq; igitur ſis o Chriſtiane, qui cōſciētię faciē ſordidā occultis geras criminib. cōuerſus nō ad ſutorē, ſed ad ſeruatorē Chriſtū Dñm Deū tuū, illi dicas. O Dñe tibi viuit cōſciētiæ ſtimulus, q̄ alijs mortuus eſt, & me cōtinuò torquet. O Dñe, o Dñe, tibi viuit, tibi viuit, qui alijs mortuus eſt: & ſic latā, o hō, caue conſcientiā, & lotā indue: nā latā per portam magna intrant in animā crimina. Sic de Scribis, & Phariſę is dicebat Dñs, *dd* Quòd camelū deglutirent. O latiſſimū os, ꝙ camelū deglutit, ſed magis cauenda latiſſima conſcientia, quæ oīa indifferenter admittit quantumcunq; grandia crimina ſymbolicè figurata per cameli metaphorā, Phariſæis obiectam a Chriſto. Exue inquā igitur, exue latiſſimam conſcientiam, & indue lotiſsimam, & puriſſimam, ut puriſſimus cōuertaris ad Dñm Deū tuū. Et conſidera, ꝙ qui cōſcientię latas hēt portas, anguſtas inueniet cœli, & ecōuerſo. Sic inferioris domus portæ latiſſimę sūt equos curruſque admittentes: excelſioris uerò arctiores extant feneſtræ, per quas cęlum reſpicitur, & puriſſimus tñ admittitur aer, ceteris omnibus regulariter ab earum ingreſſu prohibitis. Ita impii humi affixi, latiſſimas habent conſcientias & quaſi cloacas facinora capientes fediſſima: iuſti uerò excelſi, hę: ētefq; cœlo adeò anguſtas, ut ſolū aerē diuinæ admittant gratiæ, peccatis omnibus, uel ſaltē capitalibus ab ingreſſu prohibitis. Sic aptā per figurā in oraculi ingreſſu fecit Salomō *ee* oſtiola: ſimiliter Sācta ſanctorū habuerunt oſtiola, vt oſtenderetur, ꝙ arcta debent eſſe oſtiola conſcientiæ iuſto ū, clauibuſque Diuini amoris, & feris diuini timoris egregie occluſa; vt de illis verificet̄ Dauidicū illud. *ff* Qm̄ cōfortauit ſeras portarū tuarū: bñdixit filiis tuis ī te. O utinā cū in hac O mundi anguſta mole uerſemur (quæ impiis tā lata uidetur: ideoque in ea tam late viuunt.) Nos, qui iuſtè, ac pie in Chriſto uiuere debemus, anguſte in omnibus viuamus, ne vllā admittamus cōſcientiæ ſordē, uel maculā, ſed facie lota, & pura, totoq; cordis amore; ſacrificio cordis toto, conuertamur ad Dñm, qui hoc exquirit, & ſuadet, dicēs. Cōuertimini ad me in toto corde ueſtro &c. Maxime cū nos maxima, & omniū potentiſſima urgeat cā, ꝗa puluis ſumus, & in puluerē reuertemur: Et puluis puluerē iugiter mouet, inuertit, ſubuertit, impellit, eiicit. Sic D. Pr̄ Aug. peroptime *gg* ex anguſta hac regione alios impellen-

bb Homi. 13.
Facies aīæ eſt conſciētia.
cc In Ioā. c. 14.
Conſciētia magis quam corpus abluēda.
Sordes animæ a Chriſto vidētur.
Exēplū notabile.
Stimulus conſcientiæ cęteris mortuus Deo viuat.
dd Matt. 23.
Os cameli magnus conſcientia lata.
Simil.
Diſcrimen inter iuſtos, & impios.
ee 3. Regu. 6.
ff Pſal. 147.
Epilog.
gg In pſ. 62.

pellẽtes excludimus:nõ capit omnes augusta tellus;sed puluis puluerẽ cedere iubet,Adhoc nascũtur filii,ut excludãt parẽtes.Nascitur puer, vt dicat maiori quid hic agis? Vade in domũ tuã:hic iã.n.amplius habitare nequis;locũ cedere mihi cogeris:Vnã tm̃ habet homo domũ,quæ ad iudiciũ vsq; perpetua erit, nomenq; nõ mutatura nẽpè sepulcrũ. Villæ,ædes præclaræ,horti,agri, prædia mille mutãt nomina,& mille cũ nominibus dños.At sepulcrum nomẽ in
hh Psal. 48. cisũ retinet cũ Dño semper,dicẽte Dauide. *hh* Sepulcra eorũ domus illorũ in æternũ,i. vsque ad sæculi consũmationem,in qua vtinam reperiamur omnes, è sepulcris Christi voce vocati, conuersi ad Dñm Deũ nostrũ;& cum illo rapiamur in aere in æternũ illi conregnaturi,& in sæcula sæculorum. Amen

SABBATO CINERVM, Concio Secunda.

Qua ratione sacratissima Angelorum Regina metaphorice naui æquiparetur, quibusq; virtutum, ac sacrarum prærogatiuarum ornamentis fulciatur hac in concione dilucidè patet.

ANtiquissima semper,& apud omnes patres receptissima fuit metaphora illa celeberrima,qua per nauem œcumenica significata est Ecclesia;sic ea usi fuere Origines homilia 2.in Gen. August.lib. 25.de ciuit.Dei c.26.Prosper Aquitanus lib. de promis.sup.arc. Noe.Hieronymus contra Luciferianos, Basilius de Spiritu Sancto, c.30.Epiphanius lib.2.hæres.61. Clemens Rom. episcop.1.ad Iacobum A
Fratrem Dñi.Glos.interl. & ordin.Beda, Eusebius Emissenus,& alii q̃ plurimi, quæ nauis in sua origine duabus tabulis pro ipsius fundamento constructa est
Ecclesia assimilatur naui. primis,uidelicet nostris protoparentibus in Paradiso terrestri,quasi in tuto,ac delicioso locata portu funibus ligata præcepti diuini,esum ligni sciẽtiæ boni, & mali prohibentis,ad lignũ vero uitæ commendata:at proh dolor in portu, ipso impegit,dentibus namque inuidiæ satanæ fune,corroso præcepti, nutare cepit: in scopulumque dedit pomi ueriti, & naufragium faciens a tempestate e paradisi portu eiecta, in altumque delata, spaciosi maris mundi inter eius fluctus magnoperè laborare cœpit: Quod spiritu diuino dignoscens pro-
a Psa.68. pheta regius,*a* exclamauit dicens.Saluum me fac Deus,quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Veni in altitudinem maris:& tempestas demersit me: quo in naufragio inepta penitus reddita prima carina ad tam nobilem sustinendam nauim; & tot implexam fluctibus procelloso mari vehendã, Deus optimus maximus,qui a primordio ipsam formauerat;denuò instaurando,ac reficiendo,illi nouã supposuit carinã,imputribilem,incorruptibilem infrangibilem,firmam,stabilem,perpetuamque, & tanto aptam oneri, duas,pro primis, quasi abiectis subnectendo tabulas, Christum, videlicet, Dominum
b Psa 86. nostrum,& eius matrem & sponsam Dei genitricem Mariam. De quibus, ait
Diuisio trimembris. Psaltes,*b* fundamenta eius(.i.nauis Ecclesiæ) in montibus Sanctis. De hac sane naui hodierno Euangelio in medio maris constituta, eiusque fundamentis motibus, & cæteris circũstãtijs esset dicendum. At quia hodiernam diem an-
1.Memb. pro uer. 31.c. Virgo Maria Nauis appellatur. tiquitas in honorem gloriosæ virginis sacrauit semper, de ipsa,quasi de naui, erit sermo noster;Et primo:Quomodo sit nauis. Secundò; quomodò clausa ex inferiori parte;& denique ex superiori aperta dicendum.

Quoad primum. De ipsa, quasi ad verbum videtur Spiritus Sanctus dixisse, facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum; magni sanè institoris Dei optimi maximi electa est gloriosa Virgo de longe, videlicet

licet, ab extremis, æternisque orientibus diuinis, diuinum portans panem, qui ait de seipso. *c* Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Quam nauim onerare voluit quasi per suum proxeneram, *d* quando missus est Gabriel Archangelus à Deo in ciuitatem Galileæ ad Virginem Mariam: quæ animata intellectualis, & libera nauis, voluntariè, ac libertimè consentiens ait. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quarè statim flante Spiritus sancti suauissimo, ac plenissimo vento, inexplicabili, & supernaturali modo nauim pane cœlesti oneratam, in maxima locorum distantia ab vno extremo in aliud varia, pretiosissimaque detulit mercimonia, nàm cœlum in terram, terramque in cœlum detulit, Deum in hominem, Hominemque in Deum absque substantiarum commixtione, Deitatisque passione connectens. Cumque in more sit positum, quòd nauis, quando portum aliquem mercibus plena applicat, patriam illam, & prouinciam ditet, suarumque mercium abundantiam pariat; sic nauis hæc nostra cœlum humanis, terram diuinis ditauit rebus: Cœlum animabus replens, terram diuinitate in cœlo ruinas restaurans Angelorum, qui quasi penuriam passi fuerant, ex cadentium priuatione. In terra thesauris cœlestibus animas hominum, quasi vacuas, & penuriam passas pariter replens. At qualenam gaudium ciuitati, vel prouinciæ affert oneraria nauis, quando illis ipsis mercibus plena, quibus prouincia eget, vel ciuitas, portum ipsius applicat? Sic mundo iam per quatuormillia annorum panis penuriam passo, & cum iusto illo propheta exclamante. *e* Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte: dùm dicitur mihi quotidie; vbi est Deus tuus? Panem cœlestem infinita abundantia sacra nostra afferens nauis, qualenàm perceperit gaudiũ, innuit propheta dicens. *f* Lætabuntur in te, sicut qui lætantur in messe: vnde meritò à Sancta Matre Ecclesia hoc titulo Sacra virgo honestatur; videlicet, Causa nostræ lætitiæ.

c Ion. 6.
d Luc. 1.
C
Maria virgo thesauris cælestibus repleuit terram.
e Psal. 41
f Isaia 9.
Est causa nostræ lætitiæ.

Illa ergo, quæ cæteris omnibus lætitiæ extitit causa, numquid ipsa tristis existet? Absit clausam namque secundo loco diximus nauem ex inferiori parte ea quippè, quæ vndas turbidi huius maris premere debuit. Quid ergò clausam designat Virginem gloriosam, nisi à peccato statim à principio suæ conceptionis immunem? Alias non perfectè clausa fuisset peccato, si aliquando originalis labis carinam subintrasset fex, quod metaphoricè innuit Propheta dicens. *g* Deus ab austro veniet: & sanctus de monte Pharan. Pharan porrò vmbrosus interpretatur, quod denotat peccatorum vmbram iuxta illud Zachariæ in suo cantico, *h* vbi ait de Christo, quod veneat illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent: nam in genealogia Saluatoris secundum carnem innumeræ fuerant peccatorum vmbræ, homicidia, adulteria, idolatriæ, & cætera huiusmodi; quare iure meritò dicit propheta, Christum secundum carnem venire de monte Pharan, idest, peccatorum vmbris referto, sed tandem immediatè, ab austro, inquit, veniet, idest, à meridie, quasi a meridiana luce, quia de virgine tandem carnem assumens, ex eaque nascens, ipsa tota lucida fuit semper, nullaque in ea fuit peccati originalis vmbra; & ideo clausa nauis ex parte inferiori super peccati originalis aqua enatans, quod iterum Salomon *i* expressit perbelle satis, vbi ait. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; quod omnes ferè Doctores de sacra interpretantur Virgine, quæ si tota pulchra est, & nulla in ea macula, nec maculam ergò originalem fuisse constat, clausa ergò fuit semper na-

Secundũ mébrum.
Maria virgo à peccato originali immunis.
g Abac. 3.
D
h Luc. 1.
Venit Christus illuminare his qui in tenébris sedent.
Cur venit Christus de móte Pharan, & ab austro.
i Cant. 4.

uis originali peccato. Quod clarius item cantauit Psaltes Regius *k* illis verbis: In sole posuit tabernaculum suū, loquitur autem de Christo domino nostro, Dei filio, qui nostræ carnis tabernaculum assumens, in quanam alia persona, præter quam in gloriosa Virgine, sicuti interpretatur peroptimè præfatum psalmi versiculū irrestagabilis doctor Alexander Alensis, *l* citans illud. *m* Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, idest, Maria, inquit, solis proprietatibus gaudens, inter quas illa est eminens, quod sicut sol lunam illuminat, totus in se lucidus, ità Virgo illuminat Ecclesiam tota in se lucida; sicuti ergò sol in eodem instanti, in quo creatus lucidus extitit, ità, quod lux tenebras anteuertit, sic Virgo Maria in eodem instanti conceptionis lucida fuit tota gratia originale peccatum præueniente. Clausa itaque peccato originali fuit semper virgo. Quod idem etsi innumeræ aliæ diuinæ scripturæ expresse satis ostendant, tantum de illis prælibasse sufficiat, sicuti etiam, etsi multi patres id expresse doceant, vno tantum, vel altero contenti erimus: & primo loco testis sit nobis locuples Iohannes Damascenus, qui ait. *n* O beatos Ioachini lumbos, a quibus prorsus immaculatum semen effluxit; Quod si semen immaculatum prædicat, quod alij fortè non audent, quidnam de Virgine putas, est asserturus? Audi eundem, qui, *o* vt adnotauit nostræ tempestatis linguæ græcæ disertissimus interpres, duo habet verba græca, videlicet, Prolisypseos agni, quod latinè sonat, ante conceptionem pura; & iterum idem. *p* Natura, inquit, gratiam anteuertere ausa non est. Si ergò gratiam secundum ipsum per magnam hyperbolem anteuertit naturam; quantò magis anteuertit, & originale peccatum, quod naturam supponit priorem, in eaque, vt priuatio in subiecto apto nato fundatur? Et pariformiter si eodem mirifico hyperbolico sensu, ad maiorem suæ sententiæ expressionem virginem antè conceptionem puram asserit, nonnè, & in conceptione ipsa? Quid clarius, quid expressius dici poterat? Sedulius verò pulcherrimis, suauissimisque carminibus hoc idem astruit dicens. E

k Ps. 18. *l Alexan. Al. super psal. 18.* *m Apoch. 12.*

Virgo Maria solis proprietatibus gaudet.

n Oratione 2. de natiuitate Virg. *o In mar tyrolog.* *p Oratione 2. de conceptio. Virginis.*

Virgo ante conceptionem pura dicitur.

Et veluti è spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil, quod lædat, habens, matremque obscurat honore:
Sic Euæ de stirpe, sacra veniente Maria,
Virginis antiquæ facinus noua virgo piauit.

q Aug. de natur. & gratia, c. 3.

Quod idem theologorum pater *q* in prosa expressit dicens. Sicut rosa a stipite naturam trahit generis non acumen; ita Virgo ab Adam traxit naturam generis, non criminis; hinc sancta mater Ecclesia eo titulo sacram Virginem exornat, videlicet, Rosa mistica: clausa ergo fuit peccati originalis spinis, nauis nostra, ex inferiori parte. G

Virgo ab Adā traxit naturam, non peccatū.

Sicuti è superiori parens, & aperta, quasi totam imbibens gratiæ cœlestis abundantiam, dicente diuo patre Hieronymo, quia cæteris per partes, Mariæ se totam infudit, gratiæ plenitudo. Hæc est illa gratia, quæ (vt ait Chrysologus) *r* dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gētibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Hanc meruit Christus, infudit Deus, accepit Virgo salutem sæculis allatura onerata nauis; Et quemadmodum cecinit propheta Regius. *f* In virginem sicut pluuia in vellus, descendit; vellus enim, cùm sit de corpore, corporis nescit passiones: cùm sit de carne, carnis qualitates igno-

Tertium memb.

Habuit plenitudinē gratiæ.

r Ser. 142. *f Ps. 71.*

ignorat; sic virgo Maria, cùm sit de carne, carnis labem quamcumque originalem etiam nesciens, imbrem cælestem pulcherrimum vellus imbibit. Qui se totum infudit in virgineum præfatum vellus placido illapsu, quando totū diuinitatis mare bibulo se nostræ carnis cælauit in virgine: Quomodo ergò H non hæc aperta, & patens cælestibus nostra nauis? Ex qua tandem per patibulum expressum crucis, quod assumpsit ex vellere omnibus in pluuiam salutis effunderetur. Denuò illic pariente Christo, & sicut stellicidia stillantia super terrā (vt ait Regius Vates) *t* inde trāsmittēs, germina rigaret fidei. Quod lucu lēter satis e.dē velleris insistēs metaphoræ, ostēdit Deus in Gedeone. *u* Quan do eodē morante, signumq; perēte, vellus in areæ medio locauit; & de nocte consurgens in solo vellere inuenit rorem, area tota sicca existente. Quarè expresso vellere, inquit noster textus, concham impleuit. Quid porrò area, nisi Gentilitatem? Quid vellus nisi Hebraismum designat? super quo tantummodò olim sacrificia, lex, & prophetæ rorem dabant, ac denique quasi de nocte in fine, videlicet, veteris testamenti, dum medium silentium tenerent omnia: & nox in suo cursu medium iter haberet, idest medium inter verus, & nouum testamentum, vt diuinæ tradunt literæ, *x* expresso, figuratum omniū sacrificiorum, legis, & prophetarum, vellere totum se infudit in apertam Virginis concham Deus, eam implens, indeque in totam diffundens aream; nam denuò ab eodem Gedeone supposito vellere, siccum prorsus remansit illud, area plenissima existente rore; nam iudæis omni cælesti imbre siccis, & exaustis protulit nobis omnem gratiam cælestem nostra nauis, cælo semper aperta quamcunque impetrans gratiam, & ad nos deferens; in cuius typo Salomo-
I nis mater filium alloquens, *aa* & petens aliquid ab eo, illud retulit respōsum: Pete mater mea; nec enim fas est, vt auertam faciem tuam. Sic Virgo gloriosa mater Dei, & domini nostri Iesu Christi, qui plusquam Salomon est, ab eo pro nobis impetrat quidquid nobis profuturum cognoscit; quasi dicat ei filius. Per singulos dies pete mater mea; nec enim fas est, vt auertam faciem tuam.

Quasi vell⁹ carnis labē quācumque nesciens.
t Ps. 71.
u Iudi. 7.
Per areā Gentilitas, & p vell⁹ Hebraism⁹ designatur.
x Sapien. 18.
aa Reg. 3. 2. cap.
Quidqd profuturum cognoscit pro nobis impetrat.

Itaque si nos ipsos minimè reddimus indignos quidquid libuerit, & salutare nobis fuerit, impetrabimus per eam, de qua dicitur in psalmis. *bb* Domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum. Quæ nam domus Dei, nisi sacra Virgo, in qua corporaliter habitare dignatus est Deus? quam decuit perfecta sanctitas non in hac, vel illa parte, sed in tota, & qualibet parte Virginis, quæ tota pulchra fuit, & sine peccati labe corde, ore, & opere, cogitationibus, loquelis, & operibus quibuscunque. Prætereà subdit psalmus. In longitudine dierum: nam semper absque interpellatione, vel minima ab initio suæ conceptionis, & indè iugiter perseuerauit in Virgine sanctitas. Quid verò nos miserrimi, & infelices non quidem corporis nostri domus tota est sancta, sed si opera sunt bona, multoties verba sunt mala, & si non mala verba, malæ vtique cogitationes. Sic recta lingua sæpius inquinatum cor, & sic nūquam ex omni parte, sicut decet domum Dei, sancti sumus, nec omni tempore, sed
K nunc iusti, modò iniusti: nunc sanctificati, modò inquinati: hodie continentes, cras adulteri, vel fornicarij: hodie os sanctū, cras maledicum ferentes; & sic perpetuò dilabimur in scelera, quos re vera decet puritate immaculatæ vitæ decorari iugiter, & in perpetuum, qui tantum, tamque prouidum custodem habemus, qui tanta beneficia elargitur nobis, ad nosque iugiter transmittit super nostram nauim. Oh nos ingratos quid tandem expectamus? nauis

bb Ps. 92.
Domus Dei est B. virgo.
Decuit in qualibet parte Virginis perfecta sanctitas.

iam est onerata, de lõge detulit nobis cœlestem panem, & cum eo cœleste omne thesaurum. Clausa vndique peccato, & originali, & actuali, vt nos ad eius imitationem saltem ab actuali abstineamus; non hoc, vel illo die, sed in perpetuum, & indè, sicut illa iugiter aperta fuit cœlo, cœlestem gratiarum rorem imbibens. Sic nos eundem gratis accipiamus, largiter super nos diffusum. Quid inquam, procrastinamus accipere? fortè vi impelli, vel tribulationum duci flatibus, in vento currenti Euangelicæ naui contrario designatis. Mementote fratres, quod Philosophorum est axioma, ventos media nocte surgentes nõ durare; quia solis vi destituuntur, sed quando exurgunt in meridie solis vi acti, diutius perseuerant: itá sane peccatores in medio tribulationum, vel infirmitatum, quasi in nocte vi, & metu, ad dominum conuersi, non perseuerant in bono, solis vi, idest amoris diuini feruore destituti, sic petra in supremum vi deiecta, cessante violentia illa, statim ad ima præceps descendit. Ità peccatores, quando vi, & metu pœnarum tantummodò conuertuntur, cessante tribulationum vi, statim in profundum peccatorum iterum, quasi prægraues lapides, descendunt, ac ruunt: contrà verò si in meridie sola amoris diuini dulcedine ducti, conuertuntur, perseuerant iugiter: sic Magdalena, quæ multum dilexit, quia multum ei dimissum fuit, non rugis iam confecta, non amatoribus destituta, non pauperie afflicta, non quacumque tribulationum vi acta; sed iuuenis, pulchra, in omnium oculis gratiosa, prædiues, libens, dilectionisque vi ad dominum cucurrit; diuitias perpetuas, & immarcescibilem pulchritudinem acceptura. Sic nos quæso beneficijs allecti, cælestiumq; gratiarum copia super naui gloriosa largiter nobis oblata, attracti, diligentes curramus, bona accipientes diuina, mala abijcientes nostra, vt sanctitate vndiq; decorati in longitudinem dierum perseueremus in vitam æternam. Amen.

Epilog.

Similitudo singularis. I

Peccatores non pœnarũ metu, sed dulcedine amoris conuertantur.

D O-

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE.
Concio Tertia.

Christus dominus in deserto à dæmone oppetitur, varijsque tentationibus agitatur, indeque arrepta hic occasione de ieiunij necessitate, ac de callida, variaque hostis tartarei in perdendis hominibus versutia, ac cura, sermo habetur.

ECCE iam temp us fratres, quo miles procedit ad campum, recurrit ad arma ieiunij Christianus; ecce tempus, inquam, quo in aperto Marte corporis, & animæ exercendæ sunt vires: hodie namque præliante Christo, ac de Principe triumphante inimico, adstantibus Angelis, nostra sub tanto duce luctaminis exercenda est fortitudo; hodie gula cum ieiunio, cum abstinentia crapula, cum luxuria castitas, cum perfidia fides, pietas cum impietate, patientia cum furore, cupiditas cum liberalitate, humilitas cum superbia, sanctitas cum reatu, Christo duce confligit, Christo duce, qui indixit hostibus bella, promisit præmia pugnaturis, bellorum aperuit causas, inimicorum prodidit fraudes, retexit dolos, conatus aperuit: quis nam ergò, pugnante Christo, spectante Deo, adstantibus Angelis, cælesti resonante iam tuba, certare contempserit? Et irretitus illecebris, eneruatus mollibus, resolutus blanditijs, ad exercitium virtutis venire neglexerit? Perdet certè luctaminis præmium, virtutis gloriam, certaminis palmam, iustitiæ coronam quisquis ille fuerit; sed vos omnes pugnaturos contra vitiorum turmas, contra criminum acies, contra informes concupiscentiarum formas, contra Dæmonum totas diffusas, & innumeras legiones triumphatores non dubito, Domino ipso assistente, iubente duce. *Prælium inter virtutes, & vitia nobis proponitur.*

A Domino enim (vt expresse docet Theologorum Pater) *a* præliaturo, Christianorum Principi Princeps Dæmoniorum occurrit, qui iam in Paradiso terrestri cum Adamo protoparente nostro certauerat, & iure optimo Dauid noster inuictus campum ingressus deserti, pugnam init, vt superbi Goliath exprobrantis iam arrogantiam retundat, & iure optimo Princeps vnus cum alio pugnat, quo tutius, & audacius membra Christi vincentis cum Diaboli membris iam victis, certare audeant. *a Aug. 9. de ciuit. Dei c. 21.* **Diuisio trimembris.**

Et ob hanc causam Christus dominus noster suo exemplo tradit nobis præliaturis modum, & normam tribus in campis certamen instituens, sanè in deserto; super templi pinna: & denique super excelso Monte, in quorum singulis, vt imitari possimus, videamus conflictus. **Primum mēbrū. A suo spiritu ducitur Christus ī desertum.**

Primo loco desertum nobis occurrit, quo ductus est (inquit Euangelista) à spiritu, idest, suo sancto (inquit Diuus Gregorius,) *b* illuc enim Christum suus duxit spiritus, vbi eum spiritus malignus tentandum inuenit. Et Diuus Hieronymus, *c* Ducitur, inquit, Christus non inuitus, aut captus, *b Homil. 16. in Euang.* *c In Mat. cap. 4.*

d Super Matt.c.4. ptus, sed voluntate pugnandi, Glossa vero *d* desertum hoc esse dicit inter Hierusalem, & Iericο, & vocari Dorohim, quod in lingua nostra sonat sanguinem, propter sanguinis effusionem à latronibus, qui morabantur ibi, effectam: vnde & homo ille descendens ab Hierusalem in Iericο, incidit in latrones, gerens figuram protoparentis Adæ, qui plagis acceptis innumeris à dæmone semiuiuus relictus, e paradiso est eiectus: in eodem ergò deserto concinnè satis, ac prouidentissimè summus princeps noster Christus dæmoniorum principem vincit, ac superat, in quo sub figura superatus dicitur primus humani generis princeps, vt idem campus, qui eius casu ignominiæ, & dedecoris loco est habitus, Christi veri principis victoria, & glorioso triumpho decoratus existeret.

Adam à dæmone plagis acceptis semiuiuus relinquitur.

Ex campi ergò iam electione victoriæ quoddam pronosticum elucet, in quo arma defensiua, & offensiua Christus assumit certaturus: defensiua quidem obedientiam, & ieiunium, offensiua verò, orationem, & Sacram Scripturam: pulcherrimum sanè electionis genus, lorica, videlicet, duplex, obedientia, & ieiunium; obedientia ibi ductus est; ieiunium, ibi; cum ieiunasset &c. Et hæc defensiua arma; offensiua verò lancea, & ensis: Sacra Scriptura, qua semper vtitur respondendo tentanti, Et ecce gladius, dicente Apostolo, *e* Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei; lancea verò de longè vibrans oratio fuit, in qua perseuerans iugiter extitit Christus. In præsentiarum porrò de ieiunio tantummodo dicendum, & non in vniuersum, sed de quadragesimali breuiter, de quo specialiter normam suo exemplo tradidit Christus in currenti euangelio, in quo dicitur; Et cum ieiunasset quadraginta diebus, &c. Super quo sic effatur Chrysostomus *f* Ieiunauit Christus non ieiunio indigens, sed nos instruens; & tu discas, quàm magnum bonum, & qualiter scutum est aduersus Diabolum ipsum ieiunium: nos verò non modo scutum; sed loricam totum tegentem hominem vndique cum Dauide *g* appellauimus, dicente. Operui in ieiunio animam meam: quasi dicat. Contra quoscunque aduersariorum ictus, & impetus, & contrà vniuersa armorum genera experientia didici lorica ieiunij me totum operire, atque defendere. Hinc Diuus Gregorius. *h* Nos quoque (ait) ad Christi imitationem quantum possumus quadragesimæ tempore carnem nostram per abstinentiam affligamus. Sicut enim in lege offerre iubemur decimas rerum: ità ei offerre contendamus dierum decimas: cum enim per carnis desideria Decalogi mandata contempsimus; sic quaterdecies cuiuslibet anni desoluimus decimas, cum quadraginta sint ieiunij quadragesimalis dies, Dominicis subtractis, à toto cursu quadragesimali, diebus. Quod ergo nos loricam cum Dauide, cum Chrisostomo scutum; Diuus Gregorius alia, & illa optima ductus ratione decimam appellat quadragesimale ieiunium. D

Quæ arma Christus assumit. C

e Ephe. 6. cap.

f Homil. 13. super Matt.

Ieiuniũ totũ hominem tegit.

g Psa. 68.

h Homil. 16. in Euang.

Ieiuniũ est decima soluẽda.

Qui verò decimam Deo optimo maximo pro innumeris acceptis iugiter beneficijs tàm iustam, tàm debitam renuerit offerre, ea saltem ratione loricam induat, qua cum potentissimo inimico est illi continuum singulare certamen: nàm subdit Euangelista (postquam Christum lorica indutum ad nostram instructionem descripsit) Postea esurijt. & accedens tentator, &c. Super quo Diuus Gregorius *i* tribus, inquit, modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, consensu: & nos cùm tentamur, plerumque in delectationẽ, aut consensum labimur; Christus vero tentari quidem per sug-

Tres diaboli tentationes.

i Homil. 16. in Euang.

per ſuggeſtionē potuit; ſed eius mentem peccati delectatio non momordit, atque ideo diabolica illa omnis tentatio extrinſeca fuit, nil penetrans intus: & ideò, inquam ego, Si Chriſtus, qui nec primordia quidem delectationis experiri poterat, ſic loricatus incedit; Quid nos debemus pro nobis prouidere, qui plerumque labimur cum tentamur? Iudicium eſto veſtrum ò fratres.

At quam nam tentationem hoc primo in campo attulit Satan? Dic, inquit, vt lapides iſti panes fiant. Eſt nè fortè hæc illa tentatio, quam a primordio ſuæ creationis in cœlo Satan intulit verbo? Equidem Angeli iuxta Prophetam *k* lapides dicuntur, vbi ad hunc eundem tentatorem dirigit ſermonem dicens. Tu Cherub extentus, & protegens in medio lapidum ignitorum ambulaſti. Idem ergò & ſi non iiſdem verbis dixit in cælo, quandò voluit lapides angelicos, ſcilicet, Angelicam naturam a verbo aſſumi, & ſic fieri per vnionē hypoſtaticam panis ille, qui de ſe ipſo ait, Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, &c. Quem eundem ſenſum luculenter ſatis expreſſiſſe videtur Apoſtolus, *m* quaſi apoſtaticis inſultans Angelis, vbi ait. Nuſquàm Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ: Quaſi dicat. Etſi dæmones contrà diuinum æternum decretum impiè, ac ſuperbè nimis tentaſſent fieri Deus per vnionem hypoſtaticam ad verbum, non tamen id conſecuti fuere, ſed eiecti e paradiſo, in eorum pœnam hominem aſſumptum cernunt: quod, vt experiretur Satan; an patratum iam eſſet, quod in cœlo aliqualiter præuiderat, eandem, quam in cœlo, tentationem repetit, dicens, Dic, vt lapides iſti panes fiant. Et ideo præmiſit, ſi filius Dei es, dubitans, & indagare volens dictum myſterium, ignorans inſipiens, quod eadem dextera, quæ illum e cœlo deieci, poteſt, & in deſerto illum euertere funditur, ſed quid nam reſpondet de panes Panis ipſe cœleſtis? eadem ſane, quæ in paradiſo prius dixerat, etſi hic à Diabolo non intellecta, dicit enim. Non in ſolo pane viuit homo: quaſi dicat. Tu apoſtata Angelus ſola cœleſtis panis, qui ego ſum, viſione, ac fruitione gaudere debueras, ſicut ſancti modò gaudent Angeli, & ideò, nec debent fieri panis iſte per vnionem hypoſtaticam: Homo verò non in hoc ſolum viuit, ſed panis fieri debuit per hypoſtaticam vnionem, & hæc quidem altiſſimè Chriſtus.

Sed nos ad ima redeamus. Indè quippè orditur Diabolus, in litterali germano ſenſu omnium patrum, tentans: vndè in terreſtri Paradiſo exorſus fuit, ſimilibus certans armis, gula, ſcilicet, ſic Eutymius *n* Ex Chriſti (inquit) eſurie arrepta tentandi anſa. Et diuus Gregorius *n* Antiquus hoſtis, ait, primum hominem ex gula tentauit, cum cibum ligni vetiti ad comedendum ſuaſit; & quibus modis primum hominem ſtrauit, eiſdem ſecundò homini tentator ſuccubuit, per gulam tentans, cùm dicit, Dic, vt lapides iſti panes fiant: & diuus Ambroſius *o* inde cœpit undè iam vicerat; Dei filium ſanè cognouerat eſſe venturum; ſed veniſſe per infirmitatem corporis non putabat; & ideò explorans, & tentans, dicit, Si filius Dei es, &c. Et ſic Deo ſe profitetur credere, & homini conatur illudere, ea ratione addit Hylarius *p* Vt ex mutatione lapidum in panes virtutem poteſtatis agnoſceret diuinæ; & in homine oblectamento cibi patientiam eſurientis illuderet. Sed concinne dilemma hoc in ipſum reicit diuus Hieronymus *q* dicens. Ex duobus contrarijs teneris o Diabole; ſi enim ad impe-

rium

E (margin, at "quit, vt lapides") — F (margin, at "pane viuit homo")

k Ezech. 18.

Angeli quādoq; lapides nuncupātur.

l Ioa. 6.

m Hebreo 2.

Diabolus Incarnationis myſteriū prǣuidit.

n Eutym. ſup Mat.

n Homil. 16. in Euang.

Diabolus primum hominē ex gula tentauit.

o lib. 4. in Luc.

p canon. 3.

q ſuper Matth. 4.

tiū eius possunt lapides panes fieri; frustrà tētas eū, qui tantæ est potentiæ; si
r Ser. 11. aūt nō pōt facere, frustrà Dei filiū suspicaris. Et fusius Petrus Chrysologus? *r*
Diabole, inquit, fallit te prouisio tua; pōt sanè vertere in saturitatē, qui pōt in G
panē lapides mutare, quid illi cōsiliū tuū, cui sua sufficit virtus? Diabole pro
didisti te, et tuū dominū nō pauisti: miser malus vis esse, sed nō potes: cupis tē
tare, sed nescis: esurienti n. tenera nō dura offerre debuisti, tamē nō asperis attē
tare, sed blādis: inediā nō horridis vrgere debueras, sed placidis: istis non mo
do Dei filiū, sed nec hoīs imbecillitatē laqueare posses: intellige ergò tenta-
tor ad pñtiā Christi tuas tibi perire artes. Quid plura? Artē hic dæmō perdit
bellādi; nec mirū, inquit D. Ambrosius, *r* namq; nō adsunt hic in deserto para-
disi deliciæ, nō arbores fructibus onustæ, nō poma pulchra visu, & ad vescē-
dū suauia: nō Eua cōsiliatrix, & cætera huiusmodi. Hinc miser mutat modū
certaminis, pugnamq; variat: ibi enim in forma serpētis, hic in forma hominis
cuiuidā senis ieiunātis apparuit: ibi diuinitatē pmittit tumidus, & inflās, hic
titubans, & ignorans, de diuinitate curiosus inuestigat: ibi enim audacter
eritis sicut dij, hic ansius, & dubius, si filius Dei es: ibi, mediante muliere
accedit ad hominem, hic per seipsum accedit: ibi poma, hic saxa porrigit.
Quod verò caput est, ibi mentitur, ideò occidit: hic verum dicit, ideò viui-
ficat; & prima veritas, quam nolens effatur, est pluralitatem personarum,
Deiq; filium cōfitetur. Confundantur ergò, inquit Tertullianus, Arriani, & eo-
rum asseclæ, Diabolo ipso nequiores, Dei filiū minorantes: secundā maximā
veritatē fatetur, lapidū in panem trāsubstātiationē. Cōfundātur ergo (inquit
Ambrosius) Sacramentarij oēs hæretici in Sacrosancto Eucharistiæ Sacra-
mento negātes transubstantiationē, cū diabolus ipse illā cōfiteatur. Quid ve- H
ro respōdit de pane Panis, qui de cœlo descendit? non in solo pane, ait, viuit
homo: verè enim panis cœlestis terrestri pane non indiget; Panis angelorū pa
ne hominū non eget, factus ipse hominū panis: vicit. n. verbū Dei in se ipso
verbo Dei dæmonū caput, ipsi caput cōterens. Qui tamen insolens secundū
aggreditur certamen, secundū eligens pugnandi campū, mutans arenā. Tunc
enim assumpsit eū diabolus (dicit Euangelista) in Sanctā ciuitatem, & statuit
eū super pinnaculū templi, & dixit ei, si filius Dei es, mitte te deorsum, super
biā secūdo loco arripiens: sicut n. (vt ait diuus Gregorius) *t* Primū hominē
ex vanagloria tētauit cū diceret, eritis sicut Dij, sic in præsentiarū per vanam
gloriā tentat secūdū hominē dicēs, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Sed insa
nis o diabole (inquit diuus Petrus Chrysologus) *u* aut. n. Christū purū homi
nē, aut simul, & Deū arbitraris. Si primū; quid magnū est hominī puro deor
sum cadere? Satius dixisses Ascēde sursū, sicut olim Simoni mago. Si secūdū;
an ignoras, quia propriū Dei est esse sursum? Melius dixisses. Ascēde sursum, I
vnde venisti. Sed quid mirū; inquiūt simul idē Petrus Chrysologus, Ambro
sius, & Hieronymus pprīū. n. Diaboli est ex quo desursū cecidit, oēs cadere
cupere, ac velle deorsū: sed quomodò te ipsū cōteris o Diabole? mittit se de-
orsum, vtiq; Christus nō de pinna, vt se præcipitet, sed, sicuti de cœlo ad terrā,
vt te ejiceret, sic de terra ad inferos, vt te ejiciat. Mittet se, non mittetur à te:
mittet se, nō se præcipitans, sed te ligans: mittet se nō seruū, sed dominum; nō
reū sed iudicē: non vt stantes præcipitet, sicut tu quæris, sed vt cadentes sub
leuet, quod tu conqueteris. ergo potius dominum videns contremisce; sed
illum adorans, & illi soli serui es. Cæterum (inquit Diuus Hieronymus) *x*.
Vox ista Diaboli, qua semper homines deorsum cadere vellet, nil obstat per-
suadere

Marginal notes:

Dæmon ad Christi præsentiam perdidit artem bellandi.

s lib. 4. in Luc.

Confutātur Arriani de trāsubstātiatione panis.

Secundū Mēbrum.

t Homil. 16. in Euang.

u Serm. 14.

Diaboli propriū est descēdere deorsum.

x Super Matt. c. 4.

suadere namque potest, præcipitare nequaquam; Canis ligatus est, latrare potest, sollicitare potest, mordere minime, nisi qui se illi mortifero consensu coiunxerint: & re vera (inquit diuus Chrisostomus) *aa* sicuti vox hæc Diaboli futilis est, & vana: nam volare per aerem nō est propriè opus Dei, quia nulli est vtile: nec hominis sapientis, cùm sufficiat sibi esse, quod est nec velit apparere quod non est, sic in vniuersum quomodo nam adeo sunt amentes homines, vt diabolicis consentientes vocibus, ob id, quod non sunt, & apparere volunt in superbiam, ac vanagloriam se se volentes, ac libentes præcipitēt; vel ob id, quod verè sunt, quasi propria virtute, & ex meritis proprijs, & non gratis à Deo acceperint, illud insipiēter satis, & in suam ipsorum perniciem monitum apostolicum *bb* obliti. Quid habes Homo, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Quin, &
K hoc ipsum Christi monitum euangelicum abijcientes. Non tentabis dominum Deum tuum: tentat enim Deum tentatione in sui perniciem perualida, qui Dei gloriam sibi vanè vsurpat. Dicamus ergo fratres potiùs iugiter cum Ecclesia, Gloria Patri, & Filio, & Spirituisancto: & cum Christo sæpiùs. Non tentabis dominum Deum tuum.

Diabolus velut canis ligatus.
aa Homi. 5. operis imperfecti.
bb Prima. Corin. c. 4.

Quo accepto ictu Satan ordinem tentationis primi hominis, tertio loco denique explere volens, dicit idem Gregorius *cc* ex Auaritia tentat: ex qua primum tentauit, cùm diceret: Eritis scientes bonum, & malum: Auaritia enim non solùm est pecuniæ, sed cuiuslibet rei cùm supramodum auidè cupitur. Sic nunc secundum tentat per eandem Auaritiam, cùm regna mundi ostendens, dicit, Hæc omnia tibi dabo, si cadens, adoraueris me. Mutans denuò campum, & arenam, dicente Euangelista, Iterum assumpsit eum Diabolus in montē excelsum, &c. Diabolus enim (inquit Chrysostomus) *dd* adhuc ex secundo responso incertus, ad tertiam transit tentationē: quia enim Christus Gulæ laqueos disruperat, tertia vanegloriæ transierat, ponit ei Auaritiæ muscipulam, dicens, Hæc omnia tibi dabo, &c. Quo in loco Christo nullo modo illusit, sed hoc perfecit, quòd illusioni sufficeret, nouo quodam modo, vniuersum sensibiliter repræsentans mundum: vel, vt Theophilus Alexandrinus vult, ostendit mundi regna omnia, verbis describens, & digito aliqualiter innuens, gloriamque illorum demonstrās, sic Diuus Chrisostomus.

Tertium membrū
cc Homil. 16. in Euang.
Tertio loco ex Auaritia tentat.
dd Hom. 5. in. imper.
Vel sensibiliter, vel verbis solū vniuersū represen tauit.

Verùm, quotnā errores, & diaboli fallaciæ, & nostræ insaniæ in eo, quod subdit Satan, apparent, cum dicit (ostensis modo explicato, mundi regnis,
L & eorum gloria,) Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me? Primò namque in eo fallere vult, quod sua ea omnia appellat, quæ domini sunt, proclamante Dauide *ee* Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi; qui habitant in eo. Secundo in vniuerso prorsus orbe nil omninò est Diaboli, nisi id, quod in vitium vertitur, & vitio deseruit. Proh nefas, Proh nos impios; nam quæ de manu domini accipimus, munda, & sancta; omnia, & singula coinquinamus in libidinem, sensum, & illecebras vertentes, & in omne vitiorum genus; & sic solum Diabolum vitiorum dominum recognoscentes, pudeat nos hæc talia, & tanta de manu Dei accepta munda, & bona, inquinata reddere, & de manu Diaboli sic velle accipere. Tertio loco ostendit quidem Diabolus mundi commodum, vtilitatem, gloriam, & cætera huiusmodi, sed vafrus tacet incommoda, labores, fraudes, tribulationes innumeras. Quarto ostendit quidem, & largiter offert, sed nunquam verè tribuit, sed nec verè tribuere potest. Quinto quidquid potest tibi offerre Satan,

ee Psalm. 23.
Solum illud, quod in vitium vertitur, Diaboli est.

tan, vnico transit oculi ictu, quid ergò illi te cōmittis, quid te credis illi? Deni que (quod caput est) pondera quæso, pōdera quanti faciat Dæmon solam ani mā vnam, cum pro ea totum offerat mundū; & quidquid mundi ambitu con tinetur: quid nos vere inepti, verè stolidi quanti facimus animam nostram? nonne non dico pro mundi totius gloria, sed pro vana gloriuscula; non dico pro vniuersis mundi diuitijs, sed pro paruo, & turpi lucro animam perdimus, & damnamus infœlices? animam, inquam, cuius pretiū vniuersi prorsus orbis pretium excedit; etiam ipsorum angelorum piorum, quoad naturalia eorum, anima existente in gratia. Patet de dæmonibus. Quare fratres si mihi vniuersum orbem cum omni eius gloria, & diuitijs omnibus ex vna parte quis mihi offerret; ex alia verò animam vnicam saluandam, cum optione eligendi, abeat procul, exclamarem, Mundus totus abeat, abeat cum suis omnibus, animam illi præfero, vnicam animam illi præeligo; animam, animam volo, sic velitis & vos fratres vnusquisque animæ salutem, dicentes.

Diabolus mundi cōmodū ostendit incōmoda tacet.

M

Pro sola anima vna totū mūdum offert.

Vade, Vade Satana; Ego enim dominum Deum meum adorabo, & illi seruiam in perpetuum, Amen.

FERIA

FERIA QVARTA POST DOMINICAM primam Quadragesimæ. Concio Quarta.

Iudæi diabolico aculeo compulsi Iesum Saluatorem alloquuntur tribus inuisis onusti criminibus, adulatione nempe, obstinatione, ac incredulitate; quorum execrabilium vitiorum natura, sed præcipuè adulationis, hic maxima cum industria, atque venustate omni fugata nebula dilucidatur.

OPTIME quidem diuino afflatus spiritu de Christo Domino Nostro vaticinatus est euangelicus propheta *a* dicens. Butyrum, & mel comedet, vt sciat eligere bonum, & reprobare malum, per quàm maximè enim necessaria est electio, & discretio ad distinguendas mundi huius vanitates, ad cognoscendos laqueos, ad præcauenda pericula, & præsertim cum de homine agitur, prauum namque est cor hominis, & inscrutabile, inquiunt diuinæ litteræ, *b* quis cognoscet illud? quasi dicant, nullus. Grauissimus autem iudex hominum Christus scrutans corda, & renes, homo, & Deus, infallibiliter distinguit, optimè eligit, iustè reprobat, tutè pro-
A nuntiat, & pro meritis, & demeritis, omnibus facit satis. Quisnam vtique alius potuisset Scribarum, & Phariseorum hodierni Euangelij corda, & spiritus discernere? Cùm prima facie verba mollia suauitate, ac reuerentia plena pronuntiēt? Magister (inquiunt) volumus à te signum videre. Oh quàm reuerentes se se exhibent discipulos. At Christus, qui non secundum auditum aurium audire, nec secundum visionem oculorū iudicare nouerat iuxta Prophetam. *c* Non ad verba, & os respondet, sed ad cogitationes, & cor, Generatio, inquiens, mala, & adultera, &c.

a Isa. c. 7. *b Hie. 17* *c Isai. 11.*

Et iure optimo eos tam acriter ac dure arguit eorum retundendo vitia: nam in eo quod dicunt, Magister, adulterant cor, adulationis plenum verbum pronuntiantes; in eo, quod dicunt, Volumus, voluntatem propriam Dei voluntati præferunt; In eo, quod tertio, & vltimo loco concludunt, obstinationem ostendunt, dicentes à te signum videre.

Diuisio trimembris.

De primo (inquit diuus Chrysostomus) *d* Verba eorum adulatione, & ironia sunt plena, & prius quidem conuiciabantur dicentes eum dæmoniacum, nunc verò adulantur appellantes magistrum. Quare vehementer dominus arguit eos dicens. Generatio mala, & adultera. Et quidem cum ei conuiciabantur, mansuetè respondit, cum verò adulantur conuitiosè, quòd vtraque passione erat superior: neque conuitiis in iram deducitur ibi, neque adulatione flectitur hic. Sed oh perniciosum adulationis vitium, mundi vniuersi euersio, & curiæ præsertim cuiuscumque. Et vnde nàm huiusmodi labes ortum duxit? Sanè non nisi ab illo suipsius in vnoquoque nostrum congenito amore inordinato, hic potentissimus est, & princeps adulator inter-
B nus omnis temeritatis, totiusque insolentiæ origo; hinc enim motus fuit primus Angelorum in empyreo ipse sibiipsi complacens, adulans, & assentans,

d Homil. 44. in Matt.

Primum Membrū Adulationis vitiū.

 dicens.

dicens. Deus ego sum; ego feci me ipsum, & cætera huiusmodi, sicut refert Propheta. *e* Quomodo enim cæteri Angelorum ipsum videntes, & planè cognoscentes creaturam finitam, & limitatam, limitatæque virtutis, ac finitæ potentiæ, ipsum Deum appellassent, nisi ipsemet hoc sibi ipsi priùs persuasisset, ac alijs prædicasset? Sed cum alij Angeli hoc sibi placere maximè perspexissent, omnes adulatores effecti, ei adhæserunt Deum appellantes: ex quo tertia pars eorum cecidit; & ecce quàm funestæ, quàm magnæ ruinæ principia prima dederit adulatio, quam cæteri omnes tanti magistri normam plenè sequuti, sibiipsis adulationis originem internam, & externorum adulatorum parauerunt turmas. Quid enim miserrimos homines quamplurimos induxit, vt eo dementiæ peruenirent, quod se Deos existimarent, & ab adulatoribus externis dii appellari, sibique ipsis tanquam Diis honores tribui paterentur? Quid aliud impulit Alexandrum, vt suæ virtutis, & humanitatis oblitus, Callisthenem, quia illum, vt Deum venerari noluit, crudelissimo afficeret supplicio? Internus adulator. Quid Caligulam, quid Domitianum, Quid multos prætereà, tùm Græcos, tùm Romanos Imperatores, vt Deorum nomina captarent? Adulator internus. Nùm obscurum est hoc tàm scelestę, & imane facinus, quò homines Dei gloriam ad se transferentes, reliquos homines, quasi nihil cum illis commune habentes, contempserunt? Et certè non aliundè, nisi ab illo adulatore interno inordinato, videlicet, sui amore: & indè externi omnes adulatores, qui quàm ingeniosè, & callidè tanquam venatici canes acutissimè perscrutantes, principum inclinationes, & placita eò insania deuenerunt, vt principes quàmplurimos infinitis alligatos sceleribus, tamen interdum tanquam maximarum virtutum ornamentis excultos eos laudarent præsentes, & aliis prædicarent absentes: & quamuìs leuissimos, & flagitiosissimos, in Deorum tamen numerum referrent. Sic vides in eadem sacra scriptura Nabucdonosorem, Pharaonem, & alios sese Deos appellantes, ac pro Dijs ab aliis venerari volentes, & suppliciis durissimis cruciantes illos, qui venerari, vel colere renuissent, quemadmodum in tres pueros in fornacem succensam immissos, excanduit Nabucdonosor. *f* Sed quid in seriem deducimus principes magnos, Imperatores, & Monarchas, cum leuissimus quisque quando, aut re numaria cæteros antecelluerit, aut in ciuiles quoquomodo honores incurrerit, inopinata statim fœlicitate lasciuire incipiens, Deum se vocari sit passus? Ecce tibi, referente Plutarco, *g* Clitus, qui tribus, aut ad summum quatuor depressis Græcorum nauibus, vocitari se Neptunum passus, tridentemque gestans. Ecce, Demetrius, cui non nisi minimam ex Alexandri opibus, partem, fortuna carpens, tribuerat, Et tamen Iouem se vocari æquis sustinuit auribus, nec iam ad eum ligati mittebantur ab vrbibus, sed Theore, idest, qui publicò nomine ad eum veniebant, oracula sciscitaturi, eiusque responsa oracula dicebantur. Iam Lysimacus, qui loca ad Thraciam vergentia, tantummodo quasi regna extrema obtinebat, eousque insolentiæ, ferociæque euasit, vt diceret; Nunc demum Byzantij ad me veniunt, cum lancea cœlum attigi. Dictum certè risu dignum, sicut irrisit illud Pasiades Byzantius, qui tùm fortè aderat, Approperemus, inquiens, ne iste suæ lanceæ mucrone medium pertundat cœlum. Quid Clearcus, Hieracliæ tyrannus, qui gestauit fulmen, vnumque liberorum tonitruum appellauit? Quid Dionysius, qui Apollinis filium se nominauit? in epigrammate scribens.

e Ezech. 28. & 29.

Diabolus princeps, & Magister Adulationis.

Quàplurimi ab adulatoribus Dij appellantur.

Adulator Internus induxit prosumptionem, & dementiã in homines.

f Dan. 3

g Plut. vir. Alex. lib. 6.

C

D

Doride

Doride de nympha, Phœbi complex bus ortus.

Quid pater eius, qui mille, atq; adeo decem millibus ciuiũ interfectis, qui prodito per inuidiam hostibus fratre; qui matre quoque annicula non expectato, vt paucis e vita diebus cederet, truculenter præfocata, his omnibus, ac alijs sceleribus obrutus, tamen filiarum vnam Virtutem, Temperantiam alteram, & aliam Iustitiam appellauit? Sunt qui se se Energetas vocitarint, idest, veneficos; Sunt, qui Callinicos, idest egregie victores; nõnulli Sotheras, idest, Saluatores; quidam Megalos, idest, magnos, & horum omnium scelera (vt ita idem Plutarchus) greges mulierum emissariorum more, puerorum stupra, & cætera immanissima facinora, nullus est, qui scribendo assequi possit. Et ecce, fratres, quantam, & qualem vnus amor sui inordinatus adulator internus perniciem afferat.

Amor inordinatus Adulatio interna.

E Qui forte multos ex nobis, qui hac in aula sumus, pariformiter (& si nõ ità apparenter) euenit: hoc.n. vnusquisque Deum facit, inquit probatissimus ille pater Augustinus, q̃ supra Deum diligit: quare alius pecuniã, alius libidines, alius dignitates sibi constituit idola; & hoc est illud, quod maxime præcauendum sibi propheta regius proposuit, *b* Vbi nos legimus, Proba me Deus, & scito cor meum; & vide, si via iniquitatis in me est. Hebræus textus sic habet. Et uide, si via idoli in me est, sicuti Diuus Hieronymus transtulit. Ad quidnã ergò tanta cordis perscrutatione, & indagine, tanta hominis probatione, quã a Deo expetebat propheta indiguit? Si apertè idola coluisset? Manifestũ igitur ex eo, quod per viam idoli Deo manifestandam, nil aliud intelligebat, quã peccatum aliquod occultum, vel affectum aliquem cordis inordinatum (si forte adesset) non sibi satis notum: quod iterum deplorabat idem propheta. *i* Nescio an de suæ, an de nostræ tempestatis hominibus; vbi dicit, Transierunt in affectum cordis; & ecce tibi inordinatum amorem superius dictum, quem magis explicans Hebræus textus, sic habet. Consumpserunt vitam suã, seruiendo idolis ex corde. Proh nefas, proh facinus; seruite namque idolis, idest, libidini, sensui, auaritiæ, diuitiis in ordinato affectu vtique pessimum, at consumere totam vitam, exempli gratia, in mulierculæ amorem illicitum, & inordinatum, quid absurdius, quid scelestius audiri potest? Oh execrandum vndique facinus, creaturam Creatori non hac, uel illa die, sed toto vitæ temporis decursu præferre, quomodo non confundimur fratres? Et si non amore Dei, & tot acceptorum beneficiorum gratitudine, saltem verecũdia, & confusione commoti, non conuertimur ad Deum, idola abijcien-

b Psalm. 138.

Affectus inordinatus Idolus internus.

i Psalm. 72.

F tes, quibus diù seruimus nobis ipsis nimium placentes? ex qua nostri complacentia, quæ ille idem est adulator internus, omnia oriuntur scelera (vt vidistis) quibus Deum offendimus.

Adulatio nem malũ in nos perficit.

Quem internum adulatorem (vt pauca saltem de externis dicamus) odorati adulatores extrinseci indè occasionem nacti, nullum est malum, quod in nos non perficiant; primò namque (sicut ait Antonius Monacus) K oculos nobis mentis eruunt adulatores suis laudibus, quemadmodum corui cadauerum oculos effodiunt: vel, vt ait Fauorinus, *l* quemadmodum Athæon ab alumnis suis canibus interijt; sic parasiti isti, eos, à quibus aluntur, pessundant: Hinc Plato in Phædro adulatorem appellat bestiam humano generi pestilentem, & in Menexemo eum præstigiatori similem esse significat: quippè qui quocumque latrone deterior, a nobis rationem, & iuditium arripiat: immò ipsa Circe a priscis viris ficta, crudelior, & pernicio-

K par. pri ma serm. 52. in ma lissa.

l apud Stobaeum ser. 12.

Adulator bestia appellatur.

sior,

fior, ea enim exteriora hominum tantummodò in bruta transformabat: at adulator suis fallaciis, & præstigijs blandis hominum hominis interna transmutat; contemnamus igitur quæso adulatores, qui, vt vmbra, quidquid facis imitantur, si stas, stant: si curris, currunt, & quocumque te vertis, se vertunt, & sequuntur: in omnibus denique tibi respondent, teque comitantur, veluti vmbra corpus, quæ per se nihil agit omnino, sed inflectitur, mouetur, producitur, stat, vel migrat pariter cum suo corpore: ex quo sequitur, nullam veram celebrationem consequi ab his, qui adulatorum laudibus, veluti umbris, efferũtur: nã vt accrescẽte vmbra, vel decrescente corpus ipsum, nec augetur, nec minuitur, sic, nec laudib. meliores sumus, nec detractione veræ dignitatis splẽdorem amittimus. Repellamus ergò à veræ dignitatis splendore umbram hanc, illum offuscantem. Repellamus à veræ virtutis odore pestem hanc adulatorum, odorem ipsum in fætorem vertentem, Christi sumus discipuli, qui breui sententia illos perstringit, & refellit, Generatio, dicẽs, mala, & adultera; mala, quia facultates, & diuitias deuorat; adultera, quia vitia in virtutes, & virtutes in vitia confundit: Nituntur enim adulatores impij impios omnes efficere, & hoc eorum peculiare munus.

Similitudines Adulatoris.

Ideò secundo loco præsentes hodierni adulatores Christum adorientes secundo in verbo prolato suam produnt impietatem: vix enim pronuntiato verbo illo Magister, statim effutiunt volumus. Quid volumus? Certè sui, & Israeliticæ Reipublicæ ruinam. Certè hoc volumus, ruina est mundi totius, & animarum omnium, quod Isaias *m* præcauens dixit, Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras, & nescisti? Deum alloquens, & accepit diuinum responsum. Ecce in die ieiunij vestri, inuenitur voluntas vestra: & quid magis impium, quàm Dei voluntati suam præferre? Præferimus autem quoties contra Dei legem aliquod perperamus peccatum: ut quid ergò mentimur adulantes quotidie, & dicentes fiat uoluntas tua? Non sic Dauid, qui quod opere explebat, decantans, dicebat, *n* Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. Vide iumenti obedientiam, & patientiam, & uide regem, ut iumentum absque proprio uelle in Dei uoluntate remissum totum, ac resignatum; & imitare omninò iterum dicentem. *o* In me sunt Deus uota tua, idest, omne meum uelle, omne uotum in tua, prorsus, diuina, firum est, uoluntate: & iterum, *p* Noli emulari in eo, qui prosperatur in uia sua, idest, qui secundùm propriam uoluntatem graditur: aliàs (ut ait Diuus Bernardus) quid ardebit in inferno, nisi uniuscuiusque damnati uoluntas propria? Et si quando, fratres, propriæ innixi uoluntati per deuia, & abrupta incessimus, cessemus tandem Paulum *q* illum diuinum imitari, qui dum præceps per deuia rueret, proprium sequens uelle, cœlitus repente monitus; repentè se consignat dicens. Domine quid me uis facere? Et exinde totus in Dei uoluntate resignatus, ac repositus, nec unguem quidem ab ea discessit. Fratres, si sæpius prolapsi sumus cum Paulo, surgamus properè, & dicamus. Domine quid me uis facere? Et repetamus sæpius, Domine quid me uis facere? Domine quid me uis facere? Et oremus iugiter, vt impetremus pariter omnes, ut non nostra, sed Dei semper uoluntas fiat. Sic D. Catherina Senensis Christum suũ sponsum, & dominum sæpius orauit, ut sibi cor suum totũ, ac totam auferret propriã uoluntatem; quare in quandã feruentẽ uisionẽ acta percæpit Christũ latus eius aperuisse, eiusque corde ablato recessisse. Iterum deinde eidem vigilanti,

Secundum Membrum.

m 58.

Quid magis impius quã Dei volũtati suam præferre.

n Psalm. 72. G

o Psalm. 55.

p Psalm. 36.

Propria damnatorum volũtas causa dãnationis.

q Act. 9.

Exemplum.

gilanti, ac de Sacello ecclesiæ Senēsis patrum Dominicanorum egredienti oc
I currit Christus, illustre cor, ac rubicundum manu tenens, propiusque accedens in sinistrū virginis latus immisit, dicens. Eia filia cor meū pro corde tuo tibi sum largitus. Mirum sanè, quod in aperto latere cicatrix, quoad Virgo vixit, in tantæ rei testimonium permansit, quam illius sociæ sæpe se vidisse testatæ sunt; talem imitemur pro posse, & nos Christi famulam, vt saltem insensibiliter, & internè cor nostrum cum Christi corde commutemus, nostram voluntatem suæ subijcientes diuinæ per omnia ei (sicut fas est) obedientes.

Cor Christi pro corde nostro largitur nobis.

Ne forte hoc (tertio in loco) quod Scribis hodiernis, & Pharisæis, nobis eueniat, ne, videlicet, in obstinationis barathrum dilabamur, quò illi turpiter se dilapsos ostendunt, cum subdunt, tertio Verbo, A te signum videre; Et quod signum maius, & expressius obstinationis eorum? Surdo enim nūquam nisi per signa explices quod libuerit, sermonibus minime: sic istis (vt ait David) Furor secundum similitudinem serpentis obturantis aures suas, Vt uero nostrum habet prouerbium uulgatū pessimus est surdus ille, qui non uult audire; non uult autem, quia obstinatus persistit, O Iudæa insana, & orba, quomodo cum olim esses aquila linceis oculis in Patriarchis, & Prophetis nunc talpa, & talpa uoluntaria es effecta? At cum talpa natura odio habeat
K lucem, quō tu semper nouos miraculorū, & splendidiores expostulat radios? Forsitan, ut inde rabie maiori, ac maiori intabescas odio? præsertim fratres, cū dicat f Hieronymus, Quod non signa petebant ordinaria; nunquid enim, quæ viderant, non erant signa? Sed, ut alius explicat Euangelista, signum de cælo petebant, uidelicet, uel in morem Heliæ ignem de sublimi descendere, uel in similitudinem Samuelis tempore æstiuo contra naturam loci mugire tonitrua, corruscare fulgura, imbres ruere, & similia. Cæterum, ut ex eodem capite euangelii duodecimo eliciunt Diuus Chrysostomus, & Theophilatus ibidem, multa signa paulo ante patrauerat Christus, & ideò admirans Euangelista, exorsus est cum illa uoce tunc, uidilicet, Tunc, quando flecti oportebat, cum admirari, & obstupescere; tunc cùm flecti, & obedire, illos decebat, propter signa præcedentia, tunc, inquam, a malitia non desistentes, signum de cælo quærunt. At Pharisæe, qui calūniaris ea (inquit diuus Hieronymus) quæ oculis vides, manu tenes, utilitate sentis; quid facturus esses in his, quæ de cœlo ueniunt? Vtique dixisses, & magos in Egypto multa signa de cœlo fecisse. At inquio ego, & quanam cæcitate percussus extitisses, si terrenorum lucem miraculorum sustinere nequibas? Quando e cœlo miracula radiassent? Sanè Christus tantæ consulendo insaniæ, talpæ præfatæ signum non
L nisi talpæ conueniens, repromittit, subterraneum, uidelicet, dicens, Et signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ.

Tertium Membrū.

r Psa. 57.

Maxima Iudæorū obstinatio.

Similitudo.

f Super Matt. ca. 12.

t Homil. 44. in Matt.

u Super Matt. ca. 12.

Inde cœcā eorum obstinationem deplorans, simul & terrere illos uolens, duo adducit, & Salutaria, & terribilia exempla. Viri, inquit, Niniuitæ surgēt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia egerunt penitentiam in prædicatione Ionæ: Et ecce plusquam Ionas hic; in quo exemplo Christus (ait Chrysostomus) x Totum contrarium eius, quod Niniuitis contigerat, Iudæis se uenturum prænunciat, quoniam ex beneficio operum Christi nullum fructum perceperunt: sed & grauiora patientur; & interim ostendit, quòd iustè patientur, dicens, Viri Niniuitæ surgent in iudicio, & condemnabunt: id est, ipsi Niniuitæ Gentiles, & legis ignorantes iustam ferent in iudicio sententiam, non sententiæ potestate, dicit diuus Hieronymus,

Iudæorū Incredulitas.

x Homil. 44. in Matt.

sed

aa Super Matt. ca. 12. aa sed comparationis exemplo; Ionas enim Assirijs, genti incredulæ, Christus Iudæis populo electo Dei, Ionas triduo, Christus tribus annis, & ultra prædicauit, Ionas nihil signorum faciens, Christus tanta & talia, Beelzebub calumniam sustinuit.

Secundùm verò adducit exemplum dicens. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquàm Salomon hic, quod maius fuit, bb Ibid. dicit Chrysostomus. bb Ionas enim ad Niniuitas abijt. Regina verò Austri M non expectauit Salomonē ad ipsum ire, sed ipsa ad eum accessit, & mulier, & barbara, & tantum remota non mortem formidans, & sola cupidine verborū humanæ sapientiæ; ibi ergò mulier aduenit, hic Christus venit; illa a finibus terræ surrexit, Christus circuiuit ciuitates, & castra: illa de arboribus, & lignis, Christus de ineffabilibus tractauit mysterijs.

cc Ibid. Hæc est illa regina Saba (inquit D. Hieronymus) cc de qua in Regum volumine, & in Paralipomenon legimus, quæ per tantas difficultates gente sua, & imperio derelictis, venit audire Salomonē. Quare iure merito condemnabit incomparabili ferè excessu Iudæorum obstinationem. At, quid nos, quibus non triduò, vt Ionas, non asperè, nō concisè, non rudè, ac minaciter, sed quotidie per singulos annos, per quadragesimas singulas aduenit charitate tanta, tanto nostræ salutis desiderio per suos ministros euangelizans Christus? nos, inquam, qui nullo negocio, non sicut Regina Saba difficultatibus implicita, methodo facillima salutem, salutisque viam audimus iugiter, quomodo semper obstinati persistimus?

Faxit Deus, vt obstinatione quacunque, in qua fortè per multos annos iam uiximus, abiecta; nostram non amplius diuinæ, sed diuinam nostræ præferamus voluntati, & iugiter dicamus corde, ore, & opere. Fiat voluntas tua sicut Epilogatio. in cœlo, & in terra. Faxit Deus vt nostri amore inordinato pessimo illo adulatore interno posthabito, externis adulatoribus aures cordis, & corporis occludentes Deum super omnia, & semper diligamus, & diligendo fruamur in sæcula sæculorum. Amen.

FERIA QVINTA POST DOMINICAM primam Quadragesimæ. Concio Quinta.

Exemplo Cananeæ, quæ ad preces diuino Regi Iesu Christo fundendas à finibus Cananæorum egreditur, qualis debeat esse perfecta oratio hic proponitur; insuperque explicantur conditiones, quæ desiderantur in orante; & denique in medium afferuntur circunstantiæ, quas petitio necessariò requirit, vt ipsius finem à cœlesti Patre orans adipisci possit: quo peracto orationem mulieris illius omni excellentia condecoratam extitisse demonstratur.

SApientissimè quidem tuba illa exclamauit Apostolica *a* dicens. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei quàm incomprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: in omnibus namque diuinis vijs diuina hæc apparet veritas, vt suppono, & in præsentiarum vnum euangelicum occurrēs pro omnibus sufficiat exemplum. Quidnam enim humana expectassent iudicia, cum viderent in hesterno euangelio insignes viros clarissimos, legis doctores Dei ministros de semine Abraham, credentes, & fideles, apud quos rerum summa, & præsertim sacrarum erat? Quid, inquam, à talibus humano iudicio expectandum? Certè non nisi altum quid, & sublime, magnificum, & diuinum præsertim ex eo, quod Christū adoriuntur: attamen proh dedecus tribus in verbis tria effutiere perniciosissima vitia, adulationem, videlicet, in verbo Magister, rebellionem in verbo, volumus, & obstinationem denique in verbo, A te signum videre. Contra verò in euangelio currenti quidnàm boni a muliere fragili, & imperita, legis ignorante, fidei experte gentili, etnica, idolatra, peccatrice, & inter peccatorum tenebras educata? Attamen, o verè altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei, o verè, incomprehensibiles Dei viæ, omnia namque huius mulieris verba sunt mysteria, sententiæ sunt, & norma Christianæ disciplinæ, & præsertim virtutis illius facile principis, nempè sanctæ orationis.

a Rom. 11.

A

Orare namquè exactissimè docet, tribusque in partibus principalibus totam distinguens orationem mentem eleuare docet (cum oratio, eleuatio sit mentis in Deum) per tres angelorum Hierarchias in ipsum Deum. Et prætereà quamlibet partem principalem in tres vlteriores distinguit iuxtà cuiuslibet Hierarchiæ in tres choros distinctionē: cum enim (quoad primam Hierarchiam) ex diuo Antonino, *b* oratio pura debeat esse, communis, & perseuerans: puritas ad Angelorum euehit chorum: communitas ad Archāgelos: perseuerantia: inter Principatus constituit: sic mulier Cananæa: primo puritatem quærit ibi & ecce mulier egressa a finibus illis. Secundo communitatem cum pro alijs etiam rogat: dicens, etiam domine nam & catelli, &c. tertio perseuerat quousque imperret; & sanata est filia eius ex illa hora, quo ad secundam & tertiam Hierarchiam, ex eodem D. Antonino ibidem cōditiones orationis connectendo: si oratio debet esse operosa nempe alijs associata virtutibus, ecce adoratio; cultus in Cananæa, &c. ecce fides, O mulier magna est fides tua; & aliæ, quàs omitto, si oratio humilis cum Potestatibus esse debet, eò

Oratio est eleuatio mētis in Deū.

b 4. part. tit. 5. c. 8. §. 7.

Ordo singularis orationis.

deuenit Cananeæ humilitas, vt canem se vocet; Si deuota cum Dominationi
bus, deuota venit, & adorat Cananæa. Si firma cum thronis in tertia Hierar-
chia, ecce in toto progressu Cananeæ firmitas, & constantia. Si distincta cum
Cherubim, ecce distinctio diuinitatis, & Humanitatis in Christo. Domine,
inquit, fili Dauid: & in petitione distinguit dicens, Adiuua me: & inde, filia B
mea vexatur, &c. Si denique ardens cum Seraphinis, statim a limine ardens,
Diuisio & feruens exclamat. Clamauit, &c. At, nè multis irreuerenter, & inconsultò
trimembris. tædio afficiamus, Serenissimorum præsentiam, prima in Hierarchia sermonē
continebimus: eritque munda, communis, perseuerans oratio Cananeæ cum
c 1. Matt. 6. 12. tribus primæ Hierarchiæ choris.

Primum mēbrum. Quoad primum notat Remigius *c* Tyrum, & Sydonem Ciuitates fuisse
Gentilium, nam Tyrus metropolis; Sydon verò terminus Cananæorum fue-
Oratio munda à peccato. rat. quare mulier Cananæa vera orationis norma priusquam orationis ver-
ba fundat, egressa est (inquit euangelista) à finibus illis, idest Cananæorum,
in quo satis expresse ostendit mundam orationem à peccatis fieri debere; nā
d cap. 1. à peccatoribus prius egreditur ipsa, indè orat. Quod idem Isaias *d* docuit, cū
Similitudo. ait. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ ple
næ sunt sanguine: super quo diuus pater Basilius sic ait. Veluti si quispiam fi-
liū alicuius vnicè dilectū neci tradiderit, idemq; manus effuso filij sanguine
eatenus cruētatas supplex exporrexerit ad patrē occisi filij, nō nè ad iram tan
tò acriùs exacerbaret patrem tali affectum iniuria? equidem peccatorum
e Homil. 30. presbyter designatus. preces ità se habent ad patrem Deum directæ; vel vt docet Chrysostomus. *e*
Quemadmodum in coronis non satis est flores esse puros, nisi pura sit, & ma-
nus eos contexens, sic & in sacris hymnis oportet non verba tantum esse pia;
verum etiam animum, orationem concinentem à peccati labe mundum, &
f de rectitudine cat. conuersationis. purum. Sicut enim, Nullum (inquit Diuus pater Augustinus) *f* in vulnere
valet medicamentum, si ferrum intùs maneat; ità nihil proficit illius oratio,
in cuius pectore mortiferum versatur odium, & peccatum quodcunque sed
quid igitur? an non est orandum, inquies? Respondet Diuus Chrysosto-
g Hom. 52 in Matt. mus. *g* Orandum quidem tibi est; sed non sordido, neque ità deturpato, nam
si quis pedes tuos stercore sordidatis manibus supplicando tangeret, non
modo non exaudires, verum etiam calcibus expelleres. Quomodo igitur au- C
des tu hoc modo Deum orare? Nam qui orat, quasi manu lingua vtitur,
qua genua Dei supplicando attingit. Orandum ergò, sed à Cananæis, idest,
h de mūdi contēptu. a peccatoribus, & peccatis omninò egrediendum, quin & ipsa oratio maxi-
mè iuuat, vt a peccato egrediaris, & indè egressus salubriùs, & meritoriè ad
gratiam, & vitam æternam orationem fundere valeàs; sicut enim (inquit I-
saac *h* presbyter) Reuelatur facies terræ per radios solares ab obscuritate ae-
i Cap. 1. ris occupante, ità potens est oratio soluere, & annihilare ab anima nebulas vi
Orādum est ut egrediamur & a peccato & egressi vt exaudiamur. tiorum, & irradiare mētem luce lætitiæ consolationis, & gratiæ. Oremus er-
gò, vt a peccato egrediamur cum Cananæa: Oremus indè egressi, vt munda,
& pura sit oratio, quò a Deo impetremus gratiam, & gloriam: sic Isaias *i* post
quam dixit. Non exaudiam: subdit. Lauamini, mundi estote. auferte ma-
lum cogitationum vestrarum, & venite, & arguite me dicit Dominus. Qua-
si dicat. Tunc enim iure merito argueris me, si non exaudiam, quando lo-
ti, & mundi oraueritis. Sed proh dolor, quis nostrum sic mundus, & pu-
rus orare nititur? Ieremias quidem ità conqueritur. Verterunt ad me ter-
k Cap. 3. gum, & non faciē, & in tēpore afflictionis suæ dicent. Surgem, & libera nos.

Vide-

Videre peccatorum procaciem, & temeritatem, Deo tergâ dare, sceleribus coinquinare, & sic vitijs obruti Deum exorare? Quibus sic respondet Dominus. Vbi sunt dij tui, quos fecisti? surgant, & liberent te in die afflictionis tuæ, quasi dicat. O qui me Deum dereliquisti bonorum omnium largitorem,
D vt seruires peccatorum idolis. Vade nunc ad tuas libidines, ad homicidia, & stupra, ad diuitias, & auaritias, & cœtera huiusmodi peccata, & experire, an ista te liberare sint apta: Attamen comminationes huiusmodi per suos prophetas Deus paternè facit quò conuertamur ad ipsum, in eumque puri, & mundi efficiamur à peccatis egressi, qua in munditia, & sanctitate, vt conseruemur, normam sequentes Cananeæ, quæ non solùm a Cananæis, sed à finibus eorum est egressa; ità & nos, nedùm a peccatis sed a peccatorum finibus, idest occasionibus egredi oportet. Sic docuit Angelus Tobiam *l* Piscē, qui sub aquis terribilis apparebat, ab aquis deduci, e quibus sublatus, & in siccum deductus, statim ante pedes Tobiæ palpitare cœpit moribundus; quem ergò immanem, & ad diuorandum aptum in aquis expauescens fugerat, indè in siccum deductum facillimo exenterauit negotio; sic peccatum aquarum occasionibus vndiquè madescens, est ferè impossibile ex sententia omnium Orthodoxorum patrum, quod non interficiat hominem, quã uis fortem, & iustum, quod iugis experientia comprobat innumerabilium ex oblata occasione per peccatum euersorum, sit vnus nobis pro omnibus in exemplum iustus, & fortis Dauid, *m* qui ex minima intuitus occasione, videndo, scilicet, mulierem se lauantem cæcidit quam turpiter, & in adulterium, & in homicidium omni proditione, ac immanitate plenissimum. Contra verò sublatis à peccato occasionum aquis, statim euanescit palpitans, remanente homine victore, & triumphante. Sic, si licet profana sacris tingere lymphis, fabulati sunt antiqui, Herculem diutiùs pugnantem cum Anthæo filio terræ nunquam eum superare potuisse, etsi multotiès in terram
E deiecisset; nam ex contactu matris terræ, nouis, ac validioribus insurgebat in Herculem viribus, quod aduertens denique Hercules, Anthæum à terra suspensum vi magna sustinens, & brachijs astringens, & fortiter coangustans, & coartans, ipsum occidit, animam exhalare faciens. Ità re vera mater peccati est occasio, quare etsi homo iustus peccatũ superare videatur, multoties deijciens, vel per pœnitentiam, vel per confessionem sacramentalẽ, attamen statim, quòd terram occasionis tangit, insurgit nouus, & mõstruosus filius Anthæus. s. peccatũ: quare oportet peccatũ suspendere, i. ab occasione omninò separare, si victores, & nõ potiùs victi euadere volumus; & hoc est cũ Cananæa egredi à finibus, idest ab occasionibus peccati, quo possimus cũ primo angelorũ Choro, mũdi, & puri manẽtes, orare semper (vt suos præmonuit Seraphicus pater noster Franciscus) ad Deum puro corde: Angelorum puritati coniuncti. Et inde ad secundam perfectionem peruenire orationis cum Archangelis, scilicet, non solum pro nobis; sed pro omnibus orare, & pro vniuersa republica: munus enim Archangelorum est, vniuersam rempublicam gubernare, ac regere; & sic erit communis oratio, vt dicebamus, cuius etiam norma est eadem Cananæa, quin, & cum duplici ratione dicatur oratio, communis, videlicet, vel quia pro republica fit vniuersa à quocumque sit, vel quia a multis in cætu, & congregatione coadunatis, in vtramque partem optimam se præbet magistram Cananæam. Primò namque cõmunis est eius oratio, quia in cætu, & congregatione iustorũ erat iungendo se Apo-

l Tob. 6.

Orans nõ solum a peccatis sed ab occasionib. egredi oportet.

m 2. Reg. 11.

A finibus peccatorum egrediẽs triũphator existit.

Secundũ membrũ.

Oratio duplici ratione cõmunis.

ſtolis, qui (vt ait Euangeliſta) accedentes rogauerunt dominum, dicentes; Dimitte eam, quia clamat poſt nos, ſcilicet, orando nobiſcum. Eſt communis ſecundo modo Cananeæ oratio, quia non ſolum pro filia, ſed pro vniuerſa orat Republica, cum ſubdit, Etiam domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum; vbi pro vniuerſis exorauit Cananæis. Nos ergò quoque fratres publica oratione in cætu iuſtorum in eccleſijs, & oratorijs omninò delectemur. Quid enim tali publica oratione ſalutarias? quid vtilius? digniùs quid? quid efficacius? Vbi ſunt qui ſolitarias preces venerandæ congregationi, aut eccleſiæ cætui, autumnant anteferri? Audiant dominum, qui ait. *n* Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à patre meo: Quare ſi duobus, vel tribus infimul conuenientibus non hoc aut illud; ſed omnia ſe promittit, poſtulatus, daturum; quid in conſilijs, & congregatione ſanctorum non ſtatim eſt elargiturus? Si nil negat tàm paucis, quid multis poſcentibus iuſtis denegabit? Hoc ſe aſſecutū gloriabatur propheta *o* dicens. Confitebor tibi domine in toto corde meo; in conſilio iuſtorum, & congregatione, ad cuius exemplar toto confitetur corde quiſquis totum ſibi in conſilio iuſtorum, quod popoſcit, confidit eſſe præſtandum. Confidere autē omnino debet, cum Deus verax, & non homo mendax ſit ille, qui firmiter promittit omnia ſe daturum in conſilio, & congregatione iuſtorum orantibus. G

n Mat. 18 Salutaris ac efficaciſſima cōmunis oratio.

o Pſ. 110.

Oremus ergò ſic publicè, ſed, & cum priuatim oramus, alio modo publicè oremus, ideſt pro Republica, pro qua multùm valet iuſti vnius deprecatio vti docet D. Iacobus *p* in ſua Catholica. Vrget enim charitas Reipublicæ non tepefacta proprio intereſſe; vndè hoc idem confirmat ibi Apoſtolus Iacobus exemplo; Eliæ dicens: Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex: & rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam: & terra dedit fructum ſuum. Quod ergò impetrauit Elias, & nos impetrare poterimus pro libito, ſi pro Republica orare voluerimus. Sic Noe *a* tempore diluuij cum iratus vehementer eſſet Deus contra vniuerſum prorſus orbem pro Republica orans ædificauit altare Domino offerens holocauſta ſuper illud, & odoratus eſt dominus (inquiunt diuinæ litteræ) odorem ſuauitatis, & ait ad Noè. Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines. Oh efficaciam, oh vim virtutis orationis; & quoties Moyſes placauit eum pro ſua Republica, illam ab imminenti liberando euerſione? Quoties ſancti iudices, & reges idem præſtiterunt? Ioſuè, Ieptè, Sampſon, Samuel, Dauid rex, Ezecchias, & mille? Hinc pro omnibus admirans cecinit propheta. *b* Quàm bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Et alibi. *c* Voluntatem timentium ſe faciet: & deprecationem eorum exaudiet: Et quid putatis fratres hac noſtra tempeſtate Rempublicam ſuſtinere? Num peccata noſtra? Num contentiones? Vſuræ? Inuidiæ? Detractiones? Impudicitiæ? Adulteria? & cætera huiuſmodi facinora? Certè non niſi aliqui noui Duces, & Reges, nempè ſerui Dei in angulis reconditi religionum, orantes, deprecantes, ſacrificia, & libamina offerentes, & in vigilijs, & ieiunijs vitam degentes mundum ſuſtinent, aliàs ob innumera ſcelera ſub noſtris oculis peſſundatum iret, quod cōcinnè ſatis deſcripſit Anna illa propheteſſa Samuelis prophetæ mater in ſuo cantico dicens. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit H

Pro Republica orandum eſt.

p Cap. 5.

a Gen. 8.

b Pſa. 63.

c Pſ. 144.

Serui Dei orantes, & deprecantes mundum ſubſtinēt.

ſuper

super eos orbem, sanè non nisi, vt regant, & sustineant illū, *d* quod explicans diuus Hieronymus, pro cardinibus transtulit, & exposuit pauperes, & afflictos terræ, scilicet, iustos pauperes spiritu, propter quos Deus mundo parcit, mundum regens, & gubernans. O vtinam ergò Deus nobis multos concedat huiusmodi cardines, quibus vel maximè indigemus, quo maximum sustineant nostrarum iniquitatum, & impietatum pondus. At quicunque simus fratres, nullatenus cessemus ab oratione pro republica quantumuis peccatores, & indigni simus: respicit enim Deus zelum iustum, reipublicæ indigentiam vrgentem, orandi charitatem proprio spoliatam interesse, quo maxmè delectatur, & exaudit aliàs indignos orantes, ipsosque dignos reddit: & quid ergò hac pro republica oratione salutarius, cum orans rei publicæ salutem, & sibi veniam saltem dispositiuè vnico impeteret orandi actu?

d 1. Reg. 2. Cardines terræ pauperes, & afflicti.

Præsertim si oratio sit assidua, & perseuerans: dixerat enim supra Apostolus Iacobus, orationem iusti vnius pro republica multum valere; sed assiduam, inquit, qua mediante virtute, ab Archangelis (ad quos cum communi ascenditur oratione,) ad Principatus per ipsam peruenimus perseuerantiam, quæ sola inter ipsos Principatus nos coronat: non coronatur enim (vt inquit tuba illa regia) *e* nisi qui legitimè certauerit, idest perseueranter, inquiunt patres, sic nostra Cananæa, vt ex processu suæ constat orationis, & patres omnes aduertunt, perseuerantiæ nobile, ac insigne posteris reliquit exemplum, primo namque cum vocem extollens exclamasset, Miserere mei domine fili Dauid, miserere mei, nullum retulit respōsum, dicente Euangelista, qui non respondit ei verbum: at illa perseuerans adiunctis etiam discipulis; attamen non nisi asperum, & minax audit responsum, dicente domino. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, quo
K audito nūm desistit ab oratione? Num spe consternata deicitur? Absit. Quin (inquit diuus Hieronymus) *f* ista Cananæa perseueranter proficiens, primum appellat Christum filium Dauid, deinde dominum vocat, & ad extremum, vt Deum adorat, & tunc adorat, quando se omninò exclusam audit ab ouibus Israel, tunc enim, vt ait Euangelista, illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine adiuua me. At Christus tùm non respondendo, tùm differendo, tùm maxima cum abiectione ipsius mulieris eam repellendo, asperrimè patientiam, & perseuerantiam Cananeæ ostendere nobis voluit, vt clarè noscamus perseuerantiæ totum esse negotium; & perseuerantiæ totum id tribui, quod oratione perficitur: visa enim adoratione mulieris cum orationis perseuerantia, dixit: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Oh Chisti diuinam prudentiam, vt aurum enim in igne sic probat Cananæam, quæ probationi correspondens, vltimos dat perseuerantiæ radios, victoriam, & coronam reportans, cum ait; etiam domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Oh mulieris virtutem, oh constantiam, oh perseuerantiam; hanc nos quoque fratres sub Cananeæ istius ductu amplectamur orationis perseuerantiam, vt imperremus: & Deum vincentes, a victo corona donemur. Sic enim Deus, vt amantissimus parer, nostra delectatur perseuerantia, illam excitans, promouens, extollens, atque perficiens, vti manifestissimè constat in exemplo, quod præ manibus habemus Cananeæ: Deus enim regulariter a principio nostrarum orationum, vel quasi non audierit, nil respondet, & in progressu si mul-

Tertium membrū. Perseuerantia necessaria ī oratione.

e 2. Thimot. 2. Perseuerātia nos coronat. Cananæa perseuerans i oratione exauditur.

f Super Matth. c. 15.

si multa petimus, non omnia simul; sed aliquid concedit tantummodò: & quare hoc? nunquid auarus est Deus, & illiberalis? Absit: est enim bonitatis, & largitatis immensum pelagus, qui g dat omnibus affluenter, & non improperat; & a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum: Vt quid ergò sic differt concedere petita, & sic per partes concedit paulatim? Sanè non alia ratione, nisi vt nos perseuerantes in oratione faciat, secumque detineat nostra delectatus conuersatione, familiaritate, & colloquio; non aliter, quam pater filijs, quos tenerrimè amat, vel quasi princeps curialibus sibi pergratissimis, cum quibus de reipublicæ statu agit, per quam libenter: & in quorum gratiam florentem reddit: sic cum illo Israelitici populi monarcha Dauide a qui cum in Ceila moraretur, adhuc priuatus, cum eum Saul Rex acerbissimè persequebatur, ipse duo postulauit Dominum: Alterum an si viri Ceilæ ipsum in manu Saulis tradituri essent, alterum, an venturus esset Saul, nec nè. Dominus verò d e duobus rogatus instanter, alterum tantum respondit. Descendet, dicens, Saul, ex quo non potuit percipere Dauid iuxta petita, num saluus, & securus esset a persequutione Saulis. Quarè igitur alterum subticuit dominus? sic suspensum, & insolutum constituens Dauidem? Sanè, vt illum secum in colloquio, & oratione perseuerantem contineret: quod & accidit: nam iterum orare coactus Dauid orans, & perseuerans, audiuit tandem, quod exquisierat, videlicet, tradent te viri Ceilæ, quo audito, statim recessit ex illo loco, & saluus abijt. Oh perseuerantiam orationis, sic a domino in Euangelio b introducitur amicus amicum tres panes petens, & hoc media nocte, idest tempore hominibus ad negotiandum importuno, vbi ostenditur, quod amicus rogatus deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi: & si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis (ait Christus) & si non dabit illi, surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios, & ego dico vobis, petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Quo in loco manifestissimè apparet Christum dominum, & Deum nostrum, qui errare non potest, non probitati, siue iustitiæ, ac sanctitati, sed perseuerantiæ palmam tribuere in oratione, & si non dabit (inquit) quia amicus dabit propter improbitatem, idest perseuerantiam: etsi enim cum hominibus importunè se gerere multoties multùm obest, quomodò obesse poterit cum Deo esse importunus, cum Deus ipse importunitatem doceat, atque adeò præcipiat? Quomodò negare aliquid vnquam poterit importuno petenti, qui se omnia largiturum importuno firmiter repromisit? ideo namque describitur petitio medio noctis tempore, vt ostendatur Deum nostrum amicum, & amantissimum patrem semper audire paratum a nobis requisitum: & nunquam dormire, vel quiescere a donis largitionibus, & concessionibus, & omnia importunitati, siue perseuerantiæ condonare. Quod optimè cognoscens rex ille propheta c dicebat. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Oremus ergò, & nos fratres perseueranter, certi tanta certitudine, quanta est in Dei promissis, Quod quidquid petierimus, impetrabimus.

At pudeat nos in hac orationis virtute, ac cæteris ipsam comitantibus post

Non omnia Deus simul concedit i oratione, vt simus perseuerantes.

g Iacob. 1.

Simil.

a 1. Reg. 27.

Delectatur Deus in oratione iustorum.

b Luc. 11.

Simil.

Importunitatē in oratione nos docet.

Non iustitiæ, ac sanctitati palmam tribuit, Deus in oratione, sed tantū perseuerantiæ.

c Psa. 118.

M

post Christum natum, passum, mortuum, & a mortuis resurgentem, a dextris Dei perpetuò sedentem in tota gratiæ claritate, & meridiana noui testamenti luce degẽtes, a muliere Cananæa in tenebris ignorãtiæ nata, & educata, vinci, ac superari. Ponderate quæso ipsius actiones singulas, & obstupescite mecum, & confundamur simul, primo namq; si fides orationem comitari debet, monente Iacobo *d* Apostolo, quòd orans postulet in fide nihil hæsitans, ecce Cananæa oratrix, quæ sicut in fine ab ipso Christo de fide laudatur, cùm dicit. O mulier magna est fides tua; sic a principio magnam ostendit fidem Cananæa, vt inquit Glossa *e* Christum enim Deum credit, vbi illum dominum vocat, & hominem fatetur, vbi filium Dauid appellat. Præterea si oratio quæcumq; Christi merito inniti debet, sic docente Ecclesia, quæ orationes omnes, & singulas concludit, Per dominum nostrum Iesum Christum, & Per Christum dominum nostrum: irà Cananæa, vt ostendat se tali merito inniti, explicat filium Dauid: nam, vt filius Dauid, idest, vt homo, meruit nobis Christus omnia; Cananæa ergò nihil ex proprio merito postulat: sed solam Dei misericordiam efflagitat, & hoc per meritum Christi filij Dauid. Præterea cum solus Deus sit omnium bonorum, & gratiarum largitor, ex sententia diuinarum litterarum, & omnium patrum, & scholasticorum doctorum, ipsum Deum orat, dicens, Miserere mei domine. Nec dicit, miserere filiæ, sed miserere mei; nam Sanitatem filiæ sub condictione petit, & Dei relinquit beneplacito, solum dolorẽ aperiendo, & vulnera medico detegendo, & morbi magnitudinem, & qualitatem, cùm dicit, filia mea malè a dæmonio vexatur, & nihil amplius; misericordiam verò absolutè quærit, instanterque petit, dicens, miserere mei domine, in quo nos docet cum omnibus orthodoxis patribus, quod misericordiam Dei, & gratiam, & gloriam absolutè quærere, instanterquè petere debemus: Sanitatem verò, diuitias, & cætera temporalia sub conditione tantum, Dei voluntati, ac beneplacito denique in his nos remittentes, ac subijcientes. Videte etiam o mulieres (inquit Origenes) *f* prudentiam fæminæ infidelis, quæ fideles in cultu, ac pietate superat: non enim iuit ad maleficos, & incantatores: non quæsiuit inanes ligaturas; sed omnes relinquens diaboli superstitiones, venit ad dominum, suscipiens suæ causæ patrocinium dominum ipsum. Videte etiam (inquit Chrysostomus) *a* mulieris virtutem, quæ neque contradicit Domino, nec tristatur in aliorum laudibus, nec ægrefert proprium conuicium. Dominus dicit; non est bonum. Hæc respondit; Etiam Domine. Ille iudæos vocat filios: Hæc dominos appellat, sub quorum mensa, vt catella se subdit. Ipse canem eam vocat, & illa etiam opus canis adiungit, quasi dicat, si sum canis, non sum a re aliena: canem me dicis; ergo nutri me, vt canem: non enim possum relinquere mensam domini mei. Videre etiam (inquit diuus Hieronymus) *b* quia huius mulieris non solum fides, patientia, prudentia, perseuerantia, & cætera, vt supra commendantur; sed mira etiam eius humilitas prædicatur: quod se catulis comparat, quasi dicat. Scio me filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec sedere possum ad mensam, cum domino, & patre: sed contenta sum catulorum reliquijs. Oh admirandam oratricis humilitatem: & quomodò ista non penetrasset cœlos, cœlorumquè dominum? Vtinam, & nos fratres si non tanta, saltem aliquali humilitate nostras ad Deum fundamus preces, certi quod non potest mentiri qui dixit *c* Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consola-

d cap. 1.

Oratio Cananeæ oẽs circũstantias & virtutes includit.

e sup. Mat. cap. 12.

Bona tẽporalia sub conditione sunt petenda.

f sup. Mat. cap. 12.

a Homil. 53. in Mat.

Cananea non tristatur i aliorũ laudibus.

b sup. Mat. cap. 12.

c Ecclesiastici 35.

consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciet; ex diuino ergò decreto oratio humiliantis se nunquam vacua redibit. Oh insensatos nos, si ea virtute, quæ maximè nostram decet conditionem velimus, nolimus, humilitate, scilicet, destituti, orantes, indè iure meritò nihil a Deo impetremus: Et quantamnè putatis conciliasse apud dominum gratiam, vltra fidem, & perseuerantiam, humilitatem istam Cananeæ? Tantam, quod meruit audire, fiat tibi, sicut vis; & sanata est filia eius ex illa hora: nec mirum, hæc enim vox Christi (inquit Chrysostomus vbi supra) similis est illi, qua dixit Deus, fiat firmamentum, & factum est ità, &c. Intende autem denique cum eodem Chrysostomo; qualiter Apostoli pro Cananæa orantes non impetrant, & impetrat ipsa: nam magnum quid est instantia orationis vniuscuiusque pro seipso: etenim pro nostris noxis Deus a nobis multo magis orari, quam ab alijs pro nobis delectatur; si quis ergò (inquit Rabanus,) *d* conscientiam habet alicuius vitij sorde pollutam filiam habet malè a Dæmonio vexatam. Item si quis bona, quæ gessit peccatorum peste fœdauit, filiam habet immundi spiritus furijs agitatam. Ideoque necesse est, vt ad preces, lacrymasque confugiat, quò a peccatis purgatus cum Cananæa egrediatur a peccatis, & peccatorum finibus, idest, occasionibus, vt sic purgatus, & purus, cum Angelorum choris reperiatur per gratiam; & indè pro republica orans, vel in cœtu, & congregatione iustorum, communem oratorem, & mundi cardinem cum Archangelis se exhibeat, & denique perseuerando vsque in finem, cum fide, patientia, humilitate, & cæteris virtutibus cum Principatibus coronam reportet; ad quam oh verè cœcos nos, si non currimus anhelantes: Oh insensatos nos, si conscientiam ab infernalibus exagitatam furijs, non sentimus, & ab his quam citissimè liberari non quærimus, & instantibus precibus a Deo non expostulamus. Ah Domine Iesu, ah Domine Iesu respice quæsumus hanc filiam conscientiæ nostræ, quæ malè a Dæmonio iniquitatibus mille, milleque remorsis vexatur. Sana eam, qui potes; sana qui formasti, & redemisti eam, & audiamus suaue illud verbum. Vade, & fiat tibi sicut vis, & sanetur conscientia nostra ex ista hora, & in perpetuum. Amen.

Oratio humiliantis nunquam vacua redi-it.

Magis delectatur Deus quàdo orat quis pro se, quam quàdo oratur alius pro illo.

d Super Mat. c. 10.

Q

FERIA SEXTA POST DOMINICAM primam Quadragesimæ. Concio Sexta.

Sacris circundatus misericordiæ vestibus Christus infirmum languentem respicit, & salutem ei collaturus omnium creator rerum assensum ipsius exposcit, quo accepto, statim ægrum triginta octo annorum sanum atque incolumen reddit; volens his significare hæc omnia requiri ad hoc vt peccatorum infirmitate mortifera oppressus iucundum diuinæ gratiæ munus consequi valeat: vnde admiranda sacramenti Pœnitentiæ dignitas elicitur.

A SICVTI artificis industris magis, ac magis elucet magisterium, quãdo in re parua, & exili materia magnas insculpit historias, vel actiones heroicas, quam si in magnis pyramidibus, vel fornicib. eadẽ insculperet. Sic Deus optimus maximus, & dominus noster Iesus Christus, vt magis, ac magis diuina sua elucetet sapientia infinita, infirma mundi (vt præmonuit nos Apostolus) *a* elegit, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contẽptibilia mundi, & ea quæ non sunt, vt nõ glorietur omnis caro in conspectu eius; sed gloria appareat Dei; exemplum nobis euangelicum hoc mane occurrit rem totam demonstrans, quid enim languido triginta, & octo annorũ immoto immobili per seipsum, & omni externo destituto auxilio debilius, & infirmius? Quid pariformiter peccatore gratia Dei destituto, & miseriarum tenebris obruto vilius? & in hoc, & in illo mira, & magna operatur Dominus noster Christus in currenti historia euangelica; sanat enim languidum litterali sensu, iustificat peccatorem in morali, & hoc tribus actibus principalibus: primo enim respicit, Hunc cum vidisset Iesus, &c. Deinde interrogat, Vis sanus fieri? Denique sanat, surge & ambula. Nos moralem sequemur.

Simil.

***a* 1. Corinth. 1.**

Deus velut Artifex.

Diuisio trimembris.

Quoad Dei visum, certissimum est apud omnes, nedùm Theologos, sed, & prudentissimos Philosophos Deum Optimum Maximum duos habere diuinos oculos, intellectum, scilicet, & voluntatem. Intellectum, quo anticipat finẽ, discernit vias, prævidet modos, præscit omnia, & voluntatẽ, per quam finem approbat, medium, & viam talem præ cæteris eligit: hinc Plato in Philebo, Thimæo, Phædone, Politico, illos philosophos detestatur, qui natura-
B lium rerum causas, vel ad fortunam, vel ad naturæ necessitatem referunt: ipse enim naturalia omnia existimat instrumenta quædam intelligentiæ, potius, quàm causas. Si quis ergò quærat, quare terra est rotunda, respondet, quia rotunditatis ideam participat: ad cuius similitudinem mundi artifex illam effecit, & sic de singulis rebus. Præterea bona quælibet mundi in tantùm bona sunt, inquantum ordinantur a summo bono, & etiam, vt agentia sunt ad bonum aliquod ordinantur singula: summum autem, & vniuersale bonum, omnia, & singula ordinat ad seipsum. Deus igitur ad seipsum vt ad finem ducit omnia: nullus enim actionis diuinæ finis est extra Deum; cum verò Deus

Primum Membrũ Apud Theologos oculi domini intellectus, & voluntas.

Deus ad seipsum ducit omnia.

fit intellectualis,& bonitas ipsa; intellectuali dilectione diligit,& appetit bonitatem suam: Deus igitur vult seipsum, vult, inquam, se, tamquam finem sui ipsius,& omnium, ex uoluntate autem finis prouenit operatio circa illa, quæ diriguntur ad finem; qua propter diuina uoluntas (ut Plato inquit in Thimæo) creaturarum omnium est initium. Idem apud Mercurium Trimegistrum sæpissimè legitur. Putant enim, & optime principium vniuersi perfectissimum agendi modum decere, qui est agere liberrimè,ita, vt voluntate sua sit omnino effectionis dominus, qui omninò est dominus effectorum. Dominus, inquam, libera uoluntate disponens; nam, si necessitate, uel naturæ, uel intelligentiæ ageret, ageret simul omnia, atque infinita simul, singula quoque cogeret, ac momento raptaret. Constat ergò clarissimè, (uti dicebamus,) nedum ex mente Theologorum, sed, & Philosophorum, præsertim Platonicorum, Deum Optimum Maximum liberrima uoluntate disponere omnia ad finem per ordinata media iuxta sui diuini intellectus præscientiam,& præcognitionem: & hic est Dei intellectualis intuitus, quem designat mysticè intuitus Christi in languidum directus,in euangelio,ubi dicitur. Hunc cum vidisset Iesus.

Creaturarũ omnium initium est Dei voluntas.

C

Namque (ut peroptimè docent duo illa lumina Græca Gregorius Nissenus,& Gregorius Nanzianzenus) sic Deus à principio ordinauerat hominem ad fœlicitatem æternam, in paradiso uoluptatis eum collocans, & proportionatis medijs, & tali statui conuenientibus disponens, ac regens. At, proh dolor, cecidit homo ordinata abijciens media. Quid ergo Deus? hominem penitus euertet? Absit. Sed diuino suo intuitu (ut prædiximus) hunc iacentem, & iam prostratum respiciens, ad eundem fœlicitatis finem hominem ordinatum conseruans, noua decreuit media, Christi, videlicet, filii sui passionem,& mortem,& sacramenta inde manantia, uirtutemque ac meritum illius homini iacenti,ac prostrato applicantia; & sic ad fœlicitatem reducentia,ita ut, sicut uetus homo de terra,sic nouus de aqua: & sicut ille terrestri pondere pressus cecidit deorsum,ita iste per aquæ symbolum,& proprietatem tantò ascendendo eleuaretur, quantò cadendo ille descendit: sed quia baptismus Christi non est in aqua solum,sicut Iohannis baptisma,sed,& in aqua, & spiritu (ut ipsemet Iohannes testatus fuit) ut totus homo spiritus fiat,non solum tantò eleuetur,quanto cecidit, sed penetret cœlos, intret empyreum,ipsamque aulam regiam,ut Deo adhærens vnus spiritus fiat cum eo ipsi semper coniunctus.

Deus suo diuino intuitu hominẽ iacentem respexit.

Non solum tãto eleuatur homo quãto cecidit,sed etiam vt empyreũ intret.

Eodem porrò ordinis intuitu unumquemque nostrum post baptismi sacramentum peccantium respicit misericorditer Christus: & quoties cadimus manente adhuc huius uitæ uia toties respicit, adeo quod (oh Christi ineffabilem misericordiam) si quis per triginta, & octo annos langueresceret in actualibus peccatis, attamen Christus pientissimè illũ respicit. Sicuti hodiernum euangelicum languidum in sensu literali respexit: & quidnam est Christum respicere peccatorem per multos annos in peccatis lãguentem, nisi iuxta præfata,illum ordinatum ad fœlicitatem seruare?media proponere,atque offerre peccanti gratis? illum uocare,& excitare mediis diuersis, diuersisque uocationibus tùm internis, tùm externis? Hunc cum uidisset Iesus; ecce fratres gratia præueniens,Nathan Propheta monens Dauidem in peccatis turpiter lapsum: Ecce Christi intuitus in Petrum tempore passionis negantem, quod concinnè descripsit patientissimus Iob *a* dicens, in petris riuos excidit, & omne

Moralitas. Christus semper peccatorem respicit.

a c.28.

D omne pretiosum uidit oculus eius; sanè de Petro peccante solo intuitu uim lacrymarum elicuit, & in luto peccatorum omnem uidet pretiosam animam, respiciensque uocat e luto. Sic olim Christus iuxta mare Galileæ uidit duos fratres, & uidendo mirum quid designauit: Sicuti si sculptor uidens lapidem luto, & immunditia obrutum, considerans tamen pretium illius, miram aliquam designat in ipso structuram; ita Christus in naui duorum fratrum ecclesiam sculpsit, in rete euangelium, in piscatoribus apostolos, in piscibus peccatores conuertendos: Venite (inquit) post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Sic in Paulo peccatorum mineralibus immixto imperfectionibus, uas pretiosissimum electionis designat. Vade (inquit) Anania, quia vas electionis mihi est iste &c. Sic in Magdalena cœno impudicitiatum obuoluta, pœnitentiæ perfectissimam normam, & ideam sculpit. Oh quam uerè, oh quam verè omne pretiosum uidet oculus eius. Quod & quotidie efficit in peccatoribus innumeris, quos humano iudicio omninò reprobatos iudicares: attamen pientissimus dominus illos respicit etiam per triginta, & octo, idest per plurimos annos languentes, quos repente experimur conuersos, & E mira sanctitatis exempla parere.

Christus pretiosā animam. videt in peccatis.

Simil.

Ad quod consequendum no sufficit solus Christi intuitus, quod est primum in currenti euangelio, sed secundum requiritur, scilicet, peccatoris consensus liberi arbitrij concursus a Christo expetitum: cum postquā vidisset languidum, subdit. Vis sanus fieri? Quasi dicat. Qui fecit te sine te, posset & te sine te saluare; sed non decet libertatem tuam ab origine mundi tibi inditam, non decet integritatem liberi arbitrij tui, quod omnino saluum consistere volo, excito vtique, voco, expecto, media propono, & sæpius offero; sed cogere nolo. Vis ergo, vel nō uis? Quid statuis de te ipso peccator? Vis ne sanus fieri? In manibus tuis salus tua est: vis nè illam, vel respuis? missam faciamus fratres controuersiam illā subtilissimis agitatā argumentis, de specialibus Dei auxilijs, & solum sacrosancti Tridentini Concilii decretis, & Orthodoxorum Patrum placitis adhærentes huiusmodi liberi arbitrij cum gratia concursum, vnica figura, & illa pulcherrima explicemus. In diuinis litteris a legitur, quod Delbora prophetissa fortissimum vocauit ducem Barach, illique nomine Dei præcepit, vt exercitum duceret, prælīūque iniret contra Sisarā Cananæorum ducem; Respondit autem Barach prophetissæ. Si venis mecum, uadam; sin autem non pergam. Cui Delbora. Ibo quidem tecum, sed hac vice victoria non reputabitur tibi. Oh quam concinnè Delbora præuenientem gratiam, Barach liberum arbitrium & eius cum gratia concor- F diam, & concursum designant. Sicuti enim Delbora vocat, excitat, monet, mouet Barach; ita gratia liberum arbitrium nostrum: Et sicuti in potestate Barach fuit inire, vel non inire, prælium, ita in potestate est liberi arbitrij dissentire, & consentire si velit. Denique pergit Barach in prælium, sed cum prætextu, quod pergat secum Delbora, alias impotentem se fatetur ad tam magnum facinus. Quid ergo Delbora? Vadit semper, libentissimè comitatur; sed victoriā sibi reseruat; nullo modo Barach tribuit. Ita sanè, dà, quod consentiat liberum arbitrium; num per se solum est sufficiens consentire? Absit: sed per Dei gratiam, quæ semper adest, comitatur semper. Da vlterius, q̄ vincat, num uirtute propria vincet? Num sibi aliquid victoriæ reputandū? Absit: totum. n. opus est gratiæ Dei, gratiæ Dei victoria tribuēda est, quid expressius? Quid clarius? Consentire igitur, vel dissentire

Secundū membrū. Ad conuersionē non solū sufficit Christi intuitus, sed requiritur peccatoris cōsensus.

a Iudic. 4.

Figura.

Quomodo saluatur liber tas arbitri cum gratia.

liberi est arbitrij. At & si consentiat, & ueniat, non vi propria, sed gratia Dei vocante, excitante, coadiuuante totum opus perficitur. Quid ergò dicis peccator? Vis sanus fieri? Certo certius scias, quod vix consentire decreueris, & statim audies.

Tertium membrũ *d Malac. 4.* Tertium, & vltimum, Quòd cum languido litterali sensu expletur in euangelio, videlicet, Surge, Oh mirã Dei in iustificãdis peccatoribus celeritatem, quàm pulcherrima metaphora expressit propheta *d* dicẽs. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Qua in re celeritatem, atque velocitatem inexplicabilem innuit iustificationis peccatoris. namque in ortu Solis statim in momento imperceptibili totus prorsus illuminatur orbis: quod, vt etiam magis exprimeret, subdit, & sanitas in pennis eius. Ita in iustificatione peccatoris statim, quòd peccator consenrit, in istãti gratia G Dei totam illuminat animam, fugans peccatorum tenebras, totumque microcosmum irradiat, accurrit, volat clementissimus dominus, vt iustificet. Quid ergo differs peccator? Quid procrastinaris? Surge, surge, vnico verbo, sicut in principio fiat lux, & facta est lux; ita cum vnoquoque nostrum surge, & statim lux gratiæ illuminat omnem hominem consentientem in ea.

Quanta sit celeritas iustificationis peccatoris.

Quid? forsitan tibi desunt media? Nescis consentire? Ignoras quomodo consentias? Vade ad Sacerdoris pedes, ad sacrosanctæ pœnitentiæ tribunal, ibi statim audies. Surge, absoluo te, Oh virtutem nostrorum sacramentorum operatoriam, & perfectè operatoriam, & operantem statim. Oh dignitatem, & auctoritatem tribunalis pœnitentiæ sacramentalis. Hæc excellit quamcumque in terris constitutam, quam, vt comprehendatis, fingite animo, quod esset officialis, vel præses aliquis à serenissimo nostro cũ plenitudine potestatis constitutus, qui omnes principis sententias reuocare posset, & irritas omninò efficere, etiam pœna capitis damnatos liberare & in pristinum restituere, & fisco applicata iterum reddere, & cætera huiusmodi: Quæ nam hac maior posset desiderari, vel intelligi in isto felicissimo statu auctoritas? Sic vtique sacerdos hac plenissima gaudet auctoritate reuocandi, scilicet, cassandi, & annullandi omnem, & quamcumque ab omnipotenti Deo latam sententiam, seruatis tamen, seruandis. Post latam, inquam, a santissima Trinitate sententiam cõtra mortaliter peccantem in pœnam lethalis commissi peccati, si reus contritus, & humiliatus peccata sua confiteatur Sacerdoti auctoritatẽ habenti, statim Sacerdos Dei auctoritate eiusdem Dei sentẽtiã reuocat, dicens, Absoluo te. Deus tulit sententiam, ego auctoritate eiusdem reuoco illam, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, communioni fidelium, & gratiæ Dei. Gratiam Dei in te ministerialiter diffundo, Absoluo te, surge, illuminare: non enim errare, nec fallere potest, qui dixit *e* quodcunque solueris super terrã, erit solutũ, & in cœlis. Quare non solùm peccata dimitto, & gratiam Dei impertior; sed & thesauros Ecclesiæ, merita, scilicet, Christi, & sanctorum, tibi dispenso, quin, & merita propria præterita iam fisco applicata, idest per lethale peccatum mortificata, tibi in integrum restituo. Vade in pace, surge, surge. Et quæ nam ergo stultitia fratres, quæ dementia impedimentum vobis afferre potest, quò minùs tanta gaudeatis indulgentia? Gratia tanta? Tanta dignitate? Aut quæ vesania, vel infernalis furia mentem vestram, & vestrum pectus agitat? vt hæc omnia abiecta spernatis? Nonnè quotidie (quamuis peccatores inueteratos, & languidos) vos respicit clementissimus dominus noster Iesus Christus? patienter expectando, vocando, millena, & millena remedia offerendo, H

Auctoritas pœnitentiæ sacramẽtalis excellit quamcumque aliam in terris. Exemp.

Sacerdos Dei auctoritate sententiam peccatoris reuocat.

e Matt. c. 18.

Mortificata per absolutionem peccatorum ad vitam redeunt.

rendo, tùm externis, tùm internis vocationibus excitando? Nonnè post baptisma, quo vos reuocauit ad cœlum, iterum, atque iterum pœnitentiæ sacramentalis offert remedium singulis annis, & vicibus? Quid ergò agis peccator? Nùm ludis? vel potiùs illudis? Quid ais? Vis sanus fieri? Delbora te vocitat: caue tibi, nè discedat, consensus tui requiritur arbitrij, quem si præstare nolis, actum est de te. Vis nè vnico exemplo totum id planè confirmatum? Accipe quadraginta martyrum sub Licinio Imperatore, & Agricolao Præfecto hodie in Ecclesia recensitū martyrij triumphum. Qui cum quadraginta essent hyemis tempore frigidissimo nudi, sub aperto aere per totam noctem constituti, vt frigore congelati necarentur, vna hæc erat omnium oratio. Quadraginta in stadium ingressi sumus, quadraginta item domine corona donemur, nè vna quidem huic numero desit. In qua perseuerantes oratione, cæterisque custodibus somno dedictis, solus vigilabat ianitor, qui & illos orantes, & luce circumfusos intuens quosdam è cœlo descendentes angelos vidit, tanquam a rege missos, qui coronas triginta nouem militibus distribuerent. Quod admirans ita secum loquebatur ianitor. Quadraginta hi sunt quadragesimi corona vbi est? Hæc dum animo reuolueret, vnus ex illorum numero, cui animus ad frigus ferendum defecerat, in proximum tepefactum balneum; ex industria a tyranno, ad probandam martyrum constantiam, ibidem constitutum, desiliens, se proiecit. Verùm Deus martyrum præces irritas esse nolens, repente vocat ianitorem, cui rei euentum expectabat, & vocationi consentiens, mox custodibus e somno excitatis, detractisque sibi vestibus, se Christianum esse clara voce professus, martyribus se adiunxit quadragesimam arripiens coronam. Qua in re gesta, nonnè clarissimè apparet ex cōsensu, & dissensu liberi arbitrij quadragesimo coronam subtrahi militi, & ianitori donari? Omnes enim milites erant; omnes æquè vocati ad idem martyrij genus, sub eodem tyranno, loco eodem, eodem temporis momento, sub eodem die, & iisdem omnino suffulti precibus: vt quid ergò deficit quadragesimus? Sanè, non nisi ex dissensu liberi arbitrij, quid ergo ais modo? Vis sanus fieri? Vis tuam coronam accipere, ad quam certo certius es ordinatus, cum sis sanctæ Ecclesiæ membrum? An uis potius, quod alius accipiat coronam tuam? dicente Spiritu sancto. *f* Tene, quod habes, nè alius accipiat coronam tuam: Et hoc idem manifestissimo, ac certissimo comprobante ianitoris exemplo, qui quadragesimi militis accepit coronam. Surge, surge ergò frater; Surge, circumspice, & caue tibi, nè alius accipiat coronam tuam: tene, tene quod habes, & ad quod vocatus es, quod & tibi concedat qui te vocauit. Amen.

Epilogatio.

I

Exemp.

Assensus liberi arbitrii nos coronat.

f Apoc. 3.

SABBA-

SABBATO POST DOMINICAM primam Quadragesimæ, Concio VII.

Occasione Christi se transfigurantis sequenti concione de figuratione & configuratione sermo habetur, quæ quidem ad quattuor perstringitur capita, quorum vnumquodque maxima cum doctrina suis locis perbellè explicatur.

ET si verbi æterni, & incarnati mysteria ineffabilia, & innumerabilia sint, in præsentiarum tamen occasionem nacti ex currenti euangelio, in quo de trãsfigurationis mysterio agitur, ipsius quasi originem,
Diuisio quadrimẽbris. & terminum explicantes, & veluti catenam auream annulis intercipientibus confectam formantes, primò verbi æternam figurationem. Secundò nostram ad ipsum configurationem, tertiò iterum ipsius ad nos, & quartò denique nostram ad ipsum delineabimus, quàm breuissimè, ac perutiliter. De transfiguratione verò ipsius die crastina erit sermo.

Primum Membrũ Quoad primum, non inconcinnè Verbi æterni generatio dici potest figuratio: est.n. perfectissima imago, & completissima figura ipsius Patris dicente
a Hebr. 1. Apostolo, *a* Qui cum sit splẽdor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Quàm vero expressissime imago sit patris, & figura, pluribus docet Spiritus sanctus.
a Sap. 7. *a* Candor est (dicens) lucis æternæ, Speculum sine macula, imago bonitatis A
Coætarnitas, & identitas filij cum patre. Dei, quib. in verbis nostræ capacitati se coaptans, describit Coæternitatẽ, & identitatẽ essentialem filij cum patre, vbi filiũ appellat candorẽ æternæ lucis, plenitudinem verò eandẽ omninò omnium perfectionum infinitarũ, quæ est in patre, in filio æqualiter reperiri ostendit, vbi subdit, Speculum sine macula: distinctionem deniq; personalem innuit, vbi concludit cum hoc, imago bonitatis Dei, quibus proportionaliter, æquis membris correspondet adamussim Apostoli descriptio; candori enim lucis æternæ correspondet splendor glo-
Figuratio verbi ad Patrẽ. riæ. Speculum sine macula exprimit figura substantiæ: denique ad imaginem bonitatis Dei refertur, portansque omnia verbo virtutis eius. Quibus (vt dicebamus) æternam filii Dei figurationem nobis describunt; quemadmodum enim pictor seipsum pingere volens, se se in speculo contemplatur; sic
Similit. Deus pater seipsum in speculo suæ diuinæ, & infinitæ essentiæ æternè intuens, perfectissimè sese in filio expressit, æternè producẽs filium sibi per omnia coæternum, & coæqualem, splendorem de splendore, candorem de candore, speculum de speculo, bonitatem de bonitate, æternitatem de æternitate, lucem de luce, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, per quem omnia facta sunt.

Secundũ Membrũ
b Gene. 1.
c Eccl. 17.
Configuratio nostra ad verbum.
Præsertim uerò factus est homo ad imaginem, & similitudinem suam; & ecce nostra ad ipsum configuratio, quam expressit Spiritusanctus *b* dicens. Fecit eum ad imaginem, & similitudinem suam; & iterũ *c* Deus creauit hominem de terra; & secundum imaginem suam fecit illum, & iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se uestiuit illum virtute: quibus in verbis clarè docet Spiritusanctus, hominem a primordio quoad corpus de terra formatum,

matum, vbi dicit, Deus creauit hominem de terra. Secundò ostendit illum quoad animam ad imaginē Dei effectum; vbi subdit, & secūdum imaginem suam fecit illum. Tertiò demonstrat illi inditam gratiam gratum facientem, & Deo suo creatori vnientem, cum ait; Et iterùm conuertit illum in ipsam, & denique perfectam similitudinem illi tributam docet per omnium virtutum habitus, vbi concludit. Et secundum se vestiuit illum virtute. Quod totum vnico expressit verbo idem Spiritus sanctus *d* dicens. Fecit Deus hominem rectum; quæ rectitudo, ut docent omnes Theologi in actibus, & habitibus primis consistebat, additis, & adiunctis secundis: tunc enim rectissimus est homo, quando perfectus existens in anima, & corpore, quoad actū primum, & informatus gratia, & aliis habitibus secundum eorundem similiter actum primum, inde per intelligentiam actualem per actum secundum (vt uocant) iungitur summæ veritati in cognoscendo. Et per uoluntatem connectitur summæ bonitati in diligendo: & per virtutum habitus summæ potestati connectitur in operando: tunc enim conuersus est homo totus ad Deum secundum se totum; & in hoc consistit perfecta rectitudo, secundum quam dicitur, fecit Deus hominem rectum, idest, in nullo prorsus incuruatum, & inquinatum.

d Eccl. 7. Fecit Deus hominē rectum.

B

Talis a primordio fuit hominis per imaginem, & similitudinem ad Deum configuratio. At non diu perstitit huiusmodi hominis figura recta, quin, & taliter incuruati sunt prothoparentes, vt nedum illi, sed ipsorum filij, & filiorum filii usque in sæculum, vt dixerit, vnus ex eis diuino afflatus spiritu. *e* Et dorsum eorum semper incurua; non tamen oblitus est Deus suæ infinitæ bonitatis, & misericordiæ, qua mediante iterum primam restaurando figurationem rectam, atque perfectam, sinum suum aperiens, tradidit nobis filium per omnia nobis configuratum, secundum primam rectitudinem. At perfectiori modo.

Configuratio hominis ad Deum.

e Psa. 68.

Et ecce tertio loco ipsius ad nos configuratio, quando, videlicet, Verbum diuinum carnem assumpsit humanam; quam configurationem metaphora non ingrata expressit propheta *f* quando vidit figulum facientem opus super rotam. Et dissipatum est (inquit) vas, quod ipse faciebat, & conuersus fecit illum uas alterum. Quid enim primum vas dissipatum, nisi primum hominem de terra formatum, quasi vas, & per peccatum contritum, & incuruatum designat? Quid uerò vas alterum super eandem rotam, & de eadem terræ massa formatum, nisi hominem a Verbo rota de rota, scilicet, æterno Filio de æterno Patre assumptum exprimit? quando Verbum caro factum est. Vas uerè alterum, de quo dicitur in Ecclesiastico *g* vas admirabile, opus excelsi: verè opus excelsi, quia superat non solum omnem virtutem, & potentiam creatam, sed, & omnem cuiuscūque creaturæ captum: uerè uas admirabile, de quo dicit Isaias *h* & uocabitur nomen eius admirabilis. Ipsum enim magis mirari, quàm describere fas est. quin & impossibile est exprimi, nisi admirādo, & tacēdo. Taceamus ergò eius mirabilia; & hoc solùm dicamus. Quod in sui ad nos configuratione per Hieremiam, vbi supra exprimitur per figulum formantem vas luteum, qui antequam illud formet, priùs eruit terram, percutiens ipsam millies, & millies vertens, & inuertens, terrens, & conterens quousque disposita sit ad formam intentam recipiendam; sic dominus noster Christus voluit suum sacratissimum corpus a peccatorum manibus attrectari, & contrectari, percuti, & repercuti, iterum, atque

Tertium Membrū

f Hier. 18

Simil. Configuratio exprimitur per Hier.

C

g cap. 43.

h cap. 9. Vas admirabile Dei filius in carne.

que

qui iterum flagellari, vt vas nobis fieret admirabile, liquorem iugiter fundens infiniti meriti, quam iterum attrectationem idem propheta *i* expressit, dicēs. Tantum in me vertit, & conuertit manum, suam tota die, scilicet, Deus pater, formando me vas vndique perforatum iugiterque plenum ad effundendum super Ecclesiam, & fidelium animas, infiniti meriti liquorem. Qua in re Christus dominus noster non modo rectam Dei imaginem secundum quòd homo expressit, se nobis confirmando secundum primam primis parribus impertitam rectitudinem: sed, & insuper nostras post lapsum assumens passiones, ac pœnalitates (omni seclusa imperfectione) quæ meritum parere poterant, nouam instituit vitæ spiritualis figurationem. D

i Tren. 3.

Christus velut vas effundit super Ecclesiam infiniti meriti liquorem.

Cui nos quarto loco configurari omninò vult, ac præcipit, sicut nos docet Apostolus, *a* dicens. Et in societatem passionum Christi configuratus morti eius, &c. Et infrà. Sequor autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Oh miranda verba: quid ais Apostole sancte? Num comprehendere poteris Christum Iesum, vel Christi virtutem? Quid est hoc, quid est hoc, quod ais? Vult (inquit) fratres configurari Christi vitæ, passioni, ac morti; & in hoc Christum comprehendere, sicuti a Christo comprehensus est. Nec impossibile effatur: Quid enim alibi? *b* Imitatores (inquit) mei estote, sicut & ego Christi: data enim proportione, vult nos configurari Christi Domini nostri vitæ, passioni, ac morti, secundum vniuscuiusque nostrum gradum, statum, conditionem, vocationem, & capacitatem: & tunc vnusquisque comprehendere dicitur Christum Iesum, sicuti ab ipso comprehensus est, quando Christi sequens vestigia, modo sibi possibili merita Christi sibi applicat: & quemadmodum Christus pro nobis passus est, ita & nos sequamur vestigia ipsius, propter amorem Christi, quidquid in hoc mundo patimur sufferendo: & sic passionem ipsius nobis applicando. At quod item nos hortatur diuus Petrus; *c* Non configurati (inquiens) prioribus ignorantiæ uestræ desiderijs: sed secundum eum, qui vocauit vos sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Vnusquisque ergò satagere debet pro posse, vt quemadmodum Christus pro nobis passus est, ita sese illi configuret in vita, & passione: & hoc est comprehendere, sicut & comprehensi sumus. Non solum autem Diuus Paulus *d* docet nos configurari E Christo, sed tradit etiam normam, & modum dicens, nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu, quibus in verbis docet nos posse Christo conformari, & configurari clarissimo negotio: quemadmodum enim pictor volens aliquam figuram secundum eius naturalem similitudinem pingere, imaginemque ad viuum repræsentantem formare, tribus indiget, scilicet, prothotypon, secundò lumine, Tertiò pinnicillo, & coloribus, quibus delineet, & pingat. Sic Diuus Paulus docet. Primò prothotypon Christi passi, & Crucifixi pro nobis iugiter ob oculos habere, In eandem (inquit) imaginem transformamur. Secundò lumen aperit, & tota claritate diffusum ostendit, quo mediante pingere possimus; vbi ait. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes; quasi dicat, non amplius velata facie, sicut sub Moyse in veteri testamento, sed aperta, & reuelata in clarissimo lumine gratiæ, & gloriam, & viæ gloriam distinctissimè cernimus, non sicut illi, qui in tenebris ambulabant, sicut dixit Isaias

a Philip. 3.

Quartū Membrū Quid nā est Christum cōprehendere, & a Christo comprehendi.

b Phil. 3.

Homo debet se cōfigurare Christi domini vitæ, ac morti.

c 1. Petr. c. 1.

d 2. Corinth. 3.

Simil. Ad configurationē Christi tria sunt necessaria.

Isaias e propheta, sed quibus in nouo testamēto lux magna est orta: quarè nō nisi volētes erare possumus: denique paulatim colores superinducere, lineas protrahere, & perfectam figuram formare docet Apostolus cùm cōcludit; A claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu; scilicet, lineas vitæ Christi paulatim imitando: vis enim videre, quomodo, & quibus vestibus te indui oporteat? Vide Christum mundi dominū nasci nudū, vilibusq; pannis obuolui, totoq; vitæ suæ tempore vilibus indui. Vis addiscere humilitatem? Vide Christum in vili natum præsepio inter iumenta, & cum vili conuersatū plebe, quoad vixit, sic de alijs virtutibus; quas imitari singulas poteris, si volueris, scilicet liberalitatē, mundi cōtemptū, castitatē, cordis munditiā, ieiunia, orationes, & sic de singulis. Si enim es imperfectus, paulatim (vt diximus) produc lineas modo in vna, modo in altera exercendo te virtute, A claritate in claritatem inquit Paulus; Ibunt de virtute in virtutem; ait propheta regius f Vis autē perfectam figuram statim vnico actu referre? Typum ipsum totum, tibi applica toti vita vt non vnam superinducas lineam post aliā; sed typo demandes teipsum totū Christū crucifixū tibi applicando, & imitandū proponendo, sic diuus Paulus g Christo (inquit) confixus sum cruci. Viuo, ego iam nō ego, viuit verò in me Christus. Sic seraphicus noster pater Franciscus meruit singularissimo priuilegio seipsum tali demādare typo, vnde expressam retulit crucifixi similitudinem in manibus, & pedibus clauos formatos ab eodem Christo deferens, & latus a latere apertum Christi. Oh, quis nobis det fratres tales, ac tantum imitari patrem? Quod si ad tantam perfectionem peruenire nequimus, saltem conemur Christi passo compati, recolēdo eius passionē pro nobis illi condolendo, & lachrymis collachrymando cordis, sic hortante nos diuo Petro h Christo (inquit) igitur passo in carnem, & vos eadem cogitatione armamini Quidnām magnū igitur expetit a nobis? Oh ignatos nos, Si Christus pro nobis passus est in carne tām diram passionē, nolumus nos saltem eiusdē passionis pro nobis oblatæ cogitatione, ac meditatione muniri? Fingite animo duos reperiri amicos intimos, quorū alter pœna capitis ob sua facinora plectendus esset. Alter verò innocens, & innocuus maxima flagrans beneuolentia erga damnatū amicū pro reo mortem opperetet, rei vestibus indutus: quid nam si dum ad suppliciū innocens duceretur, obuiā sibi fieret reus pro quo patitur, nedum non condolens, vel patitur: sed econtrario irridens, & illudens, improperans, & conuicians? quam nam ingratitudinem inexplicabilem redoleret huiusmodi scelestus? Quanā pœna esset dignus? Quod nā dirū tormentū excogitari posset tantæ ingratitudini condignū? sic re vera nos fratres morte æterna dānati omninò eramus, Dei filius arctissima charitate se nobis coniūxit, nostræ carnis vestē induit, & pro nobis reis, & morte dignis diram passionem, & mortem est passus: nos ergò (oh quam scelestes, oh quam ingratos) non solum non compatimur, non condolemus, sed (quod pessimum est) illudimus, irridemus, conuiciamur; dum peccata innumera quotidie committimus, passionemq; ipsius post habitam quasi fæcem conculcamus; Christus quasi vernacula pro nobis laborauit, sanguinem desudauit, & laborans pro nobis vsque ad emissionē spiritus perseuerauit; pretium vero sui laboris non sibi, sed nobis impartiri omninò vult, nihil aliud a nobis expetens, nisi; quod ipsius passionem, & mortem recolamus, dicente ipso per Isaiam prophetam i seruire me fecisti in peccatis tuis; redue me in memoriam. Oh ingratos nos, oh immani

e Isai. 8.

V eraæ singularis Imitatio vestigiorū Christi.

f Psal. 83.

g Galat. 2.

Inmitatio Christi iecta est locū Christi aplicando.

h 1. Pet. 4.

Muniatur homo meditatione passionis Christi.

Exageratio contra non contemplantes passionē Christi.

a Cap. 43.

immani perfidia repletos; Dei filius æternè consubstantialis patri, figuratus sibi nos a primordio configurauit perfectam sui imaginem,& similitudinem in nos imprimens,& iterum incuruatos,& inclinatos,ad rectitudinem redu

Epilog.

xit pristinam,se nobis configurando,carnem assumens nostrã, vitamq; instituens,quam imitari debeamus,sanguinem pro nobis profundens,& vitã: & nihil aliud a nobis expetit,nisi,vt saltẽ,suæ passionis meditatione nos illi conformemus,& adhuc resistimus? Seruire (inquit) me fecisti in peccatis tuis;reduc me in memoriam:quasi dicat, Cætera sunt a me absoluta, ego pro te reo sum passus, nihil aliud superest, quàm vt reducas me in memoriam: multũ ego egi pro te,parum superest agendum, reduc me in memoriam. Vis ergò facillimo negotio,cæteris iam patratis,emendare vitam,corrigere mores,fugare peccata, virtutem indui, adipisci gratiam, consequi gloriam, reduc me in memoriam, & vade in pace. Amen.

Christus quasi Reus passus est pro nobis.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE
Concio octaua.

Saluator se transfigurans quattuor a tanto opere mira consideranda proponit; Primo quidem se Regum cunctorum Regem significat. Secundo stupendum conuocant cõsilium, cuius proceres diuersi eum vniuersarum rerum moderatorem, ac dominum manifestant Tertio de reip. sua vertenti necessitate disputat. Quarto tandem subditi quomodo instruendi, & leges qua ratione confirmandæ sint, integerrimè docet; quibus omnibus abundantissima vtilitatis messis deprehenditur.

SI hoc mane ad summi regis nostri Iesu Christi super magnificũ theatrum montis Tabor in totius mũdi monarcham declarati a patre tantam gloriam, splendorem tantum,oculos mentis non aperimus,cæcos nos:Si talibus, & tàm innumeris de cœlo,de aere, de terra,ex inferno,testibus, nempè Deo, Angelis, hominibus,viuis, mortuis, beatis, & viatoribus, assensum non præbemus, & intellectum ad firmè credendum non inclinamus,verè perfidos nos, ad tàm singularia beneficia omnem humanam spectationem excedentia, voluntatem non flectimus amando,vices,& gratias rependendo, ingratissimos nos, Si a tàm diuino gustu, ac suauissimo extasi non attrahimur, allicimur, rapimur,Oh nimis vanos, & insipidos nos,Si tanti magistri certissimæ, ac infallibili doctrinæ firmam non præstamus obedientiam, monita non sequimur,credite mihi, perditos nos omninò, & euersos funditus. Quæsò aperite oculos, attendite, credite, rependite vices, amate, gustate, ac super omnia obedite magistro,domino,& regi vestro.

Nobiliorem quidem actionem, ac splendidiorem in tota vita sua Christus do-

dominus noster mundo non ostendit, hodierna gloriosa transfiguratione, in qua principaliter quatuor elucent: Primò ipsius Christi, veluti in regem regum, & dominum dominantium inaugurario, siue potius inaugurati iam per vnionem hypostaticam declaratio. Secundò totius regni, idest, totius mundi ad consilium, siue dietam conuocatio. Tertiò de statu Reipublicæ colloquium, & determinatio. Et quartò denique subditorum instructio, & legum confirmatio. Diuisio quadrimẽbris.

A

Quoad primum, omittendo diuersos modos eligendi reges, siue declarandi, Christus dominus noster etiam vt homo ex vi vnionis hypostaticæ, & non alia externa vnctione in regem vniuersorum est suffectus: hodiè tamen in monte Tabor tanquam in excelso totius orbis theatro per gloriosam suam transfigurationem rex, & monarcha declaratur. Pro cuius intelligentia altius repetendũ breuiter, videlicet: quod in primo instanti incarnationis Verbi diuini, Verbum naturam assumpsit in atomo; in secundo instanti fuit anima Christi beata; In tertio facto miraculo (inquit diuus pater Augustinus *b*) Et magno sanè miraculo, retinuit animæ gloriam, & beatitudinem, vt non redundaret in corpus; & sic vnus, & idem homo erat comprehensor, & viator, gloriosus, & passibilis: & facto illo miraculo, habuit necessitatem moriendi: & sic primum omnium miraculorum Christi in hoc fuit, vt pati, moriquè pro nobis possit. Oh amorem ineffabilem. O dulcissime Iesu adhuc in vtero es virginis, & sepulchrum pro nobis tibi paras; vix nostram assumis carnem, & vitam, quod statim patri illam in passionem, & mortem offers: adhuc non vidisti oculis corporis corporalem hanc lucem, & decernis ea pro nobis priuari: adhuc denique non es natus, & præordinas pro nobis mori. At de his hactenus fratres, & vnde digressa est, reuertatur oratio; In tertio ergò instanti Christus dominus noster, vti dictum est, corpus relinquens passibile, ac mortale beatitudinem intra limites animæ retinuit: Vt verò se beatum hodiè astruat, regemquè declaret, a miraculo cessat relinquens, videlicet, animæ gloriam in corpus plenissimè redundare, eo sanè modo (inquit seraphicus doctor) quo puella aliqua crines proprios capiti miro artificio retortos, & circumligatos statim soluto ligamine dimitteret, totumq; corpus vsque ad vestimentorum fibras aureis aspergens, tegensq; crinis; sic dominus noster, quasi animæ circumuolutam gloriam, & decreto suo diuino circumligatam dimisit in corpus, decretum soluens; ac tanquam sol splendere cœpit. Transfiguratus est (inquit Euangelista) ante eos; & & resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, nempe ostendens se in vultu augustum, in sermone grauem, totum numine, ac regia maiestate plenissimum. Et vbi (inquit diuus Hieronymus) Splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium, non substantia tollitur Christi, sed gloria manifestatur; certè trasformatus est dominus in illam gloriam, qua postea in regnum suum est venturus, in illam (inquam) gloriam, quam hodiè nobis exhibet tanquam arram gloriæ illius, quam in se credentibus est largiturus. Nunquid ergò (ait Remigius, *d* erit æqualis domini gloria, & subditorum? Fulgebunt enim iusti sicut sol; non erit æqualis; sed quia nihil solè inuenitur, lucidius, idcircò ad manifestandum exemplum futuræ gloriæ, & faciem domini resplendere, & iusti fulgere dicuntur sicut sol; pariformi-

B

Primum mẽbrum.

Incarnationis ordo, & modus.

b De Bapti(?). paruulorum.

In utero Virginis passionẽ, & mortem pro nobis acceptauit.

Simil.

c supra Matt. ca 17.

In hac trasfiguratione nõ Christi substãtia tollitur, sed gloria manifestatur.

d supra Matt. ca. 17.

ter de candore vestium niui compararatarum est sentiendum, de quibus
c super Mat.c.17 ait Bossa. c Quod vestimenta Christi sanctos significant, de quibus Isa-
ias ait, Omnibus his, veluti vestimento, vestieris; & niui comparantur,
quia candidi erunt virtutibus; & omnis vitiorum æstus ab eis remotus
erit.

Cœterum domini gloria visa Petrus adeò est delectatus (inquit Remi-
gius vbi supra) vt cuncta temporalia obliuioni daret, & ibi in perpetuum
manere vellet. Si autem tunc Petrus sic accensus est, & raptus, estatic usque
redditus, quanta quæso erit suauitas, & dulcedo videre regem in decore suo
angelorum choris vndique circundatum in cœlesti gloria perpetuò assi-
dentem, & cœtera huiusmodi? Tanta sanè, qualem nec oculus vidit, nec
auris audiuit, neque in cor ascendit hominis, ideò hac omnissa, &
nos

Transeamus ad procerum vocationem, Assumpsit (inquit Euangelista)
Secundũ mẽbrum. Petrum, & Iacobum, & Iohannem; & iterum apparuerunt illis Moyses, &
Elias. Maiores quidem, & aptiores non poterat adducere consiliarios, ac te- C
stes: est enim Christus rex mortuorum in futura vita, & ecce anima Moysis
iam vita functi in corpore assumpto, vt dicunt patres. Est Rex cœlorum, &
Quomodo Christus dicatur Rex vniuersorum. ecce Elias adhuc viuens cœlestem perpetuam designans vitam; est Rex vi-
uentium in vniuerso terrarum orbe, quem tres principes obtinent nationes;
Latini, videlicet, Iudæi, & Græci: & eccè pro latinis Petrus, pro Iudæis Ia-
cobus, & pro Græcis Iohannes. Est Rex vniuersorum, & eccè vox patris
de cœlo dicens. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Quarè pro tali
acceptant, & iuramentum pro vniuersa Republica præstant vocati proce-
d Deu.10 res: Moyses d namque illum eundem fatetur, de quo dixerat. Dominus Deus
vester ipse est Deus Deorum, & dominus dominantium, ipsi adhærebis, iu-
rabisque in nomine illius: Elias verò pro illo ipsum acceptat, de quo dixe-
e 3.Re.18 rat, e Si dominus est Deus, sequimini illum. Petrus deniquè id, quod vice
omnium Apostolorum aliàs, dixit, Tu es Christus filius Dei viui, qui in hũc
mundum venisti, quid plura? Idẽ Christus hanc declarans potestatem regiã
f Matt.28 posteà dixit. f Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergò
in mundum vniuersum, docere omnes gentes.

Quam functionem, etsi ad omnes pertinebat Apostolos, sufficiens tamen
fuit numerus trium assumptorũ ad hanc transfigurationem Apostolorum nõ D
sine magno mysterio; nam (vti dictum est) tres principes nationes mũdum
obtinebant, ideò tres adducit Apostolos, Petrum, qui latinos, Iacobum, qui
Quare tres & nõ alios adducit. Iudæos, Iohannẽ, qui Græcos doceret. Præterea ecclesia tribus præcipuè regi
debebat, miraculis, martyrio, & doctrina, pro miraculis ecce Petrũ, cuius etiã
vmbra miracula fiebant. Pro doctrina, eccè Iohãnem, qui supra pectus domi-
Ecclesia tribus miraculis regitur & gubernatur. in cœna recubuit, & cœteris altiùs euolans, ab antiquitate Apostolorũ Theo
logus est appellatus. Pro martyrio, ecce Iacobum, qui primus Apostolorum
martyrium subijt. Nec incongruè, nam ecclesia pugnat his tribus contra tria
inimicorum genera, idest, contra Philosophos, Gentiles, & Infideles miracu-
lis; contra tyrannos martyrijs, contra Hæreticos doctrinis; tribus etiã in pa-
scuis suas oues pascit Ecclesia, idest, in planicie miraculorum, in vallibus spi-
nosis martyriorum, & in mõtibus altis doctrinarum; tribus etiam liquoribus
potat, vino miraculorum, vndè in nuptijs miraculis aperiens portam mater
Christi dixit, vinum non habent, sanguine martyrij, nam martyrum sangui-
nem,

nem, id est maceria bibimus, & denique aqua doctrinæ, de qua dicitur, Aqua sapientiæ salutaris potauit illos. Et sic absolutis numeris vide Petrum crebris miraculis caput mundi flectere, latinos domare, simonemque magum de aere volantem deijcere. Vide Iacobum Hierosolymam tenere, Gloriosoque martyrio Herodis tyrannidem superare. Vide Iohannem in Epheso sua doctrina Apollonium Thianæum Magum, siue Magnū superare: & in hoc eodem monte Tabor miracula splendent, nubes, Moyses, vox de cœlo, martyrium martyriorū, quia loquebantur de excessu passionis Christi, & denique doctrina doctrinarum in colloquio Christi cum Moysi; & Elia; & sic constat, quàm mysteriosè assumpti à Christo sunt tres Apostoli, Petrus, & Iacobus, & Iohannes, sicut etiam non caret mysterio (inquit Diuus Chrysostomus) *a* quòd signanter inter omnes veteris testamenti prophetas Moyses, & Elias apparuerint. Primò namque turbæ dicebant Christum esse Eliam, vel Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Itaque capita prophetarum secum ducit, vt saltèm hinc videant discrimen seruorum prophetarum à domino, quem prophetabant. Præthereà, quia eum continuò accusabant Iudæi tanquā legis transgressorem, & blasphemum, patrisque sibi gloriam vsurpantem, vt ab vtraque accusatione innoxium se ostendat, eos, qui in vtroque fulserunt, E in theatrum adducit: etenim Moyses legem dedit, Elias verò pro Dei gloria summus emulator, atque zelator extitit: & tandem (vt ostendat quoniā mortis, & vitæ potestatem habet) Moysen, qui morte defecerat, à mortuis reuocat, & Eliam, qui nondum mortem passus fuerat, nec tamen apparebat, inter viuentes apparere iussit.

a Homil. 57. i Mat. Quare apparuerūt Moyses & Elia.

Vt autem sermo ad nos conuertatur, voluit etiam dominus noster præmonere nos, quod, qui gloriam cum Christo vult consequi, passionem etiam cum ipso sustinere debet. Vndè in medium adducit, qui se morti exposuerant pro his, quæ Deo placebant, & pro Dei lege, & pro credentium plebe, etenim tyrannis se liberè præsentauerant, & opposuerant: Moyses quidem Pharaoni, Elias verò Achab. Vlteriùs vult nos priuilegia illorum emulari, vt, videlicet, simus mansueti, vt Moyses, & zelantes, sicut Elias.

Quod, vt libentiùs, & facilliùs aggrediamur, videamus tertio loco, de quonam tractent maximi isti republicantes cum summo eorum monarcha, agunt certè de præsenti statu Reipublicæ, & explicat Diuus Lucas, quòd loquebantur de excessu; at de quo nàm excessu? Primo quidem loco, non de alio, nisi de illo, quo tenebatur vniuersa Respublica, aere namque alieno summè grauata reperiebatur, ab origine namque mundi, vsque ad F Christi aduentum debita contraxerat innumera, & penè infinita, & impossibilia solui ab ipsa Republica toto eius conatu, viribusque positis; quin, & in futurum non minora, sed potius grauiora contractura erat debita, peccata, scilicet, commissa, & committenda in Dei optimi maximi offensam. Oh infælicissimum ergò Reipublicæ statum, verè de excessu loqui poterant; excedebant enim debita vires soluendi in infinitum: quid ergo decernitur? Quid statuitur? Numquid vt subditi grauentur: & soluant more humanorum regum, & principum? Absit. Sed, vt solus grauetur hic Rex, & soluat pro subditis, ærariumque ipsius euacuetur totū, sanguis, videlicet Christi totus effundatur, qui est pretium nostrū, quo redempti sumus: & ecce nouum excessum prius. n. debita excedebant viros, nunc autē

Tertium mēbrum.

Propter felicissimum statum Reipublicæ loquebantur de eccessu.

pretium

pretium excedit debita in infinitum;sufficiebat enim pro solutione omnium debitorum,siue contractorum,siue cōtrahendorum minima sanguinis Christi gutta,& illius pretium etiam excessisset. Quid ergò modò, quando totus effunditur sanguis,& in passione tam dira? Non mirum ergo,si loquebantur de excessu, & non de excessu, quem subditi soluissent; sed de excessu, quem ipse Christus completurus erat in Hierusalem. Hinc cæteri Principum super humeros populi principatum habent, quia super eorum facultates filios, & vitas, res gerunt quascumque, bella conficiunt, defendunt suos, ciuitates muniunt, & cætera huiusmodi, nec aliter omninò ea efficere possunt. Christus verò non sic, sed alleuiando populos super humeros proprios fert omne principatus onus, dicente Isaia, *b* Et factus est principatus super humerum eius. Oh excessum amoris inexplicabile, quem non rapis animum? Quod nō aperis cor? quam non liquefacis animam? Egredimini ergò (inquit Salomō) filiæ Syon, idest animæ fideles: egredimini per contemplationem, & extasim, & videte regem vestrum Christum in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius, idest, in hac die magna transfigurationis, in qua maximè gaudet, cum in ea statuatur, & decernatur a matre sua respublica humana in proceribus vocatis sic statuentibus, & decernentibus, nec non ab ipsomet Monarcha sic volente, ac decernente, videlicet, sese coronari spinis in cruce, in qua maximum illum, & inexplicabilem excessum est expleturus, soluendo vniuersæ reipublicæ debita, scilicet, redimendo totius mundi peccata suo pretiosissimo sanguine fundendo. Egredimini (inquam) egredimini animæ deuotæ talem, ac tantum regem vestrum, egredimini & videte, considerate, & audite. G

Pricipes super humeros suos debét principatum habere.

b Cap. 53.

Dies passionis est dies lætitiæ cordis Christi.

Quid quarto loco in hac celeberrima dieta de vobis statuatur. Cœlitus equidem decretum demandatur subditis, adhuc enim loquente Petro, qui carnale ex frondibus, vel tentorijs quærebat tabernaculum, cœlestis nubes lucida cum operuit, docere namque volebat (vt notat Chrysostomus) *c* ideò lucidam dominus submisit nubem, sicuti quando tenere voluit in monte Sina, tenebrosā apparere fecit; lucida verò nubes (inquit Origenes) *d* est virtus paterna, & Spiritus sanctus, qui sic effatus est per vocē de nube delapsā. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōmplacui, ipsum audite; quasi dicat (inquit Diuus Hieronymus *e*) Huic faciendum est, o Petre, tabernaculū, huic obtemperandum, huic tabernaculum cordis ab vnoquoque parandum, hoc nostrum omnium decretum, nil aliud omnino quærendum, soli Christo obtemperandum, Ipsum audite. Oh miram facilitatem, nostram consequendi beatitudinem, Christus Rex noster omnes a nobis iure sufferendos, pro nobis pertulit labores, omne soluit nostrum debitum, omne tradidit pretium, totum effudit sanguinem, & a nobis nil aliud omnino exigit, nisi obedientiam, Ipsum audite. Hoc vnicum, & singulare inter oīa reipublicæ negocia subditis firmatur, ac statuitur decretum, sola obedientia, Ipsum audite, quasi dicat, (inquit Remigius) *f* Recedant vmbræ legales, & prophetarum typi, & solum Euangelij coruscum lumen sequamini, & solum Christum audite. Hic enim est, de quo Moyses dixerat, Propheram suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tanquam me audietis ipsum, ipsum ergò audite; nonne videtis vndique testes, ex cœlo vox Patris, ex Paradiso Elias, ex inferis Moyses, ex hominibus Apostoli, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū, & infernorum; flectamus ergò genua omnes, & inclinemus corda, paremus obe- H

Quartum membrū.

c Hom. 57. in Matt.

Quid per nubē lucidam designatur.

d Super Mat. c. 17.

e Super Mat. c. 17.

f Super Mat. c. 17.

Stabilimentum reipublicæ sola obedientia.

obedientiam singuli, volentes, ac libentes, necessitate namque sub potenti manu suæ iustitiæ subditi ineuitabiliter erimus, nisi, ab ipso vocati, filij simus obsequentes, ipsum itaque audiamus.

Oh dementiam igitur, nisi nobis ipsis prouidere voluerimus, euidentissimè namque scimus, vnum esse totius mundi regem, & monarcham, qui suæ diuinæ maiestatis spiraculum, etsi minimum super montis Tabor theatrum manifestando, se ostendit, vbi transfiguratus est, gloriam dimittens animæ in corpus, quasi crinem relaxans, a cuius dominatione, & principatu impossibile est omninò eximi, vndè de cœlo, de terra, & de inferno congregat ad sui regni dietam proceres: & quod caput est reipublicæ statum discutientes, ære quam maximo alieno inuentam, pretio in infinitum debita excedente, soluit rex ipse pro nobis subditis, sanguine, scilicet, proprio fuso, nil aliud nobis relinquens in vniuersa republica moliendum, nisi in rebus facillimis, & naturæ nostræ consentaneis, obedientiam, & adhuc resistimus? & adhuc resistimus?

Ne miremur igitur, si ob nostram ingratitudinem Respublica Christiana I indies pessundatū ire cernimus, cùm tot inobedientes pertinaces in ea reperiantur; Rempublicam enim totam vexari, ac penè perdi vnius tantummodò hominis inobedientia ex diuinis litteris constat g Nam sub Iosue post illustrem contra Iericho munitissimam ciuitatem consequutam victoriam, ab Israelitis, nullo prorsus amisso milite, pergentes vlterius ijdem Israelitæ eodem agmine, ordine eodem, & sub eodem duce Iosue ad expugnandum paruum vicum Hai, ecce de Hai egrediuntur paucissimi viri damnum, timorem, inuersionem, fugamque incutientes agminibus Israel, qui terga vertit dissoluto exercitu: quod admirans Iosue, nec plenè intelligens causam tantæ diuersitatis inter Iericho, & Hai pugnam, pronus cecidit in terram coram Archa Domini vsque ad vesperum tàm ipse, quàm omnes senes Israel, scindentes vestimenta sua, mittentesque puluerem super capita sua, & sic orans, & deprecans cum senioribus Iosue, audiuit hanc vocem domini dicentis. Surge; cur iacis pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum, nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate, non ero vltra vobiscum, surge, sanctifica populum, & dic eis. Hæc dicit dominus Deus Israel, anathema in medio tui est Israel, non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. Et quodnam scelus quæso cōmiserat Israelitica respublica? Quodnam facinus patrarat, ob quod fugam, & euersionem meruerat ab inimicis, & propter quod Deus cum eis esse amplius nolebat? Non aliud sanè, nisi vnius tātum militis inobedientiam; Acham enim in victoria Iericho, & eius depopulatione contra domini præceptum pallium coccineum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream clàm substulerat, & ob istius militis peccatum, & inobedientiam tota respublica perdebatur, sicut audistis, miles vtrique erat, cui alias in bello iusto spolia eripere fas erat; verumtamen ob illius peccatum respublica pene euertitur. Quid ergò nos meremur, vbi tot inobedientes, K contumaces tot, tot per singulos annos rebelles? Nonnè idem Deus omnipotens, & iustus, qui tunc Israeliticam regebat, & nunc nostram regit Christianam rempublicam? Vultisnè autem audire quo supplicio militem hunc affecerit Deus? tollens (dicit Scriptura) itaque Iosue Acham filiū Charmi, argentumque, & pallium, & auream regulam, filios quoque, & filias eius, boues, & asinos, & oues; ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem lapidauit

g Iosue 7.

Reipublicæ vexatio tantūmodo vnius hominis inobedientia.

pidauit

Quà maxima inobedientis punitio. pidauit eum omnis Israel, & cuncta, quæ illius erant, igne consumpta sunt. Oh mirum supplicium, sed condignum. Oh, si Deus vellet, ità nobiscum pro delictis, & demeritis agere. Oh, si Deus vellet per singula punire momenta, millies in dies, & horas aperiretur terra, nosque deglutiret, totaque funditus ob multorum scelera euerteretur respublica. Quæso, si non propter vos ipsos, saltem propter vniuersam rempublicam, & hunc fœlicissimum statum Christū audite. Audite, & propter vos filij amantissimum patrem, nè denique dominum sentiatis iratum, & iudicem. Quod auertat Deus, Amen.

FER. III. POST DOM. II. QVADRAG.

Concio Nona.

Quanta debeat religione, pietate ac alijs virtutibus esse circumseptus Princeps, cum (licet infimis) fratribus suis in Christo præsit, hoc in loco magna cum facundia enarratur: è conuerso autem exprimitur, quæ veneratio, ac circumspectus honor cum obedientia ac submissione connexus a subditis Principi exhibendus sit.

Quid est; Serenissimi Principes, tremendum magis, quid magis nobilius, quid nobis salutarius magis? Vel quod se dedit Deus terris, aut quòd nos dat cœlo? Quod societatem carnis intrat ipse, aut quod nos facit consortium intrare diuinitatis? Quod mortem sumit ipse, aut quod nos resumit ex morte? Quod ipse in nostram nascitur seruitutem, aut quod nos sibi gignit in liberos? Quod suscipit paupertatem nostram, aut quod nos sibi facit hæredes? quod sumit humana, aut quod largitur diuina? Sanè auctoritatem, potestatem, maiestatem, regimen, & cætera huiusmodi quod enim præfatorum sit maius, sub iudice relinquatur: in currenti enim Euangelio solum de eo agitur, quod Deus potestatem, auctoritatem, & maiestatem communicauit hominibus; etsi poterat mundum vniuersum per seipsum gubernare, ac regere, tamen, vt dignificaret homines, illis impertitus est dominium, & regimen: ideò Christus, inquit hodie; Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei, &c. Vbi vniuersum in duo secat, videlicet, in Rectores, & Rectos; Principes, & populos; Prælatos, & subditos, illis auctoritatem, dignitatem, scientiam, & potestatem elargiens, his autem omnimodam obedientiam: etsi autem in cathedra Moysi de potestate agatur Ecclesiastica; Nos tamen de Principe sæculari tantum primo loco, & secundo de vassallis agemus.

Diuisio bimembris.

Primum membrū. Quoad primum (inquit Plutarchus in moralibus) vt Deus in cœlo pulcherrimum, ac iucundissimum sui simulacrum constituit solem, sic in republica Principem, qui prudentia, iustitia, benignitate, cæteros antecellit, eos illuminans, & regens: sicuti namque in sole tria eminent, scilicet, virtus, lux, & influxus; sic in Deo tria præcipua reperiri docent sacri Theologi, summam potentiam, sapientiam summam, & summam bonitatem, hunc ternarium in A

Prin-

principem resplendere pro viribus oportet, nam potentia sine bonitate mera tyrannis est, & vtrumque sine sapientia pernicies non regnum. Primum igitur det operam princeps, vt quandoquidem potentiam fortuna dedit, quam maximam sapientiæ vim sibi comparet, vt vnus omnium optimè quid expetendum, quiduè fugiendum sit, perspiciat; & denique vt quàm maximè prodesse studeat omnibus, quod est bonitatis: potestas autem ad hoc potissimum principi deseruiat, vt quantum cupit prodesse, tantundem & possit. Immò plus velit, quàm possit, nocere autem hoc minus velit, quo magis potest. Et in hoc plenissimè maiestatem, potentiam, sapientiā, & bonitatem Dei refert.

In principe tres annumerantur virtutes, potētia, sapientia, & bonitas.

Cum verò non sit meum, nec huius loci, vel temporis omnia percurrere; B sed sicut omnia tenebit princeps, si hoc vnum seruet, religionem, videlicet, & cultum, sic omnia me dixisse arbitror, cum de religione, & cultu nonnulla breuiter in medium protulerim. Princeps ergò primo, ac summo loco religionem colat: primus namque rex in terris visus Melchisedech ille magnus regiæ dignitatis sacerdotium copularat (vt sacræ testantur litteræ) In Moyse quoque vtraque fuit coniuncta, authoritas, videlicet sacra, & laica. Et Plato in republica optimè instituta, palatium regium templo iunctū volebat, quod etiam reges Israel diuino monitu fecisse constat. *a* Ex eo enim Ezechias ad parietem versus est deprecans Deum, quia iunctum habuit parietem templo. Aristoteles quoque instruebat tyrannos, vt, & propriæ cupiditati inseruientes, religionem primo loco, ac summè colerent subditi; namque tunc principes reuerentur, obseruantque si ipsum cernunt reuereri Deum, tunc ad sui imitationem populum sibi creditum ad religionem trahit, iuxtà illud,

Princeps primò religionem colat.

a 4. Reg. 20.

Regis ad imperium facilè componitur orbis
Mobile mutatur vnà cum principe vulgus.

Et facilius, & feruentius in religionem, & cultum, quàm in aliquid aliud promouētur: est enim insita humanis pectoribus religio a Deo; hinc fit, quod maximo amore subditi prosequuntur principem, cum vident Dei sanctissimis legibus innixum, nec sibi timent aliquid noui, siue iniusti, maximaque beneuolentia eius decreta, veluti diuina, & iusta suscipiunt; nec audent coniurare, vel inimicè insectari, quem Dei amicum existimant, & præterea vniuer C sa respublica, ope, virtute, atque diuitijs quibuscunque floret, largiente Deo optimo maximo omnium bonorum datore: si n. (vt cecinit quidam,) *b* Quidquid delirant reges plectuntur Achiui, existente religioso principe, vniuersa erit religiosa respublica; & ex consequenti Deo amica, & Dei auxilijs, ope, atque virtute firmata, & deniq; omnes superabit inimicos, omnem perrumpet contrariam vim, omniq; bonorum genere cumulabitur, sicuti patet in exemplo Dauidis, & quamplurimorum in diuinis litteris religioni maximè addictorum, & de ipsis Etnicis etiam, vt de Romulo, de Numa, de Alexandro, & de alijs constat; sed quid plura? Omni postposita monitorum Politicorum, & exemplorum farragine audiant Deū ipsumc sic pleniss. instituentē principes, Cum sederit (inquit) in solio suo, describet sibi Deuteron. legis, accipiēs exemplar a sacerdotibus, & habebit secū, legetq; illū omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominū Deū suū, & custodiat præcepta, quæ in lege scripta sūt; nec eleuetur cor eius ī superbiā super fratres suos nec declinet in partē dextrā, vel sinistrā, vt lōgo tpe regnet ipse, & filij eius sup Israel: ecce q̄ paucis

b Horat.

c Deuter. 17.

Tradidit Deus principib. cōpletissimam gubernandi normam.

tradidit Deus Principibus normam completissimam, quam si sequantur, impossibile est (vt æquè arbitror) eos in errorem aliquem labi, etiã quam minimum. Vtinam hæc breuissima, & diuina Politia in corda, & viscera omniũ Regum, & Principum imprimeretur; tunc enim fælicissimum prorsus videres orbem terrarum reiectis vndiq; mostris rationum, quas appellant status, solum falsum, & apparentem præsentis vitæ statum respicientes, solidum verò, ac perpetuum reijcientes: non enim potest errare Deus, docens Principes, quos ipsemet instituit rationem, & legem, quam ab ipsis vult seruari; nec mentitur, nec irrita facit sua promissa, quod in vno pro omnibus pateat Dauidis exemplo: ipse namque traditam superius diuinam normam, & rationem status exactissimè seruauit, vt ipsemet testatur. *d* Quomodo dilexi (inquit) legem tuam domine? Tota die meditatio mea est. Et præterea, super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est. Et non solum Dauid floruit in Regno adhuc viuens, omnes superans inimicos, omnes dissipans coniurationes, omnia eliminans aduersantia machinamenta; sed, & filij eius, & filij filiorum, & si plurimi facinorosi essent, ob meritum tanti religiosi principis super ipsius solium sederunt vsque ad Christum dominum nostrum, Regem regum, & Dominum dominantium, cuius regni non erit finis. Oh, si Christiani Principes hanc diuinam amplecterentur status rationem, quam fælices videres successiones, & proles, quã perpetua efflorentia regna, & quam citò euersum funditus Turcarum, & aliorum Christi nominis inimicorum regnum. In cuius apertam comprobationem, audite quæso militem veteris testamenti sub potentissimo illo Rege Nabucdonosorre, & sub Principe Holoferne militantem, qui vocatus ab ipso Holoferne cum cæteris ducibus, & principibus exercitus, de bello gerendo contra Iudæos, suam proferens sententiam, ait. Populus iste (scilicet Hebræorum) ex progenie Chaldæorum est, vnum Deũ cœli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charam, & cætera prosequitur de exitu ex Aegipto per mare rubrum, de submersis Aegyptijs, ac de alijs in Iudæorum fauorem patratis miraculis in exodo descriptis: et tandem concludit, vbicunque ingressi sunt sine arcu, & sagitta, & absque scuto, & gladio Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit; & non fuit, qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui. Quotiescunque autem præter ipsum Deum suum alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. Quotiescunque autem pœnituerunt, se recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi (& infra) Deus enim illorum odit iniquitatem nam, & antè hos annos cum recessissent a via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prælijs a multis nationibus, & plurimi eorum captiui adducti sunt in terram non suam, nuper autem reuersi ad dominum Deum suum, ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Hierusalem, vbi sunt sancta sanctorum; nunc ergo mi domine perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, & ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, qm̃ Deus eorũ defendet illos, & erimus in opprobriũ vniuersæ terræ. Et ecce tãquam in clarissimo speculo in verbis præfati militis Achior, quod totum tribuitur religioni, ac Dei legis obseruantiæ, nullam omninò aliam

d Psalm. 118.

Propter religiositatem floruit in Regno Dauid.

D

e Iudith 5.

Ratione religionis dedit Deus Iudæis virtutem resistẽdi cõtra inimicos.

E

liam vult inquiri, vel discuti status rationem. Quam tamen sententiam spernens Holofernes (sicut & nostri faciunt Politici moderni) obtruncatus remāsit per vnius fœminæ manum, vt clarius appareret per Deum Israel fieri, q̄ fiebat; iuxta militis Achior verba, qui cum populo Dei saluus fuit, exercitus verò Holofernis dissipatus, ac depopulatus; & multa quidem alia de hac re possent adduci exempla. In contrarium verò, nec vnumquidem; veruntamē hac nostra tēpestate moderni politici oēm aliam sequuntur sensus, & status rationē, hanc diuinam penitus abijcientes. Oh errorem, oh perniciē, si enim princeps in eo maxime splendet, quod refert Dei potentiā, & maiestatē, sapientiā, ac bonitatē, relicto ergò Deo, ac Dei lege posthabita, cuius in terris vicē gerit, quid ex cōsequenti de tali sentiendū est principe? sanè quod impotens euadat maiestate destitutus, in tenebris ignorantiæ ambulans, & passim erroribus implicatus in omne malitiarū genus incurrat: quod cæteri videāt, nos optimis, ac religiosissimis gaudeamus principibus, de quibus multa dicār alij eorum præsentia sereniss. nobis hac de re silentiū indicente.

Quare ad subditos secūdo loco cū euangelio conuertendo sermonē, euangelij verba pōderemus, sic dicentis ad illos. Oīa ergo, quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite, secundū verò opera eorū nolite facere. Nè ergò (inquit F Chrysost. f dicat quis, quoniā propter hoc desidior factus sum ad agēdū, quia malus est princeps, vel prælatus; per hoc. n. quod audistis, hanc destruit occasionem: Deus. n. vult subditos omninò obedire, eisq; necessariā imponit obedientiā, nec vult eos prorsus de vita, & moribus discernere superiorū, secundū opera (inquit) eorū nolite facere, sed quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite. Deo nāq; præstatur obedientia, non principi; Deus ergò in principe vult audiri qualiscunq; sit princeps, vel prælatus, sibiq; obedientiā exhiberi; vndè cum Saul rex contra Samuelis præceptum de præda Amalech gnōnulla sibi retinuisset, euersus est funditus cum regno, familia, & successione; cui Samuel non dixit, quia non obedisti voci meæ, vel pro eo, quod abiecisti sermonem meum; sed ait. Quia non obedisti voci Dei; & pro eo, quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, nè sis rex, vbi etiam obiter illam resoluit quæstionem celeberrimam, An sacrificium obedientiæ præstet, vel è contra; excusauerat enim se Saul sub sacrificij prætextu; eo quod greges optimos, & armenta sibi de cæde Amalech reseruauerat, vt ea Deo sacrificaret, quam in peccatis excusationem Samuel reijciens, ait: Melior est obediētia, quam victimæ, quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare Deo, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. At dicet aliquis fortasse. Propheta erat Samuel, & optimus prælatus, ideò sibi obtemperandum fuerat; cui occurrit eiusdem Saulis (qui malus fuit princeps) exemplum: cū enim ipse h præcepisset in bello contra Philistæos, nè quis comederet aliquid vsq; ad vesperam, solus Ionathas, qui etiam non audierat patris præceptum, cum parum mellis comedisset, ex Dei reuelatione Ionathas morti adiudicatus fuit. Oh tremendum exemplum; Ionathas victoriæ, quam tunc reportarat Israel, auctor fuerat, paterni præcepti inscius erat, Saul malus, & reprobus euasit princeps, attamen morte plectendus venit Ionathas, quia taliter (vt dictum est) non obediuit. Et quid plura? Nec prophetia, nec vllum opus bonum, nec sa-
G crificium ipsum gratum est Deo, si virtus desit obedientiæ. Sic inquit diuus Bern. tractans illud Isaiæ: In die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, &c. Nec silentia, nec vigiliæ, nec ieiunia, nec orationes, nec alia bona opera va-

Secundū membrū.

f Hom. 73. in Mat.

g 1. Reg. 15.

Deo præstatur obediētia, & nō principi.

h 1. Regū 14.

Obediendū est etiā principi malo.

lent, si obedientiæ virtus desit. Sic propheta ille sanctus, qui venerat ad regẽ
13. Re. 13 Ieroboam idolis sacrificantem i etsi mira perpetrasset portenta Dei virtute, al
tare namque alloquutus, Altare scidit, & contriuit, cinere, qui in eo erat, effu
so, & manus regis, quam comminans, extenderat contra prophetam, exaruit,
nec valuit illam rex retrahere, & orans vir Dei pro eo, statim reuersa est ma-
nus regis ad eum facta sicut priùs, & deniquè munera reiecit regis, dicens,
Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec come-
dam panem, neque bibam aquam in loco isto; sic enim mandatum est mihi in
sermone domini præcipientis. His omnibus patratis, quia propheta iste san-
ctus non ex intentione, sed a quodam falso propheta deceptus, contra do-
Quam maxima punitio in obedientis. mini præceptum comedit panẽ; dixerat.n. illi propheta falsus, quod Angelus
domini locutus ei fuerat, & præceperat, vt prophetam secum duceret in do-
mum ad comedendum panem. Propheta, inquam, sanctus ità deceptus, arbi
trans se non transgredi mandatum Dei, attamen in pœnam transgressionis de H
domo falsi prophetæ egressus, occurrit ei leo in via, & occidit prophetam; Et
erat cadauer eius (inquit textus) proiectum in itinere, Asinus autem stabat
iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Quare hoc ergò meminit scriptura
tam diligenter? leonem, videlicet, iuxta cadauer intactum remansisse, quasi
in custodiam ipsius, intactumque reliquisse asinum? vt planè constaret, leo-
nem non ex fame, sed ex Dei ordinatione in prophetam irruisse; nec desunt
innumera similia exempla in diuinis litteris, quibus Deus clarè ostendit obe-
dientiam cœteris omnibus præstare virtutibus, & contra ipsam nullam esse
prorsus virtutem; quare terribilibus supplicijs semper Deus ipsam transgre-
dientes affecit. Quæcunque ergò dixerint vobis seruate, & facite, nõ ob pœ
nam, vel pœnæ metum, sed in Dei gratiam, & patris amantissimi beneuolen-
tiam: nouit enim ipse, sicuti punit citra condignum inobedientes, sic etiam
vltra condignum incomparabiliter obedientes præmiare; Cœteris autem o-
K Hom. 3. ad monac. missis obedientiæ præmijs, vnum sit pro omnibus illud, quod ponderat Eu-
sebius Emissenus: K Deum enim (inquit) ipsum obedire nobis facit obe-
l Cap 10. dientia. Quod, & probat exemplo Iosuè; l Nàm, quando sol stetit, ad Iosuè
præceptum, quasi regia auctoritate præcipientis, sol contra Gabaon nè mo-
Virtutis obedientiæ præmium. uearis; stetit sol; nec dicitur, solem ipsi Iosuè, sed Deum obedientiam præ-
stasse. Obediente (inquit vulgata nostra editio) domino voci homi-
nis, & pugnante pro Israel. Quod nàm ergò maius priuilegium
excogitari potest a tota natura creata, quàm Deum homi-
ni obedire? Et totum hoc præstat obedientia. V-
na ergo sit omnium nostrum super omnia sin-
gularis cura, obedire Deo in principib.
& prælatis, vt Deus nobis obediat,
& sic vitemus pœnas, asse-
quamur præmia, quæ
Deus nobis con-
cedat. A-
men.

FERIA

FER. IIII. POST DOM. II. QVADRAGESIMAE
Concio decima.

Iacob quattuordecim annis propter Rachelem seruiens, multaq; alia ad idem scripturæ exempla nos docent, quam necessarium sit ad gloriam assequendam augustijs lætanter animum subijcere; eoq; magis cum Chistus sua passione mala cuncta suauissima reddiderit, bonoremq; ac Decus in cruce collocauerit; insani autem ij sunt qui se ita a Deo visitari molestè ferunt.

NON poterat (inquit diuus Cyprianus) *a* communicari nobis Christus, nisi in pretioso illo crucis torculari calcatus prius, & pressus, quemadmodū etiam vinum potare nequimus, nisi botrus calcetur ante, & premarur. Hinc est, quòd Christus dominus noster sæpe sæpius de hoc salutari mysterio cum suis agebat discipulis, tāquam de pretiosissimo poculo a nobis propinando: vnde in currenti euangelio dicitur. Ascendens Iesus Ierosolimam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Ierosolimam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis; & cōdemnabūt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudēdum, & flagellandū, & crucifigendū; ideo autē secreto (inquit diuus Chrysostomus) *b* discipulis mortis suæ annuntiat mysteriū; quia vbiq; prætiosior thesaurus in melioribus vasis includitur.

a lib. 2. Epist. 3.

b Hom. 35. oper. Imper.

A Nullus aūt prætiosior potādus liquor nobis propositus, vel proponēdus vnquā fuerit q̄ Christi passio, & calix, quo tū Discipulis propalato, incapax mulier, & importuna Christū adoriens, petit, dicēs. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterā, & alius ad sinistram in regno tuo. Ex qua petitione, etsi importuna, & nō ad rē, Christus occasionē nactus, iterū proponit crucis mysteriū sub calicis metaphora dicens. Potestis ne bibere calicem, quē ego bibiturus sum? Et inferius se se explicās, repromittit eis, quod calicē quidem suum bibent, sedere autē ad dexterā, vel sinistrā non suū esse concedere asseruit; sed patris, qui daturus est quibus ab ipso est paratū. Super quo diuus Hieronymus ait. *c* Regnum cœlorum, quod isti petunt, nō est tātum dantis, sed etiā accipientis: non enim est personarum acceptio apud Deū; sed quicunq; talē se præbuerit, vt regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet, quod nō personæ, sed vitæ, ac virtuti paratū est: ex quo toto Christi cum muliere cōgressu, & cū discipulis colloquio, duplex nobis occurrit adipiscendi regnum cœlorū via, dextera sanè, & sinistra: & ecce iā mulieris error, ipsa namq; ponit in termino quod in via constituendū est: in patria enim omnes a dextris, idest; in fælicitate summa sedebunt beati, ad ipsam verò pergere possumus, vel per dexteram, vel per sinistram viam. Quod si daretur optio, cum sinistra aduersitates, dextera verò prosperitates designet, quā nam eligeret mundus? Certè nō nisi dexterā; sed lōgè opinione falleretur quisquis hāc eligeret. Quod, an verū sit, vt experiamur, de sinistra, idest de cruce, & aduersitatibus, quas

Pretiosus thesaurus passio est Christus.

c In Mat. cap 20.

Regnum cœlorum nō personæ sed vitæ ac virtuti paratum est.

Diuisio quadrimēbris.

B proponit in Euāgelio Christus, dicamus. Hanc enim (credite mihi) reperiemus necessariā primo, deinde dulcē, tertiò dignā, deniq; Christo gratissimā.

Primum Mēbrum

Necessa-

manu cum dæmonibus inimicis nobis, qui inuidia disrumpuntur, nosque omni conatu impedire, conantur, pugnare nos oportet; altera verò sufferre tribu-
D lationes, & cruciatus à Deo inflictos, vel vndecunque permissos.

Nec ab huiusmodi crucis ferendæ necessitate cuiuscunque conditionis, vel status fuerit, eximere se aliquis poterit. Quòd satis expressit res gesta Saulis in regem assumpti; n Sic enim eam describunt diuinæ litteræ. Perrexerat Saul homo priuatus, ad quærenda patris iumenta, eodem tempore, quo Samuel in excelsum ascenderat ad comedendum cum principalibus Israel pro rege eligendo conuocatis: quò cum peruenisset Saul, & in excelsum ab eodẽ Samuele deductus fuisset ad comedendũ, dixit Samuel coquo. Da mihi partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autẽ coquus armum, & posuit ante Saul, dixitque Samuel, Eccè quod remansit, pone ante te, & comede, quia de industria seruatum est tibi, quando populũ vocaui. Mysteriosa vtique narratio; quid enim designat Samuel in excelsum, nisi Christum in Crucem? Ad quam quemlibet vocat iustum, specialiter verò cur seruatur de toto animali Sauli armus, qui futurus erat rex? Ex eo, quia scriptum erat, o factus est principatus super humerum eius, & iterum Clauis Dauid super humerum eius. Armus ergò datur Sauli, in quo Crux Christi designatur, super humerum portanda; & tunc maximè sibi datur, quandò eligitur in regem, vt ostendatur, neminem prorsus excipi, saluandorum à Christi cruce ferenda cuiuscunque gradus, & conditionis existant, quin, & quantò maioris dignitatis fuerint, eò maiorem sibi instare cruce portandam intelligant. Ideò tunc expressius crucis typus antè Saulem ponitur, quando in regem a Samuele eligitur. At dicet quis. Numquid Christus non pro omnibus sufficientissimè passus est? quod si ità, ad quid nostrum opus ad crucem ferendam? Audi Samuelem dicentem Sauli. Ecce quod remansit; pone ante te. Loquebatur autem mysticè de Christi cruce. Quidnam ergò remansit peragendum, si Christus sufficienter pro vniuerso, & pro mille, (si fuissent mundi,) passus est? Sanè non nisi applicatio, quod innuit Diuus Paulus clarissimè dicẽs. p Adimpleo ea, quæ desunt, passionum Christi in carne mea. Quid tam magnum de te ipso præsumis Paule? Nũ Christi passio est insufficiens?
D & num per te Paule perficienda? vtique dicet, nostrum enim opus requiritur, vt Christi passionis meritum nobis applicetur. Hoc solum nobis peragendum remansit; sed numquid dicet quis. Non poterat Christus plenè satisfacere absque alia quacunque nostra applicatione? Poterat vtique sed minimè nobis expediebat; quod explicuit Samuel vbi supra, addens. Quia de industria seruatũ est tibi. Quid est de industria? Sanè, quia Christus voluit nos in nostra salute ac redemptione partem aliqualiter habere, vt magis, ac magis nos dignificaret, nosque magis, ac magis de nostra salute in ea partẽ haberẽs, lætaremur: quibus priuari vtique fuissemus, si nos, quasi insensatos lapides, nullam nostram afferentes opem, saluasset. Oh diuinam industriam, in nostrã vtilitatem, ac dignitatem vergentem; De industria (inquit) seruatum est tibi. Quid? Nõ, nisi applicatio. Oh verè ingratos, & desides nos, si nostræ saluti deficientes, post tàm magnum, & tam excelsum à Christo parratum redemptionis opus, solam applicationem nobis de industria supplẽdam omittimus cooperari, & perficere.

Præsertim cum facillimum, ac dulcissimum sit id efficere, omnes enim cruciatus, labores omnes, & omnes cuiuscunque generis passiones, quasi aquæ

Margin notes: n 1.Re.9. — o Isai.9.c. 22. — Tunc datur alicui passio, et crux Christi, quando quis eligitur in Regem. — p Coloss. cap.1. — Solum nobis relinquitur applicatio passionis. — Secundũ membrũ.

falsæ

Passiones nostræ p Christi pectus transeuntes dulcissime factæ sunt.

salsæ prius,& amarissimæ per Christi pectus in cruce pro nobis passi vt per auream, vel argenteam fodinam transeuntes dulcissimæ factæ sunt. Sic ante ipsius Christi aduentum in ipsum tamen Christum respiciens, dulcedinem sensit huiusmodi sanctissimus Patriarcha ille Iacob: nam cum labore fessus, ac ex itinere lassus, nocte præoccupatus fuisset, iuxta Ciuitatem Luza, q tulit de lapidibus, qui iacebant,& supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco, viditque in somnis scalam cœlum tangentem,& angelos ascendentes, & descendentes per eam,& dominum innixum scalæ magna sibi repromittere̅m.

q Gen. 28. Vt quid autem homo tàm diues, tàm multis armentis plenus, aliquam vestē saltem pastoralem, vel pelliceam non habuit capiti supponendam? Quia durissimum capiti supposuit lapidem? Sanè mysterium latebat: Christo enim verò lapidi innitebatur, caputque idest, intentionem, fidem,& spem in ipsum reclinabat, ideò dulcissimè dormiuit, dominum vidit,& angelos, repromissiones audiuit. Sic nos decet in nocte laborum,& tribulationum lapidem capiti supponere, idest ad Christum pro nobis passum respicere: Quid enim dirum, quid amarum, quid atrox pati possumus, quod non dirius, amarius, atrocius pro nobis passus sit Christus? Quod mente reuoluentes quomodò quæcunque passio a nobis possibilis perpeti, dulcissima non erit? Sic Diuus Stephanus non lapidum duritiem, sed dulcedinem sensit, ad Christi passionem respiciens, vnde lapides torrentis illi dulces fuerunt. Sic Apostoli omnes ibāt gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. O bone Iesu, quàm leue, quàm dulce omnibus nobis erit semper; quodcunque pati potuerimus? dummodò te pro nobis passum mente recolamus iugiter: In cuius rei apertissimam confirmationem, F

Num tenetis memoriæ, quod filij Israel ad terram promissionis properantes, aquas Marath r amarissimas inuenerunt? in quas lignum a Domino sibi ostensum Moyses immittens, statim in dulcedinem versæ sunt. Sic lignum crucis in aquas tribulationū quarumcunque per memoriam a nobis immissum, dulcissimæ fiunt. Et prætereà sicuti post illas aquas filij Israel venientes in Helim, duodecim fontes inuenerunt dulcissimarum aquarum,& palmarū plantas septuaginta: Sic nos vltra Christi passionem duodecim habemus fontes apostolicos,& septuaginta discipulos Christi, quasi palmas per Christi crucem triumphantes, vt de nobis verificetur illud prophetæ. s Haurieris aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, quasi dicat, Non ampliùs amaras, sed dulcissimas effectas per Christi pectus,& indè per apostolicos transeuntes. Vt quid ergò non properamus ad fontium dulcedines, ad palmarum victorias? Ad victorias, inquam,& ad triumphos. G

r Exo. 15.

Crux Christi p lignum Moisi a domino ostensum figuratur.

s Isai. 12.

Tertium mēbrum.

Quorum præludia tertio loco, eandem crucē continere diximus ob dignitatem,& gloriam, quam affert, illam pro amore Christi ferentibus. Quemadmodum enim in quacunque republica, & in aulis quibuscunque regijs ciuē dimitti desidem,& torpentem dedecus est magnum, ipsum verò torque aurea insigniri alicuius religiosæ militiæ cruce alba, vel rubea ornari, calcaribus aureis honestari, gloria est magna,& magnum decus; Sic dominus noster Iesus Christus, quos prosperitatibus,& diuitijs munit, videtur quasi dimittere imbelles, ocio torpētes,& suæ Christianæ militiæ ineptos, quos verò gloria, & honore vult insignire, tribulationum cruce ornat, cruciatuum dat aurea calcaria,& persecutionum torquem immittit, vt gloriosi euadant, monēte sic Spiritu Sancto. t Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius

Simil.

t Eccl. 6.

collum

collum tuum, & iterum, dicente propheta, *u* eleuabitur signum in nationibus; & quodnam signum, nisi gloriosæ crucis Christi? quod eleuat, subleuat, & sublimat omnes nationes, illam ferentes. Hinc diuus Paulus gloriosissimus Christi miles, *x* Mihi autem (inquit) absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi; sub alia porrò metaphora Christus dominus noster in currenti Euangelio crucis gloriam nobis ostendit. Potestis (inquit) bibere calicem quem ego bibiturus sum? Sicuti enim in conuiuio regali, in quo solum rex, & Magnates accumberent, maximæ esset gloriæ, si rex proprium assumens calicem, alicui ex discumbentibus propinandum porrigeret: Sic hodie Christus illis quos honorare vult, porrigit, dicens. Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Quem regium honorem per regium prophetam prædixit. *aa* Et calix meus (inquiens) inebrians, quam præclarus est. Hanc tam calicis, quàm crucis gloriam optimè nouit Seraphica illa nostra D. Caterina Senensis, cui dominus per angelum, duas immittēs coronas, alteram ex lapidibus pretiosis cōtextam, alterā ex spinis, dans illi electionis optionē, Diua illa diuino afflata spiritu pretiosam, ac rutilantē reiiciēs, spineā auidissimè est amplexata dicens; Nō aliā eligere possum, quā illā, q̃ Dn̄s meus, & sponsus meus Christus pro me in cruce tulit. Cui statim Dn̄s, & ego (inquit) quia hāc elegisti spineā, gloriæ immortalē coronā in cœlis tibi spondeo. Nō sic fatui illi, qui insipienter nimis agentes dicebant ad inuicē. *bb* Venite, coronemus nos rosis antequam marcescāt, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, qui vtique imaginem præseferunt omnium eorum, qui in præsenti vita corporeis, ac sensibilibus bonis inordinate frui volunt. Oh insēsatos, an ignoratis, quia, qui in hoc mundo sic talibus rosis coronantur, in futura vita æternorum suppliciorum spinas sustinere cogentur? Oh quàm satius in hac vita ad Christi imitationem afflictionum, & mortificationum spinis coronari nos decet, vt in æterna perpetuæ gloriæ rosis coronemur, qui enim rosas tenent in præsenti, utique citò marcescunt, vermesque perpetui remorsus conscientiæ illis gignunt, nunquam morituros: qui verò spinas cum radicibus sustinent, perpetuo rosas immortalis gloriæ, quibus coronentur, habent. Oh vtinam sic fiat, quòd tribulationum, & afflictionum spinas cum radicibus Christi cruci affixis ex animo feramus, uoluptatum autem rosas reijciamus, quò æternos euitemus cruciatus, immortalem consequamur coronam coronanti Christo perpetuò grati.

Quod erat quartum videndum, ex eo enim, quod gratissimum est Christo
1 Domino nostro, nos crucem ad ipsius imitationem post ipsum voluntariè ferre, vel saltem ab ipso nobis oblatam patienter acceptādo sufferre, nos præmio æterno donat; & ne multis hic immoremur, breuitati indulgentes, ex eo solùm conclusum, manifestumque constet, quòd cùm ob id nos coronet in æterna gloria, nil sibi gratius unquam, uel excogitare, vel operari possumus. Cuius Christi gratitudini (oh) quanta est ingratitudo, nos correspondere nolle. Huc admirās Diuus pater Augustinus, *cc* dicebat. Miseri, qui nesciūt quid amittunt, miseriores vtique, qui sciunt quod amittūt, qui cadunt apertis oculis, & descendunt in infernū uiuentes. q. d. miseros Turcas, miseros tartaros, cæterosque barbaros, qui nesciunt legem Christi, qui ignorant Euangelium, nec sciunt quale, vel quantum sit peccatum rapere, furari, adulterari, & cætera huiusmodi; at miseriores Christianos, qui euangelium optimè norunt, distinctionem, & grauitatem culparum sciunt, & tamen,

u Isai. 9
x Gala. 6.
Sublimātur nationes crucem ferentes. Similit.
aa Psal. 22.
In hoc mundo mortificationū spinis coronari nos decet.
bb Sap. 2
Quartū Membrū
cc Soliloq. c. 34.
Vtilissima reprehensio contra oēs nationes.

vel atrocius Deum offendunt. Miseros infideles, qui pœnam æternam peccantibus, & impœnitentibus debitam nesciunt, nesciunt & pœnæ modum, & terminum, & ideò fortè peccant: ignorant gloriam, & gloriæ æternitatem, & ideò forsitan delinquunt. Misericores fideles, qui vtrumque iugiter sibi prædicari, & inculcari audiunt: attamen grauius peccant, delinquūt grauius. Oh quam verè descendent hi apertis oculis in infernum; nam nullum forsitan atrocius eò sustinebunt tormentum, quàm perpetuò ante oculos habere gloriam æternam, æternam Dei fruitionem, quàm volentes, ac videntes amiserunt. Et ab Ecclesia Dei, quæ viuū est per charitatem, & gratiā corpus, turpiter, & ingrate nimis, desciuerunt. Quod est apertis oculis, & viuentes in infernū cadere: quod solis Christianis competit, non etiam infidelibus. Ideò iure optimo meritò atrocius, ac dirius incomparabiliter illis imminet tormentum, quia incomparabiliter grauius deliquerunt: pro eo enim, quòd euangelicam Crucem sibi cum Christo, & Saule necessariò ferendam, dulcissimam quippè, ac suauissimam post Christum passum dignitate regia, & æterna gloria refertam, & denique Christo gratissimam abijciunt, nonnè meritò damnantur, & præ cæteris atrocius cruciantur? Præsertim, quòd nedum abijciāt; sed (quod peius est, immò pessimum) Christi plagas, & uulnera quotidianis offensionibus, & peccatis innouant, exacerbant, profundant, ueluti si colonus aratrum ferro munitum in terram fortiter immittens sulcos profundat, & producit, nullū imponens arandi finē: Sic peccatores peccati ferrū, & aratrū supra Christi dorsum, & corpus mysticè immittentes, nesciunt peccandi finem, dicente propheta. *dd* Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prologauerunt iniquitatem suam. Et textus Hebræus sic habet. Supra dorsum meum arauerunt aratores; prouexerunt sulcos suos. Et modernus interpres sic legit. Supra humeros meos impii homines opus omni immanitate plenissimum perfecerunt, & inutilis; ac sceleribus finem minimè imponunt. Sumit uerbi gratia quisquis sit ille peccator, auaritiæ; vel adulterij aratrum impœtenitiæ ferro munitum, atque in corpus Christi mysticum illud immanissime immittens, pungit, ac stimulat boues corporis, & sensus, & quidquid occurit in huiusmodi Christi corpus mysticum, quod est Ecclesia, inuertit, euertit, conterit, conculcat, proculcat, dummodo peccatum intentum pateat: non parcit enim fidei matrimoniali, non fidei humanæ, non viri optimi honestati, nobilitati, famæ, honori, gloriæ, non parcit vitæ, omnia pessundat, omnia euertit, virginitates, castitates; & denique quidquid occurrit, & sic prouehunt sulcos suos, suas prolongant iniquitates, arantes peccatores corpus Christi mysticum, nec finem minimè imponunt; Heus, oh, Numquid tandem finis? Numquid tandem finis? Recordare Christiane, ac iugiter memorare, quòd miseri, qui nesciunt, quod amittunt, erunt perpetuò, miseriores autem perpetuò, qui sciunt, quid amittunt, & descendunt in infernum uiuentes apertis oculis. Quod Deus auertat, Amen.

dd Psal. 128.

Quanta sit crudelitas malorum Christianorum.

FERIA

FERIA QVINTA POST DOMINICAM secundam Quadragesimæ, Concio XI.

Auaritiæ vitium adeo odiosum existit, vt magnopere præ ceteris æterno creatori displiceat: qua de re vult diuitem hunc auarum inferni pœnis vexatum nobis præoculis ponere, vt tantum crimen omni conatu a nostra repelleremus mente: quod vt libentiori animo amplectamur, præsenti discursu mentio habetur de diuersis cum auaritia connexis criminibus, ac etiam de pœnis, quæ argenti cupidis in baratro præparantur.

INTER mirabiles, ac mysteriosas, quas vidit Zaccharias propheta, visiones, celebris est illa, & salutaris, quam refert *a* de Amphora illa egrediente; in *a cap. 5.*
medio cujus mulier quædam sedebat, & inde talentum portabatur plumbi, muliereque in medio amphoræ proiecta, plumbea massa in os eius immissa est. Et ecce vlterius duæ mulieres egredientes spiritum habentes in alis, quæ alæ milui videbantur, leuauerunt amphoram inter cœlũ, & terram, & asportauerunt eam in terram Sennaar, vt ibi ædificetur ei domus, & ponatur, stabiliaturque ibi in æternum super basem suam: &
hæc tota visio exactissimè describit hodierni Euangelij Sardanapali vitam præsentem, & futuram. Quæ duo iuxta euangelium breuiter discutientes, visionem conformiter diuisam applicantes explanabimus suis quibusque locis, ne si totam simul explanaremus, eam inutiliter repetere denuò cogeremur.

Diuisio trimembris.

Quo ergò ad præsentem vitam diuitem auarum, & impium visio describit Zaccharjæ prophetæ, auarũ, & impium hominem hodiernum nobis proponit euangelium. Inquit enim propheta, Angelum alloquens, & interrogãs,
A vt visionem plenè intelligeret; quid est hoc, quod egreditur? Et respondet Angelus significationẽ amphoræ explanans. Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Quidnam verò per oculum omnes sacri interpretes, & cum Angelo, & cum Zaccharia, & cum Iohanne Euangelista *b* intelligunt nisi Auaritiam? Quidquid est in mundo (inquit Aquila illa tria describens generaliora peccata) concupiscentia carnis est, & superbia vitæ, & concupiscentia oculorum. Vbi per prima duo expresse luxuriam, & superbiam docet, & per tertium cum omnibus interpretibus, (vti diximus) idest, per concupiscentiam oculorum Auaritiam innuit. Sic Salomon ille sapientissimus diuino repletus spiritu ait. *c* Non saturatur oculus visu, idest, auarus diuitijs. Amphora ergò nostra est oculus, idest, Auaritia. De muliere verò in medio amphoræ sedente, subdit Angelus. Hæc est impietas. Quid enim impius auaro? In medio vtique ipsius, in corde auaritia circundato, impietas residet, impius namque est auarus in Deum, in proximum, in rempublicam, in familiam, in amicos, & notos, in peregrinos, & ignotos, in pauperes, (quid plura?) in seipsum, O h, quàm impius est auarus, explicari nequit. Impius in Deum, nam dona sibi à Deo clargita immanissimè retinet, eisque abutitur. In rempublicam, perniciem, & pecuniam pro viribus in illam immittens, & committens.

Primum Membrum

b 1. Ioan. 2.

Quid per visionem tam mirabilem designatur.

c Eccl. 1.

Auarus nũquam satiatur.

Maxima impietas auari.

In familiam, eã sordidè affligẽtans, & vexans. In proximos, & amicos, eorum necessitatibus, & honestis indigentijs conniuens. In peregrinos, illos eijciens, & suo excludens tecto. In pauperes, eorum pauperiem, & mendicitatem nullatenus subleuans, nec subueniens. Et, vt omnia vno concludamus verbo, qui in seipso est impius, quomodo in alios quoscũque pietatem exercere poterit? Merito ergo hanc impietatem per mulierem in amphora designatam, talentum sequitur plumbi in os amphoræ immissi, impietatem prosternens: nã per hoc innuitur ipsius impietatis grauitas, & onus; Et ad quamcunque pietatis vmbram obturatio, & in impietate obstinatio. Duæ verò mulieres inde sequentes, habentes alas, & spiritum in alis, duas maximas designant impii auari sollicitudines, & anxietates, velocissimè huc illuc volitantes. Sanè præteriti, & illius, quod iam possidet, conseruatio, & futuri, & eius, quòd non possidet, acquisitio. Hæ duæ sollicitudines, duæque anxietates leuant amphoram, id est, auarum inter cœlum, & terram. Quid enim suspensius auaro? Nullatenus hæret cœlo, quia nunquam cœlestia, sed semper terrena respicit. Nec tamen hæret terræ, quia nec terrenis gaudet: tam. n. deest auaro quod habet, quàm, quod non habet. Signanter porrò alas milui dicuntur habere mulieres, quia, vt plurimum auarus impius è rapinis colligit suas diuitias, nec rapit, nisi terrena, & vilia: ideo nõ Aquilæ, sed milui alæ sibi tribuuntur. Et hæc est impii auari in præsenti vita per Zachariæ visionẽ descriptio, totiusque præsentis vitæ cursus. At vultis ne vsurpare oculis, manu tangere, præfatam descriptionem Prophetæ? Applicemus ad hodierni Euangelii diuitem re vera impiissimum, B

Solicitudines Auari.

De quo Euangelista. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bisso, & epulabatur quotidiè splendidè, & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. In qua sanè descriptione diuitis impietas, & auaritia plenè constat, vt inquiunt Diuus Chrysologus, d & Diuus Gregorius, & alii. Diuina enim prouidentia ianuæ diuitis pauperem opponit, vt diuitis, & pauperis conflictus esset in terris, quorum spectaculum manebat in cœlis, & inde pauperis virtus diuitis impietas appareret. Iaciebat enim impietatis tela diues, Clypeum miserationis opponebat Lazarus: crudelitatis iacula diues pauperis vibrabat in corpus, sed pauperi lorica vna erat totius corporis vulnus, ne vbi posset ferire crudelitas diuitis inueniret. Induebatur quidem purpura, qui ferrea habebat viscera, delicatis nutriebatur epulis qui crudelẽ habebat animã, quam mollire nec potuit conflatorium ad ianuam ipsius diuina positum prouidentia, tot flans flatibus, quot habebat vulnera. Proh duritiẹs, nonne modo oculis cernitis, manu tangitis, impietatẽ ipsam concentratã, & proiectam in medio auarį cordis, plũbea quadam grauitate, ac duritie, vndiq; obseratã, & obturatã? plumbeos namq; habebat oculos, aures, sensus, plumbeum os, vt nequidem pauperis audiret clamores, videret miseriam, subleuaret saltem minima vocula. Hinc, cum non sufficeret obseratis plumbeis auribus vnius oris vox clamantis ad aperiendum impij diuitis cor item plumbeum, totum aperit corpus pauperis diuina prouidentia, vulneribus aperit, vt tot essent pauperis ora, quot vulnera; soluuntur viscera, vlcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, & tota pauperis caro in scænam componitur pietatis, vt quem totum plumbeum esurientis vox, vel suspiria, uel gemitus non moueant,

d Serm. 130. Homil. 40. in Euang.

Impietas diuitum erga pauperes.

tant, tota ærumnarum congeries remoueret: vt uel sic saltem ferreũ molliret cor, plumbea liquefaceret viscera. Sed proiecta est impietas, obstructum est os ingenti massa plũbea, nil omnino proficitur; consonantiam vtique temperauerat Deus ex graui, & acuto, vt, videlicet, diues pauperis, pauper diuitis
D in oculis, & auribus esset semper, quatenus vicissim ambo sibi curã de uario præstarẽt languore. Ægrotabat pauper corpore, mente diues, Vt de vulnere diues medicina, de diuitijs pauper sumeret medellã. De gemitu diues cõpunctionẽ, de vino pauper cõsolationẽ. De lacrymis diues pœnitentiã, de copiis pauper sublevantiam. De patientia diues exemplum, de liberalitate pauper nutrimentum. De fame diues largitatem, de cibis pauper saturitatem. Sed vtrumque inficit, abijcit, perdit munus impius diues. Quare, nec pauperi subuenitur unquam, dicente Euangelio, Et nemo illi dabat. Nec diues aliqualiter spiraculum nec minimum pietatis admittit, adeo quod eiusdem canes ipsum vehemẽtes arguunt. Sed canes veniebant (inquit Euangelium) & lingebant vlcera eius. O diues mitiores te sunt canes tui; nam, te sæuiente, illi non dentes exacuunt ad morsum, sed linguas ad obsequium in modum spongiæ producunt. Non vexant vulnera, sed detergunt, quin, & lambendo, cùm semper curent canes vulnera sua, curant & pauperis vlcera naturæ magisterio. Et homo hominem negligit, ipsa grauiter accusante natura; O diues tu pauperẽ neque caden tib. de mensa micis pascis, & Lazarus mẽdicus, quia aliud non habet, de suis carnib. tuos pascit canes. Poteratnè clarius, & expressius describi plumbea impietas, quã huius diuitis, quẽ non potest mouere tota Dei prouidentia, opponẽdo illi mẽdicũ præfatũ tot, ac talib. circũstantiis aptũ natũ ipsum mouere.

Et ecce ad viuum prima uisionis prophetæ Zachariæ pars in diuite isto impio expressa; nec quẽpiã moueat, ꝙ iste nõ feratur inter cœlũ, & terrã suspẽsus a sollicitudinibus, eo ꝙ terrenis bonis frui dicatur, cũ indueretur purpura, & bisso, ac epularetur quotidie splendidè; nã, vt gladio feriretur ancipiti, & vtrinque teneretur, in vtrumque vadit extremũ, prodigalitatem scilicet, summã, & summã auaritiam: Quare nec terrenis gaudebat, sed ea impiè dissipabat: cuius rei cõstantissimũ, & clarissimum illud est argumentum, quod micas etiã
E de mensa cadentes miserrimo negabat mendico. Quare inter epulas etiam, & conuiuia firmissimè credendum est, ipsum dirè cruciari, ac torqueri ex dissipatione bonorum, quæ tamen dissipabat ob superbiam (vt inquit diuus Gregorius vbi supra) O quàm etiam splendide, induebatur. Oh miserrimum ergò omnium auarorum impiorum diuitem, quem æquè torquebant bonorum possessio, dissipatio: & in futurum acquisitio. Et hæc de præsenti vita.

Videamus modò futurã, de qua subdit Zacharias, ꝙ mulieres, sollicitudines, & anxietates impij auari designãtes, amphorã idest, auarũ in terrã Sẽnaar idest in regionẽ impietatis, vbi fundata fuit Babel, cõfusionis æternæ, videlicet locũ, & impiorum damnatorum cætum, scelerum multitudine, & conspiratione sociarũ, & in qua deniq; tenebrarũ, & confusionũ princeps regnũ tyranice, permittẽte Deo, obtinet: ibidẽ verò stabiliri super basẽ suã designat in æternũ sup impietatẽ propriã cremari? Quæ omnia clarius, & expressius in secunda parte Euãgelij in exẽplo impij diuitis cõstãt. Mortuus autẽ (inquit) est & diues, & sepultus est in Inferno. Et quonã aliò tantũ plũbi põdus, impietatis tanta grauitas tendere poterat, nisi in infernũ? Sepultus est in inferno, vt in terra Sẽnaar perpetua sibi stabiliatur cruciatuũ, & pœnarũ domus. Sepultus est in inferno, vt accipiat anima prius, quam corpus corpore ipso longè grauiore, sepul-

Secundũ Mẽbrũ. Anxietates diuitis.

sepulturam, & viuat penè semper qui semel mortuus est vita. Vbi non vnico, sicut nec vnicam commiserat culpam, sed plura experitur dira tormenta, cùm esset, (inquit) non in tormẽto, sed in tormentis, totus enim est in tormentis, qui totus fuerat in culpis: locus enim ille, locus tormentorum est apud omnes cuiuscumque fidei nationes; quem per tartarum scripserunt antiqui Poetæ, locum asserentes luce omnino priuum, neque inde exire in perpetuum, licitum esse. Aristophanes quidem comicus hunc antiquissimum arbitratur mundi materiæ coetaneum, nec fallitur; nã reuera in ipsum ab exordio cecidisse angelos sacri omnes docent Theologi. sed nec indignamur Ethnicorum sententias, vt constet vltra Christianorum fidem, hoc fuisse semper omnium nationum constantissimum assertum; sic Hesiodus in Theogonia videtur Tartarum ex illa confusa mole, quæ Chaos vocabatur, genitum esse credidisse, putauitque per maximum spatium, quantum, videlicet, distat terra a cœlo, tantum distare a terra tartarum, & obscurissimum asseruit; & hic impios, & scelestes perpetuò cruciari dixerunt omnes antiqui. Hinc Danaidum hydriæ numquam saturæ, & sitis Tantali, & Ixionis rota, & cætera huiusmodi apud Homerum, Pausaniam, Virgilium, & alios reperiũtur. Hunc eundem locum Plato in Phœdone appellauit similiter tartarum, & barathrum ex Homero: & putauit esse sub terra prope centrum; & in quòd omnes dilabantur impij, & scelestorum carcerẽ appellauit: ibiq; vinctas animas detineri ait Æschilus in Prometeo, & alij, quos meritò omittimus; cùm de his magis audiendus sit Christus, qui apertè hæc nos docuit pluries; & apertissimè in currenti Euangelio, vbi docet de diuite, quòd sepultus est in inferno, & quòd esset in tormentis totus. Solos liberos habebat oculos (inquit Diuus Chrysostomus) e vt alterius lætitiam posset aspicere, magisque torqueretur: aliorum enim diuitiæ his, qui sunt in paupertate constituti, tormenta sunt magna. Hinc est, quòd eleuans oculos suos diues, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, vt (sicuti inquit Chrysostomus ibidem) pauperi dum uiueret grauiorem pœnam reddebat iacere ante ianuam diuitis, & aliena prospicere bona, sic diuiti mortuo augebat exitium gehennæ prospectus delectationis Lazari, vt non solum tormentorum natura, sed, & collatione honoris Lazari intolerabilius sentiret supplicium. Lazarum ergo iã confusum inspicit, non amplius tumens despicit. Lazarus enim sursum erat, ille deorsum. Lazarum plures angeli portant; hũc infinita tormenta cruciant; nec prætereundum, quòd multi erant in sinu Abrahæ iusti pauperes, sed illius præcipuè, qui ad ianuam diuitis iacuerat, eidem occurrit aspectus, ad maiorem diuitis cruciatum, vt innotescat etiam pro nostra instructione, quòd omnes, qui a nobis in præsenti offenduntur, in futuro nostro aspectui nos arguentes obijciuntur, sicut etiam quare Lazarum non penès aliũ, sed in sinu Abrahæ vidit? Sanè, vt vnico intuitu duplici angeretur supplicio, dũ in Abraham conspicit, quod imitari debebat (diues enim fuerat Abraham), & in Lazarõ quod misereri oportebat. Magna sanè diuitis confusio: videt enim qui diuitijs viuens pauperes souerat, eosdem in secura vita, quasi souens, & saluans in sinu retinere. Cum sibi inuicem salutis causa extitissent, vt serio tandem cerneret, quam Dei magnam sprceuerit prouidentiam, & ex acuto, & graui consonantiam, vt supra explicatum est. Quam infœlix tunc exercere uellet, quando minus potest. Hinc de tormentis clamat. O diues clamas mortuus, qui viuens clamantem audire contempsisti? Nonnè legisti,

Aristop.

Infernus est locus tormentorum apud omnes nationes.

e Cont 4. de Lazaro.

Damnatus liberos hẽt oculos vt magis torqueatur.

F

gisti, In inferno autem quis confitebitur tibi? Frustra clamas; non enim in inferno est locus concentus, & consonantiæ, sed rugitus, & clamoris, ideò iure
G optimo meritò non canis, non cantas, sed clamas, & exclamas. Quid tandem clamas? Pater (inquit) Abrahã, crudelis fili, crudelis filius extitisti, & patrē tibi misericordē quæris? quum tibi patrem deposcis, cuius filium spreuisti? Infœlix quem sic ipsa arguit origo paterna. Infœlix; adhuc diues; sed tormentis nō substantiis, reatibus non diuitiis. Infœlix quid clamas de tartaro, de pœna ad sinum, & ad quietem? De qua tandem quid expectas? Mitte (inquit) Lazarum. Miser mitti uis Lazarum ad tartarum, quem exclusisti domo? Ad pœnam quem non recepisti ad mensam? Ad tormenta quem deliciis exclusisti? Quid tibi cum Lazaro? Misericordiam quæris adhuc tu in Lazarum sic crudelis? Lazarum (dicit) mitte, quo? Ad infernum de gremio, De solio sublimi, ad profundissimum Chaos, ad tormentorum stridorem de sancto beatorū silentio; Ad confusionem tantam de tanta quiete. Mitte Lazarum. Quid agis diues? Certè, vt non sit hoc noui doloris, sed antiqui liuoris usus, & inuidia magis, quàm gehenna incendaris. Est damnatis, fratres, incendium non ferendum, vti diximus, quos aliquando habuere contemptum videre fœlices. Sic diuitem malitia non deserit liuoris, quem iam possidet pœna doloris, qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci, Ad quid? Vt intingat (inquit) extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguā meam. Qui ergò claudis manum, extremum poscis digiti? Et aquæ petis guttam, qui ne dares, lacus reclusisti uini? Sed quare linguam refrigerari poscis? Nonnè in tormentis es totus? erras diues. Hæc flamma non tàm linguæ, quā mentis est, sed hæc de toto corpore prima sentit ardorem, quia prima varios deliciarum degustata cibos, & odorata propinans pocula, mandare pietatem noluit. Sed, & ne alij facerent, demandabat. O diues ipse es, qui induebaris purpura, & bisso? Quid ergo? ab æstu bissus non defendit? Purpura non resistit inferno? Remanserunt, remanserunt ista, & te deseruerunt; & ipse nunc nudus sudas & æstuas. At putasnè, aquæ guttam sitim extinguere posse tuā? cui torrentes torcularium non sufficiebant? & vbi sunt modo horrea non minus ad famē pauperum dilatata, quàm ad cupiditates, & copias? Vbi sunt vina ad inopiam, & ipsa pauperum amositatibus plena seruata? Horum omnium solam petis guttam, quam si dedisses pauperi, non sitires. At dices. Peto aquam, non vinum. Sed & tu aquam negasti, qui canes obiecisti, ne ad tuas perueniret aquas mendicus. Sed iterum cum dicas, mitte Lazarum, & non dicas, ferrat secum aquā, sed intingat extremum digiti sui in aquā, ergò iuxta te est aqua; Et si iuxta te, quare de proximo non sumis? Quare? Quia sanè vinctæ sunt manus tuæ diues, ac meritò circunligatæ, quas pauperi extensas & solutas habere noluisti; Et ecce hic expresse habemus Tantali non fictam fabulam, sed veram historiam. Oh infœlices damnatos. Et denique si tanta est aquarum copia tam ardens cruciatus, cur petis guttam ò diues? Credis nè gehennæ flammas vncia extingui stilla? Ista gutta est, fratres, quæ facit damnatos pœnas pati. Ista gutta crudelem fecit diuitem, quæ os Lazari, a diuite negata, siccauit; ad refrigerium enim pauperis, fratres, gutta sufficit, sufficit mica ad pauperis famem; natura enim paucis contenta est. Quod ponderate quæso cum Diuo Chrysostomo *f* super illud. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum, Hospes eram, & non collegistis me, nudus, & non operuistis me, Infirmus, & in carcere, & non visitastis

Perutilis exageratio contra damnatos.

H

f Homil. 80. in Matt.

visitastis me, Intuere (inquit) quam leuia iungat: non enim dixit, In carcere eram, e non eripuistis me, & infirmus, & nō curastis me, sed ait, Non visitastis me, & non venistis ad me. Similiter in sitiēdo, & esuriendo quid petit? mensam pretiosam? odorata pocula? Absit. Necessarium panem, & potum aquæ frigidæ: panis micas hodie, & aquæ guttam: Omnia enim multum aggrauant culpam, & pœnam, primò facilitas petitionis; panis enim erant micæ; Secundò miseria eius, qui petebat: pauper enim erat, & aliquando mendicus, & vlceribus plenus, vt hodie. Tertio compassio naturæ, ac fidei vnitas: homo enim erat eiusdem consors naturæ, eodem tinctus baptismatis fonte. Præterea præmium promissum; regnum enim promittitur; quod quis non desiderat? Vlterius pœnarum comminatio æternarum delinquentibus, & has quis non toto conatu effugiat? Sextò dignitas maxima, & honoris superabundantia eius, qui in pauperibus petebat, & per eos accipiebat. Deus enim ipse per eos petit, & ab hominibus dignatur accipere. Denique iustitia summa coarguit; non enim aliquid nostrum, sed ex suis, quæ nobis elargitus est, & conseruat dona, a nobis, quasi nostra dignatur accipere. Quam ergò excusationem afferre possunt damnati? Oh si guttam, oh, si guttam ponderare velletis, quam minima est, sed quàm magna operatur? Hæc pauperibus impertita liberat a gehenna, tradit gloriam. Hæc, pauperibus denegata, tollit gloriam, dat gehennam, in qua illam petere fatuum prorsus, & inutile est. Vtinā in hac vita illam elargiamini pauperibus, idest, eleemosynam tantummodò eis necessariam; panē, aquam, & nihil aliud vt in hac vita misericordiæ guttam impetrare possitis. Oh quam verè Domine Iesu vnica tuæ misericordiæ infinitæ, & infiniti meriti gutta, nedum diuitis linguam, sed totum refrigeraret infernum. At in inferno nulla est redemptio. In præsentiarum ergò vnicam misericordiæ tuæ stillam poscimus, atque adeo exposcimus, vt concupiscentiarum incendia extinguat, donet gratiam, & per eam gloriam. Amen.

FERIA

FERIA SEXTA POST DOMINICAM secundam Quadrag. Concio Duodecima.

Vineæ parabola prius Synagogæ, postmodum Ecclesiæ Catolicæ accomodatur: singulas vineæ partes cum vtraq; conferendo; præterea ingrati animi vitium tam olim Iudæorum, quam nunc Christianorum acriter arguitur; & vltimo loco pœna cœlestem dominum offendentibus comminata ob oculos exponitur.

APparet prima facie hodierni euãgelij materia vilis, & debilis, nulliusq; splendoris, vel dignitatis tractat.n. de vinea, de agri, & terræ cultura, de colonis, & agricolis, & similib. Attamẽ nil de ore Christi splẽdidiùs, & magnificẽtiùs auditũ fuit. Sic in vilissimis terræ mineralibus pretiosum reperitur argentũ, & aurũ, & inter eiusdẽ terræ glebas pretiosus absconditus repertus est euãgelicus thesaurus. Similit. Sic infra Maris salsugineas vndas, pretiosæ piscantur margaritæ, pretiosã coralla, sic in vinea ista euangelica thesaurus immensæ bonitatis, beneficentiæ, ac mysteriorum Dei reperiemus (credite mihi) latentes. Vtinam, & salsedines, & vilitates amaræ ab agricolis, & a nobis ipsis non immisceantur.

Parabola enim hæc tria principaliter continet, Bonitatẽ, videlicet, plantatoris vineæ, Agricolarũ ingratitudinem, & denique Causæ iudicium, Quoad Diuisio trimẽbr.
A primũ, Homo (inquit) erat paterfamilias qui plantauit vineã; qui homo (vt ait Origenes) *a* pater familias Deus est, qui dicitur homo, & pater, nobiscũ agens eo pacto, quo pater cũ filio suo ad infantilia, & puerilia descendẽs, verba filij sui, eisque se conformans, & accomodans, vel vt ait Chrysostomus, *b* *a tract. 19 in Matt.* Homo dicitur similitudine, non natura, & angelorũ, & Hominũ pater dicitur non natura, sed beneuolentia, Quã, vt largiter in filios demonstraret, plantauit vineã, quæ (vt volunt, & optimè, diui patres Hieronymus, *c* & Ambrosius, & alij) illam eandẽ designat, de qua vaticinatus est Isaias *d* dicẽs. Vinea aũt domini domus Israel est, nec re vera litteraliter alia potest intelligi. Similibus.n. numeris, & partibus adamussim correspondet hodiernæ euãgelicæ vineæ. De nostra.n. (inquit Christus) sepẽ circũdedit ei, Isaias, & sepiuit eam; Christus, & fodit in ea torcular, Isaias, & torcular extruxit in ea. Christus, & ædificauit turrim, Isaias isdẽ prorsus verbis, & ædificauit turrim in medio eius: Nullus ergò relinquitur ambigendi locus, quin vinea ista sit illa eadem, de qua loquitur Isaias, qui erit quasi commentator super hodiernum textũ.

Primum mẽbrum.

b Hom. 40 oper. imp.
c In Mat. cap. 21.
d Cap. 5.

Bonitas ergò vtrobiq; explicatur, patrisfamilias in partibus absolutis, & absolutis numeris vineæ. Et primo in sepe. Et sepiuit (inquit) eã, & sepem circundedit ei. Duo porrò munera sunt sepis, Alterũ est vineam distinguere ab alio terrarũ solo, Alterũ est prohibere nociua bruta, & bestias quascũque damnificantes vineã. Quid ergò designat sepes, nisi legem? lex enim vetus antiquam synagogam a cœteris distinguebat nationibus per vniuersum dispersis orbẽ, & bruta damnificantia vineam, prohibebat ingredi. Dicendo enim, Non occides, Non furtum facies, Nec mœchaberis, & cœtera huiusmodi peccata prohibebat per bruta damnificantia, significata. Et vltra sepem, fodit (inquit) in ea torcular, & torcular extruxit in ea, per quod expresse templũ designari docet Origenes *e* optima ductus ratione, nam, sicut ad torcular vuæ deferuntur, & inde vinũ exprimitur remanẽtibus in torculari fœcibus, atq; vinaceis; sic ad tẽplum, cuiuscunq; generis sacrificia, & hostiæ deferebãtur, vnde vinũ

Vinea synagogã designabat.

Lex vetus distinguebat synagogam a cœteris nationib.

e tract. 19 in Matt.

diuini cultus exprimebatur, remanentibus, ibidem peccatorum vinaceis, & fœcibus ex opere operatium; secundùm eorū diuersitatem meritorū. Turris denique in vinea ædificata cathedram designabat Mosaycam: sicuti .n. turris duo in vinea explet munera, Alterum, quod à longè prospicit inimicos, Alterum, quod ictibus, & globis cuiuscunque generis tormenti bellici eos excludit, & eos à vinea procul abesse facit, sic Moysi cathedra turbatores vineæ, id est, inobedientes, contumaces, & discolos prospiciebat, discernēs inter lepram, & lepram peccatorum, & ictibus censurarum à vinea excludebat, vt patet in multis, adeò quòd ipsam etiam sororem Moysi Mariam aliquandò exclusit. Hæc est antiqua domus Israel, vinea cum suis partibus absoluta, quam sic vndique munitam agricolis locauit Israelitis paterfamilias Deus. Quibus legē, templum, & censurarum auctoritatem, & in vniuersum Dei cultum commēdauit Deus. Et peregrè profectus est, non loci mutatione (inquit D. Hieronymus) *f* cùm ab aliquo non possit abesse loco, sed vbique sit, omniaque impleat, sed abire dicitur a vinea, ex eo, quod agricolis liberum operandi reliquit arbitrium. Et lōganimitatem habet (inquit Diuus Chrysostomus) *g* nō semper, non continuò eorum peccatis pœnas inducens. Nunc attēdite quæso, Cum vinea domini domus Israel semper sit (vt per Isaiam prophetam superius demonstratum est) & non amplius antiqua synagoga, sed Ecclesia fidelium nunc est: cum qua omnia ex consequenti explet quoad primam parabolæ partem, quæ cum synagoga expleuerat; quin & longè digniora agricolis præstans christianis. Hinc à synagoga prægnante orta est, & egressa ecclesia, legi successit euangelium, templo Christi crux, Cathedræ Moysi, Petri cathedra, & ea omnia nobis tradita sunt agricolis. Nunc breuiter singula expendamus. Quo ad synagogam (sicuti inquit Origenes) *h* Hi, quibus artificium est signa ex ære facere, & statuas fundere, antequam verum opus æris, aut argenti, vel auri producant, prius figmentum luti ad similitudinem futuræ imaginis formant, non quòd figmentum necessarium sit, sed vsquequò opus, quod principale est, expleatur, quod cum perfectū fuerit, abijcitur figmentum luti, & conteritur, & frangitur, ità, vt fragmenta eius non sint apta vlterius ad vsum, nec vsus eius vltrà quæratur. Sic paterfamilias Deus vineæ plantator synagogam antiquam, quasi luteum figmentum in typo, & figura futuræ Ecclesiæ formauerat quò ad vsque Ecclesia ipsa toto terrarum orbe diffusa, gloriosa extaret, tamquā principale intentum opus, quæ non amplius inter angustos terminos cōtineretur Palestinæ, sicut illa synagogæ vineola; sed vinea esset prægrandis nimis, dilatareturque per vniuersum prorsus orbē, vt a solis ortu vsque ad occasum laudabile esset nomen domini, vt prædixerat Dauid. *i* Qua sic formata, vt principaliter intenta a patrefamilias, antiqua synagoga, vt figmentum luteum prius formatum abiecta est, & contrita, & in fragmenta redacta, vti videmus alterum ipsius fragmentum Romæ, alterum Pisis, Venetijs alterum, alterum in oriente, alterum in occidente, & ità toto terrarum orbe dispersa fragmenta, ità, vt non sint vlterius apti Iudæi ad vsum veri Dei cultus in sua persistentes malitia, nec sic vlteriùs quæratur omninò. Hoc totū breuiter, eleganter, ac regiè regius cecinit propheta, *l* introducēs patrem familias Deum sic alloquentē, vineæ hæredem filium. Postula a me, & dabo tibi gentes: hæreditatem tuā, ac possessionem tuā terminos terræ, idest, vineā ecclesiæ in vniuersos diffusā terminos terræ, in vniuersasque nationes; de synagoga verò, & Iudæis subdit. Reges eos in virga ferrea; & tamquā vas figu-

f Super Matt. ca. 21.
g Hom. 69 in Matt.
h Homil. 10. in Leuit.
Simil.
Synagoga figura Ecclesiæ.
i Ps. 112.
l Psal. 2.

B
C

figuli confringes eos. Et sic de synagoga ecclesiam vineæ ornari clarissimè videmus. Synagogam verò contritam vt vas figuli, & dico quasi ferreo Dei flagello vndique afflictam; Hæc de vinea.

Nunc ad sepem; scimus porrò in more positũ esse hominũ, vineæ sepem nõ cõuelli, non eradicari, sed quotannis amputari, & resecari superflua, & eandem condensari vbi opus fuerit. Sic nõ est abiecta sepis lex, quemadmodum synagoga: sed resecata sunt a lege superflua, & amputata tanquam inutilia, scilicet, omnia iudicialia, & ceremonialia præcepta. Et inde condensata est lex vetus per Euangeliũ additis, videlicet, perfectioribus Euangelicis præceptis, quod expresse docuit Christus dominus noster *m* dicens. Audistis, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo; iterũ dictum est. Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei libellũ repudii, ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat, iterum audistis, quia dictum est antiquis. Non periurabis, reddes autem domino iuramenta, ego autem dico vobis, nolite iurare omninò, neque per cœlum, quia thronus Dei est, neque per terrã, quia scabellum est pedum eius, &c. Audistis, quia dictum est. Oculum pro oculo, & dentem pro dente, ego aũt dico vobis, non resistere malo, sed, si quis te percusserit in dexteram maxillã tuã, præbe ei & alterã, &c. Et sic alia antiquæ legis præcepta ibidem, & alibi condensat, & perficit, qua re (vt diximus) non abiicitur lex, sed perficitur. Nec erat abiicienda (inquit doctiss. Epiphanius,) *n* quemadmodum.n. si quis pedagogum haberet, vbi peruenerit ad ætatem, & acceperit præceptorem, non omnino reiicit pedagogum, veluti inimicum: sic, & nos (velut etiam Apostolus *o* dicit) quod pedagogus noster est lex ad domini aduentũ, cũ deducti simus a lege, & prophetis vsq; ad præceptoris aduentum, reperto præceptore, non reprobamus pedagogum legis, sed etiam gratiã ipsi habemus, quod puericiam nostram deduxit, & ad perfectiores euangelicas disciplinas nos demisit, aut quemadmodũ, si quis in mari nauigari vellet, & magnã haberet ad id paratã nauim, verum in parua scapha cõmotionem circa maris ripã transiret, & scapha hominem ad magnam perferret nauim. Homo ipse non omninò submergit scapham vbi magnam conscendit nauem; sed cum hoc, quod gratiam scaphæ habet, occupat maiorem salutis suæ nauem; sic nos scapham legis in euangelium, veluti translatam, & intrusam retinemus, aut (vt etiam dicamus) si quis sit expositus a matre sua, assumptus sit autem ab aliqua nutrice quousque in virum euadens, suumque naturalem agnoscens patrem, illi adhæreat propriamque hæreditatem assequatur, non ob id reprobat nutritorem, qui ipsum educauit, sed potius ei gratiam habet. Sic, & nos gratiam habemus Deo, qui dedit legem, & prophetas, sed longè maiorem habemus gratiam, quia dignatus est nouo filij sui testamento nos ipsius cohæredes constituere. Et ecce iam fratres, quantæ maioris perfectionis, ac dignitatis sit euangelij sepes nostra.

Quid verò de Christi cathedra? Quantum ea excedat cathedrã Moysi, superfluum mihi videtur recolere; non enim subobscura scientia est in ea, quemadmodum in illa Moysi, sed clarissima, & quæ omninò errare non potest; sic docentibus sacrosanctis œcumenicis cõcilijs, patribus omnibus orthodoxis, tàm græcis, quàm latinis, vniuersalis ecclesiæ traditione, & deniquè, dicente

m Mat. 5.

D

n Hæresi 66.

Simil.

o Galat. 3.

Lex vetus erat velut pedagogus noster, vsq; ad aduentũ Christi.

Simil.

Lex vetus quasi scapha ad nauẽ Euãgelij.

Simil.

Ecclesia, siue cathedra nostra omnino errare nõ potest.

Ecclesia siue cathedra nostra omnino errare non potest. ipso Christo, p Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Quod priuilegium a Christo collatum, in omnes Petri successores Christi Vicarios plenè transfusum, omnia, vt supra, apertè clamant. Quo verò ad auctoritatem nulla similiter est comparatio, solùm enim in reges, & principes Israel, & Israeliticum populum animaduertebat Moysi cathedra, Christi verò cathedra in suis vicarijs in totius mundi rectores, duces, principes, reges, & monarchas, animaduertit regna euellendo, destruendo, erigendo, plantando, reges deponendo, imperia transferendo, quæ tum historijs constant, quas, breuitati indulgens, omitto, tum Christiq apertissima docuit auctoritas dicentis. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunq; solueris super terram, erit solutum, & in cœlis. Vbi non super hanc, vel illã prouinciam, non super hoc, vel illud regnum, non super hunc, vel illum regem, vel monarcham, sed super vniuersam (inquit) terram. Quarè non modò Moysi cathedræ; sed neque vlla vnquam potestas huic comparari potuit, vel vnquam poterit in terris constituta. E

p Luc. 22.

q Mat. 16.

Auctoritati ecclesiæ nulla alia auctoritas comparari potest.

Denique audiamus torcular. Templum, diximus, fuisse antiquæ synagogæ torcular; sed re vera illud parum vini, parum, videlicet, meriti exprimebat, exilem exprimebat diuinum cultum, secundum, videlicet, operantium, & offerentiũ maiorem, & minorem dispositionem. Quid verò crux Christi in locũ Hierosolymitani templi suffecta? Hæc re uera peccata quæcunq; diminuit, quin ea, quasi fœces, & vinacea in se retinet, indè exprimens meritorũ, & gratiæ diluuia, nec mirum, nam eduxit pœnarum diluuiũ de Christi corpore sanguinis torrentes, gratiæ infinitũ pelagus, meritorũ infinitũ mare. Hinc fit, quod vnumquodq; nostrũ etiam minimũ opus, quãuis aliqua vinaceorum impuritate cõmixta, ad huiusmodi torcular crucis Christi allatum, idest, Christi merito innixum, inexplicabilem emittit vini cultũ: huc peccata ipsa cũ dolore, & cõtritione allata, meriti, & gratiæ vinũ exprimũt, peccatorũ vinaceis in torculari crucis permanentibus. Oh potentiss. crucis torcular: vt quid ergò procrastinamini Christi fideles huc afferre peccata, si non merita? Culpas, si non pœnas? defectus, si nõ opera? Nonnè videtis, quomodo crux Christi mirabili, & supernaturali modo peccata nostra etiã præuisa expressit? de peccatis mortem expressit Christi, de Christi morte vitam mundi, reis veniã, peccatoribus gratiã, iustis præmiũ, perseuerantibus gloriã. Et quid mirũ, si ibi totus Christi effusus est sanguis? Anima tota obedientia summa? venite, venite, quia huius torcularis vi, ac meritò potentissimũ est institutũ sacramẽti pœnitentiæ torcular, in quo confessio nostra sacramentalis (cui certè debemus, quidquid boni retentum est in Ecclesia post lapsum a gratia) premit cõscientias, extorquet crimina, elicit culpas, eruit peccata, tollit scoria, eliminat vsuras, euertit odia, deniq; omnem abstulit reatũ, exprimit Deo odorata pocula contritionis, mutationis vitæ, virtutũ, & diuini cultus. Quidnam ergo huiusmodi torculari in terris, vel efficacius, vel salutarius, vel vberius? Quænã ergò comparatio antiqui torcularis ad istud? quid verò præterea de tremendo illo altaris sacrificio esset dicendũ? (Hæc. n. omnia a primo illo crucis, & passionis Christi torculari dependent) in eo. n. non sicut in antiquis templi Hierosolymitani sacrificijs; sed Christus verus Dei filius offertur, quod sacrificiũ non potest non placare oblatũ, posita etiam quacunq; offerentis malitia, & iniquitate, dũmodo verè, ac legitimè offerat. Non ergò ex maiori, vel minori dispositione offerentis (vt in antiquo torculari) sed ex ipsomet opere operato, F

Christi crux, velut torcular peccata nostra etiã præuisa expressit.

Pœnitentia sacramentalis, velut torcular.

tato, vt aiunt, ex ipsiusmet, videlicet, sacrificij virtute nõ põt non placare, nõ
põt non satisfacere. Et offertur in Ecclesia pro viuis, & pro defunctis, pro iu
stis, & peccatoribus, pro fidelibus, & pro infidelibus, pro hæreticis, & scisma
ticis, & pro vnitatem seruantibus Ecclesiæ. Quid plura? Omnibus prodest, q
pro salute est omniũ constitutũ (vt inquit angelicus doctor) r Oh admirãdũ,
oh pretiolum torcular; quid. n. hoc sacramento pretiosius? Quid mirabilius?
quid salubrius excogitari potest? Et hæc bonitas patrisfamilias in prima pa-
rabolæ parte explicata. Ad secundã porrò descendendo, cũ aũt (inquit) tem-
pus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperet fru-
ctus eius; super quo notat a limine statim Rabanus f maximã agricolarũ in-
gratitudinem tantæ superius explicatæ patrisfam. bonitati oppositã, dicit. n.
tempus fructuũ nõ prouentuũ, quia nullus est fructus populi cõtumacis; cũ
tamẽ (vt inquit Orig.) t populo Iudæorũ, qui acceperãt legẽ p Moysẽ tpsfru
ctuũ appropinquasset aliquãdo. Misit aũt seruos (ait Chrysost.) u ad agrico-
las, qñ misit prophetas, qui offerebãt, quasi sacerdotes dñi populi fructus, &
obedientiæ ostẽsionẽ per opera. Agricolæ aũt nõ solũ malitia, & ingratitudi
G ne potiti sunt in nõ dando fructus, sed ẽt indignãdo cõtra eos, qui venerũt
varijs modis, & sanguine manus suas impleuerũt; vndè sequitur. Et agricolæ
apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, aliũ verò lapi-
dauerũt. Ceciderunt quidẽ (inquit D. Hieron.) x vt Ieremiam, occiderunt vt
Isaiã, lapidauerunt vt Naboth, & Zacchariã, quẽ occiderũt inter tẽplũ, & al-
tare. Iterũ verò paterfam. misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis
similiter. Missi plures prioribus (inquit Hylar.) aa Illud tẽpus designat, quo
post singulorũ prophetarũ prædicationẽ plurimus simul numerus propheta
rũ emissus est. Et explicatius Rabanus, vbi sup. Primi, qui missi sunt, ipse legi-
fer Moyses intelligũtur, & Aaron summus Dei sacerdos, quos cæsos, flagello
linguæ vacuos emiserunt. Alios autem seruos, prophetarum choros intelligi
vult. Et nos addere possumus primum occisum Abelem, fuisse iustum, sicuti
alias sese explicauit Christus, bb cum ait, Vt veniat super vos omnis sanguis
iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem
Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templũ, & altare. Inter quos
quasi extremos terminos clauditur antiquæ vineæ synagogæ decursus; infra
quod tempus, quando plures, quando pauciores missi sunt prophetæ, vt ex
sacra constat historia. Hinc verò patet maxima illorum agricolarum ingra-
titudo, & impietas; sicuti. n. aduertit Diuus Chrisostomus, cc Quod p sin-
gulos gradus iudaicæ malitiæ Dei misericordia, & bonitas patrisfamilias au-
gebatur, & per singulos gradus è contra diuinæ bonitati, ac misericordiæ
malitia, & ingratitudo Iudæorum opponebatur, vt vel sic contra Dei cle-
mentiam humana certaret malignitas. Isaias verò in suo quasi huius Euan-
gelij commentario duobus verbis explicat quidnam protulit ingrata vinea.
H Expectaui (inquit) vt faceret vuas, & fecit labruscas: & expectaui, vt face-
ret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor. Quibus in ver-
bis duo explicat genera fructuum. Primum est falsum, & apparens: secundũ
amarum, & iniquum. De primo ait: protulit labruscas, quæ vuæ videntur, &
non sunt; bona simulata, & apparentia; bona, quæ videbantur, & non erant;
perfectiones illæ, videlicet, pharisaicæ extrinsecæ, quas passim reprehendit
Christus in Euangelio. De secundo verò; Expectaui, vt faceret iudiciũ, & iu-
stitiã, & ecce iniquitas, & clamor. In quibus persecutiones, & occisiones, p-
phetarum

r Opusc. 57.
Secundũ membrũ.
f Super Matth. c. 21.
t Tract. 19. in Matth.
u Hom. 69 in Mat.
Maxima ingratitudo Iudæorum opposita bonitati Dei
x Super Matth. c. 21.
Iudæorũ crudelitas cõtra prophetas.
aa Cant. 22. in Matthæum.
bb Matt. 23.
cc Homil. 4. op. imp.
Duo genera malorum fructuũ protulit synagoga.

phetarum a Christo expressarum intelligit. Quid tandem pater familias? Omnia experturus, dicit intra se, verebuntur forte filiū meum, & nouissimè misit ad eum filiū suum. Hæc illa suprema est Dei Patris beneficentia, quā Paulus *dd* vocat nimiam charitatem; de qua vere, & propriè dicere potuit per Isaiam; *ee* Quid vltra potui facere vineæ meæ, & non feci? Hactenus dicere non poterat. Dederat cœlū, terram, angelos, panes, reges, sacerdotes, sepem, legem, torcular, templum, sacrificia, turrim, auctoritatem, & cætera huiusmodi; & tamē non dederat oīa, quæ poterat, nisi quādo dedit filium. Tunc verè dicit. Quid potui facere, & non feci? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; & quomodo non omnia cum illo nobis donauit? *ff* Oh immensitatē bonitatis Dei, verè incomprehensibilem, verè inexplicabilem, & oh malitiam, impietatem, & ingratitudinem agricolarum tantæ oppositam bonitati, non minus inexplicabilem, & magis lacrymis, quam verbis dignam. Agricolæ enim videntes filium, dixerunt inter se. Hic est hæres; venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius (oh miram cœcitatem) & ità opere compleuerunt inuidiæ, ac ambitiones circumfusi tenebris pessimè affecti eiecerunt legitimum hæredem extra vineam; qui venerat (vt inquit Chrysostomus vbi supra) non punire, sed saluare; & ideò non statim miserat, vt ex his, quæ contra seruos agricolæ fecerant, se ipsos accusantes veniam a proprio hærede consequerentur, bonitateque, & clementia illius vna cum vineæ hæreditate potirentur. At nihil profuit, eiecerunt extra vineam hæredem seipsos hæreditate perpetuò priuantes, & Christum extra portam passum pro ipsis, & pro omnibus repudiantes; & in hoc statu remanserunt crudelissimi, & ingratissimi agricolæ sanguine seruorum, & prophetarum tincti, tandemque vnigeniti filij Dei. Quid ergò de agricolis istis? Maturè quæso iudicare, & grauiter ponderare; vestra enim est causa. Quemadmodum enim in prima parabolæ parte synagogæ successit vinea Ecclesiæ, sic in secunda nos agricolæ Christiani in cultura vineæ succedentes Hebræis, quomodo colimus vineam? Incomparabiliter maioribus (vt supra ostensum est) affecti beneficijs? Peiora vtique reddimus, quam illi, peiora perpetramus, crudeliorem, acerbioremque redolentes ingratitudinem. Quorum tempus fructuum appropinquat (vt ait Origenes) *gg* & secundum vnumquemque nostrum, & generaliter populo vniuerso: primum enim vitæ tempus est secundum infantiam, & tunc nihil vinea ostendit in paruulis baptizatis, nisi tantum habens in se vitalem gratiæ fidei infusæ virtutem; cum autem cœperit posse loqui paruulus, tempus est generationis, gemmas ostendens & flores futurorum fructuum, & sic successiuè quantum proficit anima pueri, tantum, & vinea, quousque producat fructum maturum, & vberem charitatis, gaudij, pacis, & vniuersaliter bonorum operum: Mittit verò seruos (addit Rabanus) *hh* accipere fructus ab vnoquoque nostrum, quando lex, psalmi, prophetiæ, & cæteræ diuinæ scripturæ expositæ audiuntur. Et tunc missi cæduntur, & eiiciuntur serui, cum per eo contemnitur, more repelluntur, vel (quod peius est) impiè, vel Hæreticè blasphemantur, ipsum denique hæredem Christum in Euangelio venientem occidit quantum in se est, qui filium Dei per peccata conculcauerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit (vt inquit Apostolus) *ii* Et explicatius Isaias, vbi supra. Labruscas, & non vuas producunt Christiani illi simulati, & hypocritæ boni apparere nolentes, & non esse, superstitionem A

dd Eph. 2.
ee Cap. 5.
Inexplicabile signū bonitatis,
ff Rom. c. 8.
Peiora reddim' mala pro beneficiis, quam Hebræi.
gg Tract. 19. in Mat.
Nota diligenter.
hh In cap. 21. Matt.
ii Heb. 10.

pro religione, ceremoniam pro cultu, furorē pro Zelo; passione in pro iudicio, abusum pro lege, hypocrisim pro veritate, ignorantiam pro simplicitate, ignauiā pro patientia, temeritatem pro audacia, præsumptionē pro nobilitate, prodigalitatē pro magnificentia, auaritiā pro parcitate exercentes, & in vniuersum labruscas, quæ videntur vuæ, producentes, corpore in Ecclesijs M frequenter manētes, corde in impietatibus se se exercentes; & hoc de primo, Isaiæ fructu. De secūdò porro manifestius hac nostra tēpestate, loco iudicij, & iustitiæ, eccè iniquitas, & clamor, cumulus, videlicet, malorū, & scelerū, vsurarū, iudiciorū peruersorū, oppressionum pauperum, & cæterarum huiusmodi iniquitatum, botrus amarissimus (vt inquiunt diuinæ litteræ *ll*) & fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Oh quam tinctos iam eminus cernimus peccatorum sanguine huiusmodi agricolas? quàm sæpius eijcientes hæredem Christum extra vineam? Filium Dei conculcantes, & spiritui gratiæ contumeliam facientes? [illegible]

Mali Christiani loco Iudicij, et Iustitiæ iniquitatē, & clamorem producunt.

ll Deuter. 32.

Cum ergò venerit dominus vineæ in tertia parte parabolæ, quid faciet agricolis vineæ? Aiunt illi Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, &c. Interrogat hic Christus (ait Hieronymus) *mm* non quod ignoret, quid responsuri essent, sed, vt propria respōsione damnentur: nam, quod verum dicant (inquit Chrysostomus.) *nn* non est ex illis, sed ex causa ipsa: veritas enim illis violentiā facit, veritas ora eorū violentat ad veritatē dicēdā; sicut enim Caiphas (ait Origenes vbi supra) non ex se contra se, sic isti nō ex se contra se prophetauerunt, quoniā tollenda erant ab eis eloquia Dei, & cætera vineam consequentia, & danda gentibus fructuū suo tempore daturis; vel dominus, quem occiderunt, statim venit resurgens a mortuis, & malos quidem colonos malè perdidit, alijs autē colonis, idest, Apostolis vineā suā consignauit. Et propter hoc (subdit diuus Chrysostomus) *oo* dominus parabolam eis proposuit, vt ipsi non intelligentes, contra se sententiam proferL rent, sicut, & ad Dauidem factū est per Natan prophetā. Quam eorum sententiam Christus dominus noster confirmans, & aperiens, ait illis. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Vbi (vt ait Hieronymus ibidem) varijs parabolis eandem rem contexit: Quos enim supra operarios, & agricolas nūc ædificatores appellat: Et lapidem, subdit diuus Chrysostomus vbi supra) Christū vocat, ædificatores autem doctores Iudæorum, vt intelligant in cuius nam ædificij angulo ponendus sit lapis ille, non enim in eorū ædificio, sed in alio, nempè Ecclesiæ: si autem aliud ædificiū est futurum, ergo illorum ædificatio, scilicet, Synagoga, destruenda erat; quod apertè tandem, & sine parabolis explicauit illis Christus subdens. Ideò dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius per regnum Dei (vt inquit Origenes ibidem) intelligens mysteria regni Dei, & diuinas scripturas, & cætera sacramenta, a populo illo Iudæorum ingrato ablata, & gentibus eius fructum facientibus tradita. Verbum enim Dei, & cætera ad vineam consequentia denique nulli dantur, qui de eis non facit fructum ideo postquam de solis Iudæis dixerat, subdit, in vniuersum: Et qui ceciderit super lapidem, istum confringetur, super quem verò ceciderit, conteret eum, ostendere volens (ait Hieronymus ibidem) quod omnis peccator quantumcunque grauis, cadens super lapidem istum, confringitur per contritionem, & dolorem, sed non omninò conteritur; reseruatur enim per

Tertium Mēbrū.

mm Cap. 21.

nn Hom. 40. oper. Imper.

oo Hom. 69. in Mat.

Voluit Christus vt propriā sententiā proferrent.

Quando peccator cadit super lapidē, idest Christū confringitur per contritionem.

pœniten-

pœnitentiam ad salutem: super quem vero lapis iste ceciderit, idest, super impœnitentem finalem suæ irrenocabilis sententiæ grauitate, vel super eum, qui Christum penitus negauerit; Sic conteret eum reprobando, vt nè testa

pp Esa. 30. quidem remaneat (sicut prædixit Isaias) *pp* in qua pusillum hauriatur aquæ, aut portetur igniculus de incendio. Sic re vera tanta mole, & grauitate cecidit super Synagogam lapis Christus, quæ hoc idem iudicium sibi est impre- M cata, dicens, Sanguis eius super nos, & super filios nostros, quod eam totam cõtriuit, & cõtudit, vt nè vestigiũ quidẽ sit vllũ gloriæ illius antiquæ iudaicæ vineæ, nõ lex, nõ prophetæ, nõ tẽplũ, nõ altare, nõ cathedra, nõ sepe, nõ torcular, non turris, non sacerdotium, non victima, non rex, non regnum, & denique (vt præfati sumus) nullum prorsus vestigium: tantum ex hoc, quod hæredem eiecerunt, & lapidem reprobarunt, & hoc iudicium sub oculis nostris, de antiqua Synagoga. Quid verò, cùm nostra iam sit vinea, tot priuilegijs ampliata, nobisq; colenda tradita, de nobis erit iudiciũ? Qui non semel, non bis, sed ter, quater, & millies Christum de animæ nostræ vinea eijcimus? Nunc ergò viri Iuda (ait Isaias vbi supra) iudicate inter me, & vineam meam; eodem Christi miro artificio, iudicium ex ipsomet perfidorum agricolarum ore extorquere volẽs; Et re vera, cùm fuerit Euangelicus prophetas Isaias, vineæ nostræ Ecclesiæ vltimum minatur interitum, dicens, quod Deus auferet sepem, idest, tollet legis veram obseruantiam, intelligentiam veram, tollet custodiam, tollet torcular, pœnitentiæ sacramentum, tremendum sacrificij altare, tollet religionem, sacerdotium, tollet omnia; & quod vinea sic destituta erit in direptionem omnibus malis exposita, turcis, hæreticis, scismaticis, ipsam etiam turrim potestatis, & cathedræ Christi in suo vicario euertere conantes, & inde, quod vinea non putabitur, non fodietur, nulli ministri erunt, rectores nulli, non sacramenta, non missa, & quod ascendẽt super eã vepres, vrticæ, & spinæ, idest hæreses, perfidiæ, scismata, & cætera huiusmodi. Oh verè condignum tantæ ingratitudini I supplicium; ablato itaquè hoc modo Regno, idest Bonorũ, & beneficiorũ cumulo; per Dei Regnum a Christo expressẽ designato, & ab antiqua vinea Synagogæ, & a tot mundi partibus, in quibus diffusa erat vinea Ecclesiæ, quid vltra? Quid indè? Certè non sine populo Deus, non sine Ecclesia Christus, est autem hoc mirabile in oculis nostris, quia factum conspicimus Christi sententiæ euentum, & prædictionem planè declarans; cadere namque videmus Ecclesias, regna mutari, prouincias euerti; religionem N tolli, sacramẽta perdi, hæresum mõstra millena & millena pullulare sic iudicãte Deo, tetrarũ orbem: sic reprobata est Synagoga: Sic Ecclesia græca orientalis contrita tota: sic tot partes Ecclesiæ nostræ occidentalis contritæ, atq; contusæ. Vtinam nos miseræ reliquiæ hoc iudicium vitare noscamus. Oh, si pensaremus Dei amplissima beneficia nobis collata, non antiquam angustam Synagogam, sed Ecclesiam toto orbe diffusam non sicuti illam, & imperfectam legem antiquam, sed perfectissimum Euangelium Dei numine, Dei amore plenissimum, non templum ex se inutile, & mutilia ex eorum opere sacrificia, sed torcular Crucis Christi per Pœnitentiæ Sacramentum omnia extorquens peccata, per Eucharistiæ Sacramentum omnẽ largiens gratiam ex sola ipsius sacrificij virtute pro omnibus satisfaciens, non sacerdotium vmbratilem habens auctoritatẽ, sed auctoritate diuina plenissimum, omnia potens in terris, item, & in cœlis. Denique non seruos, non

Marginal notes: Conterrit Christus peccatorem eum reprobando. — Christus minatur interitũ Vineæ nostræ. — Epilogogus.

non prophetas, sed ipsum Christum filium Dei verum hæredem cum toto sanguine,& cum diluuio meritorum ad nos non semel, sed quotidie, & sæpius mittentem accipere a nobis qualescunq; fructus. Oh ingratissimos nos, & quoties illum reijcimus, illum extra vineam animæ nostræ eijciētes. Nobis verè potest dicere Deus plantator vineæ. Quid potui facere, & non feci? Et quomodò nos hæc audimus, hæc videmus, hæc manu tangimus, & tamen quotidie peccamus? Sanctissimus ille patriarcha Iacob ex eo solùm, quod scalam in somnis viderat, *qq* & dominum in scalæ summitate illi promissa quædam facientem, cum euigilasset de somno, minusq; digne in loco ille se habuisse sibi visus, exclamans, & lugens, quasi seipsum reprehendens, dixit. Verè dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. Quid tu Christiane, cum tot acceperis in hoc Sancto Ecclesiæ gremio beneficia, quod non solum præfata; sed, & Apostolorum, & tot millia martyrum merita, & sanguinem fusum in quocumque angulo simus, præ oculis habemus, & tamen procaciter, pertinaciter offendis, delinquis, & peccas? Expergiscere quæso, & exclama cum Patriarcha Iacobo'. Verè dominus est in loco Sancto isto, & ego nesciebam. Verè dominus est, &c. Oh si sciuissem, numquam peccassem. Oh, si sciuissem, &c. Caue ergo tibi in futurum, vt vel sic saltem reprobationis iustum iudicium euadas. Amen.

qq Genes. 28.

Peccator se ipsum reprehēdere debet de peccatis et offensionibus cōmissis.

.·.

SABBATO POST DOM. II. QVADRAGESIMAE
Concio XIII.

Filius Prodigus, qui paternam domum relinquit, ac partem suam dilaniat, atq; ad patrem reuersus hilari vultu accipitur, figura est peccatoris, qui mille criminum maculis a Dei gratia alienatus, adeo vt e cælo in terram delapsus videatur, ac qui prius libertate fruebatur, in miserrimam redactus Diaboli seruitutem; si humilis æternum Patrem adeat, maxima cum clementia ab ipso gratia, paradisoq; donatur.

Diuisio quadrimêbris. Primum Mêbrû.

HODIE Christus immensum suæ pietatis pelagus pulchram pãdit per figurã filij prodigi. Hodie reos vocat, peccatores spe ctat ad pœnitentiam, & declarat quale gaudiũ sit patris æterni Dei de reuersione vnius peccatoris de reatu ad veniã, de culpa ad gratiam, de morte ad vitam, de perditione ad salutẽ, in currenti, inquam, parabola totus peccatoris prius auersi, & inde ad Deum conuersi progressus describitur, quatuorq; in punctis principalibus perstringitur, primo in peccatoris auersione, Secũdò in sui status cognitione, Tertio in proposito reuertendi ad Deũ, Quartò, & vltimo in ipsamet reuersione.

Adolescens peccatorem significat.

De primo ait Euangeliũ. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri, Da mihi portionẽ substantiæ quæ me contingit: per hominem porro patremfamilias in huiusmodi parabolis Deũ accipi in exter no sermone explicatũ est. Adolescẽtior vero in diuinis litteris peccatorem significare in compertò est apud omnes, qui (vt exponit diuus pater Augustinus) *a* vsũ liberi arbitrij exposcit, cũ ait. Da mihi portionẽ substãtiæ, quæ me cõtingit. Sic Theophilus Alexãdrinus *b* Hominis (inquit) substãtia rationali tas est, quã comitatur libertas arbitrij. Et diuus Chrysostomus. *c* Cũ tres, ex ordine Lucas parabolas posuisset, ouis, quæ perierat, & inuẽta ẽ, & dragmæ deperditæ similiter inuentæ, & filij, qui erat mortuus, & reuixit. Idẽ ostẽdit nẽpè peccatoris ad Deũ reuersionẽ: est aũt inter prædictas parabolas distinctio secundũ personas, vel mentes peccantiũ. Et cum oẽs distinguat ordinate diuus Chrysostomus vbi supra, de hac ait. Pater filiũ recipit pœnitẽtẽ, qui arbitrij sui libertate vtitur, vt cognoscat vndè ceciderit. Et diuus Ambrosius *d* Vides ergo, quod ius patrimonij petentibus datur, nec putes culpã patris, quod adolescentiori dedit: nulla enim Dei regno infirma ætas; ipse certè se iudicauit idoneum, qui poposcit, atq; vtinam nõ recessisset a patre: nam impedimentum nescisset ætatis. Quantum enim (inquit diuus Petrus Chrysologus) *e* pius pater, tantum hæres impatiens. Quantum pater beneficentior, tanto hæres ingratus magis: ingratus, qui patris fatigatur ad vitam, impatiens qui patris nititur auferre substantiam, quia tempus non potest audire patientiæ. Ingratus, qui, & merito filij prærogatiuam meruit non habere, quia ea, quæ patris erant, noluit possidere cum patre. Qui, & iure optimo hominis, perdit priuilegiũ, & cũ inferioribus ad hominem vitam dẽgit: qui cum superiori ad filiũ noluit rectè sentire. At quæ res filium rapuit, hos ad ausus, ad petitionem tantam fiduciamq; leuauit? Illa sane, quia patrem cœlestem sciebat nullo claudendum finem, concludendum tempore, nullo, nullo, nulla mortis potestate soluendum. Ideo cupit viuendi libertate gaudere,

a De q. Euang.

b sup. Luc. cap. 15.

c Homil. De patre duobus fil.

Per tres parabolas reuersio peccatoris ad deũ designatur:

A

d Lib. 7. in Luc.

e serm. 1.

qui ditari noluit facultatibus nō decedentis, aliquando. Obedientiam ergo reijcit patris, qui vult se, sua libertate gaudens, a lege Dei subtrahere per vitæ luxū, & sensū, bona patris eo ipso amittens, innumerisq; periculis, sese exponēs, ac subijciēs quod tali similitudine descripsit propheta *f* Quemadmodū (ait) auicula maximis in delicijs, & cōmoditatibus ab homine enutrita, in clusa tamen retenta in cauea libertatem quamdam fatuam affectans, euadere, & effugere nititur, quod aliquando allecuta primo, vel altero die, vel ab ancipitre deuoratur, vel ab aucupe occiditur, vel saltem, vt non assueta quærere sibi victum fame deperit. Sic homo a patre Deo innumeris gratiarū, & donorū diuinorū nutritus delicijs in Euangelca legetamē quasi in cauea inclusus fatuā libertatē, & insanā sensus, & voluptatis affectans, a lege, & obediētia Dei se subtrahere nititur per peccata, & inde in manus crudelissimorū
B aucupum, vel in ora accipitrum, scilicet, Diaboli, mortis, & Peccati incidit, Effraim (ait propheta) Sicut auis auolauit; idest, cōtra volauit: volare namq; debebat ad cœlū, ad hoc educatus a cœlesti patre. Contra verò, ad ima præceps ruit, a patris custodia se subtrahēs. Nō sic Dauid, cui, cū dicerent peccatores, vt se ab obseruātia legis per affectatā istā libertatem subtraheret, respōdit. *g* In domino cōfido, quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in mōtē, sicut passer? Quoniā ecce peccatores intenderūt arcū, parauerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde? Id enim nunquā faciā, non recedā a domino: in domino confido; & alibi *h* In manibus tuis sortes meæ. Sic Paulus olim auolans, a Deo prostratus, indè libens, ac volens in caueā plenissimè Dei Patris obedientiæ, se subducens, ait. Domine, quid me uis facere? Et hæc liberrima est libertas, custodiæ, videlicet, ac obedientiæ diuinæ totum penitus se cōmittere. Cæterū petentibus libertatē arbitrij, in malū, & voluptatē, & sensum Deus illis permittens, relinquit illos (vt ait Spiritus Sanctus) *i* in manu consilij sui. Et hoc est, quod subdit Euangelista. Et diuisit illis substantiam, vt sciret filius, quod ante tenebat pater, non fuisse auaritiæ, sed amoris, prouidentiæ, non inuidentiæ; seruare volebat, non perdere filij substantiam, manere cupiens, non perire. Quod preuidebat.

Vnde sequitur. Et nō post multos dies congregatis omnibus adolescētior filius peregrè profectus est in regionē longinquam, & ibi dissipauit substantiā suam viuēdo luxuriose. Congregatis (inquit) omnibus. Quid est cōgregatis omnibus? Nisi vnico actu simul ponere cœlū, patriam, beatitudinem, Dei amicitiā, Sanctorū, & Angelorū consortiū, merita omnia præterita virtutes, opera bona, gratiā, & gloriā, & (vt vno verbo dicatur, cū melius exprimi nō possit, cōgregatis oībus, dato, & nō accepto pretio, naturæ ordinē inuertēs, in miserā se vendidit dæmonis, peccati, & mortis seruitutē; & vendendo se, pretiū ipse soluit miseræ seruitutis; vnico actu peccandi: Congregatis omnibus, & proiectis. Sic mercator pessimus ad talem peruenit contractū, ingratus filius, qui parentis debitum soluere nesciens, mercatur effectus crudelis sui ipsius diræ seruitutis pretium soluere cognouit. Et genitus vicem gi-
C gnenti reddere ignorans, dato pretio persequenti inimico, se subdere excogitauit. Sic omnis peccator a Deo recedens, datis omnibus, diabolo se vendit, pretio soluto īæstimabili, qui et adolescētior dicitur (vt ait Petrus Chrysologus vbi supra) nō ætatē, sed sensu: nō annis, sed erroribus, & lōgeabit plus mente, q̄ loco. Deus. n. & dæmō, Peccatū, & gratia maximè distāt: homo aūt per peccatū recedit a Deo, adhæret dæmoni, amittit gratiā, ingreditur culpā

Peccator cōtra voluntatem Dei vult viuendi libertate gaudere

f Osea. 9.

Simili.

g Psa. 10.

Vnusquisque obedientiæ diuinæ debet se cōmittere.

h Ps. 30.

i Eccl. 15.

Vnico solum actu peccandi hō in miserā diaboli seruitutē se vendit.

Maxime distant gratia & peccatū.

l De verbis Domini serm. 34 *m Isa. 66.* Peccator per peccatum a cœlo recedit & ad infernum properat. Peccator a Summo gradu in infimum cadit. Simil. *n Gen. 49.* Luxuriæ peccatū vltra bona spiritualia & eterna, et corporalia bona dispergit. Peccatū filium in seruum conuertit.

Sic diuus Chrysostomus vbi suprà, & D. Aug. *l* Omnia.n.ordinata ad aliquē finē, si peruertāt ordinē, tantò recedūt ab vno extremo, quātò accedūt ad aliud, cœlū aūt (inquit Deus per prophetā) *m* mihi sedes est, sed nil distat à cœlo, sicut infernus; peccator ergò per peccatū a cœlo, & a cœlorū summo recedens, iure optimo merito peregrè proficisci dicitur, cum ad infernū, qui est in terræ centro, properet. Postremò in ordine rerum primum locum tenent Angeli, secundùm cœli in plures distincti sphæras, vt constat, tertium elementa ignis, & aeris, vltimū denique, & infimū terra, & ipsius terræ centrū. A summo, igitur, gradu in infimū cadit peccator; & ideò peregrè proficisci dicitur in regionē longinquā. Vbi totā dissipauit substantiam suā, viuēdo luxuriosè. Etsi.n.omne peccatū dona Dei quæcumq; disperdat, ac dissipet: placuit tamē Christo per luxuriæ peccatū id exprimere, quia plusquā omne peccatū quamcunque legē, ligamen quodlibet, quodlibet frænū perrumpēs, omnia dissipat bona: sicuti si flumen aliàs placidus, & quietus suo contentus alueo fluuijs tandem, & aquis quàm plurimis ditatus, aggerē vndique perrumpens, & prædia, & segetes inuadens, euertit, & dissipat omnia absq; distinctione nulli parcens. Sic luxuriæ peccatum (de quo ait Patriarcha ille *n* Sanctissimus, filium Ruben de luxuriæ peccato arguēs) sicut aqua effusus ēs, non crescas, idest, non cresces; quam metaphoram etiam alius consequitur sensus; nàm omnis alius liquor effusus, odorem aliquem, aliquod signum sui ipsius relinquit, aqua prorsus nullum. Sic luxuria, vltra bona æterna, gratiam, gloriam, merita, & cœtera huiusmodi rationem, vitam ipsam, facultatē, honorem, & omnia dispergit, etiam corporalia, & temporalia bona. Oh infælicem peccatorem in hoc prodigo clarè satis expressum; qui à Deo patre recedēs, dissipat omnia, viuendo luxuriosè, propriū, videlicet, sequendo sensum & arbitrium: sensus, inquam, qui nudauit filiū, non ditauit, tulit e domo patris, exemit patria, spoliauit fama, exuit castitate, quod vitæ, quod morum, quod pietatis, quod castitatis, quod libertatis, quod gloriæ, nil reliquit; & (quod peius est) postquam omnia (inquit) consumasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere, & abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos; & cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Oh infælicem peccatorem: vide prodigum, & te ipsum intellige: Peccatum enim ciuem in peregrinum, diuitem in mercenarium, filium in seruum, in egenum locupletem, liberum in subiectum, & iuxta porcos addictū, porcis iunxit quē a patre pijssimo seiunxit sensus immaturus, vt seruiret cœnoso pecori, qui pietati sanctæ parere contēpsit: sic inuenit qui se negat patri, qui se cōmittit extraneo, vt sentiat seuerū iudicē, qui fugit indulgentissimū prouisorē, affectionis desertor, pietatis refuga deputatur, porcis addicitur, porcorū traditur seruituti, porcorum pascua lutulenta percurrit, inquieti pecoris teritur, & maturatur ex cursu, vt sentiat quàm miserum sit, quàm sit amarū quietis paternæ beatitudinem perdidisse. Proh casum, proh crudele ministeriū, quia neque conuiuit porcis, qui seruit porcis, miser qui porcorum deficit, & esurit in saginam; miser, qui squallentis cibi cupit, nec impetrat qualitatem; Oh, si sentires peccator famem gratiæ Dei, & lutulentas peccatorum fœces, fœtidas vitiorum immunditias, impossibile est quin doleres, quin te cum prodigo recognosceres, ac tuum statum pœnitens examinares. D

Sic filius prodigus in secundo loco statum suū denique recognoscēs, in se reuer-

reuersus, qui extra se abierat, in se ante redit, vt inde rediret ad patrē, qui a se antè recesserat, quàm recesserit a patre. Sic omnis peccator priùs per consensum in malum a se recedit, quàm recedat a Deo. In se itaque reuertitur, qui à se migrauerat, vt patrē petat, quem antè deserat. In se inuenit hominem a bestia recedens, qui se bestiā fecerat ab homine recedendo, in se pietatē intuetur paternā, qui longè a se cruditatē expertus est externam, & gratiā genitoris in se conspicit, qui a genitoris gratia, & Natura declinauerat. Oh mirā Dei iustitiā, & pietatē; quomodò.n. non reuertetur in se peccator, nisi totaliter sit E effectus bestia? Et rationē penitùs dimiserit? Deus.n. pientissimus pater vindictā non admodū remotā, sed culpam sectatricē, & coetaneā, ac ex eadē regione, stipiteq; pullulantē in natura, cor, & viscera immisit hominis. Stimulū, videlicet, ac remorsum conscientiæ peccato coæuū. Cantaris quidē in se ipsa remediū ex contraria passione concretū habere fertur (inquit Plutarchus o hanc veritatē naturali fretus cognitione, vt naturæ inditā cognoscens) mali tia verò coniunctū, assiduèque ipsam torquentem, ac affligentem gestat dolorem, non postquam scelus perfecerit; sed tùm maximè flagitiorum pœnam exoluit peccator, cùm atrociter culpam cōmittere videtur: quemadmodū.n. facinorosus quisque vltimo affligendus supplicio, corpore suo propriam fert crucem; ità improbitas ex seipsa supplicium sibi struit ipsi; grauis quædā vitæ artifex, calamitates ingentes, formidines innumeras, passiones molestissimas, iugem pœnitentiā, ac indesinentes cū turpitudine continens perturbationes; non modo dùm peccat hæc patitur homo, sed etiā post patratū scelus. Cū.n. auaritiæ, ac diuitiarū, vel inuidiæ proximi, & ambitionis gratia, vel ob venereas voluptates iniusti quid gesserit, vel perpetrauerit, inde passionum furore agitatus, animiq; morbo destitutus cernens post patrata scelera, turpes, verendasque improbitatis, ac iniustitiæ remanere perturbationes, honesti verò vtilis, ac recti superesse nihil. Hinc sæpiùs cogitationes molestissimas, curasque grauissimas illi incidere par est. Quod vana seductus gloria, seu voluptatū capus dulcedine, reb. sordidissimis, scelestissimis, ac iniquis (pulcherrima, ma- F ximaque inter homines bona, fas, iustitiam, pietatēque peruertens,) sese fœdauerit, vitāmq; turpitudine, infamia, ac perturbationibus repleuerit: Quemadmodum.n. Simonides ludens aiebat, argenti se archā semper inuenire plenam gratiarum vero vacuam. Ità improbi, si rectè suam scelestam perpēderit vitam, confestim ob patrata scelera gratia vacuam, speque destitutam reperiūt: timore verò acri, tristi molestia, iniucundaque præteritorum recordatione, ac in futurum suspicione, perfidia verò præsēnti, semper cumulatam inueniunt. Sic Ino loquens, ac de maleactis pœnitens, introduci solet.

Secundū membrū.

In naturā hominis immisit Deus stimulum cōscientiæ.

o De ser. num. vin.

Peccator vitam suā perpendens gratiæ vacuā reperit.

Charæ mulieres quomodo primum incolui
Athamantis claram regiam decentium, agens nihil

Mira porrò breuitate, ac eleganti metaphora propheta regius p hoc totum expressit, dicēs. Conuersus sum in ærumna mea dū configitur spina. Vtinā ergo fratres, cū iā peccata admiseritis, saltem ærumnæ spinā, id est, compūctionem, & conscientiæ remorsum sentientes in vos ipsos statum vestrū præsentem ponderantes, præteritum recolentes, in futurum prospicientes reuersi, firmum statuatis decretum, & propositum ad patrem Deum reuertendi.
Sic filius prodigus tertio loco reuerti proponens ad patrē, ex cognitione infæ-

p Psal. 31.

Spina est remorsus cōscientiæ.

infælicissimi sui status in hæc verba prorupit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, Ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum: fames reuocat, quem saturitas exulem effecerat: fames illi patrem dedit sapere, cui copia sentire genitorem abstulerat; etsi tantum præstitit, vel inuita fames, quid voluntarium conferret ieiunium? Vtinam saltem vos olim virtutibus ieiuni, vitijs repleti, nunc cibis abstinentes, virtute repleamini ex alto; In imum deiecti per peccata. In sublime cœlorum extollamini per gratiam; vsque in æternum: iacebat enim qui dixit, surgam; intellexit lapsum qui dixit ibo; sensit ruinam qui patrem commemorat, respexit turpis luxuriæ lubricum, qui mente iam figit in domo castissimi patris gressus. At qua spe ò peccatores? Qua fiducia? Qua confidentia in domum æterni patris gressus figere contenderis? Qua spe? Illa, qua pater est. Qua fiducia? Illa, qua est genitor. Qua confidentia? Illa, quæ propria est visceribus gignentis. Dicatis itaque cum prodigo. Ego quidem perdidi quod erat filij, ille autem, quod patris est, non omisit. Pater non indiget extraneo intercessore; intus est in patris pectore, qui intercedit, affectus. Vrgētur patris viscera (credite mihi) iterum filium genitura per veniam. Vade igitur ad patrem reus, nàm pater, viso filio, cooperiet mox reatum, dissimulabit iudicem, qui magis complacebit implere genitorem: & sententiam citò vertet in ueniā qui redire vult filium, non perire. Oh efficacem pœnitentiæ virtutem. Ibo (inquit) ad patrem meum. Confessio patrem pandit, non iudicem, genitorē loquitur pœnitudo, non punitorem. Hinc plenè confiteri statuens, surgam (inquit) & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater peccaui in cœlum, & coram te. Cui peccatur in cœlo, non terrenus est pater, sed cœlestis, ideò dicit, coram te, cui, scilicet, in cœlo, & in terra ante oculos omnia sunt, quæ geruntur, dicente propheta. q Quò ibo à spiritu tuo: & quò a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: Si descendero in infernum ades. Peccaui ergò in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Non dicit esse, sed vocari: nàm vocari ad gratiam, esse ad naturam pertinet. Peccator ergò, cum ius perdit adoptionis, quod naturæ vicem gerit, nec dignus est, quod est gratiæ consequi, nec meretur filius vocari. Et ideò fac me (inquit) sicut vnum de mercenarijs tuis. Oh profundam humilitatem, sed, & culpæ dignā, vtinam, & corda nostra penetret. Mercenariū dicit, vt locatione annuæ iure utetur seruitutis, vt labore iugi, conditione conducta defatigetur, vt die toto in opere suspiret mercedis miseræ infelix verna, vt sit semper venditor sui, nec vnquam valeat suam negare seruiturē. Et eccè fratres quid operetur peccatum, quid efficiat gratia, qui enim penès extraneum seruā senserat affectatam libertatem, penès patrem liberam credit quamcunque seruiturē, vt illud verificetur in nobis, seruire Deo, regnare est. Quam enim seruiturem exhibere possumus Deo patri, & domino nostro Iesu Christo, qui nō semel, aut bis, sed centies, aut millies redemit nos a miserabili peccatorum, & dæmonum seruitute, tanto condignam beneficio? Verè in obsequium ipsius, vt mercenarios, idest, totaliter, & plenè committere nos deberemus toto corde, anima tota, totis visceribus.

G

Peccator peccat coram Deo licet peccet in terra.

q Ps. 138.

H

Quartū membrū. Certi quarto, eo vltimo loco, quòd non mercenarios, sed dilectos filios pater nos recipiet, sicut in prodigi parabola manifestè constat: cū.n. adhuc lōgè esset filius, idest, vix pœnitere statuens peccator, & reuerti; pater ipsius videns illum, accurrens, inquit, cecidit super collum eius, & osculatus est cum mise-

misericordia motus, & stolam, & annulum, & vitulum saginatum, & simphoniam, & chorum, & cætera huiusmodi parari iubet pater. Quæ quidnam significant aliud, nisi paterni affectus viscera dilatata? Cecidit enim super collum, vt erigeret sic iacentem, Cecidit super collum, vt amoris onere onus tolleret peccatorũ. Et osculatus est eum. Pater namq; noster dat oscula, non flagella; delicta non videt vis amoris, sed quod intercessit delicta, reficiunt oscula, sic reficit pater filium osculo, fouet amplexu, nutrit amore, exaltat honore. Quæ nunc ergò peccator excusationis occasio? Quæ hic timoris simulatio? Quis hic desperationis locus? nisi fortè patris timeatur occursus, terreat patris osculum, amplexus turbet paternus. Hæc sanè parabula omnibus peccatoribus aditum aperit, ex ore namq; Christi prolata, cũ suis patribus, ac numeris, vt supra, nullum desperationi locum relinquit, quin, & immensum diuinæ misericordiæ pelagus pandit. In cuius tamẽ confirmatione in honorem gloriosis. Virginis propter Sabbati currentẽ diem audire miraculum. Refert Cæsarius, quod in diœcesi Leodiensi adolescens quidam nobilis, & diues in torneamentis, istrionibus, ludis, cæterisq; voluptatibus quasi alter prodigus, omnia sua dissipauerat; & tandem non minus desperatione, quam mendicitate actus, a quodam suo villico dæmoni iam mancipato no-

Affectus, & amor patris nostri cœlestis.

Si peccatorem patris præsentia terreat, ei relinquitur auxilium matris.

I cte quadam in subobscurum nemus deductus locum suaptè natura horrendũ & funestem, & diabolo per incantationes accersito, cum eo adolescens sub villici ductu paciscitur, cui dæmon, volo (inquit) te renunciare altissimo, & omnia tua tibi reddam. Quod adolescens, etsi ægrè ferens, tandem præstitit. Cui diabolus. Hoc non sufficit, renunciare te oportet, & matri Dei; hanc. n. maximè odi, cùm multas de manu mea liberet animas; Quod expauens, & maximè horrens adolescentulus, matri Dei alias addictissimus, exclamare cœpit, hoc nunquam faciam, hoc nunquam faciam, ex quo indignatus, & territus dæmon, disparuit; reuertenti verò adolescentulo ciuitatem versus, occurrit Ecclesia, in quam ingressus, & coram Virginis imagine lachrymis fusis, genuflexo, veniam de errato multis precibus instanter petebat. Quibus commota gloriosa Virgo, per illam imaginem in hæc verba apertè prorupit, filiũ alloquens, quẽ in sinu tenebat. Dulcissimè fili miserere (te deprecor) peccatori huic; cui puer Iesus nil respõdens, faciẽ auertit; matre verò instante, ipse dorsũ vertit, dicens. Quid faciã huic ingrato, qui me abnegauit? Tunc mater super altari deposito reuerenter filio, genibus flexis, talibus verbis rogare cæpit. Te deprecor dulcissime fili mi, vt huic peccatori hoc erratum propter me dimittas; etsi enim inconsultè nimis te negauerit, in me tamen confisus est, minimè complens iniquitatem. Rogo ergò te propter viscera, quibus te genui, propter gremium, quo te portaui, propter vbera, quibus te lactaui, vt illi parcas; quibus filius commotus, nunquam tibi mater (ait) aliquid negaui; omnẽ reatum huic dimitto pœnitenti contrito, in tui gratiam ob tuam intercessionem. Oh immensam Christi domini nostri pietatem. Oh efficacem Virginis matris intercessionem. Oh verè peccatorum aduocatã. Mirũ sanè, quod toti rei gestæ diuino nutu affuit conciuis, qui ab adolescentulo, iam omnia paulatim emerat, & maximo permotus miraculo, se manifestans omnia reddidit, & insuper filliam in vxorẽ adolescenti tradidit. Vade nunc peccator, & despera, si potes; Vade, & indura te ipsum, si non pudet; recede a patre, desine matrem, si sustines. Confido autem, quod ad patrem cum adolescentulo, & prodigo statim sis reuersurus, de venia certus, de salute securus. Amen.

DO-

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE,
Concio Decimaquarta.

Dæmon miserum hunc hominem vexans, eum mutum, surdumue reddens nobis ostendit modum dignoscendi peccatores a iustis, haurientes indè normam, qua vtitur superbus ille Angelus cum in alliciendis ad se hominibus, tum in retinendis ipsis diu errorum laqueo constrictis, ab illis auditum, visum & sermonem auferens.

PRæliorum peritis militaris tuba personat disciplinã, imperitis tantum terrificum dat clamorem, & veluti magistro bellorum dat suis vires, hostibus dat pauorem, qui sine tuba dimicat miles non est, fertur furore, non prælio, virtute non agit, sed periculo, quærit perire, non vincere. Constituti ergo fratres in sæculi cãpo, pugnam cum diabolo, certamen cũ A
vitijs sustinemus. Insonet ergò tuba nostra militaris, numeris completa, Christi sub tanti ducis tutela, & victoria: ipse namque, si memoria teneris campum ingressus prima Quadrag. Dominica, augustè in campum venit, vidit, vicit inimicum; qua victoria parta nos illius membra potentissimum olim flocci facimus hostem nunc eneruatum.

Diuisio trimembris.

a Homil. 41. in Matthaum.

b In Luc. cap. 11.

c Cap. 15.

Cuius truculentam rabiem ex eo coniicite, quod cum misero homine in hodierno gerit Euangelio. Erat enim mutus, surdus, & cœcus, vt asserunt patres: mutus enim a natiuitate de necessitate est surdus, inquiunt D. Chrysostomus, *a* Theophylus, *b* Titus, & alij. Cœcum verò palàm describit Matthæus. *c* Et hæc re vera sunt, quæ ingerit diabolus his, quos possidet spiritualiter; quæ in sensu morali a nobis breuiter tractanda sunt.

Primum memb.

Mundus absq; musica consistere nequit.

d Psal. 18.

Speciali modo personarum trinitas dignoscit.

De primo. Erat (inquit) Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Quod, vt plenius intelligatur, altius nobis repetẽdum. Fuit optimorum philosophorum constans opinio, mundum vniuersum musicam quandam præ se ferre: rerum enim omnium motiones, astrorumque conuersiones, Pythagoras, Archytas, Plato, & reliqui veteres philosophantes, nec fieri, nec consistere posse absque musica prædicarunt, omnia namque opificem Deum cum harmonia fabricasse contendunt. Sic propheta ille Regius *d* apertè cecinit. Cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentũ. Et super cœlum cœlorum, & infra musicam, seu harmoniam rerum adinuenere sacri Theologi. Tres namque diuinas personas constituunt, quibus tres consonare hierarchias Angelorum ostendunt. Vlterius, tribus per singulas personas diuinas appropriatis attributis, nouem efficiunt; quibus tres per singulas hierarchias distincti Angelorum chori concinne respondent. Patri namque omnipotentiam, vnitatem, æternitatem tribuunt, diuus Augustinus, diuus Hieronymus, & alij omnipotentiæ porrò, Seraphim chorus, igneo amore

amore potentissimi. Vnitati cherubim; quorum scientia obiecto vnit beatifi-
co. Aeternitati throni, in quibus æternè residet Deus, consonant. Filio dein-
de ijsdem Patres sapientiam, pulchritudinem, æqualitatem appropriant. Et
in secunda Angelorum hierarchia sapientiæ correspondent dominationes,
ad quas pertinet sapientissime regere vniuersum. Pulchritudini virtutes.
Quid enim virtute pulchrius? Aequalitati potestates, quæ sua potestate po-
testates coercent aereas tenebrarum harum. Spiritui Sancto denique tribuūt
bonitatem, Concordiā, & amorem. Bonitati porrò in tertia Hierarchia cōso- Mirabilis mūdi armonia
nant Principatus, quorum est munus principibus iugi bonitate assistere. Con
cordiæ concentum faciunt Archangeli, quorum est Rempublicam vniuer-
sam concordia moderari. Amori postremò Angeli concinunt, qui amore te-
B nerrimo, ac vigilantissimo speciales regunt, & custodiunt homines. Vlterius
Angelis harmoniam reddunt mirabilem cælestes orbes; Seraphim namque
ardentibus primum ardens mobile ob motus velocitatem. Cherubim scien-
tia clarissimis, & limpidissimis limpidissimum, & clarissimum cristallinum
cœlum. Thronis stabilibus stabile firmamentum & detracto Saturno, mali-
gno planeta, & cum dæmonibus concurrente. Dominationib. correspondet
Iuppiter cui Dominationem antiquitas omnis tribuit, virtutibus Mars, qui
virtutes influit heroicas. Potestatibus Sol, quo nullus est planeta potentior.
Principatibus Venus, sola bonitate gaudens. Archangelis Mercurius ad con
cordiam instrumentum influens eloquentiæ. Angelis Luna, quæ singulis, &
indiuiduis præest magis rebus. facile quoque insuper esset, & infra planetas
Elementorum, ac mixtorum assignare harmoniam; quod multi fecere philo-
sophantium: & ingeniose præ omnibus nostri sæculi phœnix Picus Miran-
dulanus, sed hæc in præsentiarum, extremis attigisse labiis sufficiat. Ex qui-
bus satis superque constat, Deum optimum maximum omnibus in re-
bus a se conditis harmoniam inditam concreasse. Quod breuiter Spiritus san
ctus innuit, e dicens. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit e Sap. 11.
omnipotens. In hac ergò harmonia vniuersi (vt ad rem nostram tandem ve
niamus) primo Angelorum superam dedit vocem Deus, sicut elementis
imam, cælis verò, & hominibus medias dispertitus est: Lucifer namque
suprema omnium, & dignior erat creatura. Vnaquæque ergò mundi pars se- Deus singulis creaturis dedit vocē secundū gradum propriè naturæ.
cundum gradum sibi a Deo collatum in hac harmonia vocem suam tenere
debebat; idest, suo fungi officio in laudem, & gloriam conditoris: Sic cæli v-
niuersi primi mobilis motu rapti, vigintiquatuor horarum spatio, totam hanc
molem a puncto in punctum, circulo completo, circumuoluere: motu ve-
rò proprio eidem primo mobili contrà nitendo sphæræ omnes inferio-
C res maiori, vel minori spatio, secundum quod magis, vel minus
a primo recedunt cælo suos absoluere motus debebant. Quod, &
perpetuò efficiunt, in nullo vnquam deficientes; & pariformiter suo
fungentes officio in hæc inferiora influunt. hæc verò in superna numquam;
elementa similiter ad mixtorum compositionem ueniunt, suaque secundum
se tota retinent loca, mixta perpetua successionis serie perpetuantur per ge-
nerationis, & corruptionis circulos, & (ut uno uerbo dicamus) omnes crea f Isai. 14.
turæ optimam efficiunt harmoniam suis in muneribus. Solus angelus pri- Lucifer in Armonia mut effectus est.
mus sua non contentus uoce, etsi superam haberet, altius scādere uoluit, di-
cens in corde suo. f In cœlum cōscendam, super astra Dei exaltabo solium
meum; Ascendam super altitudinem nubium; similis ero Altissimo. Quare ergo

tam discordans harmoniam, inuertens musicā, silentium sibi impositum fuit a supremo Chori Magistro, cecidit que de cœlo, in infernum detractus in profundum laci, mutus perpetuò effectus cum omnibus suis sequacibus: ideo de omni dæmoniorum genere dicit Euangelium. Et illud erat mutum. Mutum in uniuersi harmonia in Dei laudem. Mutum ad petendam ueniā: Mutum ad dicendam ueritatem, pater enim est mendacii: Mutum, quia impœnitens perpetuo, & perpetuo induratum: Induratum (inquit Iob) g cor eius, quasi lapis, & quasi incus. Quare similiter in terrestri paradiso maiorem tentans confusionem, in uniuersi harmonia efficere, Heuam adortus est, & per eam protoparentem, aliqualemque dissonantiam per ipsorum transgressionem iterum est assecutus: Quam corrigere volens idem supremus magistri Chorus Deus, vocat discordantem Adam, & ipse super mulierem se excusat, mulierem vocat, & ipsa in serpentem retorquet culpā. Serpentem verò cum ad iudicium compellasset, nil, quod responderet, habuit; ideo illud erat mutum. Et cum semper, & vbique sit mutus diabolus, ad præsentiam tamen Christi, magis, ac magis obmutescit: quemadmodum si duo, ignauiores exercitus Duces pluries in singulari certamine decertassent, quorum alter semper victus extitisset, in absentia tamen victoris ampullas (ut inquiunt) proiiceret, & uerba sesquipedalia, falsò se glorians, & iactans. Ex templo autem adesset eius uictor, & triumphator, statim confusus obmutesceret uictus iactator. Sic, cum pluries e cœlo, e Paradiso terrestri, e deserto, & alias pluries e suis membris in ueteri testamento uerbum increatum eiecisset diabolum, ipsum uincendo, ac deipso triumphando, dæmon verò, etsi sæpius uictus, in absentia tamen qualicumque ipsius Christi uictoris falsò se iactaret, membris etiam Christi insultans, ut in hodierno dæmoniaco, quem crudeliter obsederat, consequens fit, vt ad Christi præsentiam ualdè confusus, obmutescat. Et ideo, Illud erat mutum. Non solum ob id (inquit Titus) h sed etiā, quia dæmon hanc ingerit passionem spiritualiter obsessis, ut non audiatur Verbum Dei: Dæmones enim auferentes animæ spiritualem affectum, & gustum, obtundunt ipsius auditum, ut inde mutos efficiat; sicuti enim (ut dicunt Theophylus i & Chrysostomus) qui non audit, nec loquitur: qui enim a Natiuitate non audit, de necessitate non loquitur, quia in tantum loquimur, inquantum per auditum loqui docemur. Sic in spiritualibus sensibus auditum a verbo Dei auertunt dæmones, vt mutos reddant peccatores; hac enim sola industria illos obsessos diutius retinere norunt, ne uidelicet, sua confiteantur peccata. Sic dæmon non timet sibi peccatores eripi, quemadmodum si iustitiæ minister solutum undequaque dimitteret captiuum, solummodò collo ipsius iniecto laqueo: iam securus; quòd non posset effugere. Sic dæmon peccatorem solutum in omnibus dimittit, quatenus cum sinit Ecclesias frequentare, diuina audire officia, eleemosynas pauperibus impendere, & cætera huiusmodi, collo tantummodò laqueo iniecto impediens, videlicet, peccatoris confessionem, per colum, & guttur transituram ex corde. Sic Isaias, l solue (inquit) vincula colli tui captiua filia Sion; quasi dicat. Cæteri laquei ad quæcunque iniecti membra mortem non tradunt, colli laqueus, vel imminentē minatur, vel tradit mortem. Sic cœtera peccata, etsi sub potestate diaboli homines ligatos teneant aliqualiter, dummodo collum ad confessionem sacramentalem solutū habeant, statim liberatur. Contrà verò eo ligato, confessione sacramentali, videlicet, remota, actū est

g cap. 41.

In Paradiso terrestri serpens in iudicio nihil respondit.

h In Luc. c. 11.

i In Luc. cap. 11.

Dæmones auditum peccatoris a verbo Dei auertunt vt mutos reddant.

l Cap. 52.

Laqueus colli peccatoris tradit mortem.

D

E

est de peccatorib. Hinc toto conatu dæmon peccatores mutos efficere nititur: & ideò ob hanc, quam ingerit, passionem hominibus, dicitur de eo. Et illud erat mutum. Et prætereà mutos etiam reddere conatur in vniuersum, nè, videlicet, in vniuersa mundi harmonia, & præsertim, in sancta Ecclesia suo fungātur munere: In quo sensu mutus dicetur omnis, qui in suo gradu, & statu ea non perficit, ad quæ tenetur, omittendo, vel commutando Sumus .n. (inquit diuus Chrisostomus) *m* in hoc mūdo, quasi in magna scena, in quam comparemus ab ipsius natiuitatis limine, vel ianua. Quare, quemadmodū in scena tragedos uidemus, vt si quis voce sit bene exercitata, cū pari modo, & regem agere, & militē, & heram, & famulam optimo sono repræsentare videmus, tum quācunque, ei personā fabulæ, choragus imponit, hanc cum bellè agere constat. Ità igitur Deus nobis diuersa vitæ genera, quasi personas quasdam in hac ingenti mundi fabula distribuit, nequè vnius cōditio, quidquam, vel melior, vel deterior, quam alterius, nisi in eo quod uel bene, vel ma-

F lè vnusquisque in suo se gerat statu. Potest autem uir bonus omni loco se rectè gerere siue medicum ille siue regem agat; neque enim de persona in fabula altercari solet, quin, & ridiculū fuerit in tragedo, hanc illū refugere aut alteram eligere partē; in anicula .n. persona, si apposite se gerat, si spectatores delectet, præconia cōsequetur, & palmā. Contra verò, si in regia persona se turpiter gerat, exploditur, & exsibilatur, non numquā etiam lapidibus impetitur. Neque enim nullum genus vitæ nobis proprium est, sed alienis his extrinsecus circundamur, nos autem hi sumus, qui deintus his vtimur. Qui, & nostra opera representatione nostra, meliora illa, aut deteriora efficimus, vt actores quidam viuarum fabularum. Quapropter non aliter, quam vestes, illa eximuntur, & mutantur quotidie? Nonnè videris homines modò militem agere modò religiosum? Nunc profanū, nunc sacrum? Nunc priuatum, nunc principem? In morte verò nudi apparebimus, nostri muneris, in quocumque statu fuerimus rationem reddituri; iudicium, & sententiam expectaturi. Vnusquisque ergo nostrum satagat rectè suo munere fungi, nec discordiam in hac Reipublicæ harmonia secundum à Deo distributos gradus ingerat, nè mutus euadat, pœnam a supremo iudice inferendam æternè daturus.

m Hom. 55. ad popu ant.

Mundus est quasi scena vbi nos omnes fabulam quādam repræsentamus.

Secundū Membrū

Quòd, vt efficere possit, si rectè vult loqui, ex supra citatorum patrum sententia, audiat: Secundò enim loco ideò mutus est hodiernus dæmoniacus, quia surdus. Et ecce iam porta, per quam ingreditur Satan; numquam enim mutum efficeret, nisi prius hunc præoccuparet auditus ingressum, ne Dei verbum, sed sua tantùm audiatur uox. Sic dominus Deus Adam reprehēdens, *n* ait. Quia audisti vocem vxoris tuæ: maledicta terra in opere tuo, & cætera, quæ ibi proferuntur contra ipsum. Contra verò Christus de audientibus

G verbum Dei ait. *o* Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ita sanè a principio Heua, eo quod auditum occlusit voci Dei ingressum aperiens Dæmoni, totum perdidit humanum genus. Contrà verò Maria Virgo suscipiens verbum à Domino per Angelum transmissum, *p* cum ait. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum, salutem attulit uniuerso mundo. Constat ergo auditum ianuam esse primam, & primum ingressum, per quem ingreditur, vel expellitur Satan, Primumque salutis, & perditionis initium, quo aperto dæmoni, statim occluditur verbo Dei, & inde surditas, quæ in nonnullis peccatoribus eousque procedit, quod nil omnino audire volunt pertinens ad salutē: de quibus ait prophera. *q* Furor illis secun-

Diabolus præoccupat auditus ingressū ne audiatur verbū Dei.

n Gen. 3.
o Luc. 11.
p Luc. 1.

Auditus est ianua per quā ingreditur Satā.

q Ps. 57.

dùm similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas; quæ non exaudiet vocem incantantium. Notissima est autem Aspidis natura, & proprietas: videns enim incantatorem, ne vocem eius audiat, alteram aurem affigit terræ, alteram summitate caudæ obturat. Sic peccatores, ne audiant sapientissimi verbi Dei cantum, alteram obturant aurem terra, idest terrenorum amore, corporaliumque voluptatum adhæsione. Alteram verò cauda tegunt, idest, dæmonis suasione, & malitia, cui intendunt, & de quo dicitur. *r* Tu insidiaberis calcaneo eius (per quod extremum corporis designatur) & sub alia metaphora cauda a Dauide appellatur. Aliud est enim esse surdum naturaliter, aliud est obstruere aures spontaneè, quæ pessima est surditas. In primo genere fortè sunt gentiles, ad quos nondùm peruenit Regnum Dei. In secundo verò genere sunt omnes peccatores Christiani, de quibus ait Spiritus sanctus. *f* Qui obturat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Oh perditos peccatores, qui volentes, ac libentes, muti fiunt, & execrabiles, & surdi voluntarij. Quare meritò in peccatorum eorum pœnam, cœcitatem.

r Gen. 3.

Aliud est esse surdum naturaliter, aliud est obturare aures.

Tertio loco permittit Deus à dæmone ingeri: cum enim recedat homo per liberum arbitrium a Deo conditore suo dæmoni adhærens, hic tyrannus crudelis miserum hominem in regno suo receptum, talem efficit, mutum, videlicet, surdum, & cœcum: statim enim, quòd sibi auditus fenestra aperitur, intrat ille atrium cordis, ingressus dissipat, tollit virtutes gratuitas, debilitat naturales, expellit gratiæ lucem, inducit peccati tenebras. Et hoc est, cœcum hominem efficere; tyrannicè enim hominem possidere volens, & sedem suam in corde obcœcato collocare, ne indè expellatur tenebrarũ princeps, impedit os, ligat manus, obturat aures, excæcat oculos, tenebris replet cor: sic omnes claudit fenestras, munit aditus, & sic efficit hominem insensibile, & inutile truncum; durum certè spectaculum, cernere tam nobilem creaturam, sic vndique laqueis diaboli irretitã, mutam, surdam, cœcam, sine corde, sine auribus, sine oculis, sine iudicio, vt de ipsis verè dicatur illud Prophetæ. *t* Oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt. Os habent, & non loquuntur. Oh miseros obstinatos, qui nesciunt se viuere, nam à Satana eorum tyranno amissis omnibus spiritualibus sensibus, sine vlla distinctione locorum, temporum, personarum, quasi boues ad macellum ducuntur. Nec expergefiunt a ieiuniis, a quadragesima, ab ecclesijs, ab aliorum deuotione, a concionatoribus, quin neque ab ipso Christo, qui veneficus ille est per Antonomasiam sapiens, de quo supra dixerat Propheta, quod eius vocem non audit huiusmodi genus Aspidis surdæ peccatoris obstinati. Christum namque per veneficum incantantem sapienter intelligi vult (& optimè) irrefragabilis doctor, *u* qui de occultis, & tenebrosis peccatorum cauernis sui verbi virtute potens est peccatores extrahere ad lucem gratiæ, dicente Isaia. *x* Super foramina aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit (idest Christus, qui cum esset Deus, ablactari dignatus est) manum suam mittet, peccatores, videlicet, abstrahendo, nisi obstinatè renuerint: dicitur autem Christus veneficus (vt ibidem notat idem irrefragabilis doctor) a veneno, uenenum autem duas habet significationes, & in bonam, & in malam potest usurpari; Est enim generale ad ea omnia, quæ naturam eorum, quibus applicantur immutare possunt, Vnde Caius iurisconsultus de verborum

f Prouer. 28.

Tertium Membrũ

H

t Psalm. 113.

Obstinatus, nec audit, nec videt, nec loquitur.

u Alex. Alex. in Psal. 57.

x cap. 11.

I

Venenũ duas habet significationes.

rum significatione. Qui igitur venenum dicit, adiicere debet, vtrum bonum, an malum. In præsentiarum duo significat. Virus, videlicet, in quam significationem hodie vsus quotidianus vsurpat, & tincturam, de qua significatione Virgilius. *a a*

aa 2. Georg.

Alba, nec assirio fucatur lana veneno.

Christus ergo in hoc secundo significato veneficus dicitur, idest, tinctor, qui primò vestes suæ sanctissimæ humanitatis tinxit sanguine proprio, quod præuidit propheta, *bb* dicens. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Deinde tingit omnes in se credentes, tingitque coccino sui pretiosi sanguinis commutans eos de culpa in ueniã, de peccato ad gratiam. Ad quod etiam alludit idem Propheta, *cc* cum ait omnibus his, velut ornamento, vestieris: Tinguntur enim primò fideles per baptismum, coccineique redduntur per gratiæ infusionem, deindè per sacramentum pœnitentiæ, & hodie in currenti Euangelio, cùm non esset alligata Christi potentia sacramentis, mirabilis veneficus ex templo commutat dæmoniacum, de muto, loquentem, audientem de surdo, de cœco videntem efficiens; & sic ait Beda venerabilis, *dd* tria in homine vno patrata sunt signa, mutus loquitur, surdus audit, cœcus videt. Quæ tria, ad vnum reducendo, sic explicare possumus, obsessus a dæmone liberatur. Quod quotidie completur in conuersione credentium, vt expulso primum dæmone per auditum, & verbum Dei, fidei lumen recipiant, & gratiæ, & deindè ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur. Obstinatis verè, qui omnino audire renuunt, ueneficus euadit Christus (non ex se, cum semper idem sit) sed ex peccatorum malitia, & nequitia in malam partem, iuxta illud. *ee* Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salui fiunt, & in his, qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem; Aliis autem odor vitæ in vitam. At de his aliàs. Summa est constantissima, quod diuersitas ex peccatoribus prouenit, vt eadem Pauli verba sonant. Præmittit enim, quantum est ex nobis, Christi bonus odor

Christus veneficus dicitur, & qua ratione.

bb Isa. 63

cc Isa. 49

dd In Lucam, cap. 11.

Tria in homine patrata sunt signa.

ee 2. Corint. 2.

Quando que sumus ordo vitæ in vitã, alijs mortis ĩ mortem.

K sumus, & his, qui pereunt, & his, qui salui fiunt. Cæterum, quòd sumus aliis odor mortis in mortem, ex ipsis est. O vtinam fratres, nos ex illis simus, qui cum hodierno dæmoniaco odorem sentiamus vitæ in vitam, liberante nos Christo, vel saltèm per intercessionem sanctorum suorũ, quibus potestatem dedit ipse Christus Dñs noster calcandi serpentes. *ff* Sic Paulus *gg* in Macedonia puellam patientem pytonem his verbis liberat. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Ita imperat Diuus Antonius Signo Crucis vniuersos dispergens dæmones. Sic Santa Margarita dæmonem qui sub Draconis specie sibi apparuerat, eam tenere volens, & maximo oris hiatu deuorare nitens, signo Crucis dirupit, & euasit incolumis. Mirum profectò est illud, quod in peccatorum consolationem in vita narratur S. Basilij magni; cuius tempestate in Ciuitate Cesareæ adolescens quidam in puellæ amorem exardescens cuiusdam Malefici auxilio, inuocato dæmone, chirographum ei propria fecit manu, in quo abrenunciabat Christo, baptismati, & Christianæ professioni, vt diabolus eum copularet præfatæ puellæ in matrimonium. Quod suo astu assequi fecit Diabolus. Temporis vero processu notatus ab vxore, quod nullum daret Christianæ fidei signum, & ab ea sæpiùs monitus, precibusque tandem conuictus, ei reuelauit gesta, & illa statim sanctum adijt Basilium, qui iuuenem accersitum interrogat, & examinat diligenter, contritumque ac pænitentem videns, vt restitueretur Christo,

ff Luc. 10.

gg Actuũ 16.

Multoties per sanctorũ intercessiones fugarentur Dæmones.

curam

curam illius suscepit; & in fronte propria manu signo muniens crucis, per tres dies clausulam orantem, & ieiunantem distinguit. Tertia verò die ipsum inuisens, interrogat; Cui iuuenis, Magna (inquit) in tribulatione versor, dæmonumque terrores, & clamores, vexationesque vix ferre possum; apparent enim, meum chirographum manu tenentes, & causantur, multis uerbis probantes, quòd sub illorum sim potestate, cum sponte me illis subiecerim. Tunc S. Basilius, Ne timeas (inquit) fili: Confide in domino. Et iterum signo crucis illum muniens, post nonnullos alios ieiunii, & orationis dies iterum visitauit, qui ait. Pater non video amplius dæmones, sed quasi a longe eorum clamores, & minas audio. Iterum ergò S. Episcopus iuuenem signo Crucis muniens, per quadraginta dies asperrimi ieiunij sic eum custodiuit: post quos tandem interrogatus adolescens, Benè me habeo (inquit) sancte pater: vidi enim te hodie in visu pugnantem pro me, & diabolum vincentem; ex quo intelligens Sanctus Basilius peccatum iuueni a Deo remissum, & indultum, solennem indicens processionem, conuocato clero vniuerso, ac populo Ciuitatis, adolescentem publicè educens, ac deducens per manum ad ecclesiam: Ecce mirum sane. Diabolus inuisibiliter adueniens, & quasi lupus, in iuuenem irruens, de manu pastoris omni Conatu rapere affectans tanta apparenti ui trahebat, ut etiam secundum ipsum Basiliũ ui traheret, adolescente interim expauefacto exclamate, & sancti Episcopi auxilium implorante. Tunc sanctus Basilius acriter dæmonium increpabat, apertè, ac sensibiliter contradicentem, & reclamantem, iusque ex chirographo prætendentem; denique omnibus, qui aderant, simul cum sancto Episcopo acclamantibus Kyrie eleyson, Kyrie eleyson, sanctus Basilius diuina fretus auctoritate, genibus flexis, manibusque extensis, & orans, increpet (inquit) o diabole te dominus; imperet tibi Christus: & ecce statim Chirographũ omnibus videntibus in manũ S. Basilii est delatum, & ab adolescente recognitum, pro illo eodem, q diabolo exhibuerat. Hinc ad Ecclesiam magno omnium applausu est deductus, & a sancto Episcopo redditus Christo, & Communioni fidelium, & suæ etiam vxori, cum qua inde sanctissimè vixit. Oh immensum Christi misericordiæ pelagus! non ne videtis Diaboli potestatem eneruatam prorsus, & cuulsam? Quid illi sua prosunt stratagemmata? Quid vobis sua obesse possunt machinamenta? Quantumcunque, vel mutos, vel surdos, vel cæcos astu suo vos effecerit? Christo vel Christi Sacerdoti vos pleno corde humiliati submittite, certe, quod, miserante Deo, intercedentibus sanctis, imperante Christo, mutus loquetur, audiet surdus, uidebit cæcus, Quod utinam fiat. Amen.

Solo signo Crucis expelluntur Dæmones.

FERIA

FERIA TERTIA POST DOMINICAM tertiam Quadragesimæ, Concio XV.

Fraterna nobis hoc in loco iniungitur correctio, quæ cum saluti necessaria sit, totis viribus executioni est demandanda; & hoc vt optimè perficere valeamus, conditiones, quibus ea debet esse suffulta, vberrimè panduntur: quod quidem præceptum tum maximam omnipotentis Dei bonitatem ac clementiam, tum etiam salutis animarum desiderium in se includere apertissimè dignoscitur.

CVM suapte natura hominis vagus sit oculus, intuitus lasciuus, aspectus improbus suas non respiciens ad ruinas, alienos decurrens ad lapsus, sua cœcus ad crimina, ad aliena perlucens errata, malorum suorum nescius, alienorum accusator, & testis, suum tepidus ad reatum, ad alterius flammans, & excandescens: & nè multis, domino teste, *a* trabem in se non videns videt in alio festucam. Vt quid ergo in hodierno Euangelio dominus impellit currentem sic, sic volantē ad aliena errata, vt ea censuret, ac diiudicet, & corrigat? dicendo; Si peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te, & ipsum solum. Satius fuisset vtique dicere, Homo, cum ad tuas sis cœcus ruinas, alienos ad lapsus perlucens, *b* attende tibi ipsi, quemadmodum antiquum persona t adagium. Sed re vera Christus antequam de correptione agat fraterna, ait. *c* Attendite vobis. Voluit ergo, & frænum ponere, nimium ad alienas currenti ruinas, & ad proprias cœcutienti, oculos aperire: extrema enim percurrit semper humana infirmitas. Quare in viam reducere volens regiam, Dominus noster, normam tradit, & modum suis locis, & temporibus, quo, & propria cauere, & aliena corrigere errata possit absque lapsu, & errore homo iustus. Sic in hodierno euangelio curiositatem, ac petulantiam alienorum criminum rescindens, tradit modum fraternæ correptionis.

a Matt. 7.

b Tob. 4. & alibi.

c Luc. 17.

A In qua materia tria principaliter docet. Correptionem, punitionem, salutem. Incorrigibilem enim censuris fulminandum docet: fulminandum autem, non vt perdat, sed saluet.

Diuisio trimembris.

Quoad primū oculatissimus quidam doctor sic introducit Deum Patrem alloquentem Deum Filium. Si peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te, & ipsum solum. Frater, inquit, tuus: nam à primordio duas creauerat Deus intellectuales naturas. Hominem, videlicet, & Angelum. Qui ambo rebelles effecti, peccauerunt in Deum, diuersa tamen ratione: Angelus enim in Patrem peccauit, & in Spiritum sanctum, omnipotentiam enim Patri attributam affectauit, necnon propria malitia a nullo seductus, vel inductus, bonitatem offendit diuinam Spiritui sancto attributam a Patribus. Quare de ipso nulla fit mentio; sed impœnitens, incorreptus, & incorrigibilis in sua dimittitur obstinatione permanere. Contra verò homo in Filium peccauit scientiam appetendo, ad quod etiam, etsi non seductus, inductus tamen fuit a serpente per mulierē. *d* Eritis, inquit, sicut dii scientes, &c. Scientia ve-

Primum Membrū Diabolus in Patrem, & Spiritum sanctum peccauit homo verò in Filium.

d Gen 3.

rò filio à sacris Theologis tribuitur. Peccauit ergò homo in filium, cui dictum a patre. Si peccauerit in te frater tuus, idest, homo qui verè futurus est tuus frater per carnis similitudinem, quam es assumpturus, vade per incarnationis mysterium, & inter te solum, & ipsum nam solus filius carnem assumere debuit humanam) Corripe eum. Venit ergò filius Dei Dominus noster Iesus Christus, munus a patre sibi impositum explens, factus obediēs vsque ad mortem, & emendauit legem, dedit euangelium, tulit vitia, fugauit crimina, mores tradidit, virtutesque largitus, gratiam donauit, & gloriam, & sic hominem corripuit inter se, & ipsum solum: cuius muneris vt nos participes efficeret, vult & nos cum ipso ad ipsius exemplum nostros corripere errantes fratres; ideò quæ audiuit a patre, nobiscum loquitur dicens. Si peccauerit in te frater tuus &c. super quo Cirillus Alexandrinus *e* optimam apponit similitudinē, quæ ex illo Euangelii verbo, si peccauerit in te, ortum ducit: innocēs enim omninò debet esse corrigens, quarè, inquit, sicuti gallus priusquam cantet, excutit plumas, percutit rostrum, producit membrula, seque ipsum totū expergefacit, & deinde suo cantu alios euigilare facit. Ità corrigēs, (in quem ideò peccare dicitur quis, quando innocens reperitur) suam innocentiam probet prius, & examinet propriam incutiendo conscientiam, percurrendo vitam, reiiciendo gesta, seque totum introspiciendo, ac deinde fratrem peccantem corrigat. Nec ob id immunem se credat qui nequaquàm gaudet innocentia, namque aliena visa peccata, duplicis lucri talibus occasionem afferunt. Primum cognoscant se ipsos, & propria errata, eaque corrigant; deinde corrigent fratrem: peccatum enim in seipsum admissum, suaptè natura statim rationem obruit, & excæcat, vt a peccāte ipso nec videatur, nec agnoscatur culpa, vt iuxtà illud philosophi, peccatum quasi sensibile supra peccatoris sensum positum, nullam faciat omnino sensationem. Quarè ipsum elongari oportet, & in debita ponere distantia, alium, videlicet, hominem simili errato peccantem considerare, & ponderare, & hinc proprij peccati grauitas, fœditasque cognoscitur. Sic Dauid ille rex, *f* alias diuino repletus prophetiæ lumine, prudentia, & sapientia mirè præditus, proprium tamen peccatum, quasi sensibile supra sensum, nec aduertebat, nec cognoscebat, vnde Natan propheta missus a Deo, Dauidis oculos aperire volens, transtulit optimam per metaphoram peccatum regis in aliud obiectum proportionatè distans, vt a rege tandem propria agnosceretur culpa. Sic enim aloquutus est Dauidem. Sapientissime (inquit) rex nunquid non audisti impiissimam oppressionem a diuite quodam tuo subdito in pauperem similiter tuum subditum exercitam? Vel potius eam dissimulas, nè cū punias? Diues habebat oues, & boues plurimos valdè, pauper autem nihil habebat omninò præter ouem vnam paruulam, quam emerat, enutrierat sibi, & in sinu illius dormiebat; eratque illi, sicut filia, cum autem peregrinus quidam ad diuitē deuenisset, parcens ille sumere de ouibus, & armentis optimis, quæ possederat, vt conuiuiū exhiberet peregrino, qui ad ipsum venerat ui & dolo rapuit ouem pauperis illius viri, & sic cibos præparauit hospiti suo: nunc ergò rex num talia sub tua dictione perpetranda sunt crimina? tales patrandæ oppressiones? Quod nam iudicium, quam sententiam profers? Iratus itaque perualida indignatione Dauid, aduersus diuitem illum dixit ad Natam. Viuit dominus: quoniam morte plectendus est diues ille, pœna capitis cum damno, & pauperi ouem reddet in quadruplum. Tunc dixit

Natan.

e Cirillus Alexand.
Simil.

B

Corrigens fratrem suū peccantē prius suam innocentiam probet.

f 2. Reg. c. 12.

C

Natan. Ah; tu es vir ille, quia Vriam Hetæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, &c. Et statim Dauid, quod prius in se non agnouerat peccatum, in alium translatum, & positum cognoscens exclamauit. Peccaui Domino, peccaui Domino. Cui Natan: Dominus, inquit, transtulit peccatum tuum. Peccatum ergò alienum a Dauide ponderatum pulchram per figuram a Natan sibi propositam proprium agnoscere fecit, & emendare. Sic in vniuersum, aliena corrigere volens peccata, ex eorum cognitione propria cognoscat, & corrigat: deindè sic discussus, & in se ipso expergefactus, secundum colligat fructum, corrigendo fratrem. Præceptum enim istud est necessarium, quatenus innocens, statim corrigas, sin minus, emendes prius te, deindè corrigas fratrem. Si enim neglexeris corripere (inquit D. Pater Augustinus *g*) Peior eo factus es, qui peccauit: ipse enim iniuriam fecit, & iniuriam faciendo, graui se ipsum vulnere percussit. Tu vulnus fratris contemnis, peior es tacendo, quàm ille peccando. Malè autem dissimulatur, (inquit idem pater Augustinus *h*) vel cum laboris piget, vel cum eorum inimicitias deuitamus, nè impediant, & noceant in temporalibus rebus; siuè quas iam possessas amittere formidat infirmitas, siuè quas adipisci humana appetit cupiditas. Clarissimè igitur docet nil obstare, quin fraternæ correptionis præceptum sit necessariæ obseruantiæ ad salutem: in cuius typo, & figura Ioseph ille sanctissimus Patriarcha fratres proprios, qui cum iam offenderant, & tradiderant, liberos dimittens ad propria, eosque redire iubens, *i* tale illis indixit præceptum. Non videbitis inquit faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Ità dominus noster Christus mysticus Ioseph liberos nos dimittens, quatenus arbitrij voluntate nos donat, vnicuiq; nostrum præcipit, dicens. Non videbitis faciem meam in patria beati, nisi fratrem vestrum minimum, idest, peccantem, per minimum designatum adduxeritis vobiscum, per fraternam correptionem; cum expresse dicat, in præsenti Euangelio præcipiendo; si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe, vade, & corripe.

g De verb. Dom. ser. 16.

h De ciuitate Dei, lib. 1. c. 9.

Fraterna correptio necessaria ad salutem.

i Gen. 43.

Periclitatur itaq; nostra salus certissimè, si fratrem corripere neglexerimus. At nè graue huiusmodi præceptum videatur, cùm leue sit, circumstantias addit, & præceptū alleuiantes, & curiositatē, & petulantiam, & de qua sup. cohibetes; & prima est ea a D. Patre Aug. ponderata *l* in illo verbo, si peccauerit in te. Solum. n. de peccato mortali reprehendere es iussus: si. n. leuia quæcunque corrigere volueris, & onerosus nimis existes, & tædio fratrem afficies, nullū indè reportans lucrum. In te verò, addit; vt discas, quod minimè curiosus esse debes, quærendo, & inuestigando quid reprehendas; sed quæ apertè videris, & vltro sese obtulerint, corrigas; debemus enim amando corripere, non nocēdi cupiditate; sed saluandi studio. Præterea subdit. Vade; vt non statim reprehendas (inquit idem Pater *m*) sed obiurgandis parcas quousque opportunius tempus nactus fueris; nè ipsimet corrigendi ex importuna correptione deteriores efficiantur: & indè alios impediant erudiendos infirmos, vel, nè perdāt eos, & auertant a fide, magis excandescendo. Sic medici vetant admoueri remedia, cum morbus in ac... u est, aut cum seuit, vel cum intenditur; ità ad primos illos errores, & peccati motus non est adhibenda correptio; sed vbi tempore cœperint esse leniores. Vlterius, inter te, & ipsum solum, addit: quia (inquit Diuus Hieronymus *n*) Corripiendus est seorsum frater nè si semel pudorem, & verecundiam amiserit, magis in peccato induret.

D

l De verb. Domini c. 16.

Prima cō ditio correptionis fraternæ.

m De ciu. Dei, l. 1. c. 9.

Secunda conditio.

n In Mat. c. 18.

Tertia cō ditio.

M & Di-

& Diuus Augustinus vbi supra. Sibi ipsi obijcit illud Pauli. *o* Peccantem coram omnibus argue; & respondet peroptimè. Si solus nosti eò, quia peccauit in te, & cum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor. Peccata verò illa coram omnibus corripienda sunt, quæ coram omnibus perpetrantur. Cæterum his seruatis, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Oh magnum lucrum, oh lucrum inexplicabile: sicut enim inæstimabilis est pretij (vt prætactum fuit in sermone primæ Dominicæ Quadragesimæ) anima iusti, sic inæstimabile est eius lucrum. Si autem te non audierit, addit Christus, Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos; vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Super quo Diuus Chrysostomus, *p* quanto inuerecūdior fuit, & pertinacior, tantò magis nos medicinæ studere oportet non in iram, & odium age. etenim medicus cum viderit morbum, non remitti, non statim desistit; sed tunc magis præparatur ad curam, præstantioraque adhibet remedia. Ita quando peccator corrigi non vult, iubet Christus duos accipere testes, non autem multitudinem, nè confundat adhuc. Et ad hoc legis testimonium inducit, dicens. Vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, quasi dicat. Habes iam testimonium sufficiens, quod illud, quod tuum erat, fecisti. E

o 1. Timot. cap. 5.
p Hom. 61. in Matth.

Secundū membrū. Nec amplius teneris ad illam priuatam fraternam curam; sed secundo loco publica adhibenda est correptio, vel punitio, dicente Christo, quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, idest, his, qui Ecclesiæ præsidet, ait Chrysostomus, vbi supra. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, idest, post hæc omnia (inquit glossa *q*) sequatur excommunicatio, quæ fieri debet per os Ecclesiæ, idest, per prælatum iurisdictionem habentem; quo excommunicante, tota cum eo operatur Ecclesia. Quam operationem quam sit efficax, perualida, & authentica declarat, & manifestat, subdens. Amen dico vobis: quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlo. Et quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in cœlo, vbi D. Hieronymus. *r* Vt sciant qui taliter condemnantur, diuinam esse sententiam, & Diuus Ilarius *s* per hoc ad terrorem maximi metus immobile Apostolicæ authoritatis iudicium demonstrauit, vt quos in terris ligauerit, vel soluerit, hi in cœlis ligati sint, vel soluti. Et Diuus Chrysostomus vbi supra. Nota, quòd non dixit primitati Ecclesiæ, liga talem; sed, si ligaueris (inquit) erunt indissolubilia ligamina. Hoc munus Ecclesiæ iudicio penitus dimittens; vide autem qualiter incorrigibilē duplicibus colligauit necessitatibus, vt corrigat, idest, pœna præsenti, quæ est proiectio ab vniuersa Ecclesia damni inexplicabilis, quam supra exposuit, dicens. Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Deindè supplicio alligauit æterno, cum addit, ligatum erit in cœlo, vt, vel saltem iudiciorum, & pœnarum multitudine incorrigibilem corrigat.

q In Mat. c. 18.
r In Mat. c. 18.
s Can. 18. in Mat.

Tertium mēbrum. Et hoc tertio loco totius correptionis processus est finis, idest, fratris lucrū. Hinc interrogante Petro. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? dixit illi Iesus. Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies. Oh quam clarissimè nihil aliud quæritur hic a domino nostro Christo, nisi peccantis correptio, & animæ salus. Oh immensum diuinæ misericordiæ pelagus. Putauit quidem Petrus (inquit Diuus Chrysostomus) *t* aliquid se magnum dicere, cùm ait, vsque septies, sed quid amator hominum Christus? Non vsque septies; melius te Petre (ait Diuus Pater Augustinus:) *u* Audeo dicere; & si septuagies octies, & si F

t Hom. 61. in Matth.
u De verbis Domini serm. 15.

cen-

centies,& omninò quoties peccauerit homo,ignoscet Christus.Si enim millia peccatorum inuenit, & omnia condonauit, noli tu Petre subducere misericordiam. Quid ais vsque septies? (inquit Diuus Petrus Chrysologus) *x* quarè veniam lege constringis? Angustus numero? fine concludis? Quã sic absque numero, & termino largitur per misericordiam misericordiæ auctor? per gratiam sic relaxat conditor gratiæ? Vincit fratres numerus gratiam? Bonitatẽ superat calculus? Misericordiæ obsistit cõputus? Absit.non dico tibi,vsq;septies; sed vsque septuagies septies.Non præscribitur humana lege numerus;dimittitur immensæ misericordiæ Dei venia.Sic Diuus Chrysostomus vbi supra,cum dicit, vsque septuagies septies,non numerum determinatum ponit, remissionem angustando: sed sine termino remissionem significauit semper adesse. At non sine mysterio (inquit Origenes) *aa* septenarium signanter assignauit numerum, repetens septuagies septies. Numerus enim sex videtur esse operis, & laboris septimus autem repausationis, & quietis. Dicit ergò remissionem fieri oportere infra numerum septenarium,idest, in hoc mundo peccantibus, & degentibus. Si autem aliquis vltra septenarium peccauerit,idest,ex hoc mundo impœnitens decesserit,non inueniet vltrà remissionem. Sed nunquid parum est in hoc sæculo quotiescunque peccantibus, posse vbique ac semper indulgentiam inuenire? Num desunt modi,& inter cæteros facillimus,naturæque inditus hominum,ipsisque genuinus, de quo in currenti tractatur Euangelio: Nempè; amor proximi; hic te docebit fraternam correptionem: hic dabit modum, circumstantias, tempus, locum, & cætera necessaria tradet: hic fratrem lucrabitur, & saluabit, legemque Dei perfectè docebit, quod vnico, ex viris patrum,desumpto,tibi monstro,exemplo.Vxor quædam virum habebat non minus pessimum, quàm locupletissimum, a quo tandem instantibus,& repetitis precibus obtinuit, vt concionatorem quendam vxori familiarem vir præfatus audiret, ea tamen conditione, vt breuissimus esset,domique con-

x Ser. 139.

In corripiẽdo fratrem peccantẽ pelagus diuinæ misericordiæ declaratur.

aa In Matth.c.18.

Si ex hoc mũdo impœnitẽs non decesserit, facilè est sẽper suorum peccatorum indulgentiam inuenire.

G cionem haberet: nec enim ecclesiam adire ad publicam voluit concionem, vt incommoditatem, ac tædium effugeret. Cuius infirmitati sese accersitus concionator accommodans, breuissimè, se expediens,ait. Quod tibi vis fieri, alteri feceris; & quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris, & statim abijt. Quo audito vir ille penè sensibus destitutus obstupescens, intra se recolere cœpit salutare monitum, illudq; sæpius eruminans, ac suauius degustans, menteque firmius reuoluens,oh me miserum, dicebat;tàm breue monitum, & facilè obseruatu, in viam salutis me deducere potest, & illud nondum agnoui? tàm facili negotio gehennam effugere? tàm breui; ac facili uia cœlum scandere potui, & adhuc renui? & quid magis naturæ consonum? Quod tibi vis fieri, alteri feceris. Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris? & quid magis a natura dissonum, & abhorrens, quàm huic contrarium errarum? & ex illa hora firmiter statuens in corde suo, opere est exequutus;& quotquot in posterum siue oppressos, siue egenos, siue pauperes quoscunque viderit, subleuabat; eleemosynis reficiebat, & omnis generis auxilijs adiuuabat. Denique nocte quadam cuidam pauperi hospiti ministrans, propria manu;fortè fortuna in suum cecidit puteum, ex quo extractus,torque aurea collum ipsius circundatum inuenerunt; in qua hæc sculpta legebantur verba. Huius anima in cœlum ab Angelis est delata, cuius corpus ob charitatem aquis supernatat. Sic firmiter teneo,quòd quicunque, quan-

Per correptionẽ peccator peccata relinquit & per viam salutis incedit.

tumuis peccator existat; si hæc firmiter memoriæ tenuerit, & opere expleuerit Quod tibi vis fieri, alteri feceris: Et quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris, per viam salutis certo certius incedet, & salutem ipsam deniquè consequetur. Tunc enim aberunt furta, homicidia, adulteria, & cætera huiusmodi contra proximum peccata. Vade ergò, & quod tibi vis fieri alteri feceris, &c. Et sic per viam salutis incedes. Amen.

FERIA. IIII. POST DOMINICAM III. QVADR. Concio XVI.

Christus respondet Iudæis, qui apud eum de suis discipulis conquerebantur, quod sibi in mensa manus lauare renuerent, traditq; hac occasione, honorem esse parentibus exhibendum, ac illis in necessitatibus subueniendum, debitam minitans inhonorantibus pœnam, atq; deinde in quo munditiem versetur abundanter edocet.

GRauissimam prima facie nobis proponit hodiernū Euangeliū querelam: ait enim ab Hierosolimis, metropoli totius Iudææ accessisse ad Christū scribas, & Pharisæos, viri, videlicet, religione, & eruditione clarissimi, apud quos erat summa rerum sacrarū in primaria totius populi Israel synagoga, et tractāt de traditionibus, quæ semper maximi ponderis, & momenti fuere in quauis republica tùm prosana, tùm sacra, conqueruntur; has a Christi discipulis abiectas, & spretas. Quare (inquiunt) discipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorū? Magnum sanè scœlus, meritò affliguntur, torquenturq; sanctissimi viri isti reipublicæ arbitri; sed in quo tandē traditiones, & præcepta maiorū spernuntur? Non enim lauant manus, cum panē manducant (inquiunt) O magna quærelam: itane licet in huiusmodi sordibus Deo purissimo seruire? Miseros pharisæos, & scribas, qui solū externa curantes, nil de internis pœnitus curabant: ipsi enim lauant manus, Christus opera. Ipsi mundāt corpus, Christus cor; nec recordantur sibi illud prophetæ. *a* Cor mūdū crea in me Deus. Et ne multis, pharisæi (vt inquit Remigius) *b* superstitiosa quadā obseruantia externas manus lauabant manducantes, ita, vt alius Euangelista dixerit. *c* Pharisæi, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus suas, non manducant panes. Etenim (vt ait venerabilis Beda) *d* verba prophetarum carnaliter accipientes, quod dictū erat, lauamini, & mundi estote; de corpore solum lauando seruabant. Christi verò discipuli (vt ait Chrysostomus) *e* iam superflua despicientes, ea solùm, quæ sunt ad salutem necessaria, attendebant: lauari verò, & non lauari, pro lege non habebant; & cum necessarium cibum contemnerent, quomodo circa manuum lotionem studium adhibuissent? Nec tamen intelligas (subdit Remigius ibidem) de lauatione, quæ consueto more agitur, qua etiam Apostoli

Pharisæi solū externa curabant interna verò nequaquam.

a Psa. 50.

b In Mat. ca. 15.

c Marc 7.

d in Mat. c. 16.

e Hom. 52. in Matt.

stoli vtebantur; sed de illa superstitiosa, & superflua, a senioribus reperta, quam Christi discipuli abiecerant. At de his hactenus.

Christi responsum salutare magis videamus, & inde regulam firmissimam ab ipso traditam. De primo clauum clauo retorquet. Quare (inquit) & vos o mundi arbitri transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? quasi dicat (inquit Chrisostimus vbi supra) qui tam magna peccat, pro paruis aliorum defectibus sollicitus esse debet? quin, nec defectus erat discipulorum Christi (vt iam prætactum est) sed maxima eorum perfectio, in qua mundi contemptus ab eis seruandus, iam iam a limine eminebat. Quodnam verò præceptum transgrediebantur satrapæ illi sapientissimi? grauissimum quidem: & primum in tota secunda legis tabula, de honore, videlicet, parentum; nam Deus dixit. Honora patrem tuum, & matrem tuam; & quicunque maledixerit patri, vel matri, morte moriatur, &c. super quo diuus Hieronymus. *f* Honor in diuinis scripturis non tantum in salutationibus, & officijs deferendis, quantum in eleemosynis, ac munerum oblationibus sentitur. Honora (inquit Apostolus *g*) viduas, quæ vere viduæ sunt. Hic honor donum intelligitur. Præceperat ergo Deus, vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum a filijs subleuari, eisque vitæ necessaria subministrari. Cui præcepto cum Deus præmium addiderit, dicens. *h* Vt sis longæuus super terram, Christus illud prætermisit, & solum pœnam transgressoribus impositam commemorat. Et qui maledixerit (inquit) patri, vel matri, morte moriatur. Tenere namque eos voluit, qui non solum opere dehonorabant parentes; verum, & vt legis arbitri cæteros docebant sic dehonorare parentes. Cuius dehonorationis modum exprimit, cum subdit. Vos autem dicitis. quicunque dixerit patri, vel matri: munus quodcunque est, ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, & matrem suam, &c. Quod D. Hieronymus, *i* sic explicat. Præmissam prouidentissimam Dei legem de honore parentum, volentes scribæ, & Pharisæi subuertere, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, vt ea, quæ in parentum pauperum subleuatione ab eis administranda erant, Deo offerrent, qui verus est pater; & sic parentes necessarijs ad vitam spoliabant, vt sit sensus (inquit glossa *l*) quod ego offero Deo, & mihi, & tibi pater proderit. Et ideo non ægre feras, si res, quæ aliàs in vsus tuos conuertendæ forent, Deo verò patri offeram. Parentes ergo (addit d. Hieronym vbi supra.) qui Deo consecrata cernebant, nè sacrilegij crimen incurrerent, declinantes egestate conficiebantur, atque ita eueniebat, vt filiorum oblationes sub occasione templi, & dei, in parentum detrimentum, & in lucra cederent sacerdotum. Proh nephas. Quid verò nostra hac tempestate? Num dicere possumus, quare, & vos transgredimini mandatum Dei, tàm sanctum, tam iustum, tam naturæ consonum? quin, & debitum, & debitum necessarium; & quod deterius est non propter Dei cultum, vel ecclesiarum, sed propter vestros luxus, & pompas, libidines, & scorta, & cætera huiusmodi. Ah: pudeat nos in hoc præcepto ab ethnicis vinci, a mutis, ab inanimis. De Aenea quidem refert Sabellicus *m* quod Anchisem patrem tam pie coluit, vt capto Ilio per medios hostes, & flammas, humeris impositum in Idam vsque montem tulerit magis inter eundum grato oneri timens, quàm sibi, aut filio, aut Creusæ coniungi quæ è vestigio sequebatur. Cimon verò atheniensis apud eundem, Milciadē patrem

Margin notes: Diuisio bimembris. 1. Mem. — *f* In Mat. c. 15. — Honor non est solum in salutationibus. — *g* 1. Ti. 5. — *h* Exo. 20. — Honor parentib. exibēdus subministrando eis vitæ necessaria. — *i* Super Mat. c. 15. — *l* In Mat. c. 15. — *m* lib. 5. exemp. — Honor parentū apud ethnicos.

patrem publicè damnatum, vinculis eximere volens, vltro se se carceri obtulit, mortem libens oppetiturus, modo patrem seruaret. Mutum porrò de
n 4. lib. 9. Muto filio Cresi refert Maxi. n Captis enim a Ciro sardibus, cum vnus e numero Persarum, ignarus viri, Cresum regem occidere tentaret, educto ense, filius Cresi a natiuitate mutus, naturæ defectum oblitus ad protegendam patris incolumitatē, ministerio vocis, quod natura denegarat, vsus, proclamando erupit, ne Cresum regem occideret miles, qui vocis nouitate repressus, impressum iam mucronem iugulo reuocauit. Itā, qui ad tempus mutus sibi vixerat, saluti parentis opportune ministerio est vsus vocis. Indignissimū ergo est. Si quis parentes honore nō prosequatur, quando non modò Ethnici sed & bestiæ ipsæ ratione carentes solo naturæ magisterio hoc idem præ-
Bestie auxiliū præstant pro genitoribus suis. stant. Sic Ciconiæ senes iam effectæ impotes volandi, nido se continent. Et ex his prognati terra, mariq; volitant, & cibos parentibus afferunt: & ita illæ (vt earum ætate dignum est) quiete fruuntur, & copia; iuniores verò debitū persoluentes, quod tempus expostulat, maiores solantur pietate, ac spe recipiendi in senectute vices: & eadem opera natos implumes, effetosq; parentes educant: & pullis, & decrepitis solo naturæ instinctu mutuum præstant officium. Pudeat ergo nunc homines ratione præditos, & homines Christianos sacra imbutos religione, parentum contemptores. Quos si humanitas, naturæ instinctus, ratio, religio, pietas, amor non mouet, moueat saltem pœna transgressoribus a diuina lege irremissibiliter imposita, qua etiā, vt suos procaces flectat auditores, vtitur hodie Christus per suos prophetas, & sa-
o prou. 30. cap. pientes sæpe sæpius repetita, mireq; exagerata. Inter cætera verò loca mirabile est illud a Salomone o prolatū. Oculum (inquit) qui subsannat patrē, & qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eū filiæ Aquilæ. Mirum sane: quia non dicit Spiritus Sanctus, quòd, qui occiderit, vel percusserit patrem suū, & matrem suā, vel conuitia in pa-
Puritio contra inhonorantes parentes. rentes effutierit: sed qui tantum modò oculorū nutu (inquit) subsannauerit, vel despexerit parentes. Huius suffodiant oculos corui, & comedant carnes Aquilæ; Quasi dicat. Non moriatur naturali morte, sed violenta, ignominiose suspendatur, & extra ciuitates, & populorum habitationes per campestria sic suspensus, & abiectus esca fiat volatilibus cœli, cibus bestijs terræ. Quod etiam contigisse refert quidam nostræ tempestatis insignis doctor Valentiæ, quæ ciuitas est, Hispaniæ nota; in qua iuuenis quidam optimæ indolis pœna capitis damnatus, cū ad suspendii suppliciū duceretur conquerebatur iugiter exclamans, quod iniuste quidem, ac ex falso sibi imposito crimine moreretur. Vt verò ad locum paratum, in quo suspendendus erat, peruenerunt, vbi nouiter supplicij illius genus perficiendum erat, obstupefactus, & in se reuersus, cōtra clamare cœpit. Verè fratres, iustè morior, diuina sic annuente iustitia, etsi enim non pro imposito falso crimine, tamen, quia hoc in loco manum in matrem meam inieci violentam, ex quo illa indignata mihi maledixit dicens. Faxit Deus, vt in pœnam huius criminis hoc eodem loco suspendij supplicio sis affectus.

Quare diuina iustitia impleri nunc cognosco, & confiteor sententiam matris meæ iustè prolatam, cum impiè in eam gesserim: Caueant ergò sibi filij contemnentes patrem, vel matrem. Nam, experientia teste, non solum æterna, sed, vel semper, vel vt plurimum temporaliter etiam, & seuere puniuntur, & meritò ob tale impium scælus. Caueant etiam sibi parentes, ne for-

ne fortè ipsorum culpa filii contumaces, & impij efficiantur: consor-
D tes namque erunt, & pœnæ. Exemplum sibi sumant sanctissimum illum Abra
ham patriarcham, p qui cum tenerrimè satis amaret Ismaelem filium, & Agar p Gen. 21.
ipsius matrem, adeò quòd cùm enixè obrogatus fuerit a Sara vxore sua, vt Is-
maelem domo eijceret, durissimè accepit, nec annuere voluit, quousq; Deus
non præcepit ei hoc idem expressè. Cùm tamen sic ardenter amaret filium,
& ex diuino præcepto domo sua expellere coactus fuisset, Quidnam in tanti
amoris signum homo tàm diues, & locuples, qualis fuit Abraham, tradidit Is-
maeli pro eius hæreditate, ac parte? Et ancillæ, quæ sibi seruierat, & ex quà Ad victũ
Ismaelem filium acceperat? Solummodò panem, & vtrem aquæ illis tradidit, solum fi-
nec seruum, vel iumentum illis concesserat, homo, qui exercitum conflare, & lijs hære
quatuor potuit superare reges: hæc enim imposuit scapulæ ancillæ cum pue- ditas de-
ro, & dimisit eam. Quare, inquàm, cùm, & ancillam, & puerum vehementer relinquẽ
amaret, ità vacuos dimisit, ac penè miseros? Non propter aliam causam da.
concludunt sacri interpretes, & liquidè constat, nisi ob illam solam, nè pro-
E pter abundantiam deteriores fierent. Ex quo colligi potest filijs non diuitia-
rum, præsertim cùm in damnum vergere possint, sed virtutum hæreditatem
delinquendam, salutarique disciplina super omnia imbuendos.

Et hæc est regula illa, & norma, quam, diximus secundo loco, à Christo in Secundũ
currenti euangelio traditam, scilicet de munditia cordis, qua sublata cœteræ mẽbrum.
ruunt: ideò statim post præceptum de honore parentum, in hac totus incum-
bit Christus, & cum ipsis Scribis, & Pharisæis eos coarguens, & reprehendẽs,
cùm ait. hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias, dicens. Populus hic la-
bijs me honorat; cor autem eorùm longè est a me, &c. De hac eadem cordis
munditia cum turbis ad se vocatis tractat, dicens. Non quod intrat in os coin
quinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Hanc
eandem apostolis explicat, & replicat lõgiori sermone. Omne (inquit) quod
in os intrat in ventrem vadit, & in secessum mittitur: quæ autem procedũt de De cor-
ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt co- de. exeũt
gitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsæ testimonia, bla bona &
sphemiæ; hæc sunt, quæ coinquinãt hominem; quænam spatia terrarum, quæ mala.
magnitudo urbium, quæ regionum latitudo tantos ferre hostes, tot capere ini
micos, tantas præualet sustinere nationes? Quot vitia, delicta quanta, quanta
crimina vnum capiunt hominem? Quot mala hominis cor patitur vnũ? Ad
vnam ouem genera tota, tota feritas bestiarũ cõcurrit, quæ magis eo sæuiunt,
quo se explere nesciunt, satiari nequeunt voraci dente prædones: & hinc plus
æstuant, & tabescũt. Oh quot ad vnam columbam milui? Quot Aquilæ, quot
voraces vultures, quanta concurrit sordidarum auium congeries? Hanc nu-
merositatem, multitudinem hanc senserat propheta, q cùm caneret. Circumde
derunt me mala, quorum non est numerus; comprehenderunt me iniquitates q Psal. 39
meæ, & non potui, vt viderem. Qualemnam obsidionem patitur qui nec vi- Hostis in
dendi, quidem habet? De corde (inquit) exeunt cogitationes malæ, &c. To ternus est
lerabilis est hostis, cùm extrinsecus muros arietat, cùm foris positus, cedit ali- lõge pe-
quandò conflictui, cùm vero est intus inimicus, cum aduersarius in ipsis pe- ior exter
F netralibus iam desæuit, quis nam illius impetum, & vim substinere poterit, si- no.
ne intermissione obsessus? Cùm, & intimi aditus, & ingressus, & egressus,
dominus sit inimicus? Cùm in eius potestate sit arx, & arcis vires totæ? to-
taliter itaquè oppressus, se captiuum iam sentit, perditum intelligit, & deplo-

ratum

ratum agnoscit. Nec talis suus potest esse defensor, nec suus existere liberator, alienum vtique requirat auxilium, alterum quærat defensorem. De corde (inquit) exeunt. Nouus est ordo iste bellandi, de homine contra hominem gentes exeunt bellaturæ, nō contentæ in occulto vincere, prosternere in abdito, quasi quæ famam quærant hominis de ruina. Iudæi ergò quæ sua sunt quærant, & lauent forinsecus. Nos fratres ab istis vitiorum sordibus emundemur intrinsecùs, has nequitiarum gentes in nostris mentibus Christo propugnante vincamus, has delictorum bestias de nostris cordibus dominici nominis terrore effugemus: has criminum rabies, & voracissimas acies a nostris sensibus crucis hasta fortiter propellamus, vt ciuitatis nostræ splendor, templi nostri sanctitas, domus nostræ integer, & singularis ornatus ad habitandū semper in nobis nostrū prouocet, ac inuitet regē: illuc vitia redire nequeūt, vbi Christus cū suis cōmoratur virtutibus, cordis arce retēta, cætera sunt in tuto; quod spiritus sanctus, peroptima docuit metaphora, dicens. r Vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium, inuidia; quod explicans D. Gregor. Per carniū vitam hominū, qui magis molliter viuunt, ac delicatorū vitā intelligit, eò per carnes designari, quò ardua, & aspera perpeti nequeunt Nō vigilias asperas, non singulares abstinentias, non crebra ieiunia, non rudes ad carnem vestes, nec cætera huiusmodi: horum tamen vita, scilicet, gratiosa sanitas est cordis, cùm, videlicet in nullo mortaliter offenderint, gratia gaudentes Dei. Contrà vero putredo ossium, inuidia: ossa enim homines designant, austeris operibus, & asperrima pœnitentia insigniores: quorum putredo, idest, perditio extrema est inuidia, quæ de corde contra cor cum cæteris egreditur vitijs. O vtinam saltem fratres, cum aspera sustinere minimè possitis, hac sanitate cordis gaudeatis. Oh; si hac potiremini, non modò parentum honorem, filiorum salutarem educationem, sed & quæcunque Dei cultum, & proximi amorem perfectè adipisceretis. Vt enim ex putredine cordis totus perditur, & corrumpitur homo, ità ex cordis sanitate totus perficitur homo. Sic monacus quidam (referente Cæsario) tanta miraculorum fulsit claritate, vt quisquis, vel saltem vestimenta illius tangeret a quacunque statim liberaretur infirmitate: cum autem esset communis vitæ homo, & communis obseruantiæ in omnibus, ipsius Abbas hoc admirās, diligenter sciscitatus est ab eo, vndè nam sibi tanta miraculorum gratia, cum per omnia cæteris esset monachis similis vitæ, & communis obseruantiæ. Cui monacus; hoc vnum tantùm habeo pater, nempè sanitatem cordis, cordis tranquillitatem, nunquàm prosperitas me extollit, nunquam aduersitas me frangit: cor meū totū domino commisi, tamque de prosperis, quàm de aduersis Deo gratias refero; &, nè multis cor sanum, & mundum Deo seruare iugiter contendo, tenete, & vos o fratres hanc arcem, tenete, & vos o fratres hanc arcem, & omnia firmiter vobis tuta euentura confidite.

Amen.

Margin notes: r Prou. 14 — Nota. — Sanitas cordis in asperitate vitæ consistit. — Sanitatis cordis mirabile exemplū. — G

FERIA

FERIA QVINTA POST DOMINICAM tertiam Quadragesimæ, Concio XVII.

Deus ab vno numquam gratiam suam aufert, quin eam alteri tribuat, quod denotatur per egressum eius à Synagoga, & accessum ad Simonis Socrum iacentem morbo oppressam, quæ gentilitatem significat, vbi quid per febrim intelligatur, atque varij eius effectus describuntur.

PERITVS Medicus vario languore defessis plenam conferre desiderans medicinam, alias aperit morborum causas, latentes pestilentiæ exponit incursus, pestiferas caueri commonet regiones, quamplurima remediorum genera demonstrat, herbarum vires pandit, medicamentorum loquitur qualitates, obedientibus longam promittit, & confert sanitatem. Sic dominus noster Iesus Christus Medicus cœlestis cœlestem corporis, & animæ prolaturus medicinam, impietatis profundos patefacit recessus, opertos peccatorum nudat morbos, iniquitatis secretum ostendit virus, vitiorum nostrorum origines, criminum radices mirabili ratione depromit. Et sic ægras mortalium mentes moderatione pia pro ætate, pro sexu, pro tempore, pro viribus, ad perpetuam salutem diuina curatione perducit. Sic hodie in currenti Euangelio varios vario languore oppressos infirmos variè sanat, vel sola manus impositione, vel solo verbo singulos ad pristinam restituens sanitatem; cum verò innumerabiles penè sint, qui sanati referantur, nos de sola Simonis Socru agemus. Circa quam primò describitur ab Euangelista Christi transitus à Synagoga in domum Simonis. Deinde eiusdem Socrus infirmitas, & denique sanatio. Diuisio trimembris.

A Quòad primum in more positum videtur à natura, & ab ipso naturæ conditore Deo, quòd ingrato denique beneficium sit auferendum. Sic Deus Ægyptios ingratos idola colentes, & verò Deo rebelles, diuitiis spoliauit, ditauitque Hebræos tunc temporis legis Dei cultores. Deinde Iudæos ingratos effectos, propria malitia eos excæcante, omni spoliauit bono, omnique pretioso thesauro, & Christo ipso, in quo omnes diuini sunt thesauri: & ditauit gentiles, quos ad veram fidem, verumque vocauit cultum, & sic in vniuersum ex doctrina ferè omnium Theologorum nunquam Deus aliquem spoliat, quin alium, vel eisdem, vel potioribus ornet bonis; & nunquam recedit ab vno ingrato peccatore per gratiæ destitutionem, quin alium per eandem subintret. Hoc etiam apertè docente Spiritu sancto, *a* conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Et alibi *b* tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Et ita repromisit Deus seruo suo Abraham *c* dicens. Suspice cœlum, & numera Stellas, si potes: Sic erit semen tuum. Ego dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. Et iterum; dixit-

Primum Membrū

Quando Deus vnum spoliat aliū eisdē bonis ornat.

a Iob 34.
b Apoc. 3.
c Gen. 15.

 que

que Dominus? Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, cùm futurus sit in gentem magnam,& robustissimam:& benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Quod & expletum videmus,cum pro paucis Iudæis totus ad fidem conuersus sit orbis,& pro vna omnes nationes in Christo credant.Ità feria sexta post primam dominicam quadragesimæ in exemplo quadraginta illorum militum martyrum glorioso, loco quadragesimi, vidimus Carceris custodem subintrasse,quadragesimique coronam arripuisse. Sic in locum perditi, ac proditoris Iudæ subsectus est Matthias Apostolus. Et nè multis,firmissima est, & constantissima regula diuina quod recedens Christus ab aliquò impio ingrato peccatore, statim alium subintrat per gratiam, quod satis luculenter principio currentis euangelii exprimitur, surgens Iesus de Synagoga,introiuit in domum Simonis: egressus enim,Synagogæ reprobationem significat, ingressus verò in domum Simonis, gentium ad ecclesiam conuocationem designat. Cum ergò infallibile sit,ac perpetuum huiusmodi iudicium Dei, quid nobiscum aget ingratis? Dubio procul tot in nos collata beneficia meritò a nobis auferenda veniunt, aliisque tradenda; qui eis non abutantur:sed rectè vtantur. B

Secundũ Membrũ

Probet ergò vnusquisque seipsum, & videat, quo ingratitudinis morbo teneatur;variæ namque sunt species,diuersaque specierum grauitas; & videat, vel sit aliquãdo curandus,nec ne.Socrus quidem Simonis magnis tenebatur febribus; nec ob id Christi præsentia indigna fuit, neque incurabilis. Quid enim putatis ad Petri domum Christum inuitasse? Non vtique discũbendi uoluptas,sed iacentis infirmitas, Non prandendi necessitas, sed salutis occasio. Diuinæ virtutis opus,non humani pompa Conuiuij; in domo Petri non vina,sed lacrymæ fundebantur.Et turbabat ibi familiam non conuiuij cura,sed languoris.Febris æstuabat ibi non edacitas, vndè Christus illuc non epulas percepturus,sed vitã largiturus intrauit.Deus ab hominibus, homines non humana quærit; cælestia dare cupit:non auferrè terrena;fugare morbos nõ accepto,sed dato pretio suæ diuinæ gratiæ.Sic semper Christũ vocat,non turbæ plausus,non salutantium pompa, non ornatus præparatio: sed languentium gemitus,febricitãtium incendium,pereuntium periculum. Nullus ergò de sua desperet infirmitate. Venit hodie Christus ad domum Petri, vt Petri domus veniat ad Christum. Venit sanitas, vt recedat infirmitas.

Per febrim peccatoris spiritualis infirmitas exprimitur

Experiamur ergò quæso, an febri nostra euocetur Christus. Patres per febrim,diuinas,litteras peccatum exprimere volunt,ob multa:primum, quia peccatum,quasi febris,caput statim tangit,attam inducens obliuionem omnium eorum,quæ ad salutem conferunt.Sic Adam protoparentem,non nulli asserunt, ità obliuiosum effectum post peccatum,quod non recordabatur mortis pœnam incurrisse,nisi postquam vidit ante oculos suos filium Abelem occisum. Tunc enim intellexit ludum & practicam:& indè per centum continuos annos morti se præparauit; perniciosus quidem febris effectus, euidentissimũque febris æstuantis signum,obliuisci mortem,iudicium, gloriam,& pœnam,quod euidentius signum? *d* Sic Iosuè post euersionem Ierichò terribilem maledictionem diuino afflatus spiritu fulminauit,dicens. Maledictus vir, qui suscitauerit, & ædificauerit Ciuitatem Ierichò in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Qua non obstante maledictione post multos annos quidam vir impius Hiel de Bethel obliuiosus omninò factus,magna æstuans obstinationis, C

Adam post peccatũ non recordabatur mortis pœnam incurrisse.

Primum signum.

d Iosf.c.6.

Peccatũ obliuionem inducit.

tionis, & rebellionis febri, Dei maledictionem paruifaciens, reædificare cœpit Ierichò. Cumque primum lapidem misisset, mortuus est illi primogenitus filius. Et inde a cœpto non desistens opere, verè in delirium, & phrænetidim actus, successiue edificando, singuli sibi moriebãtur filij, quousq; opere completo vltimus ei fit mortuus filius, sic narrant Regum sacræ historiæ. *e* In diebus Acab ædificauit Hiel de Bethel Ierichò in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius iuxta verbum domini, q locutus fuerat in manu Iosue filij Num. Poteratnè obliuio maior & maior obstinatio induci in huiusmodi febricitantem? Sed vtinam & maiori obliuione consopiri & nos nostræ febris captiui, penitus nõ deficiamus? Videmus enim aliquando peccatores a Deo seuerissimè punitos, tum in amicis, tum in facultatibus, tum in fortunis, & honoribus, tum in Sanitate, & cæteris temporalibus bonis, nec ex eo meliores effici, sed semper deteriores, procacioresque reddi. Oh pessimũ æstuantes febris signum; post quod secundum est signum, quandò gustus ità deprauatus existit, vt bona cuncta respuat, & reprobet præacerba quædam tantummodò degustans. Ita in spiritualibus, qui gustum adeò deprauatum habent, quòd nullo modo cœlestia cœlesti sapore replena degustant, solum temporalia ista acerba quidẽ & nociua appetentes, euidentissimè febri non modica laborant, sic dicente propheta *f* sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacea vuarum. Et iterum alius diuinus uates, *g* Omnis qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. Et diuus Hieronymus in hunc locum, Peccata sunt vua acerba, vt comedentium dentes obstupescant vt non possint eius suauitatem sentire, de quo dicitur. Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus. Et diuus pater Augustinus. *h* Sicut vua acerba dentibus vexatio est, & fumus oculis; ità iniquitas utentibus ea: quamadmodum enim manducantium acerbas uuas dentes obstupescunt: & minus idonei ad manducandum panem redduntur: sic, & qui iniquitate utitur, & peccatis pascitur, panem uerbi Dei manducare nequit. Quid ergò illi faciunt, quibus dentes iam obstupuerunt? Aliquantulum se ab acerbis temperant: & sic dentes ad pristinam stabilitatem redeunt, & panem incidunt. Sic, & nos, si uolumus uti iustitia, temperemus nos ab iniquitatibus, & nascetur in corde nostro non solum appetitus iustitiæ, sed, & facultas ea utendi, ac potiendi, in uniuersum ergò nullum habere diuinorum gustum, solum amare, uel nimium prosequi terrestria, signum sunt manifestum æstuantes peccati febris. Tertium denique signum æstuantissimæ febris est inquietudo. Oh quantam in peccatores inducit inquietudinem peccati febris: ita in primum illum fratricidam Cain, de quo diuus Hieronymus asserit, quod semper caput tremantem gessit, & cor pauidum, dicens. Omnis quicumque inuenerit me, occidet me? Sic peccator statim post patratum scelus pauidus efficitur conscientiæ stimulis iugiter, & acriter exulceratus, nullibi requiem inueniens; q luculenter satis expressit, q iã senserat rex ille, qui dixerat. *i* Peccatũ meũ cõtra me est semper. Dicens alibi de peccatore. *K* Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem; & peperit iniquitatem. Super quo diuus Chrysostomus. Vtique non secundum naturam iniustitia; nam fœtus quidem, donec perficitur, naturæ adhæret, dolorem non affert; perfectus autem, natura amplius ferre nequiens, extrudendo infert & dolorem. Hic igitur prius conceptus, deindè partus dolor. At peccator primum partus concipit dolorem; nec

[Margin notes: *e* 3. Reg. c. 16. — D — Secundũ signum. — *f* Ose. 3. — *g* Hierem. 31. — Peccatũ spirituale deprauat gustum. — *h* in Psal. 48. — Tertium signum. — Peccatũ inquietudinẽ animi inducit. — *i* Psal. 50. — *K* Psa. 7.]

successu temporis, sed statim a principio dolor. Simul enim, vt quispiam de malo consultauit, etiam priusquam malum concreuerit, aut executione perfecerit, tumultus, ac turba eum exagitant conscientiæ remorsuum; Quod etiam nouit antiquus ille poeta Hexiodus vindictam, scilicet, non admodum remotam esse iniustitiæ sectatricem, sed coetaneam, ac ex eadem regione, stipiteque pullulantem, vt alias diximus. Præterea in muliere semel formatur fœtus: & quousq; ad partū peruenit, solus ipse permanet: In his verò, qui parturiunt iniustitiā, qui pariunt iniquitatem, dolores innumeri insurgunt. Hodie hæc torquet: cras alia rursus cogitatio, & simul innumeræ malorum seminum, & singulis diebus conceptiones, & partus dolores perimentes, & lancinantes peccatoris conscientias: non enim talis hic partus, qualis in mulieribus, sed potius vt in viperis vterum discerpens, & latera dilanians improborum procedit fœtus, dolore, ac molestia iugi implicitus: flagitiosi enim propria culpa tanquam carcere clauso, ac cæco, nulla euadendi spe detenti, scelesta custodiuntur vita, vt nouit Plutarchus. Et quamuis interim conuiuentur, negocientur, donationibus, & delectationibus oblectentur, optimasque negligant disciplinas, nil tamen a reis distant, qui in vinculis ad vltimum reseruentur suppliciū; passiones namque timores, expectationes, & pœnitentiæ interim animum discruciant, ac perturbant, suppliciaque innumera ante vltimum, perferunt supplicium. Sic facinorosi omnes quantumcunque ociari, & delectare videantur, nullam tamen (credite mihi) requiem inueniunt internam; remordente eos iugiter conscientia.

Similit. | De sera num. vind. | Peccatū animum perturbat.

Tertium Membrū

O vtinam saltem, vel ex hac inquietudine nostram cognoscētes febrim, cū Apostolis rogitemus Christum, vt ab ea nos liberet, sicuti socrum liberauit Simonis. Tertio loco; solo imperio, quæ continuo surgens ministrauit illis. Nō multis immoremur ergò & nos: hoc vnum sufficiat nobis pro sanatione exemplum. Continuò (inquit) surgens mulier prouectæ ætatis, senectutis summæ infirmitate pressa, febribus obruta, continuò surgit. Quid hoc signat? Nisi, quod Christus sic fugat morbos, vt vires pristinas mox reducat? Continuò surgit. Vah: quid nostri? expectant annos priusquam confiteantur, & surgant. Mitte, mitte tandem peccati lectum: fuge e medio Babylonis. Mitte consortia: dimitte scorta; commoda linque peccandi: occupa te in virtutibus: Virtutum indue habitum; surge, surge: ministra hic, vt in æternum habeas requiem. Amen.

FERIA

FERIA SEXTA POST DOMINICAM tertiam Quadrag. Concio XVIII.

Samaritanam Christus alloquens ipsam in viam salutis adducere nititur; hocque praestat proponendo illi gratiae aquas dulcissimas, at incessanter scaturientes; quod mulieri assequi minimè datur priusquam virum suum (per quod intellectus denotatur) accerset, qui cum aduenisset, Dominum adorant, ac corde contrito (quo nihil capit charius) illi debitum honorem, ac fidem exhibent.

HODIERNVM Christi Domini nostri iter; hodierna fatigatio magnum illud, quod pro nobis assumpsit iter, designat, fatigationemq; pro nobis assumptam inexplicabilem ostendit; de cœlo namque in terram descendit, pro nobis carnem assumpsit, & in carne per triginta tres annos iugiter laborauit; vt pomum illud adhuc acerbum, & indigestum, quod comederat Adam, digereret, & concoqueret; insuper onus totum peccatorũ totius mundi ab origine ipsius, vsque ad exitum eiusdem, grauem quippe farcinam super humeros suos reportabat; nec non ipsum genus humanum totum per labores Christi saluandum: nec enim aliter poterat humanum genus cœlum scandere, nisi a Christo sublatum, pedibus iam debile effectum; in cuius typo Miphiboseth *a* Ionathae filius è sinu cadens nutricis, claudus effectus est vtroque pede: ita humanum genus, quasi è sinu primae Nutricis Euae cadens per transgressionem diuini praecepti, claudum vtroque pede est effectum, intellectu sanè, ac voluntate, hoc respuens bonum, illo ignorans verum. Quare huiusmodi claudum super proprios humeros gestare Christus venerat: hinc fatigatus ex itinere hodiè describitur super fontem sedens, vt indè occasione accepta praefati mysterij partes exequeretur, vocando ad salutem per Samaritanae mulieris medium. *a 2. Reg. 4.*

A

Cum qua, etsi multa habuerit colloquia, nos tamen de more breuitati studentes, ad tria principaliter a Christo pertractata, sermonem reducemus hodiernum, videlicet, de aquis, de viro Samaritanae, ac de adoratione. **Diuisio trimembris.**

Quoad primum (ut altius reperamus aliqualiter) fundamentum huiusmodi stabiliendum est, ac firmandum, Dei cognitionem ad salutem necessariam nunquam generi humano defuisse: Adam enim post peccatum (ut sentiunt Patres) praeuidit verbi incarnationem hominis a se, quantum ex se, perditi redemptionem, diluuium vniuersale, extremum orbis incendium, vniuersale iudicium, & caetera huiusmodi, quae per traditionem absque interpollatione iugiter perseuerauere, quasi ad manus in successoribus eiusdem haereditariè, ac successiuè, & integrè, quin, & cum aliquali accessione tùm maiori, tùm minori pertransiere ab ipso Adam in Seth, a Seth in Enos, ab Enos in Cainan, a Cainan in Malalael, a Malaleal in Iareth, a Iareth in Enoch, ab Enoch in Mathusalem, à Mathusalem in Lamech, à Lamech in Noe; & haec prima mundi decas **Primum Mêbrum** **Adam post peccatũ multa praeuidit.**

in

in qua Deus innouare intendens mundum, temporibus Noe diluuium illud vniuersale immisit, post quod etsi multæ, ac distinctæ fuerint nationes, variè circa Dei cultum affectæ, plurimisque erroribus implicatæ, attamen eadem a primordio perseuerante traditione, in his, & qui verum Dei cultum retinuere semper, descendit a Noe in Sem, à Sem in Arphaxad, ab Arphaxad in Salem, à Salem in Heber, ab ipso in Phaleg, hinc in Reu, indè in Sarug, vlterius in Nachor, deinde in Thare, à Thare in Abraham, & hæc secunda orbis decas. Quantum verò accrementi acceperit diuinus cultus in Abraham, omnibus constat tùm ex promissis, tùm ex fide, tùm ex circumcisione, & cæteris sibi à Deo clarissimè reuelatis, quæ similiter per traditionem perseuerauere in filium Isaac, in Patriarcham Iacobum, & indè in duodecim Patriarchas, ex quibus gens electa vsque ad Moysen, à quo diuinæ incœperunt scripturæ, vltrà ipsas traditiones, post quem nullus ignorat quanta diligentia sint asseruatæ, tùm traditiones, tùm diuinæ Scripturæ per Sacerdotes, Iudices, Prophetas, & Reges vsque ad Christum, in quo tandem diuinæ Sapientiæ aperti sunt thesauri omnes, quod argumentum breuiter cecinit, tuba illa Spiritus sancti; dicens. *b* Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, &c. O diuinè fortunatam Samaritanam, quæ talem, ac tantum meruit audire doctorem, fontem vidit supra fontem sedentem, infinitum fontem, & indeficientem super uanum, & defectiuum sæculi fontem. Sedebat (inquit Euangelista) sic super fontem; sic, videlicet, vt concionator, vel doctor super Cathedram, docere cupiens mundum vniuersum, doctrinam salutarem, ac infallibilem; quare lætamini (inquit Propheta,) *c* in Domino, Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Lætamini (inquam) quia non amplius figuræ, non vmbræ, non paruæ traditionum stillæ, non simplices Prophetæ, sed Christus verus Deus venit docere nos; nec indignatur quempiam, cum etiam mulierem Samaritanam hodie expectet, sustineat, exerceat, instruat, moueat, & doceat. Primum (vt diximus) de aquis, & de aquarum qualitate vtiliter satis, ac salutariter differens, ex fonte Iacob, super quem sedebat, occasione accepta; Omnis (ait) qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Quibus in verbis discrimen ponit inter aquam illam, quam sitiebat Samaritana, & quam ipse Christus offerebat, vtriusque ponens virtutem, ac valorem. De prima igitur dicit. Qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Quod verum est (inquit Diuus pater Augustinus:) *d* non solùm de aqua illa sensibili fontis Iacob; sed etiam de alia per illam significata: aqua etenim in puteo voluptas est sæculi in tenebrosa ignorantiæ profunditate, in qua illam hauriunt homines cupiditatum hydria: sed nunquid voluptates hauriens non sitiet iterum? Hydria quidem corpus est nostrum: aqua est ipsa voluptas; rota verò est præsentis vitæ decursus; super qua rota quemadmodum fit in illis magisterijs rotarum, super quorum rotis per gyrum coaptantur hydriæ tali forma, quod vertendo rotam in parte inferiori, tangũt aquam, & implentur, paulatim verò ad motum circularem ipsius rotæ subleuatæ, cum ad summitatem peruenerint, statim euacuantur, aquam emittentes rotam; & sic perpetuò durante rotæ motu, implentur, & euacuantur. Ita quidem corpus nostrum ex puteo huius sæculi super vitæ rotã se voluendo, haurit voluptatũ aquas, quotidieq; impletur, & euacuatur, euacuatur, & impletur; & iterum

semper

Marginalia: Secunda orbis decas. — B — Quo tẽpore inceperũt diuinæ Scripturæ. — *b* Hebr. 1.1. — *c* Ioel. 2. — Christus Iesus venit quasi Doctor iustitiæ docere nos. — Discrimen inter aquã Christi, & aquã Samaritanæ. — *d* Tract. 15. in Io. — C — Per puteum sæculi voluptas, & per Hydriã corpus humanum designatur.

semper sitit, impleto namque corpore ciborum copia, iterum illud euacuare oportet, & iterum impletum euacuandum est: Sic libidinibus vndique obruto, tandem quiescat est necesse: iterum ad libidines rediens, velit, nolit, eas euacuet, oportet, & sic de singulis, quas haurimus corporis hydria, voluptatibus; quæ numquam satiant; & iterum semper sitit, qui ex eis biberit. Præstat ergò audire Spiritum sanctum: *e* hac eadem vtentem similitudine. Memento (inquit) creatoris tui antequam conteratur hydria super fonte, & confringatur rota super cisterna, id est desine iam sequi mundi voluptates, quæ nunquam satiant; Memento creatoris tui per continentiam, & abstinentiam, antequam veniat mors, & confringatur rota.i. terminet tuæ vitæ cursus super cisterna voluptatum, & priusquam conteratur corporis hydria per mortem in eodem voluptatis fonte immersi, erras namque, si putas voluptatum huius mundi sitim explere, quod Ethnici ipsi etiam nouerunt antiquissimi, sanè illi sapientes, qui descripserunt pulchram per fabulam Danai filias Belides huic pœnæ apud inferos addictas, vt semper aquam ex am plissimo hauriant puteo, neque tamen vnquam ad putei oram plena cribra reducant. Velis enim, nolis per illammet viam sensuum, per quam ingrediuntur, dispergunter voluptates: quod expertus regum ille expertissimus, illam emisit vocem. *f* Posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cribãs aquas de nubibus cœlorum. Quid est cribans aquas, nisi, quòd voluptates in corpore nostro, quasi in cribro recipiuntur, eas nullatenus retinentes, & nihil aliud ex seipsis penitùs relinquunt, nisi conscientiam lancinatam, & perforatam, quasi cribrum, eandem, vel maiorem, earundem voluptatum sitim inducentes, vt meritò dixerit Christus. Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum. Contra verò de aqua sua dicit. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: quasi dicat. Qui biberit ex aqua huius sæculi, sitiet in æternum æterna siti cruciatus, vti de Belidibus dictum est: Sed aqua gratiæ, quam ego confero, credentibus in me fit in bibente illam fons indeficiens, in æternam perducens gloriam. Quare nunquam potest siti affici, qui eam biberit: quemadmodũ enim (inquit Chrisostomus) *g* qui fontem habet intra se positum, nequaquam affici potest siti: ita, qui gratiæ aquam biberit: nam (vt ait Theophylus) *h* sancti principium gratiæ, quasi semina, vel fontem gratis a Deo, & non ex merito recipiunt; qua tamen accepta, negociantur, & operantur ad eius augmentum: nec enim deficere potest ex negotiatione, uel operatione; sed semper augetur, quasi fons indeficiens, ad quod etiam alludere videtur, quod ait Spiritus sanctus. *i* Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos: quid enim terra, nisi peccatores terrenos sæculi uoluptatibus immersos designat? Nos verò efficit petram gratia Christi, super Christi petrã angularem fundatos; & in ipsis iam in petram conuersis, torrentes oriri facit gratiæ per aurum significatæ, quæ, & torrens dicitur, & fons: torrens propter copiam, & abundantiam: fons, quia indeficiens. Fons uerò aureus propter gratiæ excellentiam, quam etsi imperfectè præsentiens iam Samaritana mulier, prius fastidiens, nunc appetens ait. Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque ueniam huc haurire. Delectata est ergò mulier tali munere (inquit Diuus pater Augustinus ubi suprà) ad laborem, & indigentiam subleuandam: audierat enim aliquando Heliam per dies quadraginta non exurire, nec sitire: quare, & hoc posse per semper fieri est arbitrata:

e Eccles. 12.

Sæculi voluptates nunquam satiant.

f 2. Reg. c. 22.

D

Voluptas in corpore quasi aqua in cribro.

Qui gratiæ aquã biberit non poterit siti affici.

g Homil. 31. in Io.
h in Ioã. c. 4.
i Iob 22.

Gratia est fons quia indeficiẽs, & est torrẽs, quia copiosus.

E

ta:de aqua enim sensibili intelligebat, adhuc non plenè illuminata, quod ad rem pertinet nostram, est, quòd mulier indigentiam fatetur iam, & laborem, & sitim inexplebilem in haurienda sæculi aqua. Oh quot labores, quot dolores, quot pœnitudines experiuntur qui huiusmodi voluptatibus expleri volunt. Oh, quam satius esset audire. Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis in quærẽda huius sæculi voluptate: & ego reficiã vos gratiæ meæ aqua.

Secundũ Membrũ

Pro qua digne recipienda, cum simus cum muliere indispositi adhuc, non plenè vim gratiæ Christi intelligentes, de mystico viro, iam secundo loco differendũ; Voca (inquit Christus ad mulierẽ) virũ tuũ, & indè veni huc. Quid mystice signat, Voca virũ tuũ? Exponit D. pater Aug. vbi supra. Præsenta intellectũ tuum, qui, etsi ipsa anima sit, & aliquid animæ, tamen sub nomine viri designatur, quia totã regit, & ordinat animã; ideò ait Christus. Voca uirum tuum idest adhibe intellectum, per quẽ docearis, quo regaris: & adhuc illa non intelligente, magis explicat, quod quinque viros habuit; per quos quinque sensus corporis designantur, quibus anima nupserat adulterando, voluptatibus, videlicet, sensuum deseruiendo (vt suprà explicatum est) & intellectum, a quo regi debebat, deserendo. Et cum iam se sapienter regere decreuisset, error tamen irrepserat: Et idem suus intellectus non legitimus vir; sed erat adulter: loco enim ueræ intelligentiæ, & veræ fidei errorem amplexata fuerat. Tolle ergò (inquit dominus) adulterum istum, qui te corrumpit, & perdit, & voca virum tuum; teuoca intellectum, vt veræ fidei, & intelligentiæ lumine perfundaris.

Vir ille mistice intellectum significat.

Sic Origenes *l* Samaritana ritui legis infidelium, tanquam viro illegitimo se subiiciebat: reuocatur autem per Christum ad verbum veritatis, tanquam ad legitimum virum. Quotcumque ergò sensibus deseruiunt, & eorum appetitibus, ex Christi sententia apertissime adulteri sunt: & cum nullus nostrum per Dei gratiam fidei errore perdatur adulterum si efficit intellectũ, libens, ac volens, propriaque excæcatus malitia hoc facit: saltem amodò audi vocantem, & reuocantem Christum; quin & per prophetam se se conquerentem. *m* Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem. Expandi (inquit) manus meas; nonnè qui expãdit manus, ipso corporis habitu rogat? Expandit manus, distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremiũ pãdit, ut patrẽ se tantæ obsecrationis affectu demonstret; ad quem autem sic extendit manus? Ad populũ (inquit) non credentẽ, quin & cõtradicentẽ; in quo specialiter sugillat Christianũ populũ, qui credit; & cõtradicit: credit nãque non adulterandũ, adulteratur tñ; credit non furandũ: & furatur; & sic in singulis præceptis credit, & contradicit: Quẽ verò terminũ orãdi facit? semel fortè, uel septies? (utdixit olim Petrus) Oh immẽsã Christi clemẽtiã: nõ bis, nõ septies; sed iugiter tota die, tota die. i. toto uitæ tẽporis decursu. Pudeat nos tãdẽ, uel aliquando nõ audire.

l trac. 13. in Ioan.

Christianus per incredulitatem adulter efficitur.

m Isa. 65

Tertium Mẽbrum

Ad veram adorationẽ requiritur vera cognitio & perfecta libertas.

Et intellectu præsentato, ueram adorationẽ, uerum cultũ tertio loco exercere nolle, de quo ait Christus Samaritanæ. Veri adoratores adorabũt patrẽ in spiritu, & ueritate, idest (inquit Hilarius) *n* secundũ uerã Dei cognitionẽ per ueritatem expressã, & plena libertate per spiritum designata, iuxta illud Apostoli, Vbi spiritus domini, ibi libertas. Non sicut in antiqua lege, in qua miserabilis erat seruitus: uel (inquit Theophylus ubi supra) tam Samaritanorum, quam Iudæorum cultum reprobat: Samaritanorum enim erat opinio, quod Deus loco concluderetur, & ideò quæstionem

n 8. detri.

Samaritanorum opinio reprobatur.

F

Sama-

Samaritana mouerat, vbinam esset adorandum, vel in monte illo, vel in Hierosolymis, quasi loco concluderetur Deus: contra quos dicit Christus, neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorandus est pater; sed in spiritu, non localiter, sed spiritualiter: Iudæi verò omnia sub figura, & in vmbra acceperant; & ideò contra illos ait Christus. Non amplius in figura, & vmbra; sed in veritate aperta adorandus est Deus, Trinitatem apertè cognoscet, etiam rudis vir, & simplex muliercula, & Filij Dei incarnationem, & Christi misteria. Vel (ait idem Theophylus) duas partes philosophiæ innuit Christus, actio-G nem, videlicet, & contemplationem, quæ vitam instituunt istam, qua vniuersaliter omnes viuunt Christiani, plus actione, quàm contemplatione regulariter, qui in sæculo viuunt; plus contemplatione, quàm actione qui in religionibus: per spiritum ergò, qui actiuus est actionem inuenit, per veritatem verò, quæ ad intellectum, pertinet contemplationem. Vel (inquit Diuus Chrysostomus o) cum Samaritanis Iudæos excludit in hoc, quod, etsi Iudæi meliores essent Samaritanis, tamen, quia animam quidem negligebant; multum autem circa corporis cultũ studebãt, eum omnifaria purgantes, ideò ait: quia non corporis mundatione; sed spiritus innouatione non apparenter, & externè; sed verè, & ex corde colendus est Deus: & hoc est adorare in spiritu, & veritate. Sunt etiam (inquit idem) falsi adoratores, qui temporalia, & caduca solùm quærunt; æterna, & permanentia pro nihilo habentes. Si .n. verè credunt vitam æternam, hanc toto conatu quærere debent, & hoc est adorare Deum in spiritu, & veritate: æterna, videlicet, & spiritualia toto cordis affectu quærere, & expostulare, non temporalia, non corporalia, sicuti Samaritani, & Iudæi faciebant, quos aliàs redarguens Christus, p Nisi abundauerit (dixit suis auditoribus) iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cælorum. Mirum sanè super paradisi ianuam positum, & affixum decretum: Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. non intrabitis, firmum, ac stabile, cum sit diuinum, ex ore Christi prolatum huiusmodi decretum, nullatenus est ambigendum. A nobis igitur, si paradisum intrare volumus, maximè perpendendum: Maior (inquit ergò) quod debet esse iustitia nostra, quam fuerit Scribarum, & Pharisæorum iustitia. Quænam ergò illa? Nicephorus tradit deeorum vestitu, quod fimbrias vestimentorum, quibusdam instruebant stimulis, ac spinulis, vt indè nudis incedentes pedibus, H puncturas paterentur, non sine multa sanguinis effusione. De victu (ait Epiphanius q) quod ieiunabant asperrimè; & quoad somnum angustas tabulas sibi parabant, dodrantis tantum latitudine, & in eas se ad vesperam locabant, vt si quis dormisset, in pauimentum decideret, & rursus excitaretur ad orationẽ; alij s lapillos ex aquis collectos sibi ipsis sufternebant, vt dum his pungerẽtur, nõ in profundum deferrentur somnum; sed vigilantiam sibi ipsis parare cogerentur: alij spinas pro strato habebant ob eãdem causam. De oratione (inquit) quod crebrius, & frequentius orabant orationi inuigilantes per singulas noctes. De castitate, quod quidam decennium, aut octennium, vel quadriennium virginitatis, siue continentiæ præscribebant, frequentius orantes, vt nè corporale quid ipsis accideret, aut clandestinè per somnia tristis corporis defluxio contingeret. Hæc Epiphanius doctissimus, & grauissimus vir de Pharisæorum iustitia. Quid nos Christiani? Decretum est certum, nisi abundauerit iustitia nostra, &c. Non intrabimus in regnum cœlorum. Numquid plus vigilamus, vel plus ieiunamus, quã Pharisæi? Nũ maiorem facimus

Religiosi plus contẽplatione, quam actione regulariter viuũt seculares e contra.

o Hom. 32 in Io.

Ex corde pẽdet vera adoratio.

p Mat. 5.

q Heres. 15. & 16.

Vana, & apparens Iudæorũ iustitia.

O pœni-

pœnitentiam? Num continentiorem ducimus vitam? Actum est ergò de nobis. Non intrabimus in regnum cœlorum. Bono tamen estote animo: Christus namq; hodie cum Samaritana sese explicat. Veri adoratores (inquit) adorare debent in spiritu, & veritate. Vana erat Pharisæorum iustitia, solùm apparens corporea, & externa. Cæterum cor gerebāt impium; corde verò magis delectatur Christus; in spiritu (inquit) & veritate, ex quo posteà cæteræ manant externæ obseruantiæ, abstinentiæ, continentiæ, & cætera huiusmodi; quæ nihil sunt deficiente corde; melius ergò Pharisæis ipsis diuinus Plato r his, vel similibus verbis dicebat. Obsecro parens (Deum enim alloquebatur) vt sim pulcher intrinsecus, sicut extrinsecus. Et hoc est, quod inquit Christus: vt non quæramus aquam huius sæculi, non corporalia, non caduca, sed æterna, I & spiritualia tota cordis munditia in spiritu, & veritate; sic olim famulæ suæ Catharinæ Senensi apparēs dixit. Non delector filia in pœnis, afflictionibus, sed in bona voluntate, & in promptitudine talia sufferendi quotiescunque occasio sese obtulerit. Sic serenissimus ille Princeps. f Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Homo offer Deo cor tuum, vt sit pura hostia, sacrificium sanctum, viuens victima, quæ, & data Deo, tibi maneat, & viuat: & quæ non oblata Deo tota; nec tibi viuat, nec maneat. Corde nil præstantius offerre possumus Deo; non renuo pœnitentiam, non damno cilicia; non criminor asperrimas nuditates, vigilias & abstinentias, sed hæc omnia excedi a corde mundo, Deo oblato contendo, quatenus homo si ad ea sis impotens, ad hoc paratum te semper inuenias, sciens, quod cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet; sciens, quod hoc nullū præstantius est nostrum sacrificium. Non superat hoc vires tuas, vt vel saltem ex hoc inexcusabilis existas. Linque iam hydriam cum Samaritana: desine sæculi voluptates, quas tanto cum labore haurire non desinis, vertendo, & reuertendo tui corporis hydriam super mundi fontem minus aptum ad sitim extinguendam; induere Dei gratia, illam tibi offerentis, vt indè fontem habeas aureum in vitam perpetuam perpetuò salientem. Reuoca intellectum post sensus aberrantem. Offer Deo cor totum, vt tibi maneat, & viuat. Amen.

r *Dial. de amic.*

Tota cordis munditia consistit i spiritu, & veritate.

f *Psal. 50.*

Præstantissimũ sacrificium Deo, est cor contritum.

SAB-

SABBATO POST DOM. III. QVADR. Concio XIX.

Iudæi adulteram dare pœnas sui criminis iubent, nulla de adultero facta mentione cuius rei occasione ex una parte describitur, qualis esse debeat iudex; ex altera vero prospicitur Christi pronitas in iustificandis peccatoribus; id enim omni ratione patrare studet.

CHRISTVS Dominus noster, tanquã perfectissimus, & absolutissimus Reipublicæ Christianæ moderator opportunè, ac prudentissimè oĩa sibi cõpetentia suis locis, & temporibus explet munera; hinc irascitur, vt dominus, contristatur, vt parens, dolet, vt homo; intuetur, vt Deus, cùm nõn modo corpora, sed, & corda, & mentes intimiores sensus, præterita, præsentia, futura æquè specter, ac prouideat: & præterea non secundum visionem *a* oculorum iudicat; nec secundum auditum aurium arguit, nec solùm præsentia respicit, sed introspiciens corda, & futura præsentibus, & præteritis coaptans infallibiliter, & inappellabiliter iudicat; sic hodiè præsentantibus scribis, & Pharisæis mulierem in adulterio deprehensam, & in medio eam statuentibus, Christumq; tentando interrogantibus, ipse non secundum quod ab ipsis audit, iudicat; sed renes eorum, & corda scrutans, eorumq; peccata enumerans, & adulteræ contritioni se se misericorditer inclinans, iudicium se dignum profert. Quod, vt rectè discutiamus. *a Isaia.11.*

Primò de Scribarum, & Pharisæorũ facto, Secundo de Christi actione, & dẽnique de ipso mysterio in honorem virginis propter sabbatũ dicamus. **Diuisio Trimẽb:**

De primo inquit Euangelista. Adducunt autem scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, &c. Quarè ergò non adducunt adulterum? **Primum. Mẽbrum.**

A Num fortè, quia leuius, vel minori pœna dignum sit adulteri peccatum? Absit: est enim sententia legis clarissima, quod adulteri lapidentur, nec viri excipiuntur omnino; turpe autem in vtroque coniuge (vt cumque viri in hac fœditate multum sibi tribuant) est adulterium; quod si rationem mutuæ fidei respicias, mutuamq; condonationem, contractum mutuum, cum sit vna fides, contractus vnicus, æquale crimen, furtum æquale est in vtroque. Si verò scandalum, si periculum ponderes, si hæreditatum confusiones re vera turpius apparet, ac longè criminosius in muliere. Si tamen qualitatem personæ, si animi robur, si sexus virilitatem, si constantiæ vigorem, si dignitatẽ, si munus, certè in viro longe grauius est adulterium: *b* nam vir caput est mulieris; quarè cum ad ipsum specter regere, gubernare, dirigere, disponere præcipere, &c. consequens fit, vt errando grauius peccet ac suo scandalo totam in præceps ducat a se rectam familiam. Quibus sic stantibus, quarè adulterum, inquam, non adducunt? clara est ratio; nam semper iudicium contra debiliores, & infirmiores, ac magis pauperes fertur; non sic docuit propheta: *c* Iudicium sedit (inquit) Quid ais Propheta? Non ne ipsius iudicis

Quis in adulterio magis peccat mulier; an vir.

b 1. Cor. 6.

c Daniel. 7.

Quare Iudex in Iudicio sedere debet.

d Isa. 59.

est sedere? Vt quid ergo ais. Iudicium sedit? ostendere sanè voluit, quod à quocumque fit iudice iudicium ritè discussum, quietum, pacatum, omni passione vacuum, omni personarum acceptione omninò expers, manare debet. Contra verò de iudicibus ita debiles iniustè insequentibus dicit propheta alius d Telas araneæ texuerunt, & telæ eorum non erunt in vestimentum neq; operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia; & opus iniquitatis in manibus eorum: in aranearum enim telis debilia, & pusilla tantummodo comprehenduntur animalia vilissima, nempè muscæ, non autem aues fortiores, & potentiores. Sic in talium iudicum legibus non nisi pauperes, & miseri homines alligantur. Quarè, nec de talium lucro commodum aliquod firmum, & stabile omninò sperent; quin & durissimum spectent ipsi iudicium, contra mentē etenim supremi principis legum custodiam, & obseruantiam in eorum manu committentis, talia perpetrant indignissimè: vndè cum tempore Moysis optimi, ac iustissimi reipublicæ moderatoris similes in populo inuenirentur iudices, sic præcepit Deus Moysi. e Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis. Ex quo senero Dei iudicio colligere possumus, quòd, siue in hac vita, siuè in futura dirum talibus imminet iudicibus supplicium. Pudeat iam nunc vos christianos iudices ab ipsis Ethnicis æquitate, ac iustitia superari: refert enim Plutarcus, quod antiqui describebant iudices per statuas sinè manibus, in hoc innuere volentes, quòd nec munera quæcumq; corrumpere debent iudices, vt à iustitia deflectant. Cœlius verò narrat, quod Egypti iudicē pingebant sine capite propè cœlum, quasi intra cœlū caput recōditū haberet: nā iudex in Deū semper, ac iustitiā Dei fixam tenere debet mentē, iudiciū, intentionem; nec vllo pacto ad partes, vel ad terrā, idest, terrena quæcūque respicere, siuē illa sint munera, vel fortunæ, vel potētia, vel quælibet alia de terra ortū habētia. Similiter de Arreopago Athenarū incorruptissimo & præstātissimo totius orbis terrarū senatu refert Tullius epistola quadā ad Atticū, quod Arreopagitæ iudices noctu semper sententiam ferebant, nè, videlicet, viderent iudicandos, & qualitercumque ex eorum prospectu misericordia, vel aliquo alio affectu mouerentur; & a recta deflecterent iustitia, & ipsæ partes nulla debebant vti eloquentia in exponendis causis; sed rem nudam referre cooperto capite absque ulla affectuum motione. De lacedemonijs item refert Alexander, quòd cum iudicabant, in aliqua includebantur domo; nè aliquem viderent, neuè dolis, aut verbis alicuius mouerentur, ij quidem omnes, vt constat lumine priuati fidei solum quandam iustitiæ temporalis speciem sequebantur. Quid verò nos Christiani, qui perfectissimam iustitiam de ore Dei cœlitus dimissam, & ipsius partes omnes distinctissimè accepimus? Videant nunc iudices, quibus, & temporale, & æternum transgredientibus iustitiæ limitem imminet supplicium, quales etiam erant hodierni Scribæ, ac Pharisæi.

e Num 25.

Quā dura punitio malorum iudicum.

Qualis esse debet Iudex in iudicio ēt apud Ethnicos.

B

C

Secundū Mēbrum.

Propter peccata Iudæorū desolata est Hierusalem.

Quorum futile, & peruersum iudicium aspernans Christus, quasi alio tendens, vel potius illos arguens non verbis, sed factis, inclinans se (inquit Euāgelista) deorsum, digito scribebat in terra. Sic diuus Ambrosius, & diuus Hieronymus inquiunt, quod singulorum peccata mirabilibus notis scribebat in terra; vel, inquit idem Ambrosius, desolationem Hierusalem describebat, scribebat, & recessum eiusdem Christi ab eis tanquam indignis, cū prius à Christo recessissent ingrati, propter quod nomina corū quasi reprobata in

terra

terra scribebat iuxta illud, recedentes à te, in terra scribentur; quæ omnia, & singula magnopere malitiam eorum arguebant, confusosque reddebant. Et sic dominus noster non secundum auditum aurium (vt dicebamus,) nec secundum visionem oculorum iudicans, adulteram, vt ream adductam, liberam, & impunitam dimittit. Accusatores verò scribas, & pharisæos, tanquam reos, & passione, ac malitia plenos reijcit. Discant iudices personas non acceptare, sed iustum facere iudicium semper, & in omnibus. At de his hactenus.

Iudices non sint personarum acceptatores. 3. Mem.

Quod principaliter intendebatur a nobis hodie tertio loco, videlicet, de gloriosa Virgine, mysticam Christi actionem pertractemus: adultera namque prima in primo deprehensa adulterio penè statim formata Eua fuit mater nostra; fidem namque Deo fregit, ac per inobedientiam debellauit, ac dæmoni per spirituale adulterium adhæsit. Dederat ergo Deus homini a primordio sociam, & in adiutorium mulierem innocentem, castam, pudicam, ornatam, & fidelem: homo uerò adducit hodie mulierem adulteram. Quid ergo Deus? dæmonem, quasi adulteri j authorem, in scribis, & Pharisæis designatum, accusantem naturam humanam in prima muliere designatam confundere, & coarguere volens; adulteram verò naturam humanam liberare, inclinauit se, quando (vt ait Propheta g) inclinauit cælos, & descendit: & in terram sacratissimæ Virginis, de qua idem propheta, h Benedixisti domine D terram tuam) Spiritussancti digito tanquam scribæ velociter scribentis, idest, in instanti, verbi incarnationem effecit. Qua verò ratione scribatur, audi propheram dicentem i sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis velociter, spolia detrahe, cito predare, & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Quidnam liber grandis, nisi Sanctissimam designat virginem? quæ de seipsa in suo ait cantico l fecit mihi magna, qui potens est. Liber verè grandis, cum in eo, quem cæli, ac totus terrarum orbis capere non poterant, describatur; maior ergo toto cælo liber iste, in quo, stilo quidem hominis scribitur, videlicet quasi tribus digitis, cùm tres personæ diuinæ ad verbi incarnationem effectiuè concurrerint: sed velociter (inquit) nam cum cæteri homines longo temporis tractu, corporis organizationem assequantur, hic in vnico temporis instanti corporis organizatio, animæ infusio, & verbi incarnatio est effecta; ideo velociter additur, quid verò scribitur? spolia detrahe, cito prædare. Quibus in verbis Christus exprimitur m virginis vtero descriptus, qui cito internum prædatus est, e limbo spolia sanctorum patrum detrahens, & cœlo reddens, quod misterium clarè ab ipso propheta docetur, cum subdit. Accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filiũ. Ad prophetissam namque per anthonomasiam, quæ est gloriosa virgo, accessit Isaias, per prophetiæ spiritum, & præuidit eam concipientem Spiritussancti virtute, ac parientem Christũ Dei filium remanente ipsa Virgine: & sic per fecundam, virginem, & matrem duplici fide fidelem, nempe virginitatis & maternitatis, liberata est adultera illa magna naturæ humanæ in prima muliere adulterata. Et ita oportebat fieri iuxta illud, quod suauissimè cecinit Serenissimus ille rex (e cuius regia stirpe ortum duxit Regina virgo) cum dixit m dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam. Nox, idest, angelus noctis, & tenebrarum: nocti, idest, mulieri peccati tenebris implicitæ: indicat scientiam callidè, cum pomum porrigens, ait. Eritis sicut dij scientes. Quare dies, idest, angelus lucis, Gabriel, diei, nempè, Virgini, luci-

Mistica & perutilis explicatio.

g Psal. 17.

h Psal. 84.

i Isai. 8.

l Luc. 1.

Liber grãdis virgo gloriosa.

Quibus nominibꝰ nominatur Christus.

m Psal. 18

Per pulchra explicato Incarnationis.

cidissi-

cidissimæ gratiæ diei, plenæ, ac refulgenti, eructauit verbum, quando per illam celeberrimam legationem a Deo missus ad Virginem, verbum, de verbo, eructauit, incarnando. quare ad primum adulterium concurrerunt Angelus, homo, mulier, ad primum Dei cum homine fidelissimum matrimonium, naturæ omnem excedens captum, concurrerunt similiter Angelus, homo, mulier. At eo cum discrimine, quod in adulterio Angelus fuit apostata, & tenebrarum author homo rebellis, mulier adultera. In matrimonio vero omni fide plenissimo Angelus fidelissimus extitit Dei secretarius, ex splēdoribus diuinitatis lucem afferens; homo fuit homo, & Deus, & lux ipsa de ipsa luce; mulier, sponsa, & virgo, vt vbi abundauit adulteræ delictum, superabundaret, & Virginis, & matris gratia, & fides. Adulteram itaque non modo liberam, & immunem, sed, & exaltatam, & ornatam in Virgine videmus; sub cuius ductu, & patrocinio, nedum liberari a peccatis, quibus nos sæpius Deo fidem frangentes, adulteri euasimus, sed redonari gratia, & subleuari gloria possumus, si libuerit. qui namque semel inclinauit se per misericordiam, flexit per pietatem, vt subleuaret adulteram; immò qui & inclinauit cœlos, carnem pro nobis assumens; quin, & inclinauit se, toto vitæ suæ decursu, dum semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, dum factus est obediens pro nobis vsque ad mortem, mortem autem crucis, qui, & in ipsa cruce inclinauit caput pro nobis, vt nos subleuaret, emittens spiritum, iugiter inclinat se, ad dexteram patris residens per misericordiam, flectit per pietatem, vt nos a peccatis eruat, a gehenna liberet, a vitijs retrahat, donet virtutibus, informet gratia, ducat ad gloriam. Muneris illius minimè oblitus, quod pro nobis assumpsit pastoris, iugiter nos eruens de ore leonis illius, qui continuo deuorare nos quærens, circuit irrequietus; in cuius typo olim adolescens ille designatus rex ouium pastor, *n* similia patrabat facinora, dicens de seipso, ad Saulem. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum; & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Ita mysticus Dauid Christus dominus noster, verus pastor, qui pro grege suo mori dignatus est, Patris sui æterni vniuersam sibi creditam Christianam pascens gregem, si quando Dæmon infernalis, vel infernalis vrsus ouem aliquam diripiat, & iam ipsam infra dentes habeat: etsi iam pene deglutitam, adeo quòd vix aurium extrema, vel pedes tantummodo appareant, adhuc strenuissimus pastor ouem iam deglutitam eruit, liberat, atque saluat, idest, & si peccatores iam iam in os tartari præcipites ruant, & iam vorati existāt, dummodo aurium extrema appareant, idest, dummodo verbo Dei auditum præbeant, & Christi vocationibus annuant, vel pedes. i. affectus præbeant, voluntatem, Christi auxilio inclinando, certissimè a Christo liberabuntur, dicēte propheta. *o* Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremū auriculæ, sic eruentur filij Israel: quod, si erui nolueris adulter, tot passus adulteria, tāta facilitate, solū præbēdo auditū, caue tibi: rugit enim leo, deuorans iam, iam discerpens te, sicuti factum narrat Petrus Damianus de quodā adultero, qui in nocte sanctorum martyrum Geruasij, & Prothasij, adulteriū perpetratus, sequenti mane Ecclesiam ingressus in conspectu omnis populi spiritu malo arreptus, & in furorem versus, manibus, ac dentibus lancinans, & discerpens se, vlulans, & fremens, per aeremque raptatus; & inde magno impetu

E

n 1. Regū 17.

Christi auxilio peccatores a bore leonis infernalis liberātur

Christi vocationibus peccatores a peccatis liberātur

o Amos. 3.

F

impetu ad terram collisus, & caput modò ad pauimentum, modò ad parietem concutiens, omniaque viscera miserabiliter effundens, infelicem deniquè spiritum emisit. In quorum certiorē fidem auctor ipse Petrus Damianus testatur, se vidisse lapides, & parietes, adulteri cruore respersas: quod ergo, & merito quidem, de corporali adulterio Deus visibiliter ostendere voluit, in præfata narratione, adulterum sic tradendo, sub potestate Diaboli ita laniandum, & discerpendum, intelligatis, & vos item, vel diriùs imminere supplicium omnibus adulteris in præsenti vel in futura vita, tàm de adulterio corporali, quàm spirituali, quod incurrit anima, quotiescunque per mortale peccatum a Deo recedit, & dæmoni adhæret, volens, ac libens tyranni potestati se subdens. Videte ergò iudices, nè comminationem incidatis diuinam per prophetas sæpius repetitam, pupilli, & viduæ causam nō iudicantes, & quorumcunque debilium, & infirmorum iustum iudicium peruertētes, solumq; respicientes in faciem potentium; nam vobiscum ipsi potenter tormenta sustinebunt vt ait Spiritus sanctus. *p* Et iterum. Iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Et similiter omnes quicunque adulterium passi estis spirituale, mortalia committentes peccata; iam enim adducti estis, deprehensi estis cum adultera hodierna ante conspectum illius, cui omnia nuda, & aperta sunt. Quid vero de vobis iudicat? Quid sentit? Inclinat vtique se per misericordiam, flectit per ueniā, indulgere vult, liberare quærit. Vsquequò in faciem ei resistetis? Inclinat se, vt subleuet vos prostratos, vt onera portet vestra; vt quid ergò procrastinamini? Saltem, vel extremum porrigite auriculæ, verbum audientes Dei, cuius virtute salui fiatis, vel saltem sub illius virginis patrocinio, & intercessione, in qua primo se inclinans filium Dei carnem assumpsit nostram, cuius meritis, & precibus vos liberet, & saluet. Amen.

o Adulter traditur sub potestate diaboli laniandus.

p Sap. 6.

G

FERIA

Concio Vigesima.

Radij fulgentissimi Mariæ Virginis nempe ipsius merita partim denudantur, quantisque sit priuilegijs decorata, ac eius apud Deum summa auctoritas ostenditur, quæ eò magis fulget cum cunctarum rerum creatorem humilitate sua deuicerit.

ANgelicam Gabrielis pro altissimo legationem ad sacratissimam virginem hodierno sermone explicare nos conuenit (Cùm præterita die, in qua annunciationis festiuitas occurrit, sermo non sit habitus) in qua fidelissimus nuncius Gabriel Archangelus ab altissimo Deo missus, ad gloriosam virginem, ad eam ingressus instar Auroræ Aurora ipsa splendidior, virginem in primis dulcissime salutauit, indè turbatam confortauit, & iam confortatæ diuinam legationem explicare cœpit: Et denique dubitantem instruxit, & docuit, & ad votũ omnia complens, consensum Altissimi explicari negotij eliciens; & obtinens a virgine, illã prægnantẽ virginẽ, matrẽ, filiã, & spõsam Dei, patrata verbi incarnatione, reliquit. Quare illò in eodẽ instãti ipsa effecta, regis Regũ, & dñi dominantiũ in Reginam est inaugurata, expleto illo Serenissimi regis, è cuius

a Psa. 44. regia stirpe hæc duxit regina originem, vaticinio. *a* Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Qua verò corona donata fuit ab

b Apoc. 12 ipso rege Deo? Illa nempè, de qua dixit alius quidam eiusdem virginis adoptiuus dilectus filius. *b* Mulier amicta sole, & in capite eius corona stellarũ duodecim. Amicta sole id est Christo amicta fuit virgo; & luna sub pedibus eius, omnem defectum culpabilem ab ipsa calcatum designat: & quod ad præsens facit negotium, In capite eius corona fulget stellarum duodecim, a Deo quidem ipso diuinitùs formata, & ab ipso angelo comæ, & crini virginis intexta, duodecim clarissimis stellis ex ipsius angeli ore distinctè prolatis, duodecim in particulis præfatæ legationis duodecim virginis priuilegia exprimẽtibus. Prima est, Aue: secunda, Gratia plena: tertia, Dominus tecum: quarta, Benedicta tu in mulieribus: quinta, Ne timeas Maria: sexta, Inuenisti enim gratiã apud Deum: septima, eccè concipies in vtero: octaua, Et paries filium: nona, Et vocabis nomen eius Iesum: decima. Hic erit magnus: vndecima, Et filius Altissimi vocabitur: duodecima, Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum; & regni eius non erit finis. Omnes enim hæ particulæ duodecima stellæ eiusdem sui priuilegij conditiones, vt suo patebit loco: & hæc ab angelo perfectissimè cõtexta corona: cœtera enim, quæ dixit in eadem legatione (vt constat) non ad priuilegia pertinent coronæ, sed ad eorumdem priuilegiorum declarationem, & virginis instructionem, &c. A

Sacratissima Virginis fulgẽtissima priuilegia.

Cùm verò præfatæ splendidissimæ coronæ explicatio absoluta annos, vel potiùs lustra requireret, nè, vel saltem, omnia nimis obscurè abbreuiando dicamus,

camus, nève serenissimæ dominæ modestia abutamur, tres tantùm hodierno sermone orientes contemplabimus stellas, quæ in prima sese offerunt coronæ parte, nempè, Aue, Gratia plena, Dominus tecum.

Diuisio trimembris.

Prima oriens est Aue, quasi dicat Angelus. Hæc decet primo in loco tuam coronam virgo, nempè, vt sine ve inueniaris, quo digna sis regina, cuiuscunque culpæ, siuè actualis, siuè originalis: vt iure optimo mulieris primæ multis

Primum membrũ.

B miseriarum, & culparum ve obrutæ nomen Eua in Aue iam versum dignosca tur ab ipso coronæ initio: & quemadmodum Christus rex regum mox tuus futurus filius, vt caput Angelorum, & dominus, sine omni ve cuiuscũq; culpæ tùm actualis, tùm originalis naturaliter existet: sic tu post caput collũ vniuersæ ecclesiæ tanti regis regina mater & sponsa immaculata a quacunque peccati labe existere debes. Quod Spiritus Sanctus cecinit, *c* sic alloquens ecclesiã. Collum tuũ sicut turris eburnea. Si itaque Christus caput est ecclesiæ, quod nam ipsius collum, nisi virgo? Collo enim iunctum est caput, sic Mariæ Christus; sic cùm quasi totum corpus formasset Matthæus Euangelista, *d* Mariæ, quasi collo, caput iunxit Christum: post enim formatam genealogiam vsque ad Ioseph virum Mariæ, de qua (subdit) Natus est Iesus, qui vocatur Christus. Ad collum prætereà pertinet flectere caput, & a capite in corpus, & a corpore in caput spiritus quicunque vitales per collum fluunt, & refluunt: ità sanè virginis est flectere per misericordiam ad peccatorum veniam caput Christum, per illam etiam quasi per collum ascendunt festinanter orationes, & preces ad eundem Christum, & ab ipso quasi capite refluunt in virginis deuotos milleni, & milleni, iugiter spiritus vitales gratiarum, concessionum, indultorum, & priuilegiorum. Per collum ergo virginem exprimi loco citato à Spiritu sancto nulli dubium esse potest. Quod verò ad rem, attinet nostram collum dicitur eburneum non sine mysterio, namque ebur (vt omnes norunt) e sordidissimo, & gibboso elicitur animali, nempè Elephante, ipsum verò ebur candidissimum est. Ità totius genealogiæ virginis corpus quasi Elephas immundus, & sordidus, nedum ob originale, sed ob innumera peccata actualia extitit, ità, vt etiam ipse Dauid rex *e* qui cœteris e virginis prosapia clarior, & iustior est visus, vltra originale, (de quo dixerat. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea) sordidissima patrauit scelera, nempè aduersus fidelissimum militem proditionem, homicidium, adulterium; sordidum ergò fuit corpus genealogiæ Virginis: ipsa tamen, quasi ebur candidissimum immunis ab omni labe peccati semper extitit: quarè iure optimo collum a Spiritu sancto, & turris nuncupatur eburnea:

c Cant. 7.

Virgo Maria ab omni labe & ab omni ve cuiuscunque culpæ immunis.

d Cap. 1.

Per Virginem ascendunt orationes & per eandem descẽdũt gratiarũ concessiones.

Quare Virgo dicatur collum eburneum.

e Psal. 50.

C ità Guerricus Abbas *f* ex eiusdem eboris proprietate Mariæ immaculatam elicit conceptionem, sicut Salomon (inquit) in omnibus thesauris suis, & opibus tantis nil habuit ad opus illud magnificum thronum scilicet gloriæ suæ fabricandum, quod iudicaret ebori præferendum (ex ebore namque thronum confecit) *g* sic Maria præ omnibus electis angelorum, & hominũ hanc inuenit gratiam apud Deum, vt, videlicet, ex ebore corporis eius thronũ sibi sine manib. excideret gloriosum. Nũquid nõ decebat sic fieri? vt, videlicet corpus illud virginis, e quo ipsemet filius Dei carnẽ assumere decreuerat, ebur esset candidissimũ, nunquã labe alicuius peccati, vel etiã originalis infectũ? Quod ẽt (inquit D. Ambr.) *h* ex ipso virginis nomine cõstat: & ob id fortè Euãgelista nõ subiecit, cũ ait. Et nomẽ Virginis Maria. Maria. n.

f Serm. 1. de Annũc.

g 3. Reg. c. 10.

Thronus verbi i. corpus virginis decebat ex ebore

h Serm. de nat. B. Mariæ.

P non

non fortuitù (inquit D.Ambr.) aut solū placito, sed diuina dispensatione nomen accepit, vt ipso quoq; vocabulo magnū quiddā innueret: interpretatur enim stella maris. Stella verò maris, quæ vulgò Tramontana dicitur, in multis assimilatur virgini; quæ omnia ipsam ostendunt immunem ab omni labe peccati tùm actualis, tùm originalis: Primò enim quoad substantiam, præfata stella cœlestis est, & substantia incorruptibilis. Sic Virgo Maria cœlitus data, vt naturæ cœlestis incorrupta, & immaculata fuit semper corde, & corpore, carne, & mente. Secundò quò ad situm stella prædicta est superior cœteris; quia in supremo polo: Sic beata Virgo superior est omnibus sanctis, & Angelis sanctitate, puritate, ac dignitate: quarè sine peccato oportuit illam concipi, D & existere. Tertiò quoad quantitatem stella maris minima nobis apparet, sed in qualitate clarior est alijs, & cœteris vtilior, cum ducat nauigantes ad portum: Ità beata virgo minimam se reputauit propter humilitatem, cùm diceret in suo cantico. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Cœteris tamen clarior est semper rutilans virginitate, & puritate, cœterisque omnibus sanctis vtilior, cùm, inuocata, peccatores omnes ducat ad portū salutis. Deniquè motus illius stellæ ità se habet, quòd nunquàm tendat ad occasum, circa mundi polum semper se voluens; sic beata virgo sic mouetur in Deum, & circa Deū; tanquam circa summum, & supremum polum, vt numquam occidat, siue per actuale, siue per originale peccatum, & nunquàm a suo polo recesserit, quemadmodum ergò nautis mare transeuntibus opus est intueri præfatam maris stellam, & ex aspectu illius dirigere cursum, vt possint destinatum apprehendere portum; simili modo fratres oportet vniuersos Christicolas inter fluctus huius sæculi confugere ad Mariam, quæ supremo rerum cardini Deo proxima est, & sub illius auspicijs, & ductu cursum vitæ dirigere, ad ipsius exemplum, & imitationem, quòd, qui fecerit non iactabitur ambitionis, vel superbiæ vento, nec frangetur scopulis occurrentium aduersarum rerum, nec absorbetur voragine voluptatum; sed prosperè ad quietis æternæ portū perueniet. Nonè videris modo, quot salutarib. radijs rutilet prima coronæ stella?

Diuina dispensatione appellatur Maria.

Stella Tramontana in multis assimilatur Virgini.

Sed ad secundam iam orientē oculos dirigamus mentis. Sequitur Angelus, intexendo. Gratia plena. Sic plena (inquit D.Hieronymus) *l* vt cœteris per partes, Mariæ se totam infuderit gratiæ plenitudo: & verificatum est illud in virgine gloriosa, quod sub aquæ metaphora de gratia dixerat Christus ad Samaritanā. *l* Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Maria namquè gratiæ plenitudinē sentiens, quasi fons continere se suis limitibus nequiens, eos transgrediens, scandere cœpit ad montana: propter duo autem (vt Aristoteli placuit) *m* ascēdit aqua. Primò propter E aliquod in ipsa infusum: Secundò nè detur in natura vacuū. De primò patet: nām si in aliquod vas aqua plenum prægrandē quis immitteret lapidem, certum est aquam superascendere. At prægrandis ille lapis angularis Christus à cœlo in virginem iam gratia plenam immissus, eā supereffluere fecit: & vsque ad montana peruenit ad Elisabettam, & Iohannem Baptistam; vndè Diuus Ambrosius *n* quo iam hæc Deo plena, nisi ad superiora ascenderet? De secundo etiā constat in illis instrumentis ad modum clepsydræ formatis, in quib. ex parte inferiori plana, multa, foramina æqualia, ad effundendā aquā pro irrigādis viridarijs: in superiori verò parte, vnicum habent foramē, quo, vel digito clauso, & si plena sint præfata instrumenta aqua, ne guttā quidem effundunt,

Secundū membrū.

l In Luc. c. 1.

l Ioh 4.

VirgoMaria est fons, & pelagus oium gratiarum.

m 2. meteor.

Propter duo ascēdit aqua, & quare.

n In Luc. c. 1.

De

nè detur vacuum: & sic sursum suaptè natura permanet aqua, nè detur vacuum: nam aperto superiori foramine, statim, quod aer subingredi potest, totam diffundunt per inferiora foramina aquam, non etiam alia ratione illa alia instrumenta, quæ vulgo tubas appellant; quibus aqua e quantocunq; profundo elicitur puteo, nisi ob eam, nè detur vacuum. Vacuus porrò erat in materno Elisabethæ ventre Ioannes Baptista Diuina gratia in peccato adhuc originali existens, nè itaque daretur huiusmodi vacuum, fons ipse gratiæ in Virgine ascendit ad montana, Ioannem Baptistam vacuum gratia diuina implens, illumque sanctificans: statim enim, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, *o* exultauit infans in vtero eius, sanè plenitudinem gratiæ sentiens: & ipsa Elisabeth dono prophetiæ prius vacua, repleta est Spiritu sancto, & exclamauit voce magna, & dixit, prophetās. Benedicta tu inter mulieres. & benedictus fructus ventris tui: & verificatum est illud, quod ab angelo paulò prius Zaccariæ prædictum fuit de filio Ioanne Baptista, videlicet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. *o Luc. 1.*

Sed non potest iam huius stellæ radios amplius substinere infirmus noster intuitus. Vtinam ergò in nostro iam apparente orizonte contemplemur. Dominus (inquit) tecum: quomodo dominus tecum? Inquit Diuus Hieronym. loco citato, quia præcesserat iam nuncium suum Dominus; nec teneri potuit locis, quia omnibus adest in locis. Dominus tecum (inquit Diuus Pater Augustinus:) *p* quasi dicat angelus: tecum virgo mag s, quàm mecum. Qui enim in tuo est corde, in tuo erit vtero, adimplet mentem, implebit ventrem. Erat Virgo cum Virgine (inquit Diuus Petrus Chrysologus *q*) qui miserat ad Virginem: totus enim vbique est, sine quo totum nihil est: at speciali modo, eoque inaudito, Dominus tecum, ait angelus ad Virginem, nempè per verbi incarnationem, ac ipsius ad Virginem filiationem: certauerat namque genus humanum cum Deo ab ipso mundi exordio vsque ad hanc angelicam salutationem: & in omnibus a protoparente longa descendentibus serie cum Deo certebat ipsa virgo, vt ad quam respiciebant omnes prædecessores cum ex ea carnem esset filius Dei assumpturus: quarè ipsi Virgini sancta Ecclesia applicat illa verba *r* Eram ludens cum eo, (idest cum Deo) omni tempore, ludens in orbe terrarum: & quomodo certauit cum Deo Virgo in omni tempore, & toto terrarum orbe, nisi præfato sensu in suis prædecessoribus? Denique ipsamet campum ingressa, certaminis, Deum vicit, vt secum fieret modo singularissimo, secundum quem dicit angelus, Dominus tecum. Totam hanc pugnam, & victoriam Virginis concinnnè satis pulchram per figuram describit Spiritus sanctus, *f* dicens ad Virginem. Pulchra es amica mea, suauis, & decora: terribilis, vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Perpendite singula quæso; quid amicitia, suauitas, & decor, cum terribilitate castrorum armis acie strenuè ordinata? Sanè, quia certabat Virgo, non armis carnalibus, sed spiritualibus, non vi furoris, sed suauitate amoris, non terrore, sed decore, non violentia, sed amicitia, quod explicat ipsemet Deus, cùm victum se reddens, ait. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt; quasi dicat. Vicisti mulier, vicisti, ac si terribilis extitisses, vt castrorum acies ordinata; sed non sic pugnasti; nec enim sic vincere poteras omnipotentem: & taliter inuincibilem; sed mutatus est hic certaminis ordo; amicitia enim vicisti, gratiæ suauitate debellasti, virtutum decore, ac pulchritudine superasti; ideò pulchra es amica

Marginalia: Tertium membrū. — Dominus tecū quid secūdum expositionem Doctorum. — F — *p Serm. de Natiu.* — *q Ser. 143.* — *r Prou. 8.* — Virgo certauit vnà cum Deo. — *f Cant. 6.* — G

mea, suauis, & decora. Tota hæc amoris fuit vis, amoris negotium totum: talibus enim armis solum vinci potest Deus; talibus vicisti: vicisti, inquam, desine nunc iam pugnare; auerte oculos tuos, quibus pugnasti: duobus quidem oculis pugnauerant patres, pugnauerat, & Virgo, sanè, fide, ac spe, verbi incarnationem petendo: sed nunc iam effecta est incarnatio; Auerte oculos istos fidei, & spei, Dominus iam tecum est per incarnationem: ipsi enim oculi me auolare fecerunt: proprium enim Dei est sursum esse; in incarnatione vero deorsum volauit; ideò auolauit, idest contra id, quod proprium est Dei, volauit. Auolauit ergo, idest, contra volauit. Auerte ergo iam oculos tuos o virgo credendi, ac sperandi Domini aduentum; Dominus enim iam tecum est. Auerte oculos tuos, sponsæ intuitus vtrique desiderans, vt amans, ardentissimè flagrans, qui, vt magnitudinem exprimat amoris, victum se reddens, ironicè contra id, quod appetit dicit. Auerte oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt. Sic Angelus cum Iacobo. t Dimitte (inquit) me, aurora est: nec enim dimitti volebat qui, vt dimitteretur, non indigebat; sed victum se confitebatur, nec dimitti volebat, cum magnopere delectaretur tali cum Iacobo certamine; sed ironicè gustum suum exprimens, dicebat. Dimitte me, aurora est. Cui Iacobus, non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & benedixit ei in eodem loco; quod etiam typicè Virginis cum Deo certamen exprimit: tota namque nocte Angelus luctatus est cum Iacobo. In nocte namque Testamenti veteris Virginis certamen in Patribus extitit, adueniente autem Aurora, discessit quidem Angelus, sed non nisi victus; & benedicens Iacobo: ità, adueniente ipsa Virgine, quasi Aurora, quæ Solem Iustitiæ Christum præcessit, & peperit, Deus quasi victus expectatam, & deprecatam benedictionem, & repromissam Abrahæ, ac Dauid, misit in filio, in quo omnes benedictæ sunt gentes; ità, vt idem sit dicere. Dimitte me, Aurora est: Et auerte oculos tuos a me: & iterum benedixit ei in eodem loco; & illud, ipsi me auolare fecerunt: Virginis namque victoriam pariter designant, & Dominum cum Virgine iam in carne ostendunt. Ideò (inquit Angelus) Dominus tecum: ex quo Dominus tecum factum est illud, Dominus vobiscum: prius namque dici non poterat verè, ac plenè, Dominus vobiscum; sed postquam dictum est ad Virginem, Dominus tecum, iure optimo dicere possumus, Dominus vobiscum: Nempè, Dominus vobiscum in corde, in mente, in visceribus. Dominus vobiscum in Ecclesijs, in Altaribus, in domibus, in pectoribus, in Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Oh magnam Christianorum dignitatem, oh sigularissimum priuilegium. Dominus vobiscum in Sacramentis omnibus per gratiam, in tribulationibus, in laboribus: Dominus vobiscum in omni loco, & semper, nisi illum expuleritis: At vereor, fratres, nè illud respondere possimus, quod respondit Gedeon Angelo sibi apparenti, & tali salutanti forma. u Dominus tecum virorum fortissime: cui Gedeon: Etsi Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? Verè, inquã, nos fratres dicere possumus: Et si Dñs nobiscũ est, cur tot mala nos apprehenderunt? Tot peccata? Tot crimina? Tot proditiones? Tot insidiæ? Tot proximi oppressiones? Tot bonorũ vsurpationes? Tot stupra? Tot adulteria? Tot blasphemiæ? Et cætera innumerabilia scelera? Verè, quia Dominus non est nobiscum; inuenerunt nos hæc mala; verè, quia non est Deus nobiscum, inuenerunt nos tot crimina: signum enim est infallibile, ac cer-

Solum amoris armis vinci pôt Deus

t Gen 32.

H

Sũma victoria virginis designatur p victoriã Iacob.

u Iud. 6

certissimum, quod si Dominus nobiscum esset, nullum tale nobiscum esset malum: huiusmodi namque signum dederat Deus ipse populo sub Moysi x de recessu ab eo, dicens. Et irascetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala, & afflictiones, ita vt dicat in illo die; verè, quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. Certissimum est ergò, quod, quia non est Deus nobiscum, inuenerunt nos hæc mala culpæ, ob quæ Deus comminatur mala pœnæ, ac suum a nobis recessum. Vtinam tandem fratres, vel saltem pœnarum formidine resipiscamur; & sub gloriosæ Virginis auspicijs hæc animo reuoluentes, quod ipsa ab omni peccati labe immunis, quasi ebur candidissimum sine omni ve a Deo ipso accepto per Angelum Aue, in prima stella, collum est nostrum, per quod facilè ascendunt ad caput Christum preces, & per quod ab ipso in nos descendunt, indulgentiæ peccatorum, & culparum veniæ, quod ipsa caput nostrum ad nos per misericordiam iugiter flectit; quod plena est gratia; quæ ob immissi lapidis Christi merita in nos peccatores gratiæ vacuos, abundantissimè superefflue ns redundat: dummodo eam non repellamus, & nouis culpis nos vacuos reddamus; denique mente recolamus, quod per ipsam Virginem Dominus nobiscum est, tam singulari priuilegio, tot modis, tot per Sacramenta: Ah fratres, ah fratres, si Dominus nobiscum est, non sit nobiscum minimum erratum: Abeant procul, abeant crimimina procul; Dominus sit semper nobiscum. Amen.

x Deuter. 31.

Quando Deus nobiscũ est omnia bona nobiscũ sunt.

FER. TERTIA POST DOM. IV. QVADRAG.
Concio Vigesima prima.

Mater Diuini Verbi quàm maximis laudibus extollitur, & eius summa pietas, misericordiaque enucleatur; quod apertè patet, cum sit cunctorum refugium peccantium; insuperque quomodo gratiam inuenerit enarratur.

INuerecundi est debitoris, aut differre credita, aut denegare promissa; honesti est sine mora, & mox vtraq; dissoluere. Promisimus externo sermone coronam nostræ explicare reginæ a Deo Virgini per angelum transmissam; & cùm solum tres explicatæ sint stellæ, reliquarum nouem debitores sumus; quod etsi hodie totum ob temporis penuriam non soluerimus debitum, fidem apud serenissimos inuentam supponentes, tres alias hodierno connectemus sermone, nempè benedicta tu in mulieribus, primam. Ne timeas Maria, secundam. Inuenisti gratiam apud Deum, tertiam. Et sic dimidiam habebimus coronam, reliquam soluendam dimittentes duobus sequentibus Quadragesimæ Sabbatis.

Diuiso trimembris.

Primum memb. Prima itaque hoc mane oriens est illa, Benedicta tu in mulieribus. Singularissimum quippe Virginis priuilegium rutilantissima coronæ stella. Quasi dicat Angelus. Sic benedicta es in mulieribus: vt sis præcunctis mulieribus benedicta, & vt in te cunctæ benedicantur mulieres: sicut in filio cuncti benedicti sunt mares. Vel potius, & verius, vtrique tàm viri, quàm fœminæ in vtroque tàm in filio, quàm in matre benedicti. Sicut enim per vnum virum, & vnam mulierem peccatum in omnes homines pertransijt, & per peccatũ tristitia, ærumna, mors, & cætera mala; sic per vnum Dei filium, & vnam filij Dei matrem benedictio, lætitia, gratia, & cætera bona in singulos sunt diffusa. Benedicta tu in mulieribus, verè benedicta, quæ, & virginitatis possidet decus, & matris pertulit dignitatem: verè benedicta, quæ, & superni conceptus meruit gratiam, & sustulit integritatis coronã: verè benedicta, quæ, & diuini germinis suscepit gloriã, & regina totius extitit castitatis. Verè benedicta, quæ fuit maior cœlo, fortior terra, orbe latior; nam Deum, quem mundus non capit, sola capit; portauit eum, qui orbem portat; genuit omnium genitorem, omnium viuentium nutriuit nutritorem. Verè benedicta in mulieribus; cæteras namque omnes illustriores incomparabili spatio superauit mulieres: illustris enim fuit Abigail, *a* quæ iram Dauid placauit, illique postea in sponsam est coniuncta. At longè illustrior virgo, quæ Deum ipsum iratum placauit, ac ipsius Dei sponsa, & mater pariter est effecta. Illustris fuit Ester, *b* quæ Vasti reprobata a Rege Assuero in Reginã est electa loco Vasti. At longè illustrior fuit Virgo, quæ reprobata prima viuentium matre Eua ab ipso Deo, in hominum, & angelorum Reginam est electa. Iudith *c* quoque illustrior fuit Holofernis populum Dei debellantis, & opprimentis caput proprio amputando ense, & sic suam liberauit patriam, & populum; A

a 1.Reg.c.25.
b Est. 2.
Virgo Maria fuit illustrior cæteris mulierib.
c Iudit.13

pulum ita, vt diceret ad eam Ozias Princeps populi Israel. Benedicta es tu filia a domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Et iterum omnis populus benedixit eam vna voce dicentes. Tu gloria Hierusalem: tu lætitia Israel; tu honorificentia populi nostri. Et iterum dicitur de ea Iudith magna facta est in Bethulia; & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. At hæc omnia typus erant, figura, & vmbra Deiparæ nostræ reginæ: ipsa enim caput non Holofernis, sed infernalis omnium potestatum tenebrarum Principis caput contriuit, vniuersum prorsus liberans orbem a dæmonis tyrannide oppressum; ita, vt de ea verè dicamus. Benedicta tu præ cunctis mulieribus ceteris in vniuerso orbe præteritis, & futuris incomparabiliter præclarior, & illustrior. Tu gloria Hierusalem terrestris, & cœlestis militantis, & triumphantis. Tu lætitia Israel, & in uia, & in patria. Tu honorificentia populi vniuersi tum antiqui, tum noui testamenti, tum Israelitici, tum Christiani: tibi honor, tibi decus o virgo, quæ honorem, lætitiam, gratiam, & gloriam vniuerso attulisti humano generi. Vere ergo benedicta, fratres, quæ omni Euæ maledictione sublata pulchram per anthitesim, omnem in nos induxit benedictionem. Sic concinnè dicente Theophilato. Mala malo malis male cōtulit omnia mala. Bona bono bonis bene contulit omnia bona; sic dispo nuntur verba, & aptantur Euæ, ac virgini. Mala eua; malo pomo; malis ab ea descendentibus, male nempe serpentis suasione decepta contulit omnia mala, idest, innumeras ærumnas, tristitias, labores, dolores, pœnas, mortes, & cetera mala, quæ iugiter experimur. Contra verò Maria virgo bona inter omnes mulieres; bono, videlicet, fructu ventris sui, ad arborem crucis affixo, vt opponeretur pomo, ab arbore ligni furtim sublato. Bonis, idest, Christi fidelibus, bene, idest, obedienter, humiliter Gabrielis Archangeli verbis acquiescens. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. contulit omnia bona, nempe, delictorum veniam, peccatorum remissionem, gratiam, gloriam, & omnem benedictionem, vt verè concludamus radiantibus primæ stellæ radijs, Benedicta tu in mulieribus.

ca. 13. *ca. 15.* **Induxit in nos omnem benedictionem.** B

2. Memb. Secundam iam orientem circumspiciamus, Nè timeas (inquit) Maria, quasi dicat Angelus, nè timeas: non enim accessi mulierem iterum decepturus; sed deceptionem in veritatem commutaturus. Non sum serpentis minister, sed serpentem perimentis legatus. Non sum insidiarum molitor, sed sponsalium tractator. Non veni timorem incutere, sed spem ipsam absoluere; Nec veni virginitatem prædaturus, sed ipsius conditoris puritate; ornaturus. Nè timeas ergo: non solum enim abs re, sed ab vniuerso prorsus orbe timorem omnem expulsura. Et ita euenit fratres: hæc enim est quinta in ordine coronæ stella. Quòd nempe virgo sit ecclesiæ firmissima turris, & arx, tutissimum peccatorum refugium, inconcussum iustorum asylum: de ipsa namque Spiritus sanctus pulchram per metaphoram ait. Turris Dauid ædificata est cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea; omnis armatura fortium. Quid nam turris Dauid? nisi Sacratissima virgo ex progenie Dauid? quæ turris dicitur quia firmissima, & munitissima est arx contra quoscumque dæmonis impetus, contra omnes peccati insultus, contra carnis, & mundi ictus: & nè multis contra quascumque tribulationes, & tentationes; ideo ex ea pendere dicitur omnis armatura fortium, & clypei mille, numerus sane determinatus pro indeterminato: nam milleni, & milleni sunt clypei, millena, & millena miracula, priuilegia, gratiæ, quæ per ipsius virginis intercessio-

Quinta stella. *4 Cant. 4.* **Est tutissimum refugiū peccatorum.**

intercessionem iugiter consequūtur fideles. Videte templa, ciuitates, domos, plateas, angulos: nullus est locus, nulla prouincia, regnum nullum, nulla ciuitas, in quibus non resplendeant innumerabilia Virginis miracula. Ideò mille clypei pendent ex ea. Et re vera iure optimo turris intitulatur intrepida, & absquè timore, quin, & ab alijs timores pellens quoscumque; nam, nil est, quòd timeant fideles, nisi peccatum. Quare, peccato remoto, consequens fit, vt omnis causa remoueatur timoris. Cùm autem gloriosa virgo (vt in prima stella explicatum est) immunis extiterit a quocumque peccato tùm originali, tùm actuali, in ipsam timor nullatenus cadere potest, & praeterea, cùm etiam ab alijs per suam intercessionem peccata depellat, ab alijs quoque repellit timorem. Da mihi peccatum, ego nullum tibi concedo quantumcūque munitissimum, tutum peccatori locum. Remoue peccatum, & ego tibi dò tutissimum (etsi appareat debilis, & expositus) quemcunque locū, ità in diuinis litteris, *e* quamuis munitissima esset Niniuitarum Ciuitas, & copijs extructa innumeris, quamdiu tamen in ea peccatum viguit, nedùm tuta non erat, sed, & e vicino funditus euertenda, dicente propheta, Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur: remoto verò ab ipsa ciuitate peccato, & si projectis armis, abiectis munitionibus, remotis copijs in solo cinere, & sacco, tutissima extitit ciuitas; pariformiter ipsum Ionae nauigium, etsi optimè instructum quamuis nautae adessent peritissimi, & vigilantissimi; & omni ex parte absolutissimum esset nauigium, attamen, propter vnicū prophetae peccatum extremo periclitabatur naufragio: peccato vero ipso cum propheta in mare deiecto, statim absque alia cura, tranquillitate facta, tutissimum stetit nauigium. Submergamus ergò & nos fratres peccatum, & nostram circūspicientes maris stellam, tuti erimus. Vide, quod in nauigio munito periclitatur propheta, in uentre vero coeti, remoto peccato, multa potitur libertate: vt discas, quod in peccato viuenti non prodest nauigium; peccato exutum, nec mare perdit, nec bestiae consumunt. Nautae quidem peccatorem mari tradunt: mare verò poenitentem non absorbet, sed coeto dat, coetus Deo, Deus Niniuitarum ciuitati: Sic in tota diuina scriptura reperies a solo peccato immitti, & timorem, & omne malum. Remoto verò peccato turris apparet, clypei pendent, armatura splendet fortium; sed sub qua specialiter turri? Intra quam arcem? In illa sanè, de qua dicitur. Turris Dauid aedificata est cum propugnaculis, &c. Ingredimini ergò iam turrim. D

e Iona. 3.

Peccatū destruit quantumcunque munitissimum locum.

Et super ipsam cōstituti excelso, & tuto loco tertiā hodierni sermonis cōtemplamini stellā. Inuenisti enim gratiam (inquit) apud Deū: optimè quidē, remoto peccato, gratiam adesse de cōi lege, ac de potentia Dei ordinaria oportet. Sed quisnam tantam inuenit gratiam? Illa quippè, de qua dicitur, Inuenisti gratiā. O pulcherrimā, oh rutilantē stellam, inuentrix gratiae Maria. Aliquid porrò inueniri tripliciter cōtingit inter homines; primò, qd nullius fuit prius alterius possidentis. Secundo quod fuit quidem alicuius domini; sed postquā amisit, cū longè ab inuentore distet, propter ipsius distantiam maximā, eidem reddi nō potest: Et tunc auctoritate Episcopi, in pauperes distribui debet. Tertio quod est quidem certi domini non multū distantis, eiq; redditur omninò inuentū. Iure ergò optimo Maria virgo gratiae inuentrix intitulatur ab angelo; nàm omnibus tribus praefatis modis inuenit gratiā. Primò, quae nullius alterius vnquā fuit, nec erit in aeternū, nempè, vt inexplicabili miraculo, & inaudito portento, Dei optimi maximi fieret mater, & spōsa

Tertium Mēbrum.

Hoc verbum inueniri tripliciter inter homines cō tingit.

E existens, eiusdem filia. Oh magnum, & pretiosum inuentum, ex quo regina est effecta vniuersi orbis, & vniuersorum domina. Secundo etiam inuenit plenitudinem illam gratiæ, quam amiserat iam lucifer cum suis apostaticis Angelis; qui maximè distant a Deo, & à possibilitate iterum consequendi diuinam gratiam in æternum damnati, obstinati, impœnitentes. Quarè inter ipsos, & beatos, vel etiam viatores iustos, & in gratia existentes, magnum illud chaos firmatum est, quod indixit patriarcha Abraham Epuloni in inferno, & in inferni tormentis existenti *f* Diuinum sanè decretum, quo inconcussè, firmissimeque decreuit, nec beatos damnari amplius; nec damnatos, vel ad gratiam vnquam reuocari posse. Impossibile est ergò dæmonibus reddi amissam gratiam, cùm sic per diuinum decretum ab ea obtinenda distent. Quarè in pauperes distribuenda Summi Pontificis auctoritate venit, nempè ipsius Christi, qui summus est sacerdos, & pontifex, a quo per intercessionem virginis in peccatores, qui sumus nos, verè pauperes, dum in peccato existimus, largiter, liberaliterq; distribuitur. Oh nos felices, & oh quantum primæ huiusmodi gratiæ inuentrici debemus. Qua mediante, dùm viatores sumus, quantumcunque pauperes idest, peccatores, ditari possumus. i. reuocari ad gratiam. Satagat ergò vnusquisque nostrum, vt iuxta paupertatis mensuram, fiat sibi diuitiarum inuentarum distributio, idest vt iuxta peccatorum numerum per intercessionem virginis sibi largiatur, & gratia: Et illud verificetur, quod vbi abundauit delictum, superabundet & gratia. Tertio denique gratiam inuenit virgo, quam omnes homines in protoparentibus amiserunt: eisque liberaliter restitui curauit per Christi filij sui passionē, & merita: prima namque gratia vnde? nisi ex merito passionis Christi? Quæ

f Luc. 16.

Impossibile dæmonibus & damnatis reddi amissā gratiam.

Quomodo Maria inuenit gratiam.

F nam verò Christum nobis peperit, & donauit? Ipsa quidem virgo; Oh veræ ergo inuentricem gratiæ, & omnis gratiæ, o vita, o spes, o dulcedo nostra Quæsumus millies a nobis perditam, pauperes effecti per peccata rogamus; obsecramus, nobis redona gratiam o peccatorum aduocata. Nec est difficile fratres à tam liberali gratiæ distributrice, gratiam obtinere. Hoc idem hodierno currente Euangelio docente Christo, Si quis (inquit) voluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina, Vtrùm ex Deo sit, &c. Quasi dicat (inquit D. Chrysostomus) *g* vt quisque a peccatis conuertatur ad gratiā Christi, sufficit, quod voluntatem Dei facere velit. Da mihi (inquit) hominē nullius religionis moraliter tantummodò bonum, & leges quascumque ab orbe condito conditas illi ostende, vt quam maluerit eligat, statim Christi legem amplexabitur: ego autem addo. Da mihi hominem Christianum, diuinæ legis obseruantem, statim parcet inimicis, aliena non rapiet, non cognoscet non suam, neminem opprimet, parentes maximo habebit honore, Deum, ac religionem super omnia colet; & (nè multis) tanta erit perfectione præditus, quantam nullus vnquam philosophorum, vel consequutus est, vel etiam agnouit. Vlterius; Da ciuitatem, da regnum, da mundum sic volentem Dei voluntatem facere, nullum omninò in mundo inuenietur malum, crimen nullum, nullum peccatum: sed omne superabundabit bonum tum priuatum, tum publicum, tum diuinum, tùm humanum, tum temporale, tum æternum. Videtis ne ergò, quā facillimum sit inuentam a virgine gratiam, quandocumque voluerimus consequi? Sic Deus olim per suos prophetas. *h* Ego Deus docens te vtilia: & iterum? Hic liber mandatorum Dei; Et lex, quæ est in æternum, omnes, qui tenent eam perue-

g Homil. 48. in Ioa.

h Isai. 8.

i Baru. 4.

Q nient

nient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam in morte, conuertere Iacob, G
& apprehende eam, ambula per viam, & splendorem eius, nè tradas alteri gloriam tuam,& dignitatem tuam genti alienæ. Oh immensam Dei bonitatem; numquid gratiam denegabit, gratiæ distribuendi tam cupidus? Numquid repellet peccatores, peccatores tam instanter vocans? Numquid odio habebit peccantes, peccantes tanto amore ad gratiam suam inuitans? Conuertere, conuertere ergo: Iacob.i.peccator, vt fias per gratiam de Domo Iacob, Nulla est eam consequendi difficultas. Velis,& sufficit. Si quis voluerit(inquit)obtinebit:non sic ad suas admittebant academias philosophi, Pythagorici eos excludebant,qui non fuissent in musicis optimè instructi:Platonici verò,qui prius Geometriæ,& Aritmeticæ,operam non nauassent præclaram; & sic ceteræ sectæ difficultates opponebant innumeras. Quid verò Christus? Si quis(inquit) voluntatem eius facere, &c. Hinc Marsilius *l* Ficinus scribit,Antoninum pium, (cum audisset Christianos hoc frequenter vti prouerbio, quod tibi fieri non vis,alteri ne feceris, &c.) Perscrutatū Christi vitam,eiq; statuam tamquam Deo sacrasse; Videre Ethnicum quomodò statim Christi legis amore captus, in Christum ipsum deniquè non mediocri actus est cultu;tam clara namque est, tam facilis Christi via ducens ad vitā, vt statim a volente apprehendatur adeo, quod mulieres etiam ipsæ sola Christi doctrina,potentes,ac terribiles tyrannos confuderint. Sic Lucia illa Syracusana,cum ad eam dixisset Paschasius. Cessabunt verba,cùm ventum fuerit ad verbera,respōdit.Dei seruis verba deesse nō possunt, quibus a Christo dictum est.Dum steteritis ante reges,& præsides,nolite cogitare quomodò, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Cui iterùm Paschasius. Est nè in te Spiritus Sanctus? Respondit virgo. Castè, & piè viuentes templum sunt Spiritus sancti: at ille. Iubebo, te ad lupanar duci, vt te Spiritus Sanctus deserat; & illa. Si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronā. Quid magis doctè? Quid eruditè magis? magis cōstaret dici poterat? Et vndè hoc,nisi a prima gratiæ inuentrice? per quam etiā in sexu fragili martyrij victoriam cōtulit Deus: vt sanè primi stellæ radij diuinæ, ac supernæ benedictionis in mulieres æquè, ac in viros per Benedictam in mulieribus,diffunderentur. Et cum radijs fecūdæ æquè con H
stāri pectore intrepide, ac sine timore obsisterēt tyrannis mulieres,atq; viri, vt æquè vtriq; sexui dici posset, Ne timeas; & iure, Ne timeas, nam fugata sunt crimina, depulsa sunt peccata, per quæ solùm timor præualet; deuictus, & contrictus est peccati auctor, a quo nocturni immittebantur timores. Deniquè cum tertia hodierni sermonis stella & sexta in ordine coronæ inuenta est omnis gratia, nobis distribuenda,currunt vtriquè pauperes ad magni principis aulam, ad fenestras, ad ianuas, confluunt innumeri distribuendas expectantes eleemosynas. Oh quàm magna est nostræ reginæ aula: Oculos in cœlum tollite; non tot ibi stellæ, quot fenestræ, quot ianuæ. Petite quidquid vultis, & accipietis.

Amen.

l De Christiana religion. ca. 12.

Facilis est Christi uia ducens ad vitam.

Fugatis peccatis nullus remanet timor.

SAB-

SABBATO POST DOM. IIII. QVADRAG. Hic posita, propter continuationem coronæ Virginis, Concio XXII.

Deipara Virgo non per vterum, sed per os mira ratione concepit, nullum experiens virginitatis detrimentum; vnoque tantum in instanti Christus ex altissimo surgens throno in ipsius ergastulo humanam assumpsit naturam, dupplici illam exhibens decoratam encomio, Matris scilicet, & Virginis.

DE rebus fidei præclariores, & insigniores viri, ac sanctitate magis cōspicui audituri, vel dicturi, per-
ualide commoueri fatētur. Sic Isaias. *a* Domine (in- *a Isa. c. 53.*
quit) quis credidit auditui nostro? quasi dicat nul-
lus, tam magna, & inaudita annunciamus: ita Apo
stolus Paulus. *b* Nec oculus vidit, nec auris audi- *b 1. Cor. 2.*
uit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit
Deus diligentibus se. Sic Ieremias. *c* ventrē meum *c ca. 4.*
doleo, ventrem meum doleo, & sensus cordis mei
conturbati sunt in me: quasi dicat. Dolores partu-
rientis habeo, dùm ea, quæ concepi voce, parturire debeo: ita Iob *d* Coar- *d c. 32.*
ctat me spiritus vteri mei, & omnes prophetæ onus verbi Domini exclama
bant: Quasi dicerent. Inæstimabile est pondus concipiendi, ac pariendi ver-
bum Dei, & res fidei. Quod si vnquàm inaudita, si grandia vnquàm, si dif-
ficillima creditu, & si certissima; ea in duabus nostræ coronæ Virginis, præ
teritis Secunda & tertia feria præassumptæ, radiant, & lucent stellis. Quarum
prima est. Ecce concipies in vtero: Secunda & paries filium. Quæ in corona
septimum, & octauū obtinent locum. Et mirabiles quidem sunt: Quid enim *Diuisio*
mirabilius, quàm conceptum virginitati, & virginitatem partui copulare? *bimēbris*
verè solum Dei potentiæ hoc fuit, apud quē non est impossibile oē verbū.

Sed iam primæ stellæ fulgentes radios intueamur. Ecce (inquit) concipies *1 Mem.*
A in vtero. Mirum sanè, quòd mulier concipiat in vtero, & non per vterū: &
inauditū, & soli Dei matri concessum; Deipara enim virgo non per vterū, *e Prou. 18.*
sicut ceteræ mulieres; sed per os cōcepit quod præuidit Spiritussanctus, *e* di- *Virgo cō*
cens. De fructu oris viri replebitur venter eius; sanè, de verbo per Angelum *cepit in*
Gabrielē in forma viri nunciātis virgini, adimpletus est vēter illius, salutaris- *vtero, &*
simo illo fructu, de quo Elisabeth, & sancta ecclesia in salutatione angelica *non per*
dicunt. Et benedictus Fructus ventris tui. Cuius virtute cōcepit virgo, virgi *vterum si*
nē remanente: quod Spiritussanctus pulchram per metaphorā expressit, di- *cut cæte*
cēs. *f* vēter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs: vēter nāque virginis ver *ræ mulie*
bo iā per suæ carnis assumptionem concepto, quasi aceruum mundissimi, & *res.*
candidissimi tritici, nēpe ipsum Christū panem angelorū continebat, qui eo *f Canti. 7.*
vallatus lilijs, quia virginitatē nō modo nō minuit, sed auxit, & ornauit, vir *Virgo vir*
gine nāque remanente, virginitatē ipsam filij Dei cōceptu cumulauit. Quod *ginitatē*
alter etiam vaticinatus est propheta, *g* dicens. Ero, sicut ros, & germinabit *suam nō*
Israel sicut lilium: quasi.n. ros, verbū Dei cœlitus demissum, liliū virginita- *amisit.* *g Osea. 14.*

tis Mariæ de domo Israel germinare fecit, in suo remanente virginitatis robore. Sic sub roris metaphora Isaias *h* iam prædixerat hanc verbi incarnationē. Rorate (inquiens) cœli desuper, &c. sic etiā dicunt naturales, Margaritam ex rore cœlesti in maris cōchylibus generari; ita Christus ex rore cœlesti diuino in virginis ventre, quasi in conchylio conceptus est; secundum enim Plinium conchylia per noctem ad littus egrediuntur, & ibi aperiūtur, & adueniente, & descendente in eis rore cœli, ex eo absque alia copia margaritas concipiunt. Sic beata virgo de nocte huius sæculi virtute maris passionis Christi præuisæ, a peccati originalis mari ad littus gratiæ egressa, per obedientiam, & humilitatem aperta, cum diceret. *i* Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbū tuum: rorem æterni verbi infra sua beata viscera recipiens, concepit pretiosissimam margaritā, nempè Christū absque alio virili semine. Optimè ergo dicunt prophetæ hunc exprimendo virginis diuinum conceptū; Rorate cœli, &c. ero sicut ros, &c. & Angelus. Ecce concipies nō per vterū, sed in utero. Quem conceptū diuinum tota Trinitas effectiuè patrauit vnica operatione: solus autē filius carnē induit, & conceptū ipsum terminauit. Ita perbelle satis Greg. Nazianzenus, tres (inquit) faces in vna ecclesia vnicā diffundunt lucē. Sic tres hypostases in vna diuina essentia vnicam diffundunt ad extra operationis lucē, qua mediante, virgo Christū concepit, mundi lucē, vt illud Mardochæi somnium typicè in Esther monstratū, per ueritatem cōpleretur. *l* Vidit namque paruulum fontē, qui creuit in fluuiū, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas redūdauit. Quod, licet, Mardochæus, quò ad typū, & figuram de ipsa Esther optimè fuerit interpretatus, typū tamen (vt diximus) gessit Esther Virginis Mariæ, fuit enim Esther a primordio in aula regis Assueri paruulus fons, ideſt, humilis inter cæteras asseruata puellas, in fluuiū creuit autem, cū præ cæteris apud Assuerum gratiā inuenit, in lucem propterea, solemque est conuersa, quādo regni Diadema accipiens, in reginā est inaugurata: in aquas denique plurimas redundauit, cū pro omnibus Hebræis a rege liberationem, & salutē impetrauit. Ita gloriosa virgo a primordio in hac mundi magna regis regum aula, ex beatis Anna, & Ioachimo nata, paruulus videbatur fons i. humilis; quia enim respexit humilitatē (inquit ipsa) ancillæ suæ: inde verò in fluuiū creuit, cum præ cæteris mulieribus apud ipsum Deum gratiā inuenit, dicente Angelo in sexta coronæ stella hanc immediate præcedente. Inuenisti gratiā apud Deū: in lucem verò, solemque est conuersa, cum iam in hac septima lucem ipsam, quæ omnē hominem in hunc mundum illuminare venit, & solem iustitiæ Christum ab Angelo conceptura prædicitur. Ecce (inquit) cōcipies: in aquas denique plurimas redundauit, cum non solum hebræum populū; sed totius orbis vniuersas nationes per filij sui conceptum liberauit. Oh magnum, & inauditum conceptum. Ecce concipies, non humanitus, sed diuinitus: in humano namque conceptu post Adæ peccatum communiter natura ipsa communicatur; tantummodo imperfecta, & indisposita, deinde temporis successu communicantur scientia, gratia, gloria: & hæc ad mensuram, & paulatim, & per multas dispositiones, & labores multos: sed homini Christo in eodem conceptionis instanti secundum summam perfectionis plenitudinem perfectissimè communicata fuit natura; corporeque organizato, infusa anima, largita summa gratia, donata per verbi hypostaticam vnionem gloria: cæterorum itaq; hominum corpus paulatim formatur in ventre materno,

Margin notes: *h* c. 45. Christus ex rore Cœli in Virginis vêtre cōceptus est. — *i* Luc. 1. — Solus filius carnem induit, sed tota trinitas operata est. — *l* Esth. 10. — Virgo paruulus fōs per humilitatem. — Virgo in fluuium creuit, & quare. — B — C

materno, & per quadraginta dies ad minus, ad perfectam producitur organizationem; scientiæ non nisi longo temporis interuallo acquiruntur; gratia post susceptum baptisma, etiã ad mensuram datur; gloria non, nisi post mortem; & in anima solum vsque ad iudicium: post iudicium verò in anima, & corpore: homini vero Christo (vt prætractum est) in vnico instanti hæc omnia sunt communicata, nempè, corporis organizatio, animæ infusio, scientiarum omnium plenitudo, summa gratia, beatifica fruitio. Hoc miratus est Ieremias *m* vehementer dicens. Fœmina circumdabit virum. i. Cum adhuc fuerit in ventre materno, erit perfectissimus vir sciẽtijs, gratia, & gloria. Hoc idem Salomon *n* obstupescens, ignorantiamq; suam apertè confessus, exclamauit Quartum penitus ignoro, viam viri in adolescentia. Et alius textus melius habet. Viam viri in adolescentula. Nempè, hoc admirabatur, & sibi diuinitus reuelatum adhuc non intelligebat, sanè perfectissimum virũ adolescentulæ virginis ventre contineri. Propheta regius *o* portò aliam per metaphoram hoc expressit mysterium, non sicut cæterorum hominum (inquit) conceptus, qui humano stylo describuntur paulatim, & successiuè literas delineando, ac formando quousque perfectus habeatur conceptus, sed veluti impressores totum simul conceptum eodem temporis instanti typis demãdant: itã Christi filij Dei in vtero Virginis conceptus fuit in instanti, & velociter: Deus enim sic loquens introducitur. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis: lingua enim Dei hic Dei operationem designat, dicẽs ad extra, dicit, & facta sunt. Dixit ergo, Et verbum caro factum est, velociter, idest, in instanti. Fiat mihi secundum verbum tuum (inquit Virgo.) Ecce concipies, non per vterum, sed in vtero, dicit Angelus. At de prima stella satis.

Homini Christo i vnico instanti om nia sunt cõmunicata.

m Cap. 31.
n Prou. Cap. 30.
o Psal. 44.

In instanti Christus in vtero Virginis cõceptus est.

D

Cui contermina est, & consimilibus penè radijs hodierni sermonis secunda, videlicet. Et pariet filium. Nempè singulari priuilegio Virgo remanens, quod perpulchrè Spiritus sanctus descripsit, *p* Virginem sic alloquentem introducens. Omnia poma, noua, & vetera dilecte mi seruaui tibi. Poma sanè vetera sunt fœcunditas, & proles; namq; in veteri testamento pro magno ducebant dedecore sterilitatem, & infœcũditatem. Hinc illam sufferre nequiẽs Rachel, *q* dicebat viro suo Iacobo. Da mihi filios, alioquin moriar: quasi dicat. Mortis dolorem sentio, nisi liberos habeam. Contra verò poma noua, idest, noui testamenti, quæ longè maiori æstimantur pretio, sunt castitas, & virginitas.

Secundũ membrũ.
p Cant. 7.
Coniũxit Deus in Virgine virginitatẽ, & maternitatẽ.
q Gen. 30.

Dicit ergò Regina nostra. Fili mi sponse ego sola per tuam gratiam tibi seruaui omnia poma noua, & vetera, idest, virginitatem, & maternitatem, fœcunditatem, & castitatem, prolem diuinam, & virgineum decus. Hinc sponsus Christus idem altissimum mysterium sponsæ suæ matri congratulans, innuit dicens. *r* Duo vbera tua, sicut duo hinnuli, capreæ, gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret Dies, & inclinentur vmbræ. Duo vbera, idest, maternitas, & virginitas. Gemelli, quia in eodem instanti æternitatis a Deo ambæ præuisæ, simulque in Virgineo partu iunctæ; qui pascuntur in lilijs, nempè, in Christi filij sui rutilantibus præuisis meritis, ac virtutibus, Ex quo, ergò Christi virtute nutriuntur, fulciuntur, Gemelli dicuntur; Ex quo verò nobis lac misericordiæ, & gratiæ vberrimè propinãtur, vbera appellantur; quæ sic perseuerare dicuntur, donec aspiret dies, idest, ab ortu mundi, quando

r Cant. 4.
Per duo vbera Maternitas, & virginitas designatur.

super

super aquas spiritus Domini spirabat, vsque ad ipsius Mundi occasum, cum iam vmbræ inclinant sumpta metaphora, ex fine diei artificialis, quando in solis occasu protenduntur,& inclinantur vmbræ, vsque igitur ad finem mundi vbera semper nobis erunt virginitas, ac maternitas Deiparæ. Oh, quam gloriosos stellæ radios,maternitas,& virginitas,virginitas,& maternitas. Quos radios cœcutienti cuidam incredulo, ostendere volens Beatus Egidius Sancti nostri Patris Francisci socius, baculo, quem manibus tenebat ter percutiendo siccam, & aridam terram,hæc verba singulis coaptãs percussionum vicibus, protulit. Virgo antè partum; & primum exortum est lilium: Virgo in partu; & ecce lilium secundum. Virgo post partum; & ecce tertium denique lilium. Oh radiantes stellæ radios: quomodo non statim vniuscuiusque fidelis animum rapitis? Quomodo nos fratres ad claritatem tantam oculos non aperimus mentis, vt vel saltem piè, ac deuotè salutaria nobis contemplemur huiusmodi Virginis priuilegia? Sed potius aberrantes conceptum conceptui,& partum partui opponentes? Hoc præmonebat Apostolus Iacobus in sua catholica epistola, ſ dicens. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus,& illectus,deinde concupiscentia,cùm conceperit,parit peccatum: peccatum verò, cum consumatum fuerit, generat mortem. Nonnè videtis claram, & perniciosam oppositionem? Virgo namque Deum,& Hominem plenum gratiæ, & veritatis concepit. Nos verò per concupiscentiam concipimus malum. Virgo eumdẽ filium Dei,remanens ipsa Virgo mundo peperit.Nos ex conceptu malo per plenum consensum denique parturimus peccatum. Virgo per suum partum salutem vniuerso attulit mundo, & perpetuam vitam. Nos ex nostro pernitioso partu mortem nobis ipsis afferimus;& nisi corrigamur, æternam mortem. Hoc lamentabatur Isaias, t dicens. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem: oua aspidum ruperunt,& telas araneæ texuerunt,qui comederit de ouis eorum morietur; & quod confotum est erumpet in regulum. Quæso singulas has diuinas discutiamus metaphoras. Conceperunt (inquit) laborem; namque peccator labores patitur maximos in concipiendo, in perpetrando peccato. Velit quis, v.g. adulterari, quot difficultates, quot pericula subit? quot suspectiones, quot obseruationes, quot discrimina ingreditur? Periclitantur in eo statum facultas,honor,fama, vita ipsa. Dicant experti. Præterea, pepererunt (subdit propheta) iniquitatem.Sanè per plenum consensum.Quomodò verò partum in lucem edunt? Oua (subdit) aspidum ruperunt:telas araneæ texuerũt:quemadmodum enim vipera maternum rodendo ventrem,& matri necem inferendo,nascitur, Ità peccatum perrumpit, & rodit animæ viscera, æternam ingerens animæ mortem: & sicuti araneæ sese euiscerant, inutiles illas, ac tenuissimas texendo telas, ad muscas apprehendendas. Ità peccatores sese euiscerant, omnia nempè dissipando per peccatum, animæ bona, virtutes,opera,merita, gratiam, vitam, & gloriam futuram. Et propter quid? vt solum apprehendant vanissimarum,& temporalium voluptatũ muscas. Qui verò præterea comederit de ouis eorum, idest,de peccatis,iam palàm commissis, mala peccatorum imbibendo exempla,consimiliter perpetrãdo peccata,morietur: & deniq; quod confotum est, scilicet,per longam peccandi consuetudinem,erũpet in regulum, i. multos trahet secum,quasi regulus,per sua scãdala sequaces peccantes. Oh infelices cõceptus,oh mortiferos partus,oh sordidos,oh perniciosos,turpes, & innumeras afferẽtes mortes; &

quo-

Marginalia: E — Miraculũ quoddã de virginitate Matriæ. — ſ Cap. 1. — Malus Christianus conceptum cõceptui partũ partui opponit. — t Cap. 59. — F — Quomodò peccator peperit impietatem.

quomodonàm inter Christi fideles tales reperiuntur conceptus, existunt partus? Erubesce Sidon, ait, mare per eundem prophetã, *u*, Qui, metaphora a Sidone ciuitate terrestri, & a mari desumpta, coarguit sui temporis, fideles: quasi dicat. Impossibile videtur, quòd in solo firmo, ac stabili terrestris ciuitatis plures oriantur cõfusiones, numerosiores appareãt vortices, maiores existant hiatus, horribiliores videantur fluctus, quam in ipso mari talia suapte natura continuo referenti. Ita sanè ciuitas quasi firma, stabilique innixa fundamento Christo; & ab eodem rectore custodita, & protecta sunt fideles: mare vero sunt Ethnici, & infideles, qui cum extra ciuitatem ecclesiæ reperiantur, quid mirum, si quasi mare innumeris peccatis, iniquitatibus, & sceleribus iugiter fluctuent? At quod Christi ciuitas, fideles ipsi plura, & grauiora committant iugiter peccata, impossibile videtur, hoc sufferri nequit. Erubesce, erubesce ergo Sidon Christiane, qui plura, & maiora admittis scelera, quàm infideles, quàm Turcæ. Oh, si tandè animum paululum, e peccatorum fluctibus erigeres. Oh, si paululùm, quasi Rex nobilis, vel saltèm nobilissimi regis Christi strenuus miles, & fortis hostibus tuis longiùs occurreres homo: & ità præuenires insurgentium vndarum, & fluctuum peccatorum dolos; deijci vtiquè nequires; submergi esset impossibile. Mirum sanè, quòd in corpore ipso enatat mare. Vis ergò a naufragio liberari corporis? Abeat generosus animus per Christi gratiam trans corporis mare, marinos corporis & sensus transgrediatur fluctus, prætergrediatur vortices; & ità superabit vitia, delicta præueniet, crimina prosternet, vt nequeant, accedendo, sensibus naufragia intentare, ingenium fluctuum deprauare dolis; peccatorum tumultibus mentem dissoluere, impietatum vndis corda submergere. Quo verò animus, sic corporis egressus angustias, tendere, quo spectare debet? Ad stellam illam, quæ nunquàm peccatoribus occidit, stellis coronatam, oculos mentis extollere in ipsam virginem obtutum dirigere; in Christum ipsum, & cœlestis patriæ portum, intuitum figere debet. Virgo concepit; peperit virgo Christum, Saluatorem mundi, salutem nobis offerentem ad portum æternæ patriæ nos dirigere ardenter cupientem. Vt quid ergò naufragia euadere, mare voluptatũ corporis prætergredi, salutis portũ accipere procrastinamur? Nè dicas (inquit Spiritus sanctus) *x* Miseratio domini magna est: misericordia enim & ira ab illo citò proximant; & in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad dominum; & nè differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Oh quantos fallit huiusmodi temeraria diuinæ misericordiæ præsumptio. Et indè quot miseros æternè perdit procrastinatio. Nè differas, nè differas de die in diem conuerti ad dominum. Vide periculum: inspice imminens Dei iudicium. Audi quemdam in diuinis litteris *aa* cum domesticis suis pascisci, volentem Eliseum nempè ab Helia vocatum ad excellens prophetiæ donum. Nec enim Helias permisit: sed quid quæso respõdit? Vade (inquit) quod enim meum erat feci. Quasi dicat. Nisi reuertaris; nisi conuertaris ad dominum, si prophetiæ donum, ad quod vocatus es, non fueris assecutus, tua prorsus culpa erit: ego enim quod meum erat feci. Oh, quotiès, fratres, nos vocauit Christus: nulla inest nobis excusatio. Milliès dicere potuit; Quod meum erat feci. Quam excusationem affers, peccator milliès vocatus? Quod enim suum erat, milliès fecit Christus, qui consimilem Heliæ vocationis modum nobis tradidit, cum quendam vocatum discipulum, qui patrem suum sepelire priùs volebat prohibuit, dicens. *bb* Sequere me, & finite

Margin: G; H; *u* c. 23.; Seuerissima reprehensio contra fideles grauiora scelera committentes quam infideles.; *x* Eccl. 5.; *aa* 3. Reg. 19.; Multoties Christus vocat peccatorem ipse vero differt de die in diẽ cõuerti.; *bb* Mat. 8

finire mortuo sepelire mortuos suos. O bone Deus, quid enim alibi? Honora (inquit) parentes. At quid tam necessarium apparet, quod maius caritatis opus, quàm sepultura patris? Attamen, nec id concessit Christus: & quare? Quænã ratio tàm potens, tàm valida afferri potest, vt patrem non sepeliat filius? non alia quippè, nisi periculum, quod imminet vocatis a Christo, & procrastinantibus, & de die in diem conuersionem differentibus. Caueat ergò sibi vnusquisque: quod enim suum erat fecit Christus: nec ad vlteriora tenetur: sed quoties quæso ad Christum per sacramentalem confessionem, & pœnitentiam conuersi, ad vomitum reuersi estis? Ad vlteriora vtique non tenebatur Christus: Quod suum erat millies fecit, vos iterum, atque iterum reuocando. Vel saltem ergò Christi matrem inuocate; virginis, & matris, matris, & virginis intercessionem instanter, iugiter tenete, vt, vel ipsius meritis, & intercessione veram deniquè percurratis salutis viam. Potens est enim ab ipsius inferni limite reuocare: sic in libro Apum legitur, quendam peccatorem morti iam vicinum, iam damnatum ici; sed cum deuotissimus esset Virginis; & inter vitæ scelera nunquam omisisset singulis diebus salutationes angelicas per centum, & quinquaginta vices recitare, per intercessionem gloriosæ virginis dilata est sententia, & ad vitam extitit reuocatus. Hanc ergò inuocemus, fratres, peccatorum aduocatam. Huic instanter nosmetipsos commendemus; & propter ipsum, quem concepit virgo; virgo, quem genuit, & propter eiusdem passionem, & merita apud eundem pro nobis intercedat, vt nos, vel tandem, quod nostrum est faciamus; quod nostrum est sequamur. Nostrum (inquam) quia sic nos decet; nostrum, quia in nostram vtilitatem, nostram salutem, & gloriam. Vtinam fiat. Amen.

Quidam vir reuocatus ad vitã per intercessionẽ Virginis.

SAB.

SABBATO POST DOMINICAM Passionis Concio XXIII. huc redacta in ordinem coronæ.

Beatissimam Verginem salutem vniuerso orbi attulisse ostenditur: insuperque diuini nominis Iesu dignitas, ac virtus exponitur; tandem vero principatus, & regni cælestis magnificentia, aliæque præclarissimæ qualitates summis laudibus extolluntur.

HVCVSQVE in sua legatione Gabriel Archangelus capiti gloriosæ Virginis coronam intexuit ex priuilegiis, quæ personaliter, ac immediatè Virginem ipsam respiciebant, vt patet discurrenti per singula. In sequentibus verò pro coronæ complemento quatuor stellis, quatuor connectit Christi præclarissima priuilegia; quæ ideo coronæ coaptantur Virgini ab Angelo, quia ex filio præclarissimis radiis in matrem refulgent, existente gloria filij, matris gloria, vt suis patebit locis.

Sunt ergò quatuor stellæ istæ. Vocabis nomen eius Iesum, prima. Hic erit magnus, secunda. Et filius Altissimi vocabitur, tertia: Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit, &c. quarta, Diuisio quadrimẽbris.

Quò ad primam. Vocabis (inquit) nomen Iesum, idest Saluatorem, inquit Gregorius Nissænus, & cæteri patres. Cum ergo Saluator Christus ex nomine indicetur Virgini ab Angelo, ex consequenti saluatricem illam vocat, & mundo salutem afferentem. Et ecce Virginis gloria, & priuilegium, ex priuilegio, gloriaque Filii. Ipsa namq; Saluatorem, & salutem attulit mundo; quod ex nomine pandit Angelus, dicens. Et vocabis nomen eius Iesum; Primum Mẽbrum
A quasi dicat. Olim in antiquo testamento graue, ac terribile nimis erat nomen Dei, quasi ignita framea, quam propter ignis ardorem, nec aspicere de vicino, nec tangere fas erat: nam excœcabat, & exurebat aspicientes, vel tangentes: modò in venis tui sacri sanguinis virginalis, quasi ignitum ferrum immissum, ardorem temperauit, ac terrorem: Indè suo splendore intuentes refrigerat, & quasi scutum protegit, simul, & semel delectans, & defendens, sic Isaias. *a* Ecce nomen Domini, venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Quid verò modo? Vocabis nomen eius Iesum. Oh, quam dulce, oh, quàm suaue nomen: ipse enim saluum facit populum suum à peccatis eorum. Et iterum hac eadem metaphora idem exprimit Serenissimus ille, de regia Virginis stirpe, cum ait. *b* Ferrum pertransiit animam eius i. Virginis, quando consensit in Verbi Incarnationẽ, donec veniret Verbum eius, nempè, donec ferrum nominis Dei ardens, & graue ad portandũ, fieret Verbum Incarnatũ in ventre virginali; & inde salutare suaue, ac dulce nobis fieret, existente tamen adhuc terribili, non nobis, sed inimicis (dicente co-

Virgo suis sanguinibus preciosis ardorem, ac terrorẽ Dei temperauit.

a cap. 30.
b Psalm. 104.

c Psalm. 110.

Sanctum & terribile est nomen Dei.

d Philip. 2.

e Act 9.

f tom.4. Serm.41.

Dignitas & excellētia Dei nominis.

g Psalm. 47.

dem regio Propheta. *c* Sanctum, & terribile nomen eius. Sanctum quippè sanctis. Terribile impijs. Sanctum Angelis. Terribile dæmonibus. Sanctum beatis. Terribile damnatis. Sanctum fidelibus. Terribile infidelibus, & obstinatis: ideò, tum sanctè, tum terribiliter tuba illa insonuit apostolica. *d* In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Quod quidem ostensum est D. Paulo in raptu illo magnifico vsque ad tertium Cœlum, vt huiusmodi dulcissimum, ac salutare nomen per totum portaret terrarum orbem: sicuti Ananiæ prædixerat Angelus. *e* Vadè, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meū corā Gētibus, & Regibus, & filijs Israel. Quod, & effecit supra omnes alios Christi Apostolos: B
sicut enim adnotauit Diuus Bernardinus *f* in eius epistolis reperitur hoc sanctum nomē quingenties repetitum. Regibus ergo, gentibus, tribubus, nationibus, & populis salutem tulit gloriosa Virgo in filio sui dulcissimo nomine Iesu. Huius itaque nominis dignitas, excellentia, salus, virtus humana nequit explicare eloquentia, dicente Dauide *g* secundùm nomē tuum Deus, sic, & laus tua in fines terræ; Quasi dicat: sicut incomprehensibile est nomen, infinita nominis virtus, sic & laus eius infinita. Oh ingratos nos, qui tam mirificum, tàm salutare nomen à cordis nostri deuotione, a mente, a lingua omnino excidere permittimus. Cùm tamen constantissima sit veritas, nullum aliud nomen (vt inquit Diuus Petrus) *h* sub cœlo datum esse hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. Quicumque enim scelestissimus peccator cum deuotione, cordisque contritione ad hoc salutare, ac sanctum recurrens nomen, certissimè veniam, & salutem consequetur: in cuius typo in Actibus Apostolorū loco citato, & alibi Apostoli, hoc nomine inuocato, quoscunque sanabant infirmos, à quacumque detinerentur infirmitate. Sic idem Christus. *i* Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Quòd itaque in primitiua Ecclesia, pro fundanda fide, in corporis sanitatibus, sanctissimi nominis Iesu virtute, ab Apostolis est effectum, hoc in spiritualibus animæ sanitatibus, eiusdem sanctissimi nominis virtute, iugiter fieri a credentibus, nullatenus est dubitandum; quin, & nostra ferè tempestate, in eisdem corporalibus infirmitatibus, etiam consimilia patrata esse a Diuo patre Bernardino Senensi, idem ipse dignissimus fide, ac santissimus vir de se ipso testatur loco citato, & alibi. Sic Mantuæ sola nominis Iesu inuocatione dæmonem cuidam domui, & familiæ infensissimum de terra C
Hostiliæ eiecit. Paduæ, dum concionaretur dæmonem de muliere in medio auditorum consistentem, solo nomine Iesu expulit. Ferrariæ, degrassantem pestem hoc eodem nomine compescuit, repressit: auditoribus ipsius in huius sancti nominis fidem, ac deuotionem, tàm accensis, & feruidis existentibus, quòd in remedium per omnem locum, & domum vnanimiter sanctum hoc nomen depictum locantib. miraculosè cessauit pestis. Et nè multis, idē Diuus pater Bernardinus testatur, quòd sua tempestate innouatum videbatur Apostolorum tempus, passim enim per nomen sanctum istud multa fiebant miracula. Oh tepidos ergò nos, & insipidos si ab huius fulgentissimæ stellæ radiis lucem, salutem; mentis, & corporis sanitatem consequi nolu erimus.

h Act. 4.

Peccatores ad hoc sanctum nomen recurrētes certissime veniam cō sequentur.

i Marc. vltimo.

Sola inuocatione nominis Iesu Dæmones expelluntur.

Contra

Contra verò eiusdem luce ducti ad secundam hodierni sermonis, & decimam in ordine coronæ, cum Virginæ perueniemus stellam, quam sic interxit Angelus. Hic erit magnus. Quasi dicat Angelus. Hic erit magnus, tu magna: magna regina, quia ille magnus rex. Magna domina, & laudabilis nimis in vniuersa ciuitate Hierusalē terrestri, & cælesti, quia ille magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri &c. Et hinc iure optimo canes de te ipsa. Fecit mihi magna, qui potens est. Hic erit magnus. Diuus Ambrosius, *l* Dictum est etiam (ait) de Iohanne Baptista, quod erit magnus sed magnus, homo: de Christo autem, magnus dominus, cuius magnitudo non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æstimatione concluditur, non ætate variatur: ideò de Iohanne Baptista, non simpliciter magnus, sed magnus dicitur coram domino: de Christo autem absolutè magnus dominus: Cælum enim & terrā, & inferos suo implet dominio. Sic nostra vniuersi domina: cum itaque tantorum dominorum subditi simus, qui, & nos magnos cupiunt, magnos efficere omninò satagunt. Vt quid ergò in nostrā ignominiam nos viles, & pusillos efficimus? Vt quid terrena, pusilla, & caduca sequimur? Quare non magis cœlestia, æterna, diuina, magna, consectamur? Ethnici ipsi solo naturali lumine præditi, hanc naturalem hominis magnificentiam nouerunt. Sic Plato diuinus Homo (inquit) plantā est quædam non terræ infixa, nec immobilis, sed, & cœlestis, & ad cœlum ipsum inuersa, cuius corpus ex capite, velut ex sua quadam radice illud sistente, & firmante erectum manet, Hinc Hercules, D

Secundū Membrū

l In Luc. cap. 1.

Ioannes Baptista magnus, coram Deo dicitur. Christus magnus dominus. Magnificētia hominis apud Ethnicos.

Argiuus. an Tebanus, haud vnam curo
Iactare, Græcia omnis est mi patria.

Nimis tamen angustè solam sibi Græciam diffiniuit patriam, longè illo rectius Socrates, qui se non Atheniensem, nō Græcum, sed ciuem mundanum esse dixit.

Vides tunc vt hunc immensus æther arduus
Coercet vlnis vndique orbem mollibus?

Hi patriæ nostræ termini sunt, in quib. nec exul, nec hospes, nec peregrinus vllus est (inquit Plutarchus, *m* Vbi idē ignis, aer, & aqua, ijdē principes, rectores, præsides, Sol, Luna, & Lucifer, eædem quoque naturæ leges, omnib. vno ordine ab vno, eodemque principe summo latæ, eadem solstitia, & æquinoctia, Pleiades, Arthurus, tempora, & stationes, Vnus autem rex, & princeps Deus, principium, medium, ac finem vniuersi tenens: qui via recta peragit, & secundum naturam cuncta circuit, quem iustitia sequitur omnium vltrix, qui diuinam deseruerint legem; qua omnes homines tanquam ciues mundani natura ipsa dictante vtuntur. Quænam igitur terræ pars, (siue vnicam prouinciam, siue omnem habitabilem, siue vniuersam contempleris,) alia procul ab alia esse potest? quam mathematici, puncti rationem, dimensione carentis, si ad cœlum respicias, habere euidentissimè ostendunt? At nos, quasi formicæ, vel apes, si ex vna patria, quasi cauerna, vel alueari exciderimus, hospites, externique esse videmur. Quod id circò fit, quia omnia propria familiaria (vt certè sunt) facere ignoremus. Atqui stultitiam eius irridemus qui Lunam Athenis meliorem, nitidioremque esse dicat, quam quæ Corinthi: Et tamen in idem nos mentis incidimus uitium, cum peregrè profecti, terram, mare, aerem, cœlum, vt diuersa, aliasque a consuetis esse contendimus liberos, quidem, & solutos in lu- E

m Opusc. de exil.

Rex, & princeps vniuersorū Deus.

cem nos prodidit natura. Ipsimet autem nosipsos colligamus, locorumque coarctamus angustijs, ac tectis includimus, & in parua, tenuiaque compellimus, & cochlearum more testis suis semper inhærentes, cæteris bonis priuati, his, quæ domi sunt, nos ipsos restringimus, & coangustamus. Quid pulchrius, quid salutarius, quid magis Christianæ philosophiæ consonū ab Ethnico philosopho dici poterat? Et quod caput est. *n* Quid ad nostrum propositum magis aptius? cum etenim magnorum dominorum non dicam subditi: sed filij, & hæredes simus hæredes quidem Dei; cohæredes autem Christi, qui nos ad uastissima, & gloriosissima destinauit cœlorum regna. Quare nos pusillos, uiles, & indignos reddimus? Oh vere formicas, apes, cochleas, vel potius talpas. Mementote quæso fratres, quòd magnus est rex, & dominus noster, magna domina regina nostra, magna nobis promissa, Magna ciuitas est, ad quam tendimus, *o* nec habemus (vt Apostolus ait) hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus; & iterū. Accessistis (inquit) ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem, & multorum millium frequentiam angelorum. Inter hos angelicos conscripti ciues, nè inferamus gloriæ nostræ crimen, ne abutamur quæso magnæ nostræ reginæ, ac regis magni dignatione, nos metipsos turpiter priuantes cœlesti illa & diuina patria.

n Roma. 8.

o Heb 13. Magna ciuitas est ad quā tendimus.

p Hebr. 12

Tertium Mēbrum

Quæ, cū altissima sit, quid mirū, si altissima etiā nobis tertia oritur stella dicere angelo. Et filius Altissimi vocabitur. Quasi dicat. Non sibi, sed tibi: sibi.n. semper altissimus extitit, iam tibi vocabitur altissimus, vt inde tu altissima nuncuperis virgo: & canere possis in tuo cantico. Ecce.n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et filius Altissimi uocabitur, in quo videlicet sibi bene complacuit pater ante sæcula sibi coæterno: huius tu efficeris mater, super cœlos ipsos altissima, Altissimum pariens: quem enim cœli continere non valent, tu Virginali conclusisti aula, mundo peperisti o virgo altissima. Altissima inquam; nam diuina magis, quam humana verè Deifera, & Deipara: quemadmodū enim de Christi diuinitate: & quod altissimi sit filius, nullus est, qui ambigere possit fidelium, cum hoc probent non modo in vniuersa scriptura sacra diuina edita oracula, sed (quod mirabilius est, ac singulari diuina prouidentia effectum) scriptores etiam Ethnici hoc idem probant. Ita sane sibyllarū vaticinia clarissima de Christi diuinitate a Varrone philosopho in libris diuinarum rerum explicata existunt, Virgilius Maro, Lactantius; hic Costantini, ille Augusti auctoritate sibyllarum libris visis, non sine diuina prouidentia magna cum veneratione, & diligentia detentis a Romanis, diuinitatē ex eis asseruerunt Christi. Virgilius equidem magna, & clara decantat dē diuina futura prole ex Sibyllinis hausta, In Lactātio clarissima sunt: talia quædam ēt leguntur apud Mercurium Thrimegistrum. Plato etiam interrogatus, quatenus in præceptis eius quiescendum, respondisse fertur. Quatenus in terris appareat sacratior aliquis, qui fontem omnibus veritatis aperiet; quem denique sequētur omnes. Sed quid hæc fidelibus, & catholicis ingero? filius Altissimi est dominus noster Iesus Christus: & quēadmodum ipse Altissimus, ita (dicebam) altissima, & diuina est eius mater. Vtinam, & nos non degeneremus. Vtinam, cum simus filij Dei; diaboli per peccatum non efficiamur mancipia. Vtinam, cum simus altissimi Dei hæredes altissimi, non abiiciamus hæreditatem, & in ima, & profundissima, culpa nostra deijciamur tartara: Et coronæ loco flagella, fætorem, vermes, & cætera

F

Quod Christus Altissimi sit filius Ethnici hoc idē probāt.

& cætera inferni sustineamus tormenta.

Quartũ Membrũ

Coronã potius quæso regni nobis repromissam toto animi conatu adipiſci satagamus, sub virginis meritis, & corona. Quam tandem claudit fulgentissima illa stella: Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & regni eius nõ erit finis: Quæ particulæ (ut ab exordio dicebamus) duodecimæ, & vltimæ stellæ radios explicant,
G nempè regni conditiones, & qualitates, vt inde reginæ appareat dignitas, excellentia, æternitas. Sic Cirillus: Ex semine (inquit) Dauid, vt ostendatur etiam quoad carnem ex regia stirpe ortum duxisse virginem. Non autem (addit Basilius) in materiali sede Dauid arbitreris Virginem sessuram, sed in regno æterno per Dauidis sedem præsignato. Sic (inquit Chrisostomus) Domum Iacob non materialem, sed credituros, intellige, in Christum, super quos omnes Regina est uirgo, & regina æterna, cæteræ vtique temporales. Et reginabit in æternum; solius enim Dei est regnare in æternum, & Christi hominis, & Virginis matris. Nos itaque fratres audiamus ista non vt perfidi sed vt fideles: nõ vt alieni, sed proprij: non rebelles, sed filij; non ingrati, sed obsequentes: & hoc in salutem nobis. Qui enim in cælo semper conregnat patri, in terra nunc sedẽ quare accipit Dauid? Vt, qui semper sibi regnat, nobis modo regnet. In domo (inquit,) Iacob regnum æternum. Gaudete ergò fratres: quia, qui sibi æternè regnat, regnaturus est nobis æternè. Gaudete, quia venit regnare in terra, vt nos illi cõregnemus in cælo. Venite (dicit) benedicti patris mei, possidete paratum vobis (non mihi) regnum ab æterno æternum. Sed quid est, ꝙ permansura non ambiũt, qui ambiunt transitura? Quid est, quòd honores momentaneos auro, sanguine comparant, & nolunt gratis accipere sempiternos? Fratres hic parantur officia; hic designantur loca; hic honores decernuntur; hic, qui fidei, ac militiæ non acceperit codicillos, ibi æternatum insulas dignitatum non obtinebit. Obsecro itaque uos fratres, vt tantam regni gloriam nullatenus abiiciatis: Mente quæso contemplamini, quomodò verificatum sit illud *q* Astitit regina a dextris tuis, &c. In cuius capite corona stellarum duodecim, qua & potiri potestis. Vtinam, & uelitis. Amen.

Eterna Regni Christi, & Virginis conditiones & qualitates.

q Ps. 44.

FERIA

FERIA QVARTA POST DOMINICAM quartam Quadragesimæ, Concio XXIV.

Ex præsenti discursu clarissimè coniiciuntur causæ, ob quas infirmitatibus vexamur, eaque in vnica Apostolorum interrogatione, & Diuini Magistri responso continentur: deinde autem nostro sese obiicit visui mirabilis huius cælestis protomedici methodus, qua in sanando cæco a natiuitate vtitur; indeque edocemur, quomodo cæcitatem per peccata contractam euitare possimus.

CAELVM, quod tu vides homo, super aere firmatum, super se aquas plurimas portat, nec portatur ipsum ab aliquo; sola enim ipsum appendit diuina
a Psalm. 103. iussio, sola sustinet vis præcepti, diuino sic docente eloquio. *a* Qui extendit cœlum, sicut pellem; qui tegit aquis superiora eius. Terra item, quæ tanto calcatur pondere, atque mole grauatur montium,
b Psalm. 103. liquido supernatat fundamento, dicente Propheta. *b* Qui fundauit terram super aquas: vt quod stat, mandati sit, non naturæ; diuini sit operis, non rationis humanæ. Mare iterum, quod tanta sui commotione fertur, & eleuatur ad nubes vsque, tenues
c Psalm. 103. frœnant arenæ, vt videamus potestatem tantam non leui pulueri, sed præcepto cedere. *c* Posuisti (inquit) terminos eius, qui præteriri non poterunt.
d Iob 38. Et iterum. *d* Vsque huc venies, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Similiter hodierno Euangelio, mirabili facto illuminationis cæci nati ostendit Christus, quod facit, quod operatur, non naturæ esse; sed virtutis supra naturam operantis, non humani consilii, sed potentiæ diuinæ. Contraria namque, & magis apta excæcare, quàm illuminare, cæco applicat nato. Lutum namque facit ex sputo, & oculis cæci super imponit, & abiit, lauat, & videt. Quis vnquam audiuit lutum illuminare oculos? non ne potius excæcare? vel saltem impedimentum afferre, atque ad tempus impedire?

Diuisio bimembris.

Primum Mêbrum Factum itaque istud mirabile, ac propè diuinum supra naturæ vires patratum, nouum, a sæculo non auditum, & ex consequenti, mysterio plenissimum mysticè primo loco discutiamus, quò ad cæcitatem, & cæcitatis causam. Secundò sanationem ipsam, & illuminationem, & modum videamus.

e Homil. 55. in Io. *f Tract. 44. in Io.* Quò ad cæcitatem, Dominus noster (vt innuit Diuus Chrisostomus) *e* quasi collegium super cæcitatis causa, formare volens, studiosè aspexit cæcum istum, vt discipuli eius ex ipsius studioso intuitu occasionem haberent interrogandi, ac discutiendi præsentis infirmitatis causas; Quod, & euenit: nàm (vt inquit Diuus Augustinus,) *f* Discipuli quæstionem proponunt domino tanquam magistro, & præsentis collegii protomedico. Difficillima vtique videbatur cura, & infirmitas incurabilis. Quare anxiè discipuli morbi radices, & causas inuestigare volentes, primas proferunt sententias, dicentes. Quis peccauit, hic, aut parentes eius? Quibus in verbis A

Discipuli quæstionem proponunt, domino tã quã Magistro.

verbis tres assignare videntur cœcitatis possibiles causas; prima, quod euenire potuerit propter ipsius cœci peccata. Quis peccauit (inquiunt) hic? Secundò propter immediatorum parentum peccata; aut subdunt parentes eius? & eodem verbo, cum non distinguant, tertiam innuunt, videlicet peccata parentum remotorum. Ab hac tertia incipiamus retrogradiendo. Quod enim primi parentes a nobis remotissimi Adam, & Eua multorum incõmodorum, & innumerabilium infirmitatum in nobis causa existant propter primum ab illis patratum peccatum, nullus est ambigendi locus: si enim iustitiam, & innocentiam seruassent, nullus esset cœcus, non claudus, non mutus, nec cæteri peragrassent naturam humanam defectus; sed ex materno vtero sani, & integri omnes exorti essent homines: quemadmodum enim a clarissimo, & limpidissimo fonte clari, & limpidi scaturiũtriuuli; contra verò ex infecto, & turbido turbatos quoque, & infectos, necesse est, riuulos emanare. Ità, si primi parentes innocentia clari, iustitia limpidi extitissent, nullos in posteros, quasi riuulos, transfudissent defectus. At sicuti mulier prægnans aliquod uidens pomum, ardenterque illud expetens, & desiderans, & aliquam sui corporis tangens partem, in tenellum fœtum, signum apparens, & manifestum imprimit concupiti pomi, in partemque corporis correspondentem parti materni præctati corporis. Ità prima mulier totius naturæ humanæ prægnans, & grauida, pomum illud vetitum (vt scitis) ardentissimè concupiuit. Et indè in posteros omnes concupiti pomi signa impressit, & transfudit: ita, vt modo vnum, modo aliud appareat pomi concupiti signum. Quod lamentans vnus ex posteris, & filiis eius, quasi signa materna cupiditatis ostendens dicebat. *g* Ecce enim in iniquitatibus
B conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Vel quemadmodum si princeps alicui stirpi: & lineæ magnam concederet hæreditatem: pacto tamen adhibito; quo non seruato, posteri omnes, hæreditate priuandi forẽt: ita protoparens noster insignem acceperat a summo Principe Deo hæreditatẽ, pacto inito de pomo nõ comedẽdo vetito. Quod, cũ non seruasset Adã hæreditatẽ iustitiæ originalis, & integram mẽtis, & corporis sanitatem omnes posteri eius iure amiserunt: Sic Dauid *h* Auerterunt se, & non seruauerunt pactum; quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. Hæreditate itaque originalis iustitiæ ab Adæ posteris amota, ex qua natura pendebat integritas, & sanitas, consequens fit, vt infirmitates innumeræ, innumeri defectus naturam adorirentur humanam. Hinc surdi, claudi, muti, & hodie cœcus natus; rationabilem itaque, ac possibilem adducunt tertiam cœcitatis causam Apostoli, De parentum, videlicet remotorum peccatis. Secunda etiam de parentib. propinquis, & immediatis possibilis est, atq; multoties contingit, vt propter parentũ peccata puniãtur filij, expressissime namq; hoc sermo indicat diuinus. *i* Ego (inquit) sum Dñs Deus tuus, visitans iniquitatem patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem. Sic videmus ob peccata Saulis, filios ipsius punitos, regno priuatos, & regni coronam ad Dauidem, & domum ipsius deuolutam. Ita ob Dauidis peccatum in Vriam, & Bethsabeæ, morte punitus est eius filius. Et nè multis; adeò clara est hæc sententia. quod Deus optimus maximus non modo in diuinis litteris eam suis fidelibus reuelare voluit; sed etiam philosophis, Ethnicis manifestauit clarissimè. Ità Euripides ait.

Crimina sæpè luunt nati scelerata parentum.

Tres causas cęcitatis proponunt.

Similit.

Similit.

Ex peccato primi parẽtis in iniquitatib. cõcepti sumus.

g Psalm. 50.

Similit.

h Psalm. 77.

Perdidit Adã Iustitiam originalem pro se & pro alijs.

i Exo. 20.

Propter parentũ peccata puniuntur filij.

Ita

FERIA QVARTA POST DOMINICAM quartam Quadragesimæ, Concio XXIV.

Ex præsenti discursu clarissimè conijciuntur causæ, ob quas infirmitatibus vexamur, eæque in vnica Apostolorum interrogatione, & Diuini Magistri responso continentur: deinde autem nostro se se obijcit visui mirabilis huius cœlestis protomedici methodus, qua in sanando cæco a natiuitate vtitur; indeque edocemur, quomodo cæcitatem per peccata contractam euitare possimus.

COELVM, quod tu vides homo, super aere firmatum, super se aquas plurimas portat, nec portatur ipsum ab aliquo; sola enim ipsum appendit diuina iussio, sola sustinet vis præcepti, diuino sic docente eloquio. *a* Qui extendit cœlum, sicut pellem; qui regit aquis superiora eius. Terra item, quæ tanto calcatur pondere, atque mole grauatur montium, liquido supernatat fundamento, dicente Propheta. *b* Qui fundauit terram super aquas: vt quod stat, mandati sit, non naturæ; diuini sit operis, non rationis humanæ. Mare iterum, quod tanta sui commotione fertur, & eleuatur ad nubes vsque, tenues frœnant arenæ, vt videamus potestatem tantam non leui puluere, sed præcepto cedere. *c* Posuisti (inquit) terminos eius, qui præteriri non poterunt. Et iterum. *d* Vsque huc venies, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Similiter hodierno Euangelio, mirabili facto illuminationis cœci nati ostendit Christus, quod facit, quod operatur, non naturæ esse; sed virtutis supra naturam operantis, non humani consilii, sed potentiæ diuinæ. Contraria namque, & magis apta excœcare, quàm illuminare, cœco applicat nato. Lutum namque facit ex sputo, & oculis cœci super imponit, & abijt, lauat, & videt. Quis vnquam audiuit lutum illuminare oculos? non ne potius excœcare? vel saltem impedimentum afferre, atque ad tempus impedire?

a Psalm. 101. *b Psalm. 103.* *c Psalm. 103.* *d Iob 38.*

Diuisio bimembris.

Primum Mēbrum

Factum itaque istud mirabile, ac propè diuinum supra naturæ vires patratum, nouum, a sæculo non auditum, & ex consequenti, mysterio plenissimum mysticè primo loco discutiamus, quò ad cæcitatem, & cæcitatis causam. Secundò sanationem ipsam, & illuminationem, & modum videamus.

e Homil. 55. in Io. *f Tract. 44. in Io.*

Discipuli quæstionem proponunt, domino tā quā Magistro.

Quò ad cæcitatem, Dominus noster (vt innuit Diuus Chrisostomus) *e* quasi collegium super cæcitatis causa, formare volens, studiosè aspexit cœcum istum, vt discipuli eius ex ipsius studioso intuitu occasionem haberent interrogandi, ac discutiendi præsentis infirmitatis causas; Quod, & euenit: nàm (vt inquit Diuus Augustinus,) *f* Discipuli quæstionem proponunt domino tanquam magistro, & præsentis collegii protomedico. Difficillima vtique videbatur cura, & infirmitas incurabilis. Quare anxiè discipuli morbi radices, & causas inuestigare volentes, primas proferunt sententias, dicentes. Quis peccauit, hic, aut parentes eius? Quibus in A

verbis

verbis tres assignare videntur cæcitatis possibiles causas; prima, quod euenire potuerit propter ipsius cæci peccata. Quis peccauit (inquiunt) hic? Secundò propter immediatorum parentum peccata; aut subdunt parentes eius? & eodem verbo, cum non distinguant, tertiam innuunt, videlicet peccata parentum remotorum. Ab hac tertia incipiamus retrogradiendo. Quod enim primi parentes a nobis remotissimi Adam, & Eua multorum incõmodorum, & innumerabilium infirmitatum in nobis causa existant propter primum ab illis patratum peccatum, nullus est ambigendi locus: si enim iustitiam, & innocentiam seruassent, nullus esset cæcus, non claudus, non mutus, nec cæteri peragrassent naturam humanam defectus; sed ex materno vtero sani, & integri omnes exorti essent homines: quemadmodum enim a clarissimo, & limpidissimo fonte clari, & limpidi scaturiũt riuuli; contra verò ex infecto, & turbido turbatos quoque, & infectos, necesse est, riuulos emanare. Ità, si primi parentes innocentia clari, iustitia limpidi extitissent, nullos in posteros, quasi riuulos, transfudissent defectus. At sicuti mulier prægnans aliquod uidens pomum, ardenterque illud expetens, & desiderans, & aliquam sui corporis tangens partem, in tenellum fœtum, signum apparens, & manifestum imprimit concupiti pomi, in partemque corporis correspondentem parti materni præctati corporis. Ità prima mulier totius naturæ humanæ prægnans, & grauida, pomum illud vetitum (vt scitis) ardentissimè concupiuit. Et indè in posteros omnes concupiti pomi signa impressit, & transfudit: ita, vt modo vnum, modo aliud appareat pomi concupiti signum. Quod lamentans vnus ex posteris, & filiis eius, quasi signa maternæ cupiditatis ostendens dicebat. *g* Ecce enim in iniquitatibus B conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Vel quemadmodum si princeps alicui stirpi: & lineæ magnam concederet hæreditatem: pacto tamen adhibito; quo non seruato, posteri omnes, hæreditate priuandi forẽt: ita protoparens noster insignem acceperat a summo Principe Deo hæreditatẽ, pacto inito de pomo nõ comedẽdo vetito. Quod, cũ non seruasset Adã hæreditatẽ iustitiæ originalis, & integram mẽtis, & corporis sanitatem omnes posteri eius iure amiserunt: Sic Dauid *h* Auerterunt se, & non seruauerunt pactum; quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. Hæreditate itaque originalis iustitiæ ab Adæ posteris amota, ex qua naturæ pendebat integritas, & sanitas, consequens fit, vt infirmitates innumeræ, innumeri defectus naturam adorirentur humanam. Hinc surdi, claudi, muti, & hodie cæcus natus; rationabilem itaque, ac possibilem adducunt tertiam cæcitatis causam Apostoli, De parentum, videlicet remotorum peccatis. Secunda etiam de parentib. propinquis, & immediatis possibilis est, atq; multoties contingit, vt propter parentũ peccata puniãtur filij, expressissime namq; hoc sermo indicat diuinus. *i* Ego (inquit) sum Dñs Deus tuus, visitans iniquitatem patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem. Sic videmus ob peccata Saulis, filios ipsius punitos, regno priuatos, & regni coronam ad Dauidem, & domum ipsius deuolutam. Ita ob Dauidis peccatum in Vriam, & Bethsabeæ, morte punitus est eius filius. Et nè multis; adeò clara est hæc sententia, quod Deus optimus maximus non modo in diuinis litteris eam suis fidelibus reuelare voluit; sed etiam philosophis, Ethnicis manifestauit clarissimè. Ità Euripides ait.

Crimina sæpè luunt nati scelerata parentum.

Tres causas cæcitatis proponunt.

Similit.

Similit.

Ex peccato primi parẽtis in iniquitatib. cõcepti sumus.

g Psalm. 50.

Similit.

h Psalm. 77.

Perdidit Adã Iustitiam originalem pro se & pro alijs.

i Exo. 20.

Propter parentũ peccata puniuntur filij.

Ita

l Opusc. de ser. nu. vindicta. Ita refert Plutarchus *l* Esopum a Delphicis è petra quadam, quam Iampeam appellant præcipitatum,& interfectum:ob quod scelus ex inde Deum iratum Delphicis terræ sterilitatem, variaque morborum genera immisisse vsque ad tertiam generationem:in qua vix tandem a malis quieuerunt, cum pœnas quasdam exoluissent Samio cuidam uiro, minimè genere ad Esopum attinenti; sed ab illis,qui olim Sami Esopum emerant oriundo. Rationem prætetea addit Plutarchus non indignam auditu. Quemadmodum.n. C (inquit)honorata parentum nobilitate,ac præeminentia gloriantur,laudanturque filij: ita pulcherrimum vtique, ac Philosophiæ dignum est, si etiam plectantur qui sceleстis,improbisque orti sunt parentibus: Decet.n. quòd si virtutis,aut nobilitatis honorem in genere nostro, & prosapia retinere cupiamus,rationabiliter quoque ob parentum scelera vltionem in filios permanentem haud indignari:sed rectè hæc inuicem concurrere,ac æqualiter, digneque conuerti æstimemus. Rationabilem itaque,ac etiam naturaliter notam constat, esse secundam sententiam scilicet. Ob parentum peccata iustè puniri filios.Prima denique ab Apostolis prætacta, illa est,quod propter ipsius cœci peccata cœcitas contigisset.Quis peccauit (inquiunt) hic,vt cœcus nasceretur? Homines quidem ob peccata propria, temporaliter etiam puniri,exempla sunt in diuinis literis innumera, & experientia docet quotidiana: inter omnes verò,quæ ob propria oriuntur peccata, punitiones illæ minus a peccatoribus noscuntur,quæ non statim post admissa scelera,sed longo post tempore à Deo immittuntur. Nouerunt tamen (vt de his vnicum promamus exemplum è diuinis literis) *m* Filij illius sanctissimi Patriarchæ Iacob fratrem, namque Ioseph vendiderunt, iugulum tentarunt, vel potius (vt inquit diuus Chrysostomus) *n* Ipsa promptitudine iugulauere. Insuper deceperunt,atque contristarunt mentito sanguine,tunicaque intincta,& falsa legatione iustū,ac senem patrem. Attamen nihil plurious arnis passi sunt; quasi Deus huiusmodi facinus,& impium scelus non vidisset. Tandem verò de extremis periclitati, post multa tempora reminiscuntur criminis: meritò (inquiunt) hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum; similimodo Achab propter Nabuthen, cui vineam, & vitam abstulit cum sua impia Iezabelle,non statim perpessi sunt ea,quæ pertulerunt;nec statim debitas exoluerunt pœnas. Quare hoc facit Deus? Dat vtique peccatoribus pœnitētiæ spatium:at de hoc alias.In præsentiarum constat, peccatores etiam ob peccata propria temporaliter puniri. Quare non omnino absurda erat hæc sententia, cœcitatem huic homini ob propria contigisse peccata. Quid verò cœlestis, & diuinus protomedicus Christus? Has omnes reijcit sententias; D Neque hic (inquit) peccauit,nec parentes eius,vt cœcus nasceretur. Nunquid ergo (inquit Diuus Pater Augustinus loco citato) vel ipse fine originali peccato natus erat; vel parentes eius nil admiserant; vel, viuendo ipse, nihil addiderat? Habebant (respondet) quidem peccatum, & ipse, & parentes eius, & in peccato originali natus fuerat; sed non ipso peccato factum est,vt cœcus nasceretur. Quasi dicat Christus. Rationabiles vtique adduxistis causas,atque possibiles; & ob quas multoties tales contingunt infirmitates:sed nulla istarum est modò huius cœcitatis causa; morbi radicem altissimam nondum petistis. Venerunt quidem (ait Diuus Chrysostomus) in hanc sententiam Apostoli: quia supra paralitycum sanans dixerat Christus. Ecce sanus factus es: iam noli amplius peccare. Putarunt ergò quam-

Temporaliter ob peccata propria puniuntur Homines.

m Gene. 42

n Homil. 37. ac ãd pop. Ant.

Apostoli rationabilem quæstionem proponunt Christo de infirmitate cœci nati.

cunque

cunque infirmitatem consimiliter peccato nesci. Agebantur autem, quia non videbatur is peccasse, cum a Natiuitate fuerit cœcus: nec parentes, cùm alibi dicat Deus. *o* Quid est, quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbiũ istud. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego, dicit dominus Deus, &c. Eccè omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita, & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Ideò apostoli dubij, & implicati omnes proponunt peccati possibiles causas, quas, cum reiecerit Christus, nunquid ergò hic homo iniustè patitur? Ego quidem (ait Chrysostomus) eum beneficium accepisse dico per cœcitatē; per hanc enim interioribus aspexit oculis: & in multis non offendit; vtinam, & ego sic natus fuissem; in quantis enim minùs offendissem? Causa tamen, & infirmitatis scaturigo, & radix prima est aperienda. Itaque peroptimè (Diuus Gregorius) alia, inquit, est percussio, qua peccator punitur, vt sine retractatione puniatur. Alia, qua percutitur, vt corrigatur, alia, qua percutitur, non, vt præterita corrigat, vel sua, vel parentum: sed, nè ventura committat: & nulla istarum in proposito adest: alia deniquè, per quam, nec præterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur: sed, vt saluantis virtus cognita ardentiùs ametur: & hoc
E est, quod dicit Christus; sed, vt manifestentur opera Dei in illo; me oportet operari opera eius, qui misit me, &c. Quasi dicat (subdit Chrysostomus loco citato, & Augustinus, & Bæda. *p*) Me oportet manifestare me ipsum, opera ea faciendo, quæ solus pater facit, vt me patri eadem facientem, similē, & consubstantialem ostendant. Et quia ab ipso sum, & de ipso, qui de nullo, & a nullo est. Opera ergò, quæ ego facio, & specialiter opus illuminationis huius cœci nati, & me, & patrem manifestant. Pro gloria itaque Dei percutiuntur aliquandò homines, & hoc nulla est eis iniuria, nullum incommodum, vt annotauit Chrysostomus, sed maxima illis gloria, inexplicabile Decus, immortalis honos. Sic diuinus ille vir Iob tot verberibus perpulsus, tot plagis onustus, longè gloriosior extitit, quàm prius, quando sanus fuerat, & omni septus felicitate; tunc enim vnico laudabat ore Deum, posteà verò tot vulnera, tot ora, magis glorificatus est Deus in Iob *q* sic attrito, quàm suis copijs; Prius enim in solis terræ Hus confinijs notus erat; posteà verò per totum terrarum orbem, & per infinita sæcula gloriosissimus est effectus. Sic Tobias, *r* cum sepeliendis mortuis, alijsque virtutum exercitationibus fatigatus esset, hirundinis stercore fuit excæcatus; de quo Spiritus sanctus ait. Non est contristatus contra Deum, quod plaga cœcitatis aduenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Sic alij innumerabiles, quorum plagis, magis, ac magis glorificatus est in ipsis Deus, vt verè de ipsis dici possit; Neque hi peccauerunt, nequè parentes eorum, vt sic tribulationibus, afflictionibus, infirmitatibus, & plagis a Deo percuterentur; sed vt opera Dei in ipsis manifestarentur; & pro gloria Dei (vt alibi dixit Christus.) *f* Sic Virga Aaron, cum esset communis virga: sicut, & aliorum pastorum, nullius fuit pretij: cum verò instrumentum effecta est Dei, tanta cum gloria resplenduit, tãto in pretio est habita ex ipsius Dei præcepto, vt in archa testamenti inter sacra, & diuinà, recõdita asseruaretur, & solus summus sacerdos semel in anno eã prospiceret. Ita sanè multi viri iusti, & sancti
F in præsenti vita affligũtur pro ipsius Dei gloria, vt Deus in ipsis glorificetur, & ipsi Dei viua instrumenta effecti, longè gloriosiores euadant. Vtinam ergò, & nos fratres sic Dei instrumenta efficiamur, Deum gloriosiores glorificantes,

Marginal notes: *o* Ezec. 18. — Multis de causis puniuntur homines a Deo. — *p* In Ioan. c. 9. — Inexplicabilis honor & decus est hominib. qui pro gloria Dei percutiũtur. — *q* Iob. 1. — *r* Tob. 2. — *f* Ioan. 11.

cantes. At, cùm fortè in grauissima versemur cæcitate, radice iam aperta morbi, causa prodita cæcitatis.

Secundū membrū. Ad sanationē secundo loco accedamus. Fecit (inquit Euangelista) lutū ex sputo, & liniuit lutū super oculos eius: quodnā remediū contra cæcitatē? Nō ne (vt dicebamus) oculis contrariū, & inimicū potius, quā salutare, adhibet? Videte, quæso, nato, non lumini, sed tenebris, & cui natura, quæ alijs visum parat, visum inuiderat, quæ cæteris oculos aperit, clauserat oculos, & negarat: Christus addit lutū, lutū imponit, quid agit? ludit, vel illudit? Quid materiæ le collirium illi, cuius nutu, verbo, iussu, infirmitates pereunt, redeunt sanitates, vita oritur, mors finitur, omnia stant, cuncta dilabuntur. Quid ergo nunc luto miserum illudit cæcum? Et author naturæ, naturæ orbatæ addit improperium? Absit fratres, Ludit quidem Christus, sed cum morbo, non cum cæco. Illudit non hominem, sed cæcitatem, & (vt veriùs dicamus) Dei gloriā, opus Dei manifestare volens, oculos finxit ex luto, qui totum hominem ex luto confinxerat. Facit, format oculos (inquit Diuus Petrus Chrysologus,) *t* Non curtat, vt creante, non medicante manu, indè homini formaret lumina, vnde hominem totum formauerat; quod, vt magis innotesceret, non ex communi luto id effecit; sed expuit in terram, & fecit lutum ex sputo: & sic dominico sputo vacuas oculorum implet lagunculas, & diuino luciferam dat saliuam; vt cognoscamus diuini oris iussu à principio homini inditam, & concreatam lucem. Quemadmodum enim si excellentissimus pictor imaginem pinxisset incomparabilis, inimitabilisque pulchritudinis omni parte absolutam, & integram, exceptis oculis, pro quibus pingẽdis, & formandis nullus inueniretur pictor, vel qui posset, vel sciret; constansque esset opinio, impossibile fore, ab alio quopiam oculos pulchritudini picturæ proportionatos effingi posse, quàm ab ipso authore. Quisquis ergo sic oculos formaret, dubio procul, pro vero haberetur authore. Ita sanè, cum ipse Christus totum a primordio formasset, hominem omni parte absolutum, & integrum, ipsum proponit hodie solis oculis priuum, quos eodem penicillo linguæ, nempè iussu, iisdem coloribus, nempè luto, pulcherrimos format, clarissimè itaque hominis cõditorem, & authorem se ostendit. Ità Spiritus sanctus *u* de Christo. Dabit cor suum in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus, opus, inquam, a nullo alio perfici possibile. A sæculo enim non est auditum, vt quis cæci nati oculos aperiret. Et, quod caput est, mysticè actione ista ostendere vult Christus sui sancti roris gutta se quotidie millies oculos baptizare peccatorum, vt aperiat venia, quos clauserat culpa. Clauserat Adam saliua, pomū ea deglutiendo, aperit Christus, gratiam cum saliua expuendo. Nemo ergò dubitet diuino gratiæ imbre, totam arefactam animā reuiuiscere posse, cum videat parua dominici sputi gutta, arentes cæcitate oculos, subito sic reuocatos ad lucem, adhortante propheta. *x* Illumina oculos meos, idest, tua gratia. Ne vnquam obdormiam in morte videlicet æterna per peccati cæcitatem. Quod enim est pluuia semini, lux oculis, hoc dominicus gratiæ imber peccatoribus: hoc cæco. i. peccatori, dominici roris gratiæ guttula. Et prætereà non modo expuit, & fecit lutū Christus, sed & liniuit lutū super oculos cæci. Quomodo liniuit? Proprijs vtique manibus in faciendo quidem hominẽ solo iussu formauit; Dixit, & facta sunt. Sed in reficiendo, dominicæ quoque requiruntur manus. Ita Sanctus Iob *aa* Manus tuæ (inquit) fecerũt me; & plasmauerunt me totū in circuitu: & quando manus, o propheta, patiens adhi-

Margin notes:

t Ser. 176.

Expuit in terra vt cognoscamus lucē homini concreatam esse ex diuini oris iussu.

Simil.

G

u Eccl 38

Quos clausit culpa Adam cum saliua aperit Christus gratiam expuendo.

x Psal. 12

aa Iob. 10

adhibitæ sunt dominicæ ad faciēdum, ad plasmandū hominem? Certè non, nisi in morte, & passione dñi nostri Iesu Christi in cruce, quādo cruci dominicæ affixæ sunt manus. Si ergo minima saliuæ guttula oculos hodie mentis & corporis illuminat cœci nati, nū ambigēdi locus tuetit totas diuinas Christi manus Cruci affixas, totum in Cruce effusum sanguinem non posse iterū oculos per gratiam illuminare mentis? forsitam dicetis, cœcos vos non esse, nec indigere lumine. Cōtra verò (inquit diuus Greg. Nissænus) quandocūque peccastis, cœci euasistis per peccati lutum. Lutum ergo habes ò peccator super oculos, non Christi, sed dæmonis, sed mundi, sed carnis. Quare lutum luto pellere oportet; lutum diaboli, pœnitentiæ luto. Vel cum ad Siloè aquas mittat Christus, post linitos oculos luto, Vade, inquit, & laua in natatoria Siloè, & abijt, & lauit, & venit videns. Ita tu, cum iam lauatus semel exiteris in Siloe sancti baptismatis, & iterum cœcus per peccati lutum euaseris, quod nam vlterius remedium? funde (inquit idem D. Greg. Nissænus) lacrymas, quibus peccati lutum eluas; ob id enim nullo animalium oculo concessæ sunt lacrymæ, nisi hominis: quia ipse solum libertate donatus arbitrij, peccati lutum super imponit oculis; & ipse solus lacrymas habet, vt huiusmodi abluat lutum; solum ergo homo habet lacrimas, & ad cætera omnia inutiles omnino, admodum verò vtiles ad hoc tantummodo, vt peccata lauando, oculos illuminent mentis. Quotiescumque ergo peccasti, habes super conscientiæ oculos lutum. Quid itaque tibi agendum? Certè non sic stimulat, non sic exasperat, non tanto afficit dolore, ac tædio materiale lutū super oculos corporis, sicuti peccatum stimulat, pungit, exasperat conscientiā, tædio afficit. Vel itaque desperandum; vel ad Siloe pœnitentiæ, & ad Christi saliuam, & lutum cum lacrimis recurrendum. Ad hoc secundum confugerunt Petrus, Magdalena, Publicanus, Dauid; lauerunt lacrimis peccatorum lutum, & sanati sunt, & viderunt. Ad primum desperationis, videlicet recurrit Cain, & Iudas: tædium enim, & stimulos non sufferentes luti peccati, desperati interierunt. Ita, si memoriæ tenetis inter cæteras Aegyptijs a Deo inflictas plagas, *bb* Immissum est eis omne muscarum genus, vnde propheta. *cc* dixit, & venit Cinomia & Cinifes in omnibus finibus eorū. Ad quod, nostro in sensu, maximè alludit in mysterio id, quod naturales referunt, & præsertim Pierius *dd* in suis Hieroglificis, qui refert, quòd in Aegypto æstatis tempore numerosius quoddam viget muscarum genus, quæ densissimis agminibus ad leonum oculos conuolantes, vt ad totius corporis partes humidiores, & molliores, palpebrarum libramentis mordicus insident, & stimulis acutissimè exagitant. Vnde leones diutius excruciati, vel fluminibus, ad quæ remedij gratia confugiunt, absorbentur: vel amissis oculis, immanius efferati, per præcipitia, & saxa collisi enecant seipsos. Ita quidem peccata, veluti muscarū ægyptiarum genus promiscuum, Cinomia, Cinifes suis acutissimis stimulis longè magis, quàm lutum oculos mentis Christianorum, aliàs gratia Christi roborati, quasi leones, ita dilacerant, expungunt, exasperant, exagitant, excruciant, vt, vel aquis concupiscentiarum omnino perditi, & mersi, morte æterna puniantur vt peccatores: vel immanius desperati, cum Caino, & Iuda ad obstinationum saxa, & scelerum præcipitia seipsos interimant vel denique (o vtinā vellent) cum cœco nato ad aquas Siloe, ad lacrimarum vim, ad pœnitentiæ Sacramentum seipsos lauarent, omne abijciant muscarum genus, quemcunque excludāt peccati stimulum, cœcitatem

Ad reformationē, siue ad recreationē hominis Christi manus requiruntur.

H

Inter lacrimas oculorū animaliū solum hominis lacrime sūt vtiles.

bb Exo. 8.
cc Ps. 104.
dd lib. 1.

I

Peccatores luti peccati stimulos non sufferentes desperati se ipsos interimunt.

omnem pellant, & gratia illuminari Christi videntes euadant. Nonne habes peccator Siloë aquas? quibus quotiescunque & quandocunque volueris, lauari, & illuminari poteris? Siloë namque interpretatur missus, & qui nam missus (inquit D. pater Augustinus *ee*) nisi Christus? qui nisi fuisset missus, nemo nostrum ab iniquitate fuisset dimissus. Lauari ergo in Siloë, est lauari in Christo, idest, in virtute, merito, passione, & gratia Christi: quod nisi feceris, audi comminantem Isaiam. *ff* Excœca (inquit) cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Oh terribilem, oh inauditam comminationem, oh tremendum Dei iudicium: Deus ille, qui aliàs, vt amantissimus pater ardentissimè peccatores ad pœnitentiā, & conuersionem vocare solet, in præfatis Isaiæ verbis, omne prorsus auxilium auferre a peccatoribus comminatur, quominus vel respirare, nedum conuerti possint. Et quare hoc? Rationem Paulo infra reddit propheta *gg* pro eo, quod abiecit populus iste aquas Siloë. Quid nam est abijcere Siloë aquas? nisi iuxta diui patris Augustini sensum; quin, & ipsius Euangelistæ Ioannis, Christi gratiam, & meritum abijcere? Quandò verò abijcimus? quandocunque ad lacrimas, ad pœnitentiam, ad confessionem Sacramentalem, & ad cætera non recurrimus Christi Sacramenta. Oh ingratitudinem, oh cæcitatem, oh lutum, oh amentiam, lutum habere peccati super delicatissimos mentis oculos, habere puncturas muscarum infestarum, habere stimulos, & cruciatus, & vnica posse lacrimæ guttula hæc omnia abijcere, expellere, mundare, lauare, & tolle? Vade, vade, quicunque es, & laua in natatoria Siloë, in pœnitentiæ Sacramento, & statim illuminatus, venies videns. Quod Deus concedat. Amen.

ee Tr. 44. in Ioan.

ff cap. 6.

Terribilis cōtra obstinatos peccatores comminatio.

gg cap. 8.

F E-

FER. V. POST DOM. IV. QVADRAGESIMAE.
Concio Vigesima quinta.

Mundus adeo eſt fallaciæ deditus, vt nihil aliud intendat, niſi humanos decipere viuentes vana ſpe ipſos nutriendo, quod multis ſacræ ſcripturæ exemplis confirmatur; in quo, qui conſtituti ſunt, labyrintho mortem ſolam certè, & abſque vlla dubitatione ſibi iminere ſciunt, aduentus ipſius horam ignorantes; attamen (mirum ſanè) de illa, quaſi non ventura, nihil præcogitant.

PErgit hæc vita noſtra, vel potius fertur ad ſepulturã, ad mortem quaternis, & quaternis baiulis, quatuor portant corpus, elementa, videlicet, pugnantia, terra, aqua, aer, ignis. Item alia quatuor nempè primæ quatuor contrariæ qualitates, caliditas, frigiditas, ſiccitas, humiditas. Iterum quatuor contrarij humores, ſanguis, bilis, flegma, pituita. Quatuor denique crudeliores animam ipſam ferunt, gaudiũ, dolor, ſpes, timor: quos præcauens diuinus ille Boetius *a* ait. *a De consol.*

Viuere, ſi vis tramite recto, gaudia pelle.
Pelle timorem, ſpemque fugato, nec dolor adſit.

His igitur inſurgentibus portatoribus tùm animæ, tùm corporis hominẽ ipſum iugiter ad mortẽ, ad ſepulturam ferunt, rapta namq; tùm corporis, tũ animæ harmonia, ad ſepulturam ferri eſt neceſſe. Ità hodie in currenti Euangelica hiſtoria. Eccè (inquit) defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ.

Quatuor porrò alios portatores funeſtiſſimos vltra numeratos enumerat Spiritus ſanctus, *b* dicens. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum nunquam dicit ſufficit, Infernus, os vuluæ, terra, quæ non ſatiatur aqua, ignis verò nunquam dicit ſufficit. Per infernum diabolicam intelligit omnem potentiam; *b Prou. 30.*
A per os vuluæ libidinem vniuerſam; per terram terrenam hominum conuerſationem, & cupiditatem; per ignem verò mortem ipſam, quæ ſemel in humana natura, quaſi in ſicca accenſa ſtipula numquam dixit, nec vnquam vſq; ad mundi finem dicet, ſufficit, quouſque omnes, & ſingulos ſubiectæ materiæ, humanæ naturæ conſumpſerit ſuo incendio homines. At nè abutamur Sereniſſimorum præſentia, duos tantum portatores breuiter percurramus: nempè mundanam, & terrenam hominum conuerſationem per terram deſignatam, & mortem per ignem deſcriptam. **Diuiſio bimemb.**

Quoad primum fallaciam ipſius mundi concinnè ſatis oſtendit factum illud, quod narratur de principe quodam, qui accerſitis quatuor ſuæ tempeſtatis principalibus philoſophis, ab eis ſciſcitatus eſt, quibus nam abundaret ſæculum præſens: quorum primus reſpondit. Mundus plus abundat hominibus ſua nequaquam contenti ſorte, quàm aliqua alia re; vndè illud vulgatum: Nemo ſua ſorte contentus. **Primum membrũ.**

Secun-

Quàmaxima mundi fallacia in promittēdo. Secundus dixit, quod mundus abundabat pœnitudinibus, vndè omnium ferè ore passim auditur, Pœnitet me fecisse hoc; Pœnitet me fecisse illud, &c. Adcò, quod vsque ad ipsum Deum peruenit huiusmodi vox, cum dixit. *c* Pœnitet me fecisse eos, idest, homines. Tertius verò ait, quod stultis abundat mundus: & sic re uera Spiritus sanctus confirmat. *d* Stultorum (ait) infinitus est numerus. Quartus denique, respondit, mundum falsis abundare promissis. Quibus auditis princeps, tres priores philosophos multum laudauit, quod rationabiliter, & optimis moti fundamentis respondissent. Attamen quarto, & postremo palmam tribuit, & coronam: & iure meritò quidem. Quemadmodum enim, si quis amœnum, & omni varietate, & suauitate florum respersum ingrederetur pratum, in quo mirè delectaretur; sub pedibus interim habens rectos cuniculos, qui statim ignem apprehendentes, magno cum impetu, & extemplo erumpentes, pratum ipsum, cum floribus, & omnibus in eo existentibus in aerem tollerent, funditus euerterent, & sus, desuperque verterent. Ità sanè mundus iste pratum prima facie videtur amœnissimum, omni suauitate, ac sensuum delectatione respersum, prima facie arridet singulis, singulis repromittit diuitias, voluptates honores, commoda, &c. B

c Gen 6.
d Eccl. 1.
Simil.

At nè fides; innumeros enim rectos habet cuniculos, qui derepente euertunt ciuitates, domos, progenies, familias, prosapias, respublicas, prouincias, regna, imperia, monarchias. Sic Euangelista Ioannes. *e* Mundus totus in maligno positus est. Mundi porrò typum expressit Laban cum Iacobo Patriarcha sanctissimo, *f* qui Laban multa repromisit Iacobo, semper decipiens, & fraudans illum: prius namque promisit Rachelem dare illi in vxorem, dicens. Melius est, vt tibi eamdem, quàm alteri viro: & pro qua Iacob ex pacto septem annis seruiuit; quibus expletis Laban ipsum fefellit loco pulchræ Rachelis lippam supponens Liam. Quod cum conquereretur Iacob, Nonne (inquit) pro Rachel seruiui tibi? Respondit Laban. Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias. Oh mundum fallacem. Oh deceptorem mundum, quarè ergò promisisti? Nunquid antè promissum eadem non erat in loco consuetudo post promissum adducta? Iterum Laban *g* decepit Iacobum in fœtibus ouium vnicoloribus, & versicoloribus: cum enim prius pacti essent, quod varij coloris greges nascentes Iacobi essent, eiusdem verò coloris Laban, ipse fregit Iacobo fidem, dicens: Non sic pepigi pactum, sed quod varij coloris mei essent greges, eiusdem verò coloris essent tui. Quarè mutato iterum pacto Laban iterum, atque iterum semper decepit Iacobum. Quarè ipse conquestus est his verbis cum vxoribus suis filijs Laban. Sed, & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: si quando dixit. Variæ erunt mercedes tuæ, pariebant oues varios fœtus, quando verò è contrario, ait: Alba quæque accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt. Videte quæso expressissimam huius mundi normam: promittit, repromittit, & randem non dixi sic; sed ità volui dicere: ità dixi; ità intelligere volui, &c. Oh mundum immundum, & fallacem. Ità Saul sæpius decepit, & fefellit Dauidem, qui pro ipso Saule, ac eius Regno morti sese exposuerat, & mira operatus fuerat, & tamen promissam filiam Saul dare illi nolebat; & indè nullies fidem franges, Dauidem acriter est insequutus; Ità, C

e 1. Io. c. 5.
f Gen. 29.
Fallacia, ac deceptio mundi per Laban deceptiones designatur.
g Gen. 30. 31.

vt,

vt, & experientia teste, & Spiritus sancto dictante, iure optimo dicere potuerit. *h* Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt. Sunt itaque homines terreni veluti picturæ, vel statuæ, quæ ambulare velle videntur, vel percutere manibus, &c. numquam tamen, cum sint immobiles, mouentur. Sic idem propheta regius. *i* Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt, &c. Quarè ab huiusmodi mendacijs, & deceptionibus, vt a turpibus enixè liberari petebat, dicens. *l* Viam iniquitatis amoue a me: vbi textus hebræus sic habet. Viam mendacij amoue a me. Hinc diuus Chrysostomus. *m* Non nè, inquit, vnius cuiusque artis finis quidam est? Ita profectò, ostende mihi finem huius sæcularis studij; sed non potes: vanitas enim omnia. Ideò exclamauit sapientissimus ille vir spiritu sancto afflatus. *n* Vanitas vanitatum. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vultis, nè videre mundi vanitatem, ac fallaciam? Fingite animo, duos esse ciues per plateam deambulantes ciuitatis, quos a tergo sequatur festiuus, & deliciosus canis, quousquè ciues deambulando perseuerant, ignoratur, cuius nam sit canis: cùm verò separantur, altero ciuium ad dexteram, altero ad sinistram pergente, tunc statim dignoscitur, cuius nam sit canis: suum namquè sequitur dominum, alium dimittens ciuem; ita sane in in hac latissima, & vniuersa mundi platea deambulant simul mundus ipse, & homo quilibet particularis. Quos, cum simul sint, sequitur valdè suauis, festiuus, & deliciosus, quasi canis, cumulus diuitiarum, voluptatum, honorum, &c. Nunc itaq; non dignoscitur, cuiusnam verè sit huiusmodi canis,

D vel particularis hominis, vel mundi in vniuersum. Cùm verò separantur per hominis particularis mortem, cum ipsum dimittant, thesauri omnes, omnes diuitiæ, voluptates omnes, omnes honores liquido constat, mundi fuisse; mundi esse, non particularis cuiusque hominis. Nùm ab ipso cane liberari petebat expertissimus ille, rex Dauid, cùm dicebat. *o* Salua Deus de manu canis vnicam meam? Fallaciam verò huiusmodi filius eius describens, dicebat. *p* Cum fuerit mortuus homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Cæterù mundus omnia sibi reseruat; omnibus, & singulis repromittit hominibus; nulli verè, ac stabiliter dat: Omnes thesauri, voluptates omnes, omnes honores a primordio fuerunt in mundo, sunt, & erunt quousq; mundus duret nullo particularium hominum secum in morte aliquid ferente. Sic iterum propheta. *q* Dormierunt omnes; & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Fallax itaque super omnia mundus: etsi aliquando in omnibus, & per omnia assentiri alicui videatur hominum, tùnc maius imminet periculum, maiorem namque machinatur deceptionem, & fallaciam. *r* Policrates ille samiorum tyrannus adsit in exemplum: qui abundantissimis vitæ bonis conspicuus cæteros ita excessit, vt omnes eius conatus Mundus placido exciperet itinere, nulla ei obsistente aduersitate, certus cuiuscumque cupitæ rei fructus, eiusdem spem præueniebat, ad uotum omnia succedebant, vel ad posse in æquo positum erat; itá, vt, vel saltem, tristitiam lubens, experiri volens, nè omnis incommodi omninò expers esset, per gratum admodum sibi annulum de industria in mare proiecit, quem tamen continuò recuperauit accepto pisce; qui annulum deuorauerat: sed attendite mundi fallaciam. Quem felicitas super plenis velis prospero derigebat cursu, Oronthes Darij regis præfectus captū in excelsissimo Michanensis mon-

h Ps. 11.
i Ps. 113.
l Ps. 118.
m Hom. 77. in Mat.
n Eccl. 1.
Finis sæcularis studij vanitas, & mendacium.
Exéplū.
o Psal. 21.
p Eccl. 10.
Mundani omnes a mūdo decedentes nihil secum afferunt.
q Psa 75.
r Maxim. l. 6.

sis montis vertice, cruci affixit. Et leuā illam, cui Neptunus annulum piscatoris manu restituerat, turpiter marcidam Samos amara seruitute aliquamdiù pressa, liberis, ac lætis aspexit oculis, paulo magis philosophicè, Saladinus E
ille Asiæ rex, atq; Aegypti se se habuit in morte: iussit enim vt interior lineus amictus, quo indui solebat, hastæ prælongè impositus, per castra portaretur, & talibus clamaretur verbis. Saladinus Asiæ domitor ex tantis opibus, quas
s lib 7. peperat, vnū tantum hūc lineum amictū secū in morte defert. *s* Sic Baptista fulgosius. Sed errauit etiam Saladinus, multò sapientius illo sapiens *t* ille
t Eccl. 5. & Iob. 1. Iob: Nudus egressus sum de vtero matris meæ; nudus reuertar illuc. Et iterū singula præsentis vitæ mente percurrens, deniquè prorupit. *u* Solum mihi
u Iob. 17. superest sepulchrum. Sic vos, quando videtis prædia, possessiones, Palatia, &c. Dicitis de iam defunctis hoc, vel illud erat talis, vel talis domini, erat,
Præclarissima exempla de miseria homini in morte. erat. Sepulchrū verò ostendentes cuiuscumq; defuncti dicitis, hoc sepulchrū est talis, vel talis, &c. Verissimum ergò est Iob prænunciatum, & solum mihi superest sepulchrum. Cæterum (vt dixit Salomon, & Iob loco supracitato) Sicut egressus est homo nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil afferet secum de labore suo. Exploratissimum itaq; est mundum omnes fallere, decipere omnes; quare sapientissimè, vel in morte posteros præmonuit Romanus ille ciuis, qui suo sepulchro hæc verba insculpi mandauit. Expendi, donaui, seruaui. Habrui, habeo, perdidi idest. Quod expendi habui, semel nempè eo potitus. Quod donaui propter Dei amorem, habeo: nam in cœlestes Thesauros manus pauperum deportauerunt. Quod seruaui omnino perdidi. Oh quam optimam philosophiam. Vtinam eam apprehendatis. Quod enim inordinatè seruatis, vel frustra, & inutiliter; omninò perditis; fallit vos, vos perdit mundus: ne quæso, illi credatis, mendacem iam cognouistis, experti estis. Nonne videtis, quomodo suis fallacissimis promissis funestissimus baiulus vos portat ad mortem, vanissima spe repletos, & omni fructu vacuos, omni despoliatos bono?

Secūdum Mēbrum.

Sed de ipsa iam morte per ignem, qui nunquàm dicit sufficit, designatam iam agamus. Molestissimus certè portator, & velocissimus est mors, qui, cùm semper abesse videatur, semper adest, iuxta pronunciatum illud, Nil certius morte, nil incertius hora mortis: cuius velocitatē per plurimas metaphoras describit diuinus ille vir Iob, *x* dicens. Dies mei velociores fuerūt cursore: pertransierunt quasi naues poma portantes: sicut Aquila volans ad escā. Et iterū. *aa* Dies mei velociùs transierunt, quàm a texente tela succiditur. Singulas ponderemus metaphoras. Prima est illa: quod sicuti cursor nunquā ferè quiescit: sed semper, mutatis equis, vnū post alium immediatè ascēdit quousq; ad suā itineris perueniat metā, & terminū. Ita quilibet homo iugiter currēs, duos regulariter ascendit equos, albū, & nigrum, nigrum, & albū, sanè post diē lucidā, noctē ascendit obscuram: & post obscuram noctē, iterū ascendit diē, & sic perpetuò nunquā quiescens, nec per minimum instans, sicut videtis, velocissimè currit, vsq; ad metā sui itineris, nempè mortem. Secūda metaphora de Naui poma portante, sic explicatur a textu hebræo. Dies mei pertransierunt, quasi nauis voluntatis. Si itaq; ad voluntatē, & votū nautæ Nauis suū perficeret cursum, nonnè statim in ictu oculi, soluens ab vno, applicaret ad alium portum, ad quem tendit? Ità equidèm nos, vt nauis voluntatis ad mortem currimus; transacto. n. carnispriuio, statim appetimus, vellemus, adesse statim Pascha: transacto paschate Autumnum, & fructus; desideramus: transacto F

Velocissima & incerti hora mortis.

x cap. 9.
aa cap. 7.

Autum-

Autumno,iterùm carnisprivium adesse vellemus; & sic tempus post tempus semper appetentes,& volentes,quasi præsentia fastidio habentes, futura desiderantes,naues sumus voluntaris,qui ad mortis portum volũtariè currimus. Quid verò velocius aquila in tertia metaphora? Quæ,esca visa,imperceptibiliter ferè ad eam capiendam maxima peruolat voluptatè: Sic nos voluptatem post voluptatem secundum tempora, & temporum mutationes appetentes,ad mortem,quasi ad escam,successiuis voluptatibus attracti volamus. In
G quarta denique metaphora, quàm perpulchrè describit vitæ nostræ decursum? Scitis enim texentes à dextra in sinistram,& a sinistra in dexteram ligulam illam sine intermissione filum tramantem, transmittere: & tandem,confecta tela, vnica incisione quàm breuissimè succiditur. Sic nos a prosperitatum dextera in aduersitatum sinistram;& è cõuerso, a sinistra aduersitatum in dexteram prosperitatum filum vitæ iugiter sine intermissione ducimus, quousque tandem repentè,dum non spectatur, extemplò tela succiditur vitæ nostræ a diuino decreto. O vtinam saltem non maculatam,non immundam, sed candidam,& immaculatam referamus. Regius quoque propheta, (etsi vilis appareat prima facie) pulchram per metaphoram idem pandit. *bb* Anni (inquit) nostri, sicut aranea meditabuntur. Quid itaque aranea? Breui illo suæ vitæ decursu iugiter sese euiscerat,quàm velocissimè,sus desuperque decurrens,illam suam texendo telam. Ad quid tandem? Ad capiendas muscas; quæ,& modico accidẽti dissipatur,& dispergitur. Ità nos quid aliud facimus tot in mundi negotijs, in tot sæculi curis eundo, & redeundo ad nundinas ad mercaturas,ad plateas,ad fora,ad nauigia,ad mare,ad terram, ad curias, ad fauores,ad opes, & cætera huiusmodi; nisi quasi araneæ nos ipsos euiscerare? Quid tandem verò hac negotiorum tela capimus? Non nisi muscas videlicet caducas,viles,immundas,sordidas mundi voluptates,& res:& insuper modicum accidens,totum quodcunque nostrum dispergit, dissipat opus. Filius verò ipsius prophetæ regij apertissimis verbis hanc mortis velocitatẽ, vel præsentiam docet, *cc* Memor,inquiens,esto iudicij mei: sic enim erit, & tuum. Mihi heri,& tibi hodiè. Quibus in verbis defunctum introducit viuũ alloquentem;itaque fratres fingite animo,quod eodem carcere inclusi, idem iudicium omninò propter eandem causam ijsdem prorsus circunstantijs, eadem ex consequenti sententia damnati essent, nempè mortis,& modò aduenirent iustitiæ ministri,& vnum ex condemnatis, & consocijs morte plectendum educerent; & deindè,paulo interposito spatio,alium,& iterum aliũ, & alium perpauca interposita mora. Non nè vniuscuiusque morte damnatorũ
H concuterentur viscera,pauesceret cor,trepidarẽt sensus,scientes quãlibet suã imminere horam,punctum,instans, momentum? Sic defunctus quilibet inquit viuenti cuilibet. Frater memor esto iudicij mei, nempè,mortis sententiæ ab eodem iudice Deo a mundi primordio prolatæ, irreuocabilis, ob eandem primi peccati causam, ijsdemque prorsus circunstantijs in omnes homines; quarè vides experientia,educi omnes, & morte plecti, nullumque euadere omninò conspicis. Quid cogitas de teipso eodem carnis carcere inclusus, eadem sententia mortis damnatus ineuitabili? Oh insensate,memor esto iudicij mei; sic enim erit tuum. Heri mihi,hodiè tibi: non sicut illud hominum viuentium vulgarum,sed corruptum,& falsum prouerbium,dicentium, Hodiè mihi,cras tibi: Nec enim vnum cras tibi permitto,& quid dico,cras? Nec diẽ præsentem,nec horam,singulo momento educi potes, & mori; sententia iam

bb Ps. 89.

Sese euiscerat hõ ad capiẽdas muscas, idest voluptates mũdi.

cc Ecc. 38

Vna & eadem sententia mortis viuorum & mortuorum.

T est pro-

est prolata, Heri mihi, hodie tibi. Hodie scilicet quolibet hodiernæ diei mo-
mento, & instante. Sic iustissimus ille vir mortis incertam, & imminentem
dd 1. Reg. 20.
meditatus horam, dicebat Ionathæ. *dd* Sic mortem imminere, & adesse claris-
simè conspicio; ac si adesset fortissimus leo rugiens, ac deuorare me nitens,
in cuius fauces vix vnico gradu moto ingrederer. Viuit, inquit, dominus, &
viuit anima tua; quia vno tantùm gradu ego, morsque diuidimur. Quid itaq;
Vnico gradu distant viuentes a mortuis.
fratres nobis agendum? sententia mortis iam lata, cuius executio iugiter im-
minet? prouidendum est omninò, vt vel a morte liberemur æterna, inquam,
& hanc temporalem, quam appellamus, mortem sic oppetamus, vt securi, &
hilares, & gaudentes, per illam transeamus ad futuram vitam. Qua in re admi
rabilis certè est Diuus Iohannes Damascenus salutarem proponens parabo-
ee Histor. de Bar. & Iosap. c. 13
lam. *ee* Homo quidam, inquit, fuit, qui tres amicos habuit, ex quib. duos qui-
dem ingenti animi affectu colebat, ac vehementer amabat, adeò vt ad mortē
vsque pro ipsis dimicare, ac pericula quæuis adire minimè recusaret. Tertiū
In morte nullus fanicus erit.
autem admodum aspernabatur; ità, vt nec honorem vnquam, nec, quàm par I
erat, beneuolentiam ipsi præstaret: sed exiguam quandam duntaxat, eamque
fictam, ac simulatam amicitiam exhiberet. Venerunt autem quodam die im-
manes, atque horrendi milites, qui eum summa cum festinatione ad regē tra-
herent, vt decem millium talentorum, quæ debebat, rationem redderet. Ille
igitur in summam angustiam redactus, aliquem quærebat, qui in metuenda il
la rationum apud regem redditione opem ipsi ferret. Currens itaque ad pri-
mum, omniumque aliorum carissimum amicum, ad eum ait. Non te fugit, o
amice, quemadmodum tua causa vitam meā semper in discrimen adduxerim.
Nunc autem hodierno die, vrgente necessitate ope tua, atque auxilio indi-
geo: in quo ergò, te mihi auxilio fore polliceris, & quænā in te dic vir carissi-
me spes constituta sit; Respondens autem ille, ait. Amicus tuus non sum, o ho
mo, nec, qui sis, noui: sunt. n. mihi alij amici, quibuscum hodiè oblectari me
oportet, quousquè in posterum pro amicis habiturus sum. Quarè duo tātùm
cilicia tibi porrigo, vt ea in via, qua pergis, habeas; quæ etiam ipsa nihil tibi
emolumenti allatura sunt, nec est, quòd a me quidquam expectes aliud; Hæc
ille audiens, ac de auxilio, quod ab eo expectabat, spem omnem abijciens, ad
secundum amicum se confert, ad eumque ait. Recordare amice, quantū a me
honoris, & beneficiorum acceperis. Hodierno autem die in maximam cala-
mitatem, & afflictionem prolapsus, opitulatore aliquo opus habeo. Quidnā
igitur adiumenti nunc mihi afferre queas, fac sciam Ille autem ait. Hodiè mi
hi per negotia tecum certamen subire minimè licet, curis enim, & sollicitudi-
nibus vndique vrgeor, atque in afflictione sum. Paulum tamen tecum per-
gam; quamuis nihil hinc commodi ad te rediturum sit: ac post statim domū
reuersus, negotijs meis operam dabo Inanibus igitur manibus homo indè re K
uersus, atque omni ex parte auxilio destitutus, de vana spe, quam in perfidis,
& ingratis amicis suis collocarat, & de inutilibus laboribus, quos pro suo er-
gà eos amore susceperat, seipsum deplorabat. Pergit autem etiam ad tertium
amicum, quem, nec vllo vnquam loco habuerat, nec lætitiæ suæ socium asci-
uerat: atque ad eum pudibundo, & in terram deiecto vultu, his verbis vsus
est. Vix mihi ad te loquendi facultatem os concedit. Etenim illud perspectissi-
mum habeo, me nunquam tibi benignum, nec amico erga te animo fuisse. Cæ
terùm, quoniam grauissima calamitate oppressus, in reliquis meis amicis nul-
lam salutis spem inueni, ad te accedo, teque rogo, atque obsecro, vt, si exiguā
aliquam

aliquam opem mihi afferre queas, nè id (ingratitudinis meæ memor,) facere recuses. Ille autem hilari, & amœno vultu ait. Sanè sincerissimum amicum meum te esse profiteor, atque exiguè illius tuæ ergà me beneficentiæ memor, eam tibi hodierno die cum fœnore rependam. Quocircà nè metuas, nec pertimescas: nam ego pro te proficiscar, regemque tuo nomine obsecrabo, nè te hostium manibus dedat. Quarè fac, bono animo sis, vir amicissimè, nec te mœrore excrucies. Tum ille compunctione affectus, & lacrymis perfusus, dicebat. Heù me miserum, quid nam prius deflebo, ac lamentabor; An potius insanam eam ingratitudinem, qua in hunc verum, & sincerum amicum vsus sum, insectabor? Primus itaque amicus opum copia est, & diuitiarum amor, ob quem homo in sexcenta pericula incidit, ac multas ærumnas perfert. Cùm autem extremus vitæ dies clausus est, ex illis omnibus opibus præter inutiles quosdam pannos, qui ad funus adhibentur, nihil omnino secum accipit. Secũdus autem amicus, vxor, ac liberi sunt, cæterique cognati, & familiares, quorum affectione, ac beneuolentia constricti tenemur, vt ab his diuelli vix queamus, ac præ eorum amore corpus etiam, & animam nostram negligamus. Ex ipsis porrò nemo in mortis hora vtilitatis aliquid percipit, nisi quod ad sepulcrum vsque duntaxat cadauer comitantur: ac protinùs domo reuersi suis curis, ac negotijs operam dant, memoriam eius, qui quõdam ipsis carus erat, nõ minus obliuioni, quàm corpus sepulcro, relinquentes. At verò tertius amicus, qui contemptui, ac fastidio erat, cuiusque aditum horremus, & auersamur, optimorum operum chorus est: hoc est fides, spes, caritas, misericordia, benignitas, reliquusq; virtutum cœtus, qui quidèm ante nos, cùm e corpore excedimus, proficisci, ac nostra causa Deum precibus inflectere, atque ab hostibus nostris, & horrendis exactoribus, qui de referẽdis rationibus acerbam nobis in aere litem mouent, ac crudeliter nos arripere contendunt, liberare potest. Hic nimirum, est candidus ille, ac probus, & gratus amicus, quodlibet etiam exiguum bonum nostrum opus memoria tenet, ac cum fœnore nobis illud rependit. Quid ergò in hora mortis liberare, vel iuuare nos poterit? Num diuitiæ multæ? num opes magnæ? num immensi thesauri? nequaquam. Num forsitan amici, cognati, tituli, dignitates, & cætera huiusmodi? Absit. Nil omninò, nisi opera ipsa, sic dicente, ac proferente constantissimam sententiam Dei secretario Euangelista Iohanne. ff Opera enim illorum sequuntur illos. Bonum ergò non deficientes operamini, vt bonum sit vobis in æternum. Amen.

(Margin, beside "quorum affectione": L)

(Margin: In hora mortis sola opera nostra & virtutes iuuare nos poterunt.)

(Margin: ff Apo. 14)

Concio Vigesimasexta.

Peccator per languentem designatus, quibus angatur languoribus, ac cruciatibus, describitur; Christi verò benignitas, clemensque pietas ostenditur, qua nobis, licet mortuis, atque in peccato sepultis vitam gratiæ, ac gloriæ beatitudinem impertitur.

QVò medicus properat festinus, nisi ad periclitantem ægrum? Non est enim opus valentibus medicus, sed male habentibus, & quò pastor anhelus currit, & anxius, nisi ad ouem perdi iam proximam? Quandò se dux in hostes immiscet, armorum ictibus se exponēs, nisi, cùm vult, militē liberare captiuum? similiter, & qui pretiosam perdidit margaritam, squallida, non dedignatur intrare loca, & eam inter ipsa perquirere, stercora non abhorret. Ita sanè Christus, verus medicus animarum, & pastor, dux, & princeps noster, quod iugiter nobiscum explet, vnico nobis hodierno manifestat exemplo, Lazari videlicet languentis, morientis, & deniquè fœtentis; vt medicus enim ipsum reuocat de morte ad sanitatem, & vitam; vt pastor cœlestis de tartari faucibus perditam eruit ouem: veluti dum militiæ Christianæ militem captiuum suum de manibus liberat hostium, & deniquè, vt summus princeps inter squallida sepulcra, inter fœtores, & putredines Lazari margaritam quærere non dedignatur: vt in suos eam thesauros reponat. Per quàm longa mysteriisque referta, satisque nota est Lazari historia, nos verò serenissimorum præsentia, & gratia non abutentes, duo principaliter considerabimus, in quibus historiæ summam perstringemus. Primò statum infirmi, & progressum: secundò Christi affectus circa ipsum: & hoc mysticè, & breuiter.

Diuisio bimembris.

Primum membrũ.

De primo ait Euangelium. Erat quidam languens; sensu namque mystico omnis peccator antequàm efferri incipiat, antequam sepulcro tegatur, priusquàm ad fœtorem perueniat, languere incipit. Oh, quàm facile a principio morbi remedium infirmo afferri: sed postquam ingrauescunt infirmi, sepeliuntur, fœtent, per difficillimum est opus, & solius est Christi supercœlestis medici eos ad vitam reuocare. Languori ergò omnino occurrendum, insistendum, inuigilandum: languemus enim vel nolentes, in carne hac nostra, A languorem quendam innatum ex ventre portādo materno, qui nos perpetuò angit, & stimulat: sumus enim in hac terrena carnis, & corporis domo, sicuti rustici, vel pauperes hospites, qui in aperta campania tugurium extruunt ex arborum ramis, luto eos vndique coopetientes, & compingentes: sub quibus defendere se nituntur a frigore, & a pluuia, sub qua tamen, adueniente iam imbris copia, stillicidia hinc, & indè, ex hac, & ea illa parte, vndique irrumpunt; ità, quòd impossibile, vel per difficile sit euadere. Ità nos ex ossibus, quasi arborum ramis compacti, lutum carni superimpositum habe-

Quidam languor innatus perpetuo nos angit & stimulat.

Simil.

habemus, per quem vij liquæ in nos stillicidia confluunt ex auditu, ex visu, oculis, naribus, lingua, gustu, detractionibus, ex tactu, olfactu, & denique ex tota corporis domo vndique scissuræ, stillicidia vndiquè, vndiquè incitamenta libidinis, & sensus. Sic Iob *a* in Angelis suis reperit prauitatem; quanto magis hi (idest, homines) qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur? Oh infelices nos: hoc lamentabatur Paulus, Paulus, inquam, ille, qui alias inuincibilem se prædicat, insuperabilem, innumerabilia se, narrant, euasisse pericula: *b* & ea flocci facit. Cum tamen ad huius luteæ domus considerationem deueniret, exclamans, prorupit. *c* Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? languorem etenim sentiebat. Languemus itaque igitur vel nolentes. Quare insistendum vigilantissimè ad domus reparationem, nempe per bona opera, per vigilias, per ieiunia, per abstinentias, languori sic occurrentes. Quod, nisi effecerimus, moriemur tandem cum Lazaro: qui, post languorem, mortuus est; ita homines consentiendo libidini, & sensui, in peccatum dilabuntur mortale: sed intra domum adhuc manent, cum occultè peccant, bona de illis existente opinione; qui periculosiores adhuc sunt, quemadmodum enim qui aliquam patentem plagam, vel apertum vulnus, vel notam infirmitatem habet; qui vero aliquam reconditam, & intestinam, & latentem retinet, medicis etiam ignotam, difficillime sanatur. Ita nonnulli peccatores, qui, quasi apertum ostentant vulnus, apertam deferunt plagam, dum publice peccant, seque peccatores agnoscunt, & pro talibus a cæteris habentur, facillimo sanantur negotio. Nonnulli verò alij, qui religiosi apparent viri, ecclesias frequentantes, aliqua bona exercentes opera, infirmitatem tamen aliquam intrinsecus retinent, aliquod iuge peccatum, diuturnum, familiare habent, nec plenè manifestant, bonique reputantur a cæteris. Tales, inquam, periculosiores sunt, dicente Ieremia. *d* Melius fuit occisis gladio (idest, aperte habentes infirmitatis vulnus) quàm interfectis fame, idest, peccatoribus, qui externe in vestibus, ornatu, incessu videlicet bonorum operum apparentia, diuites videntur, idest, iusti: intrinsecè autem peccatores existunt, paulatimque fame consumuntur gratiæ Dei. Primi generis fuere infirmi, Publicanus, Cananæa, Magdalena, ideo de facili sanati. Secundi verò generis Pharisæus ille, qui dicebat. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do &c. Tales, inquam, in domo conscientiæ mortui manent. Sic Diuus Gregorius *e* Christus puellam in domo adolescentem extra portam; in sepulcro autem Lazarum suscitat. Mortuus in domo iacet, qui in peccato iacet occultus; extra portam ducitur, qui publice peccat. Sepulturæ verò aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ vsu consuetudinis præssus grauatur. Diuus verò pater Augustinus *f* aliter infirmitatis Lazari progressum deducit. Intus (inquit) est mors, quando malum cogitasti; extra portam extulisti, cum ipsum malum fecisti; in monumento posuisti, quando animam terrenis peccatis obruisti. In eo itaque conueniunt tandem, quòd sepultura, in quam deuenit Lazarus, consuetudinarium obrutum, & obstinatum designat peccatorem. In qua consuetudine vlterius persistens, ad vltimum deuenit terminum fœtoris: & bene subdit diuus pater Augustinus de illo, qui peccare consueuerat; dicitur fœtet: incipit

a cap 4.

b 2. Co. 11

c Rom. 7.

Languemus etiā nolentes dum habitamus domos luteas.

Simil.

B

Aperta peccatorum vulnera faciliter curantur.

d Tren. 4.

e l. 4. Moral. ca. 25.

f Tra. 49. in Ioan.

C

Per sepulturam Lazari peccatoris consuetudo intelligitur.

cipit, enim habere pessimam famam, tanquam odorem teterrimum, & terrenorum peccatorum fœtorem. Hinc Ioel propheta *g* de talibus ait. Computruerunt, vt iumenta in stercore suo; & Ezechiel. *b* Quorum carnes sunt, vt carnes asinorum, & vt fluxus æquorum, fluxus eorum. Proh dedecus; proh ignominiam. Et ad quid sericis tales induuntur homines? ad quid auro, & gemmis ornantur? cum magis, magisque Dei, & Sanctorum naribus fœteant, quàm ipsius Lazari quatriduani fœtor corporeus? Oh miserrimos, & infelicissimos peccatores, in putredines, in fœtores, in immunditias sordidissimas immersos, nec tamen suum agnoscentes statum. Quæso considerate fratres, & aliud Lazari misterium: vltra enim languorem, mortem, & fœtorem, ligatas habebat manus, & pedes. Prodijt enim (inquit Euangelista) qui fuerat mortuus, ligatus manus, & pedes institis. In quo, non solum præsentem (vt supra) sed etiam futurum designat peccatoris in peccato decidentis statum. Quid enim est ligatas habere manus, & pedes, nisi nil posse operari meritorium? Non posse amplius conuerti? sic in iudicum historia legitur, *i* filios Israel pugnasse aduersus Adonibezech: eoque capto, nulla alia pœna eum affecisse, cum immanissimus fuerit tyrannus; nisi, quòd summitates manuum, & pedum eius amputauerunt. Dirum sanè tormentis genus: maior namque longior est pœna, manus habere, nec eis posse vti: pedes habere, nec ambulare nullatenus posse, quam ijs absolutè carere. Ita erit in damnatis per Adonibezech designatis: manus enim habebunt, & pedes, sed abscissos, ligatos institis, idest, diuinis statutis, & decretis: D operari enim meritoriè nunquàm poterunt in æternum; habebunt intellectum, sed ad pœnam, voluntatem, sed ad tormentum; intelligent quidem, sed molesta, & torquentia semper, siue bona, quæ amiserunt, siue mala, in quibus existunt, apprehendant. Volent quidem, sed semper malum; odio habebunt semper bonum. Quid itaque agendum? Videte Christi bonitatem, & clementiam, dum in hac vita versantur peccatores. Etsi nedum languentes, sed mortui; etsi in sepultura; etsi fœtentes, adhuc indulget eis, veniamque largitur, dummodo corrigi, & conuerti velint. Quod ostendunt secundo loco, in hac eadem historia, Christi affectus amabilissimi, erga amicum Lazarum ostensi, ijsdem enim (Oh Christi ineffabilem bonitatem) erga peccatores iugiter afficitur: amat namque, fremit, lacrymas fundit. Sed altius aliquantisper, breuiter tamen repetamus. Christus Dominus noster, cum adhuc nobiscum viueret, habuit affectus humanos a nostris distinctos quadruplici differentia ex communi diui Thomæ, *l* diui Bonauenturæ, *m* & Scholasticorum doctrina. Primò quoad obiectum, nos enim tristamur multis, quibus gaudere oporteret, vt ieiunijs, flagellis, abstinentijs, &c. Contra verò gaudemus illicitis quibus tristari deberemus, vt fornicationibus, adulterijs, &c. Non sic Christus, qui semper, & vbique obiectis conuenientibus, conuenienter gaudebat, vel tristabatur. Secundò quoad ingressum: nos enim non possumus, quin visis tangamus, quin passiones ingrediantur, quin afficiant primi motus. Non sic in Christo, cuius potestati etiam primi motus penitus subdebantur, passionesque omnes impedire poterat, quominus ingrederentur. Sic Dius Pater Augustinus, *n* Hos motus, cum voluit, animo suscepit huma-

g ca. 1. *b ca. 23.*

Consuetudinarius nil pôt operari.

i Ind. 1.

2. Memb. Humani affectus Christi a nostris affectibus quatrupliciter distinguntur.

l P. 3. q. 15 art. 4. *m 3. Sent. d. 15. p. 2. q. 1.*

n l. 14. de ciui. Dei. cap. 9.

humano; sicut cum voluit, factus est homo: Et Diuus Pater Damascenus. *o* Naturalia in Christo non præcedebant voluntatem; & iratus est, doluit, timuit, quando voluit. Tertiò, quoad progressum, passiones namq; in nobis sæpesæpius nos deijciunt, superant, & opprimunt, extra rationem constituunt, in desperationem agunt; in Christo verò nunquam prætergrediebantur rationis limites, regebantur, moderabantur, dirigebantur sapientissimè *o Lib. 3.c. 20.*
E & meritoriè semper, prout magis expedire videbat. Quartò denique, & postremo quoad congressum in nobis, aliquando passio minor a maiore absorbetur penitus; vel minuitur aliquando, vel mutuo sese impediunt, & contemperant, Aristoteles *p* quidem affirmare videtur, summum gaudium, nullum secum posse compari dolorem: & Auicennas *q* dicit. Potentiæ naturales intensæ mutuo se in suis actibus intensis impediunt. Et experientia patet, dolorem intensum in vna parte corporis mitigare, vel penitus impedire in alia parte corporis dolorem nō ità intensum, non ità in Christo: nam ipse amore erga nos flagrans (vt inquit Doctor Seraphicus loco citato) dispensatiuè, sola diuina potentia dispensare potente, noluit passiones mutuò sese impedire in se ipso, vt pro nobis mereri magis posset, magisque pati, hinc dispensatiuè in Christo; etsi portio superior summo affecta esset gaudio, summè frueretur Deo, summè beata esset: tamen intensissimos supra quemlibet substinuit hominem dolores; etsi maxima pateretur in cruce supplicia, diraque sufferret tormenta, minimæ tamen spinæ, vel puncturæ dolor non erat à tormentorū magnitudine absortus. Oh Christi amorem, oh Christi amorem. Hinc est, quod non abhorret peccatorum stercora, non dedignatur putredines, quærit fœtores, & anxiè, & sollicitè quærit; lacrymis, turbatione, fremitu reuocat: Quemadmodum autem si terræ solem compares; ità Christus verus iustitiæ *p 7 Ethic. cap. 14. q 6. natur. 6. 5.*
F sol, ad nos terrenos se habet comparatus peccatores. Quid verò magis dissimile; quid inter se discrepans magis, quàm sol, & terra? Sol namque altissimus est in quarta cœlorum sphera: terra elementorum omnium infima: lucidissimus est sol, ipsiusque lucis fons, tenebris vndiq; implicita est terra; velocissimus in suo cursu est sol; terra immobilis, & grauis. Attamen, etsi nullum extet simbolum, amicitia tamen, & amor inter solem, & terram tātus apparet, vt non propter aliud sol existere videatur, quàm propter ipsam terram. Si influit, si mouetur, si operatur, si lucet, si illuminat, hæc omnia propter terram: si enim altissimè quoad situm locatur, hoc factum est, nè vicinitate nimia, terram suis radijs comburat. Si non tamen super omnes cœlorum spheras; hoc fit, nè terra solis destituatur proportionato calore. Si lucet sol, lucet, vt illuminet terrā: si iugiter circumuoluitur, & mouetur circa terram ipsam mouetur, vt eam fœcundet, & germinare faciat. Et nè multis. Omnes suas virtutes, influxus, motus, calorem, lucem in terram diffundit, distribuit super terram, vt terrestria cuncta gignantur, nascantur, fœcundentur, roborentur, conseruentur, germinent, fortificent, perpetuentur, & sint. Ità sanè quæ maior prima facie dissimilitudo, quàm inter solem iustitiæ Christum, & terrenū peccatorem? Christus altissimus est ad dexteram Dei Patris omnipotentis residens, peccator etiam adhuc viuens, in peccato existens, secundum præsentē iustitiam, ad inferni, & tartari profundum centrum defunatus extat, dicente propheta. *r* De profundis clamaui, &c. Christus est vera mundi lux, *s* Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c. Peccator densissimis circūfusus est tenebris. *t* Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucē, ut non arguantur *Simil. Operatur sol materialis super terrā operatur quoque Christus super terrenū peccatorem. r Psal. 129. s Ioan. 1. t Ioan. 3.*

tur opera eius,&c. Christus velocissimus est in suo motu, vt peccatori occurrat: peccator contra immobilis, quasi ipsius terræ centro infixus perseuerat. *u* Infixus sum in limo profundi; & non est substantia. Attamen, hoc non obstante, quid Paulus *x* de Christi amore erga peccatores? Christus (inquit) Iesus, qui mortuus est: immò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui ēt interpellat pro nobis. Oh ineffabilem amorem, oh amorem inexplicabilem; quasi dicat D. Paulus. Dum vixit inter nos Christus, dum conuersatus est nobiscum, dum sentiret, experiretur humana, non adeò valdè mirandum, si homines dilexit: sed, postquam resurrexit, postquā a dexteris patris residet, quando iam humano iudicio curare amplius non debet; vel non adeò enixè debet humana, attamen (inquit D. Paulus) qui est ad dexteram Dei, qui etiam ibi interpellat pro nobis. Oh ingratissimos nos, & verè perditos, verè terrenos, & terrenis circumfusos tenebris, terræq; immobiliter infixos, si ad tanti solis lucem, motum, influxum, virtutē, meritum, interpellationem pro nobis amorem, calorem, non resipiscimur tandem, non conuertimur, non illuminamur, non fœcundamur, non hæc omnia comprehendimus. Etiam a dexteris Dei interpellat pro nobis. Et hoc est, quod dicebamus, quod Christus adhuc pro peccatoribus in Lazarū designatis, infremit spiritu, turbat se ipsum, lachrymatur, idest tanta vi, efficacia tanta pro nobis interpellat; Ac si hæc omnia, & longè maiora pro nobis efficeret: Christus itaq; viuens nobiscum (vt inquit D. Pater Aug. *aa* Et nos supra notauimus) turbauit seipsum, quia nullus alius nisi ipse poterat se ipsum turbare; in eius namq; potestate erant (vt diximus) passiones quæcunque, & quoad obiecta, & quoad ingressum, & quoad progressum, & quoad congressum: turbatus est Christus, cum voluit: cum voluit, esuriuit, & quando, & quantum voluit, passus est: in eius enim potestate erat sic, vel sic affici, vel non affici; sed, proh amorem; oh caritatem verè nimiam, ea pro nobis pati voluit, quæ nullus vnquam hominum, vel passus, vel passurus est: & in diluuio pœnarum voluit etiam minimas guttulas inferiorum sentire dolorum, vt supra diximus. Ità in hodierna historia voluit amici Lazari defuncti dolorem non modò ingredi; sed eo vsque progredi, vt fremitū, turbationem, & lachrymas eliceret. Et hoc totum, vt in mysterio ostenderet magis, ac magis pro peccatoribus in Lazaro designatis, ea omnia, & singula & multò maiora explere; vt enim tunc, etsi beatus existeret, voluit hæc dispēsatiuè pati pro nobis: ità, & nunc, etsi summè beatus existat, comprehensor, nec pati possit: attamen ea omnia, quoad effectum operatur pro nobis, interpellat, obtinet, quæ obtinere possent fremitus, turbationes, & lacrymæ; ideo, quoad harum rerum effectum, infremere, turbare seipsum, & lacrymari pro nobis dicitur. Est impossibile effatu quantum pro peccatoribus (sensu explicato) doleat Christus. Mente quæso recolite, quid nam fecerit, cum quodam a dæmone obsesso, quem ponit Euāgelista Marcus, dicens, *bb* quod Christus apprehendit eum de turba seorsum, & suspiciens in cœlum, ingemuit, &c. O Christe sancte, quando cruci affigebaris, dirissimaque patiebaris tormenta, nec suspirium quidem emisisti; quasi ea non sentiens: immensum namque amoris pelagus ea absorbebat: pro nobis namque patiebaris. At pro peccatore, vel mortuo, vel a dæmone possesso ingemiscis, infremis, turbaris, lacrymas fundis. Nec mirum fratres (inquit Alcuinus *cc*) Fons enim erat pietatis; cuius fontis, oh si saltem guttula vnica cor nostrum penetraret, etsi consuetum peccare, etsi in sepultura, etsi fœtens; illud tamen reuiuisceret, odore

u Ps. 68.
x Rom. 8.
Modo Christus interpellat ꝓ nobis, sicut ī vita pro peccatoribus turbabat se ipsum, lacrimabatur.
aa Tract. 49. in Io.
bb Cap. 7.
Christus fons erat pietatis, & amoris.
cc in Ioa. c. 11.

G
H

odore gratiæ repleret, irrigaret, fœcundaret, germinare faceret. Vt quid ergo, vel saltem nostrum terrenum cor, carnis concupiscentiis fœtidum, tanto lacrymarum imbri non supponimus? Audi interpellantem, plorantem, lacrymantem pro nobis Christum a dexteris Dei, verbis Prophetæ. *ad Mich. 6.* *da* Popule meus quid feci tibi, aut quid contristaui te? quasi dicat. Popule meus, non populus alienus, non Scytha, non Barbarus, non infidelis, non Ethnicus, sed popule meus a me vocatus ad fidem hoc insigni priuilegio, & titulo fidelis donatus; inæstimabili mei sanguinis pretio redemptus: ideo iure optimo meus, Popule, inquam, meus, quid feci tibi, aut quid contristaui te, quòd vices in me amoris non rependis? Quòd non surgis, non properas ad me confugere? Si diuinitas ignota est, vel caro vestra, popule meus vobis nota sit. Videte, videte in me corpus uestrum, vestra membra, viscera vestra, vestra ossa, sanguinem vestrum, & si, quod Dei est timeris, quare, vel quod vestrum est, non amatis? Si dominum fugitis, quare non recurritis ad parentem? Quid feci? contristaui? sed forte vos auertit, quia contristasse me arbitramini, forte vos passionis meæ, quam intulistis, magnitudo confundit? Nolite, nolite; Crux hæc, non meus, sed mortis est aculeus: claui isti non mihi infigunt dolorem, sed vestram mihi infigunt altius caritatem: vulnera hæc non educunt gemitus meos; sed magis vos meis uisceribus introducunt: extensio corporis mei uos dilatat in gremium; non meam crescit in pœnam; Sanguis meus non mihi deperit; sed uestrum prorogatur in pretiũ. Venite ergo, uenite, redite, redite, etsi quatriduani, etsi fœtentes: uel sic probate patrem, experimini pastorem, sentite Medicum, amate amicum, quem uidetis pro malis bona, pro iniuriis amorem, pro uulneribus tantam reddere caritatem, pro peccatorum numeris, sanguinis, lacrymarum guttas fundere. O bone Iesu, ecce nos quatriduanos fœtentes, quin & quadrennianos, & decennianos; at quanto plura fuerint peccata, quanto tetriores putredines, quanto magis fœtentes iniquitates, eo magis tua bonitas, amor tuus, tuarum lacrymarum uis, uirtus elucebit. O vtinam ergo unius guttulæ lacrymarum tuorum oculorum uis cor nostrum penetret, purificet, adaperiat, & viuificet in æternum. Amen.

Lamentationes Christi de nostra negligentia & peruersitate.

V. DOMI.

DOMINICA PASSIONIS
Concio XXVII.

Christus in Mundum veniens mortali coopertus corpore nobis optimus extitit praeceptor, rectamque tradidit viuendi normam, quod non solum verbis, sed opere etiam praestitit; & haec quidem doctrina Saluatoris nostri adeo perfecta est, vt qui eam custodierit, in aeternum à mortis laqueis futurus sit immunis, è contra vero qui ipsam aspernantur, non tantum Christiani nominis se minus dignos perhibent, verum etiam ad mortem filij Dei, antiquam Iudaeorum duritiem insequentes, de nouo conspirant.

CHRISTVS Dominus noster venit ad mortem vera vita, vt secum faceret conuiuere morituros, iacuit resurrectio, vt de sepulcris, qui iacebant, resurgerent. Recubuit indulgentia, vt peccatores leuaret ad veniam. Venit ad humanitatem diuinitas, vt ad diuinitatē veniret humanitas; venit iudex ad reos, vt rei sententiae praeuentores fierent: Venit ad languentes Medicus, vt defessos reficeret. Inclinauit se pastor bonus, humeros supponens suos, vt ouem perditam salutares reportaret ad caulas. Quae omnia munera satis, superque à Christo expleta, in currenti iam vidimus Quadragesimali cursu. Hodie comparet in Euangelio ductor, & doctor noster uere currus, & auriga, vt auriga docet, dirigit, instruit, illuminat, vt currus portat nos, onera portat peccatorum nostrorum, pondus iniquitatum nostrarum fert, sua vita, sua innocentia, ope sua. Duplici itaque face in praesenti lucet Euangelio: quibus tutum nobis iter praebet: oculis namque obijcit vitam, & innocentiam, obijcit auribus verba, & monita; monet, vt discamus; ducit, vt sequamur. De vita (inquit) Quis ex vobis arguet me de peccato? De doctrina subdit. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Diuisio trimembris.

Primum Membrū Incipiamus à vita. Diuina quidem prouidentia nullum erga homines institutionis genus praetermittere voluit. Est autem (vt omnes fatentur) institutio duplex, idest per doctrinam, & exemplum. Misit igitur Deus Pater Filium in hunc mundum praeceptorem, qui Deus esset, ne de ipsius doctrina dubitare deceret; atqui, & esset homo, vt omnia humana verè possit exequi munera; quo doctrinae firmiter credere, exemplumque tutò imitari possent homines. Opera namque multò magis, quàm verba mouent, in disciplina praesertim morali, cuius finis proprius versatur in actione. Quare id consequutus est suis operibus, & miraculis Christus in resecandis vitijs, & in tradendis virtutibus; quod nec Zoroaster, nec Pytagoras, nec Plato, nec Empedocles, nec Apollonius Ethianaeus, nec vllus alius philosophorum per sapientiam qualemcunque, nec principes vniuersi totis legum viribus cōsequi potuerunt: nam ante Christi aduentum per vniuersum penè orbem plures celebrabantur dij, qui, & daemones, tyranni, & monstra, quae non Hercules armatus, sed Christus inter homines homo inermis tunc extinxit, cum malignorum daemonū vim retudit. Quare scripsit Plutarchus a (Et si rem, & mysterium Christi ignoraret) Barbarorū opinionē esse aereos daemones perturbationes A

Christus vere pceptor, & doctrina & exemplo nos docuit.

a Opusc. de oraculorum defectu.

tiones mortéque pati poſſe:ac Tiberio imperãte,multis teſtimoniis probatũ iri Pana magnũ dæmonẽ multoſq; alios dæmones manifeſte eiulaſſe,deinde obiiſse, ac tempore ſuo oracula,vno,vel duob.exceptis, toto orbe extincta. Rem (inquam) ignorabat Plutarchus, veritatem tamen effatur de Chriſti aduentu,paſſione,ac morte,per quam princeps mundi (vt prædixerat Chriſtus) eiectus,fugatusque eſt. Vnde impius Porphyrius,velit,nolit,veritatem fatetur,dicẽs. Poſtea quam Ieſus colitur,nihil vtilitatis a diis conſequi poſſumus. Oh inſenſate Porphyri;ſi dij ſunt quare viribus ſuis Ieſu virtutem non deprimunt? Si nequeunt,ergò dij non ſunt. Cæterum nos ſcimus eo ipſo tempore,de quo ſcribit Plutarchus,oracula obmutuiſſe,Chriſtum adiiſſe limbum, & reſurrexiſſe: Quare Proculus etiam Platonicus ob id credidit, dæmones pati, ac mori poſſe. Sic Tertullianus ſcribit ſua tempeſtate dæmones ad præſentiam cuiuslibet Chriſtiani, & ſolo Chriſtianorum contactu eiulaſſe, veritatem dixiſſe,& è corporibus migraſſe. Ità ſcribit Lactantius ſua tempeſtate publicè quotidie compertum fuiſſe, quod cum gentiles dæmonibus immolabant ſi aſſiſteret aliquis Chriſtianus, nec reſponſa vlla dabantur, nec aliquod alium ſignum de more ſolitum,atque hanc fuiſſe cauſam præcipuam malis regibus Ethnicis perſequendi Chriſtianos: Quod & conſtat clariſſime ex omnibus Romanorum hiſtoriis a Chriſto nato. Meritò ergò Socrates, Pla-

Per aduentum Chriſti oracula obmutuerunt, & Dei gentium amplius nõ colebantur.

B to, Varro,& eminẽtiores nonnulli philoſophi,quamuis latenter propter turbam,ſuperſtitiones deriſerunt gentilium. Chriſtus denique ſolus illas perdidit,nè perderentur homines:nempè vitæ ſuæ innocentia, operum exemplo, virtutum exercitio. Fuit enim Chriſtus(vt ingenioſe ait Marſilius Ficinus) *a* liber quidam moralis,immò diuinæ phyloſophiæ viuens,de cœlo miſſus,& diuina ipſa Idea virtutum humanis oculis manifeſtata:Huc igitur flectamus oculos,mentes,corda, cogitationes, & primo intueamur ipſius Chriſti opera,& exempla exarata, (vt dicimus) in aperto, & viuente libro,teſte Ioanne, *b* qui hoc in libro pluſquam cæteri hominum multa præuidit,& perlegit arcana,qui ait. In hoc apparuit Chriſtus, vt diſſoluat opera Diaboli, quænam vero Diaboli opera,niſi ſordes,peccata, crimina,immunditiæ,maculæ? Quemadmodum enim ſi quis maligno animo imaginẽ perpulchrè depictam aliqua in tabula commacularet, & fœdaret,& adueniens excellẽs pictor ſuo artificio eandem iterum lauaret, ac mundaret, priſtinoque reſtitueret ſplendori; ita ſanè,cum nos Dei ſimus imagines viuæ,Diabolus eas maculis peccatorum, & criminum immunditiis fœdauit, & deturpauit, adueniens itaque Chriſtus,has peccatorum maculas,gratia ſua,ſuis meritis, & exemplis, abſterſit,& purgauit,ad priſtinumque reduxit ſplendorem,& perfectionem. Sic Spiritus ſanctus de Chriſto. *c* Dabit cor ſuũ in ſimilitudinẽ picturæ,& vigilia ſua perficiet opus. Opus namque opere compleuit:opus videlicet quod a principio patrarat, opere iterum reformauit. Opus; quod manus eius plaſmauerant, iterum operum manibus dum inter nos vixit, refecit,reſtaurauit. Hæc itaque eſt idea,& exemplar,in quod reſpicere iugiter, ad quod nos conformare debemus: Quo ante oculos mentis poſito, facilli-

a de Chriſtiana relig. c. 23.

Chriſtus erat quidam moralis liber viuens.

b 1. Io. 3.

c Eccl. 38

Chriſtus ſuis meritis, & exẽplis peccatorum maculas purgauit.

C mo negotio felicitatẽ,& vitã conſequemur æternam. Oh,ſi ante oculos hanc habuiſſent ideã antiqui patres. Oh, ſi hanc normam viuendi præuiam vidiſſent;quanta putatis maiori perfectione præditi fuiſſent? pudeat nos ingratos ab ea turpiter, & pertinaciter deflectentes. Hoc eſt, quod lamentabatur Chriſtus ſui temporis arguens auditores,qui ſuorum exemplorum, & ope-

runi normam imitari,& sequi tenuerunt. Abrahā (inquit) frater uester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Et quemnam diē vidit Abraham? Temporalem domini, quo venturus erat in carne; an æternum illum, quo nescit ortū, nescit occasum? Sed ego non dubito (inquit D. pater Augustinus) patrem Abraham totum sciuisse: ait enim seruo suo, quem mittebat. Pone manum sub fæmore meo, & iura mihi per Deum cœli. Quid ergò prætendebat illa iuratio per Deum cœli, cum manu sub fœmore Abrahæ, nisi quia significabat de stirpe, ac genere Abrahæ, venturum in carne Deum cæli? Et iterum ait diuus Gregorius. e Tunc diem Domini Abraham vidit, cum in figura summæ Trinitatis tres recepit Angelos hospitio. diem etiam Domini vidit, ait Diuus Chrysostomus, f id est diē Crucis, & passionis Christi, quem Abraham in oblatione Arietis, & filij Isaac præfigurauit. Quale itaque gaudium fuit cordi Abraham videntis verbum manens apud patrem, & filium manentem Deum, aliquandò in carne venturum, nō de patris gremio recessurum, & splendorem piis mentibus allaturum? subdit diuus pater Augustinus loco citato. Hæc itaque mysteria contemplatus Abraham, & specialiter sæculum futurum aureum luce bonorum operum illustratum, errorumque tenebris fugatis normam tutissimam a Christo ipso traditam viuendi est sequutus. Ad cuius exemplar conformauit se, & configurauit sanctissimus patriarcha Christi præuenientis aduentum, sequens normam. Hinc fide plenus Deo sibi repromittenti in extrema penè senectute prolem innumeram statim consentiens; Credo, inquit, nec enim confectam senectutem marcescēris meæ ætatis considero; nec Saræ meæ coniugis effœtam, sterilemque conditionem attendo; sed tuæ maiestatis potentiam tracto; nec cui talia promittantur, sed a quo promittantur, agnosco. Generare enim filios senilis ætas non patitur; sed tua domine iussione completur. Steriles habere filios non possunt; sed hoc posse tuæ virtutis est. Natura quidem negat: sed potentia imperat; ætas prohibet, sed potestas tua implet. Impossibile quidem istud videtur: nobis, non tibi; homini, non tuæ, domine, maiestati; naturæ, non Deo: seruis, non domino. Sic Abraham occidua constitutus ætate, filium a Deo promissum, se accepturum, & in stellarum numerum suam sobolem redundātem, fide comparauit (inquit diuus Chysostomus.) g Denique illam fidem seruabat in sese, cum filius iuberetur offerre, qua Deum promeruerat, cum eum mereretur accipere. Adest itaque Isaac patri quidem ætati dissimilis: sed fide, ac deuotione æqualis: erat enim in vtriusque par sensus, & similis circa Deum affectus, ut generositatem patris in filium transfusam conspiceres, & innocentiā filii patri non deesse uideres, ut & paternæ fidei particeps filius extitisset: & simplicitate filii, patris sublimitas redūdaret. In monte denique soli. Pater (inquit filius) ligna video, cultrum, & ignem; hostiā immolandam nō conspicio. Isaac hostia de hostia patrem interrogat: ouis de oue quærit: ne ipse, qui loquitur, immoletur. Cui pater. Desine fili, desine istud quærere: Dominus procurabit. Dominus iam præuidit, iam prouidit. Magnum præsagium promittentis: magna innocentia inquirentis. Aram interim pater extruxit, ligna composuit, filium colligauit, dicens. Patere fili, patere per te iussionem domini expleri. Deus enim qui te condidit, expetit: quæ dedit, quærit. Qui te creauit, te sibi desiderat immolari. Tanto eris acceptabilis hostia, quanto libenter gloriosæ mortis exceperis beneficia. Quid tunc filius? Quod iussus es pater perfice: quod disponis, constanter, adim-

d Tract. 43. in Io.

De Abrahæ genere erat Deus cœli venturus ī carne.

e Homil. 18. in Euang.

f Homil. 54. in Io.

D

g Homil. de Abra. & imm. Isaac

Magna, & inexplicabilis Abrahæ fides.

adimple : ego enim nec renuo , nec recuſo , quod volueris , volo ; quod , optas , exopto : quod deſideras , & ipſe deſidero ; denique eo uoto iſtam mortem excipio, quo te eam mihi inferre velle cognoſco. Mox pater, extenſa manu, gladium ſumit, dexteram erigit : iugulare filium, ſacrificiũ perficere : iuſſa domini uoluit deuotus explere. Et, pendente iam, atque imminente mucrone, Parce (inquit dominus) parce; fidem tuam quæſiui, non filium. Oh fidem, Oh fidem, & operibus ipſis iunctam : quod enim credidit, opere expleuit. Non immeritò ergò dominus exemplum proponit Abrahæ, E dicens. Abraham exultauit: videre diem meum, &c. Quaſi dicat. Abraham, qui a longe præuidit exemplar, quaſi complanatam operum, & innocentiæ cucurrit viam. uos, qui normam ipſam ante oculos iugiter habetis, apertam, & manifeſtã, refugitis, renuitis iuxta illam ambulare. Nullum vtique ad ſalutis uiam impedimentum habentes, dummodò veſtigia ſequamini mea. Quis enim ex uobis arguet me de peccato ? Vt quod ego facio, uos agere tu to nequeatis ?

Præuidit Abrahã aduentũ filij Dei, vidit in filio ſuo, & gauiſus eſt.

Secundũ Membrũ

Et ſi hoc non ſufficiat, nõ modo uitæ innocẽtia, & operũ exẽplo uiã vobis demonſtro: ſed & quã præcurrit exultans pater veſter Abraham, ſalutari doctrina uobis iugiter pando. Secundo enim loco dicit Chriſtus pro doctrina Si veritatem dico uobis, quare non creditis mihi? & infra. Amen, Amen dicó vobis ſi quis ſermonem, meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Quibus in verbis, ait Diuus Chryſoſtomus. *h* Duo oſtendit. Primò , quod eius doctrina ſeruata ſeruat ſeruantem illum a morte; deinde , quod nihil Chriſto nocere poſſunt. Si enim quis ſermonem eius ſeruat, mortem non videbit in æternum; quantò magis ipſe author doctrinæ mortis fugator , largitor vitæ, mortem non videbit? Primum autẽ, quoad nos ſpectat, a nobis ponderãdum: certiſſimam namque hinc habemus regulam (ait Origenes) *i* quod eouſque non videbit quis mortem , quouſque Chriſti doctrinam cuſtodiat : & è contra, quando quis ceſſauerit cuſtodire, mortem ſtatim uidebit. Certè non apud alium, quam apud ſe ipſum. Quis eſt ergo homo, qui viuet, & non videbit mortem? Reſpondere poſſumus. Qui Chriſti ſermonem, & doctrinam ſeruauerit. Potuerunt equidem homines multas adinuenire, multas con F dere leges, at nullam unquam a morte ſeruantem (Dauide teſte) *l* Narrauerunt (inquit) mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua, id eſt non ſeruantes a morte, quemadmodum lex, & doctrina tua ſeruat, quin & mortem afferentes. Sic vtique ante Chriſti aduentum apud multas gentes iniquiſſimæ extabãt leges Scythæ dæmonibus ſacrificabant: Maſſagethæ, ac Derbices propinquos & affines ſuos iam ſenes immolabant, carnibusque illorum veſcebantur. Batri canibus adhoc ipſum nutritis obiiciebant ſenes. Perſæ matres ſuas nefandis cognoſcebant nuptiis. Iterum Scythæ eos , qui a defunctis amati fuerint, uiuos cum ipſis confodiebant. Hæc, & multa huius generis impijſſime ante Chriſti aduẽtũ ex humanarũ rerum præſcripto gerebantur. Quæ peſtes ſola Chriſti euãgelica lege, ac doctrina per ſuos diſcipulos promulgata, depulſæ ſunt. Deinde pauciores admodum poſt Chriſti aduentũ a dæmonibus corripiuntur, uel a ſeipſis interimuntur. Iudæi ante Chriſti aduentum, ut plurimum, legis Moſaycæ prophetarumque ſuorum ſuperficiem uix attingebant: quin , & perperam exponebant; Chriſtus uerò hiſce depulſis tenebris diuinos ſcripturæ ſenſus Spiritu ſancto plenos , mundo aperuit. Quid

h Homil. 54. in Io.

i Homil. 26. in Io.

Si quis doctrinã Chriſti cuſtodierit mortẽ nõ guſtabit in æternũ.

l Pſalm. 118.

Aliæ doctrinæ, ſiue leges a morte nõ cuſtodiunt.

Quid verò dicam de illa priscorum Gentilium Theologia? In qua, Zoroaster, Mercurius, Orpheus, Aglaophæmus, Pythagoras, consenserunt, & quæ tota in Platonis voluminibus continetur mysterijs plena? Dicat Plato, qui in epistolis vaticinatur. Tandem post multa sæcula hominibus manifestam fieri posse. Quod quidem post Christi aduentum, & promulgatam Euangelicam doctrinam euenisse, nullus est ambigendi locus: mira enim Dei prouidentia suo modo reuelata fuere gentilibus, diuina mysteria, per Sibillas, & priscam Philosophorum Theologiam numquam satis clarè notam, & manifestam; nisi post Christi doctrinam, videlicet primùm Philonis, & Numenii tempore, quo primum cœpit mens priscorum Theologorum in Platonicis voluminibus intelligi. Diuino enim Christianorum lumine vsi sunt Platonici, ad diuina interpretanda Platonis abscondita mysteria. Hinc est, quòd Magnus Basilius, & Augustinus probant, Platonicos Iohannis Euangelistæ mysteria sibi vsurpasse. Marsilius certè Ficinus nostræ ferè tēpestatis illustrissimus Platonicus ab hac Serenissima quidem (absit ab adulatione verbū) familia Medicea in lucem, incrementis, & auspiciis quāplurimis auctus asserit *m* se reperisse præcipua Numenij, Philonis, Plotini, Iamblici, & Proculi mysteria fuisse accepta a Iohanne Euangelista, Diuo Paulo, Dionysio Areopagita, & Hierotheo, & quidquid de mente diuina Angelis, & cæteris ad Theologiam spectantibus magnificum dixere, manifestè a præfatis Christi discipulis vsurpasse. Sed quid multis immoror? Christi nobis vna pro omnibus sufficiat auctoritas. Si quis (inquit) sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Quanta itaque luce, tùm vitæ, tum doctrinæ Christi, nos Christiani potimur? Et qualenam sæculum, qualisnam respublica utrumque institutionis genus, nempè operis, & doctrinæ tam clarum, tam firmum, tam securum, tam certum habuit? Nulla sanè, & nullo unquam alio, nisi post Christi aduentum sæculo. Mirum itaque cum tot sanctitatis exempla, cum tot doctrinæ lumina præcesserint. Adhuc nos Christianos *n* tanta cœcitate orbari, tantis peccatorum fœdari maculis. Quod idem per Isaiam Prophetam lamentatur dominus, dicens. In terra sanctorum iniqua gessit: quasi dicat. Si hæc inter Barbaros, inter Massagetas, & Scythas, in Derbices, & Persas egissent, nō nimium dolorem; sed in terra sanctorum? in terra sanctitatum? (dicit alius textus.) In gremio sanctæ Romanæ Ecclesiæ? tanto Christi, & Apostolorum sanguine, merito, exemplis illustrata? tanto doctrinæ lumine clarissimo, & certissimo fundata? sub principibus religiosissimæ obseruantiæ Christianam mordicus retinentes obseruantes religionem, hæc iniqua agere? hoc utique sufferri nequit: sed quid de tali, & taliter uiuenti? Non uidebit (inquit) gloriam Dei. Ah, pudeat nos Christianos gloriam Dei ita abiicere, ac turpiter contemnere, commonente nos per iustum illum Tobiam, Spiritu sancto, *o* his verbis. Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam dominus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Sic dico, & ego. Nolite Christiani ita impiè, ita iniustè loqui, & uiuere, quoniam filii sumus, & successores discipulorum Christi, & sanctorum, expectantes uitam illam, & gloriam, quam repromisit dominus sermonem illius seruantibus. At uereor, ne illud psalmi verificetur in nobis *p* ingratis filiis, filii alieni mentiti sunt mihi, idest filii, qui Chri-

Per Euā gelicam doctrinā omnes mirabiliter illuminantur.

Multa misteria & dicta Gentiliū ab Apostolis, & a Ioā. Euangelista fuerunt accepta.

m De Christiana relig. c. 22.

n c. 28.

Non dēt Christianus gloriā Dei abijcere & turpiter contēnere.

o cap. 2.

p Psal. 17

Christiani appellantur vita, & moribus a me alieni (loquitur enim propheta ex persona Christi) mentitum præseferebant Christiani nomen; mentiti sunt mihi, quia Christiani nomine, nō re. Christiani voce, non obseruantia; Christiani apparentia, non subsistentia. Adeò quod tales Christiani illud verè dicere possint, quod Diuus Bernardus in simili de se ipso maximam ob humilitatem dicere consueuerat. O Abbas, & Abbas, nomen quidē vnum: sed in altero tantum magni nominis vmbra; loquitur enim de se, ac de
I sancto Benedicto. Et dicebat. O Abbas, & Abbas, idest Abbas tu, Abbas, & ego. Nomen quidem commune; nomen vtique vnum. Sed in altero idest in me solùm est nominis vmbra; nil rei, obseruantiæ, virtutis, quæ Abbatem decet, nihil. Humiliter, inquam, dicebat hæc diuus Bernardus de se sentiendo: sed nos vere dicere possumus. O Christiani, & Christiani; sed in nobis tantū magni nominis vmbra. Et ubi sunt re uera primitiuæ Ecclesiæ feruores illi? Charitatis exempla? mundi contemptus? pudicitia, castitas, & cæteræ huiusmodi Christianæ virtutes? O Christiani, & Christianæ: sed in nobis iterum dico, magni nominis vmbra: vmbra quidem non res: vmbra, non corpus, non obseruantia: vmbra, nomen tantum: Mentitum præferimus nomen. Quid reliquum est? Periculum quidem, nè hodiernis Iudæis Christum lapidibus impetentibus in peccatis obdurati similes efficiamur, sic præmonente diuo patre Augustino loco citato: Tanta (inquit) duritia, quo curreret, nisi ad sibi similes? Sic nos ad tantam cum deuenerimus duritiam, quid in Christum, nisi similia peracturi sumus? Quin, & actu mysticè peragimus (inquit venerabilis Beda.) *q* Quotcūque enim malas cogitationes quis assumit, quasi tot in Christum lapides mittit, illudque impiè patrat, quod fratres sanctissimi illius Patriarchæ Ioseph in ipsum olim impie nimis patrarunt. *r* Adolescens namque innocentissimus, & absque malitia, quin & visendi fratres maximo flagrans desiderio a santissimo Patriarcha Iacobo missus suo patre, anhelans, & ansius, errabundus in agro a quopiā interrogatus, fratres (in
K quit,) meos quæro, fratres meos quæro. Quid vero fratres? A longe ipsum videntes, corda sæuitia armant, linguam dolis, manus crudelitate; interficere, mactare, perdere machinantur innocentem, amantem, occurrentem, inuisentem Fratrem. Quàm vero impie, tum in patrem, tum in fratrem egerint, explicat Diuus Chrysostomus *f* Cum autem adolcuisset (inquit) amantissimæ vxoris Rachel filius, solarique illius desiderium filii præsenti, & iugi contubernio speraret Iacob Patriarcha, tunc sibi multiplices parantur Clades: fratres, enim illius tunicam sanguine intinctam patri ostendentes, vario illum luctu confecerunt: neque enim solam lugebat mortem, sed ipsum quoque mortis genus, plurimaque erant, quæ illius animum confuderant, ac penè in desperationem præcipitarant. Quod amatæ, videlicet, illius vxoris, pro qua septem, & septem seruierat annis, filius, quod reliquis fratribus melior: quod maxime dilectus; Quod in ipso ætatis flore: Quod ab eo, quasi ad mortem missus; quod neque in domo, neque in lecto, neque patre coram assistente, neque dicens aliquid, vel audiens, mortuus fuisset. Quod non communi omnium morte; Quod viuens a ferarum immanitate discerptus fuerit: Quod nè reliquias quidem illius reperire poterat, & humo condere: quod hæc omnia illi non in iuuentute contigissent, quando melius ferre potuisset: sed senectute ultima, eratque miserandum omnino spectacu-

Non obseruātes legem Dei christiani appellātur nomine non re.

Iudæis similes efficimur ob duritiam cordis nostri.

q In Io. c. 8.

r Gen. 37.

f De prouid. Dei lib. 2.

Peccatores machinantur innocentem Christũ perdere & interficere.

ctaculum uidere canos verendos, puluere fœdatos, senileque pectus, discissa tunica, nudatum, lamentaque nullam admittentia consolationem. Scidit, enim (inquit) Iacob, vestimenta sua, & circumposuit cilicium lumbis suis: lugebatque filium diebus plurimis. Hæc tàm impiè patrarunt fratres Ioseph in fratrem ipsum, & in patrem Iacob: ita sanè occurrit Christus Dei filius, secundum carnem frater noster, amore ardentissimo erga nos flagrans, quasi errans in agro, dum extra beatitudinis confinia, & comprehensoris terminos pro nobis, ac si esset viator simplex innumera pati voluit. Vnde interrogatus a quolibet nostrum. Quid quæris bone Iesu? in vigiliis, in fame, in siti, in frigore, in nuditate, in ieiuniis quadraginta dierum, & cæteris huiusmodi pro nobis assumptis passionibus? Quæ propriè sunt hominis simplicis, & simplicis viatoris, cum tu homo sis, & Deus, non solum viator, sed & comprehensor? respondebit vtique. Fratres meos quæro, fratres meos quæro, videlicet secundum carnem fratres peccatores reducere, errantes quæro propter ipsos errans ipse in passionum agro. Quid quæris domine ad tribunalia? in horto, in sudore sanguinis, in pauore, & tædio, in prolixiori oratione? in sputis, alapis, illusionibus, iniuriis, accusationibus falsis, & cæteris huiusmodi? fratres (respondet) meos quæro: fratres meos quæro. Quid iterum quæris dulcissimè Christe extra palatium eductus Pilati, crucem tibi baiulans inter latrones medius tanto labore, lassitudine, cruciatu pergens? flagellis innumeris impetitus, sanguine respersus totus, & extra ciuitatem denique super Caluariæ montem despoliatus, Cruci affixus felle, & aceto potatus, spinis coronatus, lancea transfixus? Fratres vtique (respondet) meos quæro, fratres meos quæro. Ideo caput inclino, spiritũ emittens eos ad me vocans, annuens, vt accedant. Oh fratres: Oh fratres: Quid vos lapides tollitis cũ hodiernis Iudæis? Quotiescumque peccata perpetratis, tunicam hædi sanguine intingitis; & Deo Patri ostenditis mysticum fratrem Ioseph Christum, quantũ ex vobis est, occidere, interficere, mactare machinãtes, humanitatis vestem sanguine peccatorum, quæ per hædum significantur, commaculantes. Oh impios, oh ingratos. Ita ne Christum amore plenissimum vos tot diris tormentis propter vos susceptis quærentẽ, impietatibus, & scelectibus excipitis? mysticum Iacob Patrem Deum inexplicabiliter contristantes? Ah, quæso, vel saltem, cum post insuperabilem vestram ingratitudinem adhuc vos quærat frater vester Christus; pœnitentes reuertimini, vt tandem iusti; & sancti inueniamini. Amen. L

FERIA

FERIA II. POST DOMINICAM PASSIONIS Concio XXVIII.

Aeterni patris filius ardenter expetens animarum salutem illis scaturientem aperit aquam viuam, videlicet, gratiæ, cuius ipse indeficiens fons, & inexsiccabilis fluuius extitit inuentor; vt si quis siti salutis propriæ vexaretur illuc se conferret, ac sitientem animum expleret, fideque huic connectens in se abundans flumen gratiæ cernere, ac experiri posset.

SICVT grauiter æstuanti, & longo sitis ardore succenso fons frigidus lætus satis, & satis accurrit salubris; ita nobis positis in mærore, & nimium quadragesimalium ieiuniorum, & laborum pondere depressis salutaris, & festiuus occurrit inexhaustus fons nos refrigerans Christus. Qui in currenti Euangelio de seipso ait. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Fons, itaque est Christus tantæ virtutis, & copiæ, quod in credentes in se redundans, fontes iterum copia redundantes efficit. Qui credit (inquit) in me, (sicut dicit Scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Diuisio trimēbr.

Primum igitur se ipsum appellat fontem, e quo emanat (vt in præterito sermone tetigimus) aqua sapientiæ salutaris, & vtillimæ doctrinæ, vniuersam irrigans ecclesiam, etiam nolentes. Sic hodie notat diuus pater Augustinus. *a* Quòd miserunt Principes, & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum: & quia non poterant apprehendere nolentem, missi sunt, vt audirent docentem. Ita quidem typicè euenit in Elisæo propheta, cum ministris regis Siriæ, *b* miserat enim rex Sirius equos, & currus, & robut exercitus, vt apprehenderent Elisæum. Quos cum vidisset Elisæi puer, exclamauit. Heu Domine mi, Heu Domine mi, quid faciemus? Qui respondit ei. Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis: & facta oratione, ecce apparuerunt montes pleni equis, & curribus igniitis per circuitum ad bellum pro Elisæo paratis. Quare aduenientibus regis Siriæ ministris, occurrit intrepide Elisæus: &, facta oratione, impetrauit a Deo, vt ipsi nec Elisæum agnoscerent, nec locum, in quo erant, nec viam, qua ambulabant. Quærentibus ergo illis Elisæum, ipse loquens cum eis, illis ignotus, dixit. Non est hæc via, neque hic est locus: sequimini me, & ostendam vobis virum, quem quæritis. Duxit itaque illos in Samariam;
A & iterum, facta oratione, ait. Domine aperi oculos istorum. Aperuitque dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ, & in medio inimicorum, & in manu regis Samariæ, qui voluit eos interficere. Elisæus verò, nè dum noluit eos interfici: sed, & insuper potum dedit eis, & dimisit. Ita quidem hodie. Quid nam Pharisæorum ministri contra Christi potentiam? Plures incomparabiliter sunt cum illo, quàm contra ipsum, qui de se ipso ait. *c* Nonne possum rogare patrem meum,

[Margin notes: 1 Memb. — Christus est fons irrigans etiam nolentes. — *a Tra. 30. in Ioan.* — *b 4. reg. 6.* — Quāta sit vnius iusti potentia, & virtus. — *c Ma. 26.*]

X &

& exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Totus mundus respersus est agminibus angelorum in obsequium Christi, & ad bellum pro Christo paratis; quin, & ipse Christus vnica vocula, ego sum, turbam ab ijsdem Pharisæis, & Pontificibus missam, odijs ferocem, armisque munitam, repulit, strauit, euertit. Quare qui missi fuerunt, vt apprehenderent, comprehensi sunt, quemadmodum Elisæi inimici. At Christus; mysticus Elisæus, nedum eis nocere noluit; sed insuper sua salutari doctrina potauit, exclamans. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Oh amantissimum fontem, qui de seipso per Salomonem *d* ait. Ego quasi fluuius Dorin, & sicut Aquæductus exiui de Paradiso. Quid fluuius Dorin, nisi medicamentum designat? Ita Seraphicus doctor Bonauentura interpretatur. *e* Est enim admodum salutaris Christi doctrina: Aquæductum verò se appellat e Paradiso exeuntem, vt ostendat, quòd sicuti in aquis naturaliter euenit, vt tantum ascendant, quantum descenderāt: ita Christus a summo cœlorum de patris gremio egressus, absque loci mutatione, ad patrē regreditur. Sic de seipso ait Christus. *f* Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Et Dauid *g* expresse. A summo cœlo egressio eius: & occursus eius vsq; ad summū eius. Et alibi pulchram per metaphorā huius aquæductus, Christi viā explicat. *h* Fluminis (inquit) impetus lætificat ciuitatem Dei, idest, ecclesiam, sed quare dicit impetum? Tria quidem sunt, quæ impetum in flumine causant. Primò, si ex alto fluat in ima; quid altius Christi patre? Quid mundo profundius? Ipse verò a patre exiuit, & in mundum venit. Secundò, si per angusta pertranseat loca flumen; iterum assumit impetum. Quid verò angustius Sacratissimo ventre Virginali? Et tamen quem cœli capere non poterant, virgo suo gremio contulit. Tertiò denique magna aquarum copia impetum similiter inducit in flumen. Quæ verò maior copia reperiri vnquam potest, quàm illa, quæ est in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei? & in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter? Quare concinnè satis cecinit Dauid, ad hæc omnia alludens, de Christo loquens. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, idest, ecclesiam. Sed quomodo iungit Spiritussanctus hæc duo, fluuium, & Aquæductum inter se discrepantia valde? Fluuius equidem naturaliter oritur, & fluit: Aquæductus verò ab artificibus industria, & magisterio formatur. Quomodo ergo Christo congruunt simul, & semel? Optimè quidem: fluuius est enim naturalis, quia naturalis Dei filius, & naturalis filius Virginis: etsi supra naturam genitus, & conceptus. At in Aquæductum a diris (etsi nobis valde proficuis) & impijs artificibus deductus est Christus super lignum Crucis in Caluariæ monte; vnde riuuli, vel potius flumina manarunt, sanguinis, meritorum, doctrinæ, & Sacramentorum ad vniuersam rigandam ecclesiam. Quare in cruce constitutus mare dici poterat, tum propter passionis amaritudinem, tum propter meritorum abundantiam, & flumen aquæ dulcis: nam propter amorem in nos, & voluntariè pro nobis oblatus est. Sic præfigurante, sic vaticinante in persona Christi propheta; *i* Proiecisti (ait) me in profundum maris: Ecce passionis amaritudinē. Et flumen circumdedit me: & ecce amorem, quo pro nobis patiebatur. Ideo de Christi corpore exiuit sanguis, passionem ostendens; & aqua amorem denotans. Vel, in sanguine, meritum, & exemplum; in aqua doctrinam, qua nos potauit, præmonstrare voluit. Vel sanguine cor nostrum

d Eccl. 24

e Prol. super sententias.

Fluuius Dorin & Aquæductus nominatur Christus, & quare.

f Ioan. 16.
g Psal. 18.
h Psal. 45

Pluribus de causis fluminis impetus appellatur Christus.

B

i Iona 2.

Non sine admirabili sacramento de corpore Christi exiuit sāguis, & aqua.

C strum adamantinum frangere, & aqua, quasi balneo nos infirmos curare tentauit. Denique dicitur Aquæductus in eadem Cruce Christus: quia, etsi volens, & libens pro nobis passus sit; attamen a ministris, quasi artificiosus Aquæductus, ductus est super Crucē: Et inde manarunt flumina illa, quæ supradiximus. Quæ sub vnius fluminis nomine appellans, qui fontem e pectore biberat, ait. *l* Et ostēdit mihi Dominus fluuium aquæ viuæ, idest, diuinæ gratiæ; de qua, & hodie Christus, flumina (inquit) fluent aquæ viuæ: de qua etiam alias diximus in feria sexta post Dominicam tertiam in colloquio Christi cum Samaritana, vbi similiter diuinam gratiam aquam viuam appellat. *m* sequitur Euangelista Ioannes. Splendidum, tanquam christallum, procedentem de sede Dei, & agni, nempè flumen diuinæ gratiæ splēdidum est, vt christallum, non, vt vitrum: nam claros, & fortes, constantes, & limpidos efficit, quos informat: procedit verò de sede Dei, quia a Deo immediatè creatur gratia, cum infunditur animæ: de sede verò agni, idest, Christi, tanquam agnus occisus, a quo meritoriè est gratia omnis. Sequitur in Apocalypsi. Et in medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim: namque in platea dicitur esse flumen gratiæ; quia patens est: & vniuersæ liberalissimè communicatus ecclesiæ. Et ex D vtraque parte fluminis Lignum Crucis positum dicitur; nempe, tàm in præsenti vita, quàm in futura, nam in præsenti gratiam, in futura gloriam lignum vitæ, idest, Christi Crux in nobis operatur: ab ipso enim procedit meritoriè gratia, & gloria: duodecim verò fructus in hac vita experimur, quos numerat Apostolus, *n* dicens. Fructus spiritus sunt Caritas, Gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. O felices illos, in quibus tales repeniuntur fructus, diuina gratia irrigati, in ligno Crucis radicem habentes. Concludit denique Euangelista loco citato. Per menses singulos reddens fructus suos, & folia ligni ad sanitatem gentium. Quid est per singulos menses? idest, per singulas ætates, opportuno tempore, per Sacramenta fructus communicantur gratiæ, sanè paruulis per baptismа, per quod in Dei Ciuitate, Sancta Ecclesia, nouella nascuntur germina: Deinde Paulò adultis, per Chrisma, per quod Sacramentum armis muniuntur in prælium contra hostes innumeros. Quòd, si certando nonnulla excipiant peccatorum vulnera, pœnitentiæ illis præparatur Sacramentum, per quod reuocantur ad sanitatem, & vitam. Cùm verò laborantes, & pugnantes, refectione indigeant, ecce illis paratum Eucharistiæ Sacramentum, per quod reficiuntur, nutriuntur, aluntur, saginantur, impinguantur de Deo, & de Dei virtute. Præterea, quia in hac Dei ciuitate prolis necessaria erat: ecce ordinem Sacrum, per quem spiritualis proles: & ecce matrimonium, per quod carnalis proles, & successio, spiritualis prolis fundamentum, & materia: denique ab hac ciuitate, ab hac fluminis ripa, ad aliam, nempè, Hierusalem celestem transituris, extrema datur vnctio; per quam tuti, & muniti, ad felicem perueniant salutis portum. Folia verò ad sanitatem gentium, ceremoniæ sunt sacræ, Sacri sunt ritus, quibus conferuntur Sacramenta, colitur in ecclesia Deus. E O flumen, o flumen, o aquæductus, o fons, o mare, verè dicere poterat Christus, si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

l Apoc. ca. vlt.

m Ioā. 4.

Diuinæ gratiæ flumē quos informat claros efficit.

Lignum Crucis in præsenti, & in futura vita operatur.

n Gala. 5.

Per sacramenta nobis communicantur fructus gratiæ.

Et (quod mirabilius est) addit Secundò loco. Qui credit in me sicut dicit scriptura; flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Super quo 2 Memb.

o Hom 49. in Io. diuus Chrysostomus o admirans, ait. Vbi dicit hoc scriptura? Nusquam, respondet. Quarè ità expungendum, & distinguendum est. Qui credit in me sicut dicit scriptura; & hic sistendum, & indè sequi. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod flumina ergò aquæ viuæ de credentium vētre sint emanatura, nullibi habetur in scriptura sacra ante Christum: sed est eiusdem Christi assertum, & auctoritas: sicut etiam ipse dixit Samaritanæ. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ saliētis in vitam æternam. p Io. 4. p Et iterum, si scires donum Dei, &c. tu forsitan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Christus itaque est author gratiæ, eiusq; inexaustum pelagus, & fons indeficiens, sic eam communicans, & elargiens credentibus in se, vt fiat in eis fons in vitam æternam saliens: & ex eis fluant aquæ viuæ flumina. Christi ergo est auctoritas: illud autem, sicut dicit scriptura, iūgendum est cum illo, qui credit in me. Vult enim ostendere Christus (vt subdit idem Chrysostomus) quod credentem in ipsum oportet habere finem talem, qualem scriptura docet. Quæ non est fides illa mortua sine operibus, quam impiè attruunt nostræ tempestatis monstra illa Germaniæ; sed fides operibus iuncta. Sic D. Pater Aug. q ait. Venter interioris hominis est conscientia cordis eius. Fons autem, vel fluuius, qui manat de ipsius ventre, beneuolentia est, qua quisque vult consulere proximum. Bibunt ergò qui credunt in Domino sensu præexposito, videlicet, sicut docent scripturæ: nempè fide viua operibus iuncta; bibito autem taliter isto liquore, viuescit purgata conscientia; & hauriens fontem habebit: & ipse fons erit. Si autem putat qui bibit, quod sibi soli debet sufficere, nil curans de proximo, non fluit aqua viua de ventre eius: eodem ferè sensu D. Greg. super Ezechielem, ait. Cum a mente fidelium sanctæ prædicationis verba defluunt, quasi de ventre credentium aquæ viuæ flumina decurrunt: ventris autem viscera quid sunt aliud, nisi mē F tis interna? idest, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas. Notat verò ingeniosè D. Pater Chrysostomus loco citato, & vigilanter satis, quod non dicit Christus flumen: sed flumina propter vbertatem, viuentia verò dicit, idest, semper agentia: Spiritus enim gratia, cum intrauerit mentem, & firmata fuerit, omni fonte vberius manat; nec deficit vnquā, nec euacuatur, nec stat, sed fluit semper, semper salit, semper agit, & diffunditur viuificans. Videat, qui vult, sapientiam Stephani, Petri linguam, Pauli profluuium, & cæterorum in Christum credentium sacri eloquij flumina. Nihil.n. eos detinebat: sed veluti fluuij, multo impetu delati, omnia secum trahentes abibant, quousque totum inundauerunt mundū sacris eloquijs, Christi gratia, Euangelica doctrina, quo pensato fructu, quà ponderata vi, & efficacia fidei, & gratiæ Christi; mirum sanè. Quod in mundo, vel saltem aliquis inueniatur peccator. Hoc idem vehementer miratur r Cap. 8. Deus per Ieremiam prophetam, r dicens. Nunquid qui cadit non resurget? & qui auersus est, non reuertetur? Quasi dicat. Quando unquam inuentus est qui in foueam, & in lutum cadat: & facillimo possit resurgere negocio; nec tamen surgere velit è fouea, & è luto? Aut quando quis ab intento, & præfixo itineris termino, errabundus retrocedens, cum recta, facilis, & ad terminum ducens sibi ostendatur via, per eam gradi noluerit? Et tamen peccatores in foueam, & in lutum cadunt peccatorum, aberrant a præfixo patriæ cælestis termino: & millies moniti, millies vocati, nec surgere, nec reuerti, nec recta gradi voluit. Oh stultam obstinationem. Quarè itaque (subdit Prophe- G

Christus est author gratiæ, & fons indeficiens.

Nostra fides in Christo debet esse operibus iuncta.

Viscera credentium sunt recta intentio, & sancta voluntas.

Gratia in mente credentis firmata semper fluit, semperq; agit.

ta)

ta) auersus est populus iste, nempè fidelis Christianus, sacro baptismate renatus in Hierusalem, idest, non in Barbaria, non in Thracia, non in Scythia, sed in Ecclesia Dei suo Catholicis, & religiosissimis Principibus, in Ciuitate, in qua tot sunt conciones, tot deuotiones, tanta sacramentorum frequẽtia, quarè, quarè auersus est (inquit) populus iste? in Hierusalem? auersione contentiosa? idest, resistens vocationi internæ, spernens externam, contendens cum confessarijs, cum concionatoribus, differens de casibus conscientiæ perperam obstinato animo (subdit propheta) Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti: nempè adulatores in curia, mercatores in platea, molles in voluptatibus sensus, & carnis sibi metipsis mentientes, & nolentes ad pœnitentiã conuerti (subdit) Attendi, & auscultaui, nemo quod bonum est, loquitur: nullus est, qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicens. Quid feci? Quid feci? omnes conuersi sunt ad cursum suũ, quasi equus impetu vadens in præliũ sanè audita cuiuscunque peccati occasionis tuba, currunt effrœnati in omne scelus, in peccatum omne, Pudeat nos iam a brutis vinci: miluus enim in cœlo cognoscit tempus suum, turtur, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Populus autem meus non cognouit iudicium domini, nec vidit, quia tempus iam est gratiæ, misericordiæ, ac veniæ. Nec considerat, quod fons est iam in platea ciuitatis Ecclesiæ, indeficientis gratiæ Christi, meritorum, sacramentorum a sede Dei, & Agni pro nobis occisi, quasi fluminum, emanantium. Venite, venite iam, quia vocat Christus. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Surgite de luto; leuate vos de fouea, vt quod prius peccatum commaculauerat, gratia mundet, purget, viuificet, sanctificet; & indè flumina de vobis sic credentibus fluant aquæ viuæ Diuini cultus, & amoris proximi. Amen.

Qui vocationibus internis resistũt ideo contumeliosi & obstinati efficiuntur.

F E

FERIA TERTIA POST DOMINICAM Passionis. Concio XXIX.

Per varios arborum ramos, qui in festo Scenophegiæ in manibus a Iudæis deferebantur, innuitur diuersus hominum in Ecclesia status; quorum quatuor veluti præcipui hic perpenduntur; rami, nempe cedri, spinæ, myrti, ac oliuæ, per quos denotantur iusti, peccatores, pauperes, & diuites: Comparatur dein de vnusquisq; ramus statui per eum designato, ac quomodo paupertas expetenda, atque diuitiæ distribuendæ sint aperitur.

INter cætera, quæ celebrabat sacra festa populus ille antiquus Iudaicus pulcherrimum, & delectabile satis erat illud, quo egrediebantur extra ciuitates, & loca turmatim, cateruatim iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus, pulcherrima per contubernia, in manibus portantes virides diuersarum arborum ramos, quibus tabernacula deindè conficientes sub illis manebant per septem continuos dies edentes, & cantantes Domino cum lætitia magna nimis in memoriam reditus de captiuitate in Israel: sic enim habetur in sacris literis. *a* Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut scriptum est, &c. Et hoc erat festum Scenophegiæ, seu tabernaculorum, quod commemorat hodiernum Euangelium. In quorum vmbra, (sicut in omnibus, quæ Iudæis in figuram contingebant) Ecclesiæ, spiritualia præfigurabantur tabernacula, de quibus vaticinatus est Isaias, dicens *b* Dabo in solitudinem cedrũ, & spinã, myrtum, & lignum oliuæ; ponam in desertum abietem, vlmum, & buxum simul. Quibus arboribus metaphoricè designat varios credentium status, qui in futura Ecclesia Deum iugiter laudare debebant: omnes namque commemorat eosdem arborum ramos, quos ponit Neemias, sed pauló explicatius: quod enim ibi sunt frondes ligni pulcherrimi; Isaias explicat per cedrum: quod ibi sunt frondes ligni nemorosi, Isaias explicat per abietem, vlmum, & buxum. Spina verò correspondet palmæ, cæteris iisdem penitus existentibus.

a Esd. 2. cap. 8.

b Cap. 41.

Diuisio quadrimemb. Sensum itaque mysticum festi Scenophegiæ, seu tabernaculorũ in hodierno commemorati Euangelio, sequendo, non omnes assumemus arbores, breuitati studentes, in gratiam Serenissimorum, nè prolixitate nimia tædio afficiantur; sed quatuor tantummodò primas arborum species spirituali sensu explicabimus, nempè, cedrum, & spinam, myrtum, & oliuam, per quas concinnè satis ostenditur admirabilis harmonia, qua Deus Ecclesiam suam subsistere voluit: per cedrum namque iustus, per spinam peccator exprimitur: A
per myrtum pauper, per oliuam diues: vt in eadem Ecclesia perpetuò conuiuentes, diues, & pauper, iustus, & peccator sibi inuicem temporale, & externum mutuum præstarent auxilium. Peccator quippe iustum exercendo; iustus peccatorem exemplis, & monitis subleuando. Diues pauperem suis diuitijs iuuando: pauper diuitem orationibus, & virtutibus.

Primo

Primo itaq; loco, Dabo (inquit) in solitudine cedrum, per quam (vt iam diximus) iustus designatur. Quemadmodum enim cedrus valdè resistitit putredini, & optimi est odoris: ità iustus optimè olet bonorum operum odore, fortissimus contra peccata, & imputribilis existens, roburq; contra omnes cõseruans aduersitates, dicente Spiritu sancto. *c* Nõ contristabit iustũ quidquid acciderit ei. Et re uera, si tanta videmus constantia præditos morales philosophos sola, & ea imperfecta morali iustitia iustos, quid nam dicendũ de philosophis Christianis plena, atq; perfecta præditis iustitia, gratia diuina formatis, ac roboratis? Quid nam vero perpessi sunt morales philosophi? Et quali constantia? Vide mihi vnicum Anaxarcum (referente Plutarcho) *d* qui à Nicocreonte ferreis pistillis contundi, & concidi iussus ad tyrannum incredibili animi constantia (vt refert Sabellicus) *e* dixit. Tunde, tunde non Anaxarcum, sed Anaxarchi vas: Corpus, quippè contundi, significare volens, anima in suo robore, & constantia remanente. Quin, & addit de eodem Maximus: *f* quod, cùm constanter tyrannũ iustissimis lacesseret amarissimorũ maledictorum verbis: tyrannus linguæ amputationem ei minitatur, sed quid tũc Anaxarchus? Non erit (inquit) effeminatæ adolescens hæc quoq; pars corporis mei tuæ ditionis, protinusq; dentibus abscissam, & commanducatã linguam in faciem eius ira patentem expuit: Ita magnus ille Agesilaus (vt ait Plutarchus) *g* Assuetis Asiaticis regem persarum appellare magnum (inquit) & quid ille maior me est, nisi iustior? Et iterum de iustitia, & fortitudine percontatus, vtra sit melior, nihil (inquit) fortitudine indigeremus, si omnes iusti esse
B mus. Sic Leon Eurycratides interrogatus, quàm quis vrbẽ incolens tutus sit; respondit. Vbi nequè plura, neq; pauciora inhabitantes possideant: & vbi iustitia polleat, & in iustitia iaceat: Cursores item in olympijs spectans, de emissione sollicitos esse, vt meliore quisque conditione foret. Quantò magis (inquit) cursores velocitati student, quam iustitiæ? Et nostra re vera sugillat, & coarguit intemperata tempora, quibus vnusquisque magis quod suũ, quã quod iustum est, quærit. Dercilitas quoque ad Pyrrhum castra in agro spartano habentem, legatus, Pyrrho ipso iubente, vt regem suum Cleonymum reciperent; nisi cognoscere malint, se multo minus fortiores esse, excipiens, respondit. Si quidem est Deus, nihil timemus: neque enim iniusti sumus; Sin homo, nobis certe melior non est. Hæc, & alia similia, quæ solo naturali lumine videre potuerunt philosophi morales, tùm verbis docuere, tùm opere compleuere. At quid hæc cum Christianorum iustitia? Audi magnum illum eloquentiæ lumen, Greg. Nanzianzænum, dicentem, *h* Tria in mundo inuicibilia pænitus reperiri, Duo in cœlo, vnũ in terra. In cœlo Deum õmnipotentem, & Angelum beatum; in terra philosophum Christianum, idest hominem Christiana iustitia iustũ. De quo Spiritus Sanctus. *i* Mundis manibus addet fortitudinem, ideit iustis per mundas manus designatis, Deus ipse fortitudinem addit: quarè in eis suam Deus fortitudinem ponit; & ideò iure merito Nanzianzenus Greg. cum Deo Christianum iustũ inuincibilem coæquat, eo discrimine, quod Deus per naturã, Christianus verò iustus per Dei gratiã inuincibilis existit. Quarè iterũ hoc idem propheta. *l* Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij: Quod septuaginta sic legunt. Ecce Dominus stans super murum adamantinum, & in manu eius adamas, ideit iustus (inquit diuus Hieronymus) ex cuius germana expositione habemus, ecclesiæ structurã omnẽ adamantinum esse, & quemlibet structu-

ræ la-

Primum Membrũ.

Iustus fortissimus et imputribilis existit.

c Prouer. 12.

d Opusc. de virt. morum.

e lib. 2.

f lib. 3.

Mirabilis fortitudo & animi costantia philosophorum moraliũ.

g In Apoptheg. de Agesilao.

h Oratione cũ reuertitur ex agro.

i Iob. 12.

Inuincibilis est Iustus Christiana Iustitia roboratus.

l Amos. 7.

Iustus est Adamas in manu Domini.

ræ lapidem viuum, ideſt quemlibet iuſtum eſſe adamantem, & adamantem in manu Domini. Quid fortius; quid ſtabilius, quid inconcuſſius, quid potentius excogitari põt? O iuſtũ, oh iuſtũ ipſius Dei manu, & fortitudine præditũ, re C vera imputribilem cedrum, & bonorum operum odore fragrantem, ac exemplorum vi cæteros attrahentem, & ſola virtutis fama peccatores corrigentẽ: vt enim ait Plutarchus. *m* In virtute proficienti nullus amor pertinacius inſidet animo, quàm virtutes virorum inſignium, quos imitari delectet; in hoc enim incumbens totus cæteris omnibus ſe priuat bonis, adeò vt, ſicubi meminerit pij parentis, aut etiam præceptoris defuncti, cuius vita longe fuerit ſuorũ tẽporũ moribus ſuperior nihil habeat magis in votis, quã, vt liceat, ſe illis in virtute morum conformare; vndè notiſſimũ eſt adagiũ illud, exempla mouere magis, quã verba: & hoc iuſtorũ per cedrũ ſignificatorũ munus.

m de Profect. morũ.

Secundũ Mẽbrũ.

Contra verò ponitur ſecundo loco in myſtico tabernaculorũ die feſto ſpina, peccatorem deſignans, qui vbiq; & ſemper, & vndequaquè ſemper ſpina eſt, nempè, proximum, vel iniurijs, vel oppreſſionibus, vel ſcãdalo quorũcũq; criminũ, vulnerans & exulcerãs. Hinc a primordio dictũ eſt a Deo ipſi Adæ. Maledicta terra in opere tuo; ſpinas, & tribulos producet tibi, ideſt, maledictus homo terrenus, qui de opere tuo de teipſo egredietur per ſucceſſionem, & prolem; qui producet tibi, & vniuerſo generi peccatorum ſpinas criminũ, & ſcandalorum ſtimulos vniuerſam perpetuò inquietantes humanam rempublicam: & ſic ſtatim vidit Adam ſub oculis ſuis ſpinã fratricidij in Abelẽ per Cainũ patrati. Cùm autem propria malitia ſpinæ ſint, & tribuli, diuina tamen prouidentia, quæ de malis bona ſemper elicit, factum eſt, vt inter cedros iuſtorum ſpinæ commiſceantur peccatorũ ad iuſtorũ exercitiũ, & meritũ. Sic diuus pater Aug. *n* Ne putetis malos eſſe (inquit) in hoc mundo: omnis enim malus, aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideò viuit, vt per illum bonus exerceatur, vtinã ergò, qui nos modo exercent, conuertantur, & nobiſcum exerceantur: tamen quamdiu ita ſunt, vt exerceant nos, non eos oderimus, quia in eo quod malus eſt quis eorum, vtrum vſque in finem perſeueraturus ſit, ignoramus: diaboli tantummodo, & Angelorũ eius deſperanda eſt correctio. Duplici itaq; fine ex diuo patre Aug. peccatorũ ſpinæ inter iuſtorũ cedros commiſcentur, vt iuſtos exerceant, vel vt iuſtorum exemplo conuertantur: itã, vt iuſti ſint peccatoribus conuerſionis occaſio; peccatores verò iuſtis in exercitium, & meritum.

De primo noſtro parẽte egrediebatur proles qui producebãt ſpinas peccatorum.

n In pſal. 54.

Reperitur iuſtus inter peccatores, & quibus de cauſis.

Tertium Mẽbrũ.

Sic pariformiter non minori conſonantia ponit alia duo in Eccleſia hominum genera, pauperem, videlicet, & diuitem, per myrtum, & oliuam deſignatos. Myrtus quidem in eo pauperem deſignat, & pauperem iuſtum, quia, ſicuti non poſſident pauperes bona temporalia; ſic myrtus fructu ſemper caret; & iterũ viret ſemper myrtus, roborandique virtutẽ habet; ità pauper, ſi patienter ſuſtineat, & iuſtè viuat, diuina ſemper gratia vireſcit, mundiq; diuites D ſuis roborat orationibus pro acceptis eleemoſynis. Eſt autẽ duplex paupertas, altera, quæ dicitur Spiritus, vel voluntaria, & animi, & hæc eſt humilitas, de qua dicit Chriſtus. *o* Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Alia eſt rerum paupertas, & hæc iterum duplex. Altera abiectionis, ſubiectionis altera Primam amplexati ſunt illuſtriſſimi illi viri mundi totius arbitri Benedictus, Dominicus, Pater, Franciſcus ſupra cæteros, qui poſt Chriſtum nudum, nudus currens ad metam, nihil pœnitus in mundo habere voluit ſibi proprium mundũ totum abijciens, vt ſupra mundũ totũ conſti-

Per vtilis diſtictio paupertatis.

o Matt. 5.

constitueretur: quam normã, & regulã etiã a suis imitatoribus, & filijs amplexari, & sequi voluit. De hac loquitur diuus Hieronymus, vbi ait. Hunc scito verum Christianum, qui nec habet, nec concupiscit. Hanc vobis non persuado, quia non congruit omnibus, quin, & repugnat regentibus familiam, vel rempublicam. Secunda verò, quam subiectionis appellaui, omnibus est necessaria: Est enim qua diuitias qualescunque, & quantascunque quis possider, sed sic eis innititur, vt sint illi subditæ, subiectæ, & ad ea, quæ sunt animi, & immortalitatis fundamentum; & non diues illis subiaceat, sicut cecinit quidam poeta.

Prima paupertas est solum iustis secunda omnibus necessaria.

Et mihi res, non me rebus, supponere conor.

E

Et re vera talis, qui diuitijs dominatur & non a diuitijs dominatur, diues est: immò diuinus est, vt ait Socrates a Diuo Cypriano p relatus, nempè, qui paucioribus contentus est, similiorem esse Deo, qui se solo contentus, viuit infinitè beatus. Et Diuus pater Augustinus: q Omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est. Quid plura? Hoc docuit, hoc monuit verus noster magister Christus, cùm ait. r Regnum Dei intra vos est, quasi dicat, incomparabili spatio superatis vos, & exceditis vniuersam hanc molem sublunarem; non solùm enim ea maius est regnum Dei, sed omnibus cœlestibus sphæris, & ipsomet empyrio eas comprehendente, & vno verbo incomprehensibile, & infinitum. Et hoc intra vos est. Quarè nulla huius caduci mundi re indigetis, nisi pro fundamento modico, & modica sustentatione præsentis vitæ, quousque regnum, quod nunc intra vos est per gratiam, omnibus extra vos patens, & manifestum fiat per gloriam. Hinc Teophilatus, temporalia (inquit) plus desiderata, quàm possessa nocent. Sic Diuus Paulus f non diuites arguit; sed volentes, & quærentes fieri diuites, eos videlicet qui diuitias inordinatè appetunt. Qui volunt (inquit) diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua. Oh nos miseros, diuitiæ omnes istæ temporales inexplicabilibus laqueis, difficultatibus, & laboribus, nos implicant, & illaqueant, quin, & opprimunt sic inordinatè concupitæ & quasi onus graue super capita nostra grauatæ: quæ re vera, vt exclamauit olim canis ille sapiens, Onera sunt non hominum, sed iumentorum. Contrà verò, si moderatè quærantur, & iuxta monitum regium non super capita, sed sub pedibus teneantur possessæ, scala sunt ad cœlum, & ad regnum. t Omnia (inquit) subiecisti sub pedibus eius, si itaque Deus hæc omnia sub tuis subiecit pedibus, quarè homo insanus super caput illa ponis? Ex possessore possessum, ex domino mancipium diuitiarum te constituens? Vel itaquè diuitiæ sic possessæ, quæsitæ sic te prosternunt, & opprimunt, vel te omninò fugiunt, dicente Spiritu sancto. u Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, idest ad opes temporales, quæ nunquàm re uera habentur, nisi ab his, qui sub pedibus illas per contemptum, vel per prudentiam retinent. Hoc lamentabatur Diuus Pater Augustinus, dicens. Mundus clamat, Ego deficio: Deus clamat, ego reficio; & tamen superba mens mea magis sequitur mundum deficientem, quàm Deum reficientem. Oh nos insensatos; oh nos miseros, quàm verè possumus cum Diuo Patre Augustino exclamare, & conqueri de no-

F

p lib. 2. c. 2.
q Confess. c. 14.
r Luc. 17.
Diuitiarũ cotẽptus nos beatos facit.
Super Luc
f 1. Thimo. 6.
Diog Ci. Onus diuitiarum aut prosternit, aut opprimit.
t Psal. 8.
u Prou. 23
Mũdanus homo magis sequitur mundum deficientem quã Deũ reficientem.

Y bis

stis. Ego, ego, dicit, esuriui: Mihi, mihi (ait) dedistis. Oh, quid agis amor Dei; Oh, quid potes; nihil est, quod non possis: omnia quidèm potes; sed hoc inter omnia mirandum, quod tibi datum clames: & in extremo iudicio iudices, quod pauper accipit, Hinc sequitur propheta. ee In die mala liberabit eum dominus, nempè, qui intelligit super egenum, & pauperem; optimè in die mala liberat dominus illum, qui a malis pauperem liberauit, non debet videre diem malam, qui dies bonos videre pauperes fecit: videbit verò diem malam, qui diem iudicij sine pauperum aduocatione intrauerit: Frustrà accusant peccata, quem pauperes excusant: excusari non potest quem fames accusat pauperum. Beatus ergò, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Et vlterius, Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius, idest, dominus conseruet eum personaliter; & viuificet eum in successione, & prole, vt videat filios filiorum suorum: & beatum faciat eum in terra cum tota sua posteritate, diuitijs, dignitatibus, prosperitatibus vniuersis: & non tradat eum in animam inimicorum eius, idest dæmonum, quoad æterna, sed liberet eum in die mala, nempè in die iudicij. Oh verè (inquam) beatum, qui sic intelligit super egenum, & pauperem: Assequetur namquè, per misericordiam pauperum Dei misericordiam, cedri fortitudinem, iustitiam, & bonam famam, spinas euellet peccatorum, myrtos pauperum sibi constituet aduocatos in die mortis, & iudicij oliua fructifera existet speciosa, in ecclesiæ campis plantata. Ex quibus omnibus, tanquam æternè virentibus ramis non hebraica, non temporalia, non caduca, sed permanentia, perpetua, æterna, diuina sibi conficiet tabernacula; vt inhabitet in domo domini omnibus æternitatis diebus. Amen.

ee Ps. 40.

Elemosinæ fructus siue effectus,

Epilogus

Y 2 FERIA

FERIA IV. POST DOMINICAM Passionis. Concio Trigesima.

Prædestinationis, ac reprobationis materia maxima cum doctrina vniuscuiusque captui accommodata describitur, ostenditurque summa Dei bonitas, qua homines gloria condecorare nititur, cum illis & patentem cœli proposuerit viam, & nullam vnquam omittat curam. vt eos Paradisi incolas efficiat: qui, tamen: si in reproborum numerum coaptentur, hoc ex sua finali impœnitentia, ac dissensu voluntatis omnino pendet nulla in Deo existente causa nostræ perditionis.

PAstor bonus, ac diligens dulci iubilo, & varia modulatione, aut gregem producit ad pascua, vel sub vmbroso nemore fessum pecus retinet ad quietem, aut alta collium salubrioris graminis hortatur cupiditate conscendere, aut ad deuexa vallium sensim tota necessitate descendere. Et sic variè semper, & salutariter gregem ducit, nutrit, fœcundat: Beatæ verò sunt oues illæ quæ sui vocem admittunt pastoris, attrahuntur, nutriuntur, congregantur, & verò pastori suo iubilant, qui germina sui gregis multiplicari molitur. Ità dominus noster Iesus Christus pastor bonus, verus pastor, qui pro grege suo mori dignatus est, modò christianam gregem in plana producit miraculorum prata, floribus respersa gratiarum; vel sub vmbra suæ protectionis, & gratiæ retinet ad quietem, [illegible] collium doctrinatum salubrioris mysterij auiditate conscendere hortatur: sicut in hodierno sermone, in quo alta prædestinationis mysteria, & reprobationis iudicia mira pandit facilitate, ac breuitate. In duo namque principaliter totam hanc distinguens materiam, nempè, Reprobationis, & Prædestinationis ordinata serie proportionatè vnicuique suos assignando, & distinguendo gradus, in propositionibus euangelicis mox explicandis includit: pro quibus.

Diuisio. bimembris.

Interim altiùs exordientes, (vt ego arbitror,) tres sunt prædestinationis gradus constituendi, antequàm euangelicam Christi conscendamus doctrinam. Hæc enim omnes (mea quidem sententia, quam sanctæ Ecclesiæ pedibus corrigendam semper committo, vel approbandam) æqualiter prædestinat Deus. In primo namque gradu quosdam specialissimo prædestinat priuilegio, & superefficacissimo auxilio eorum iustificando, monendo, & confirmando in bono voluntatem, vt manifestè probant exempla gloriosissimæ virginis semper Dei genitricis Mariæ, quam ad tantam naturæ vires excedētem gloriam prædestinare voluit filius; sic Iohannem Baptistam, & Hieremiam, & fortè nonnullos alios, quos in ventre sanctificauit materno; & antequàm vsum habuissent rationis, per quem peccare, & declinare possent; cōfirmauit in gratia. In altero verò gradu huic penè opposito, qui reprobationis A

Primum mēbrum.

Tres gradus prædestinationis.

Primus gradus.

nis potius quam prædestinationis appellandus venit, constituendi sunt pueri omnes, qui, & sine vsu rationis, & ex consequenti sine actuali peccato, & sine baptismate, vel alio correspondente remedio pro originali peccato, ex hac vita decesserunt, vel decidunt; & infideles omnes in quocunque statu, qui sine actuali decesserunt peccato (si qui sunt) & sine cognitione veri Dei cultus, & remedij cuiuscunque pro originali peccato, de quibus in hoc secundo gradu, (cùm, ex communi theologorũ sententia, in limbo, quem puerorum vocant, vsque ad iudicij diem referuentur,) quid post iudicium vniuersale Deus optimus maximus statuerit; quõ vè prouiderit: quare pœna, vel præmio sint afficiendi, cum varia varij dicant, ego non ausim aliquid affirmare, sed relinquendum omnino consulo Dei optimi maximi imperscrutabili, & iustissimo iudicio, de præfatis porrò duobus gradibus non loquitur dominus, meo iudicio; sed de tertio, in quo sunt omnes illi redigendi, qui sufficientissimum habuere auxilium, siue minus, siue maius, siue maximum ad salutem, vt omnes sunt Christiani. De his enim specialissimè loquitur Christus, sic Diuus

Secundus gradus.

Tertius gradus.

B Greg. grauissimus, in sententijs tutissimusq; doctor, *a* illa verba Matthæi exponẽs: *b* Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. A Christo in extremo iudicio pronuncianda, ait. Hi sunt illa pars electorũ, qui iudicantur, & regnãt, qui vitæ maculas lacrymis tergunt; qui mala præcedentia, factis sequentibus redimentes, quidquid aliquando deliquerant, eleemosynis cooperiunt. Alij verò sunt, qui non iudicantur, & regnat; qui etiam præcepta legis, perfectionis virtute transcendunt. Et iterum idem doctor, *c* illa exponens verba, Discedite a me maledicti, &c. Esuriui n. &c. dicit. Isti, quibus hæc dicuntur, sunt mali fideles, qui iudicantur, & pereunt: non enim eorũ tunc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis iam cũ damnatione suæ infidelitatis accedũt: sed professionem veræ fidei retinentes, & professioni opera non habentes; redarguuntur, vt pereant: nam, & princeps terrenam rempublicam gerens, aliter punit ciuem in ea delinquentem, atque aliter hostem exterius dimicantem; in illo. n. iura sua consulit: contra hostẽ verò bellum mouet; & de pœna eius quid lex habeat nõ requirit. Constitutũ ergò sit dominũ nostrũ de prædestinatione, & reprobatione Christianorũ specialiter agere, de qua & nos; hi namq; in tertio preslius gradu cõstituendi veniunt, qui sufficientissimum habent ad salutem auxilium, si eo vti voluerint; ex voluntate namq; nostra tota pendet reprobationis causa, vt de ea prius loquamur: sicuti de eadem cum reprobis loquens hodiè Christus priùs agit, dicens, loquor vobis, & non creditis: sed non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Sunt ergò reprobi. Et quarè sunt reprobi? quia non credunt. Cur verò non credunt? Quia non volunt. Ecce totum reprobationis fundamentum, propria voluntas. Ità reprobos hodiè coarguit Christus. Non creditis (inquit) cum credere possitis, & debeatis: opera enim quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testi-

a libr. 25. moral.
b c. 25.

Iudicãdorum distinctio, & differentia.

c 26. mor.

Simil.

Propria voluntas peccatoris reprobationis fundamẽtum.

C monium perhibent de me. At dicet quis. Nonnè potuisset Deus voluntatem cuiusque mouere, vel inuitam? Soluat Theologus ille Platonicus Serenissimæ nostræ Mediceæ familiæ splendor in lucem emissus, *d* qui ait sapientissimè quidem. Nè putet quis diuinam voluntatem, si ad creata respexerit singulis vim inferre: magis enim vult vniuersi bonum, quam apparens alicuius particulæ commodum; nam in illo bono expressius fulget diuinæ bonitatis imago, bonumque illud in ordine quodam

d lib. 2. de imm. ani. c. 12.

vide-

videtur consistere: exactus autem ordo requirit, vt omnes rerum gradus in vniuerso contineantur; ita, vt quædam sint causæ stabiles, quædam mobiles, & quæ sunt mobiles, effectus; roducant insuper magis vagos, & quodam variabili modo. Deus autem non modò res ipsius vult esse; verum etiam essendi modos, qui rebus congruunt. Quarè decebat Dei sapientiam diuinam, decretum immutabile, vniuersi ordinem, rerum naturam, intimam hominis dignitatem, & nobilitatem, integrè conseruare: ita vt ipse homo propria gauderet arbitrij libertate, suaque in ipsius voluntate situm esset de communi lege propriam acquirere, vel non acquirere beatitudinem, & gloriam, vt in sua felicitare partem ipsemet haberet ex Dei vtique dono arbitrij libertatem largientis. Sic in vniuersum patres omnes tàm Latini, quàm Græci in eo maximè hominis perfectionem, & nobilitatē consistere astruunt, quòd libertate gaudeat arbitrij: qua mediante reprobus efficitur, dùm a Deo voluntariè se auertit. Primo itaquè loco sunt auxilia Dei omnibus, & singulis Christianis sufficientissimè a Deo præparata, & exhibita, quibus mediantibus salutem consequi potest, si velit, omnis Christianus: loquor (inquit) vobis: & eccè auxilia sufficientia. Secundo adest reproborum voluntas rebellis, & impia, præfata renuens, & abijciens auxilia: & per peccatum se a Deo auertens; ideò subdit, & non creditis. Et ex hoc tertius oritur reprobationis gradus. si enim sic rebelles perseuerauerint peccatores, & impœnitentes decesserint, Deus æternè hanc eorū finalem impœnitentiam præuidens, eos finaliter reprobat: ideò concludit Christus tertio loco. Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Primo itaque gradu Dei adsunt auxilia sufficientissima ad salutem; Dei adest omnium clarissima vocatio: & hæc est, quam vocant prædestinationem voluntatis antecedentis secundum quam (inquit) ad arcana Dei raptus vir ille diuinus. e Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hanc itaquè voluntatem Dei, quam vocant signi, vel antecedentem, vel conditionatam, vel quæ dicit, vellem, & non absolutè, volo: Hæc media ad salutem sufficientia breuiter, & sententiosè explicat hodie Christus per illud verbum, loquor vobis. Omnia enim Dei auxilia hominibus præparata &, oblata siuè interna, siuè externa quæcumque sunt Dei voces, quibus nobis loquitur: Tripliciter autem (vltra verbum illud in finitum sibi coæternum, coæquale, & consubstantiale, quod eructauit pater ab æterno summè bonum) loquitur nobis Deus, primò per facta, nempè, in communicatione omnium naturæ bonorum, quibus mediantibus, etiam ipsi philosophi Ethnici (vt asserit Spiritus Sanctus per Apostolum) Deum cognoscere potuerunt, & salutem, & gloriam consequi æternam ex sola naturalium rerum cognitione: inuisibilia enim (inquit) ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas ita, vt sint inexcusabiles; quia cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum. Cœli itaq; isti quos vides homo, Stellæ, quas enumeras, Sol, & Luna, qui tibi ordinatissimè lucent, anni tempora, & reuolutiones ordinatissima serie procedentes, dierum, ac noctium perpetua, & ordinata vicissitudo, cœlorū influxus in hæc inferiora; continuus ordinatus,

Decebat diuinā sapientiā hominē propria libertate gaudere.

e Prima Thim. 2.

Media ad salutem cōsequēda hominibus prę parata.

f Ad Rom. c. 1.

D

dinatus, & inconcussus eorũ motus, aer, quo respiras, aqua ità sapienter ad irrigandam terræ superficiem distributa, terra ipsa, quam calcas, perpetuò, & or-
E dinatè tibi germinans, & producẽs annuos fructus, & (vt vno verbo) omnia, quæcunque fecit Deus, omnia, quæ sensibus vsurpas, manu tangis, oculis vides, Deum tibi prædicant, tibi Dei gloriam, & salutem annunciant propriã, dicente propheta. Cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciant firmamentum. Hæc (inquam) omnia, quæ sub cœlo sunt, Dei sunt voces, quibus te vocat primo in gradu; & de quibus ait Christus, loquor vobis. Secundò verò expressius, & efficacius per ministros, & legatos suos loquitur, & locutus est semper, vt ad fideles veteres tuba illa insonuit salutaris. *h* Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, &c. Tertio denique loco voce articulata, & expressa per proprium nobis loquitur filium, vt subdit idem Apostolus. Nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula: quasi dicat. Qui per sæcula naturaliter vocauit infideles, per prophetas multifariè, multisque modis vocauit fideles patres vestros, nouissimè per proprium filium vocat nos. Ideo Christus optimè ait, loquor vobis: quasi dicat. Non solum per naturalia dona, per cœlum, & terram, & creaturas alias, quæ cœli ambitu continentur, vt infideles, non solùm per ministros, & legatos meos prophetas, per typos, & figuras; vt olim patres vestros: ego ipse vos voco, ego loquor vobis, efficacissimum vtriq; auxilium, & mirũ sanè quod non omnibus sufficiat ipsum audientibus: idem enim Christus, qui sui temporis loquebatur auditoribus, loquitur & vobis, o fratres, dicente Apostolo. *i* An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? qui in vobis non infirmatur; sed potens est in vobis. Christus itaque loquutus est sui temporis auditoribus, & omnibus a suo aduentu, vsque ad mundi finem loquitur sufficientissimè illos vocando media ad salutem necessaria eis præparando, & offerendo, vt constat clarissimè, videlicet, Euangelica doctrina, fidem, sacramenta, ministros Ecclesiæ, meritum, sanguinem, passionem, & mortem, & omnia, quæ sub cœlo sunt, tàm naturalia, quam gratuita ad salutem inuitantia, promouentia, & prouocantia: & iste primus gradus. In secundo verò, vt diximus, peccatores omnia ista repu-
F diant, & abijciunt; quibus ait secundo loco. Et non creditis, idest propria malitia, & peruersa voluntate recedentes a mandatis diuinis per peccata. Et tertio denique loco (vt ait Diuus Pater Augustinus *l*) præuidens peccatores ad sempiternum interitum prædestinatos, & finali impœnitentia decessuros. Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Et iste est reprobationis terminus vltimus, ex propria (inquam) reproborum malitia. Sic enim Deus ab æterno reprobat; quia præuidit ab æterno finaliter impœnitentes, & vsque ad extremum vitæ spiritum diuinæ vocationi, & gratiæ resistentes, quod clarissimè constat ex vltimo tremendo firmissimo diuino iudicio vniuersali. Nunquid enim tunc iudicium rectum, & istum non erit apud Deum? Si iustum, & rectum, ergò non pro suæ voluntatis libito, sed secundum acta, allegata, & infallibiliter, & certè probata iudicaturus est Deus; alioquin, nec rectè, nec iustè iudicaret. Hinc est, quod non ex suæ voluntatis arbitrio; sed vniuscuiusque bonis, vel malis operibus, meritis, vel demeritis; talem Christus (qui nec mentiri, nec fallere potest.) se prolaturum

Creaturę oẽs sunt voces, quibus Deus te vocat.

g Ps. 18.

Secundo Deus nos vocat per prophetas.

h Ad Heb. 1.

Tertio nos vocat per filiũ suum.

i 2. Cor. 13

l Tract. 48 in Io.

Vltimus terminus reprobationis est propria malitia.

turum sententiam, dixit. Discedite a me maledicti, &c. Et quare? Quia sic mihi placet? Quia sic volo? Quia sic decreui? Quia sic ab æterno reprobaui? Absit, absit omnino: sed quia (inquit) esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. Ecce clarissimè, quod secundum reproborum acta, & demerita iustè, ac rectè sententiam profert Christus, non pro suæ voluntatis libito, quod impiissimum esset apud hominem, quanto magis apud Deum? Quemadmodum ergò iusti humani iudices non pro libito, sed secundum causarum merita, vel demerita sententiam proferre norunt; multo magis Christus iustissimè iudicabit secundum vniuscuiusque merita, vel demerita, nulli dubium, quod itaque de têporali futuro extremo vniuersali iudicio diximus ad æternitatem reuocat, & clarissimè totam habes reprobationis materiam: est enim par, & omninò similis ratio; idem enim Deus, qui temporaliter sententiam pronunciabit extremam, secundum reproborum delicta, & demerita; æternè ob eadem ab æterno præuisa reprobauit, sic finaliter impœnitentes ab æterno præuisos. At instabis, si Deus ab æterno me reprobauit, nunquam saluari potero, quidquid, siue rectum, siue bonum opus perficiam. Proh nugas puerorum; Proh sophistarum fallacias. Desine tu mala perpetrare, vel in tempore, & Deus ab æterno non præuidens mala in tempore perpetrata, non te reprobabit; sicut è conuerso, ideo ab æterno te reprobat, quia in tempore vidit te mala perpetraturum: apud Deum enim nec præteritum, nec futurum; sed solum præsens adest. De hoc itaque iudicio finali; & æterna Dei reprobatione idem omninò statue, ac firmissimè tene, quod ex eo, quod tu peccas finaliter, ideo te reprobat æternè, te sententiat temporaliter Deus; Quod tamen vlterius vnico sensato patefacio simili. Si, verbigratia, videris quempiam ex altissima turri se præcipitem dare, clames autem, & moneas, instantissimeque suadeas, nè se præcipitet, attamen ipse omnia tua contemnens monita, sese præcipitet. Num ideò præcipitatur ille, quia tu vides, an potius, ideò tu vides, quia ille se præcipitat? Certum est, quia non causa præcipitandi, est visus; sed causa videndi voluntarium præcipitium. Ità quidem non ex eo, quod Deus te videat, & præuideat, peccas finaliter: sed quia tu peccas, etsi monitus; ideò te præuidet, & reprobat Deus: & nisi tu peccares finaliter, nisi te in barathrum præcipitares, nunquam te Deus præuideret præcipitandum; nunquam te ab æterno reprobaret. Loquitur itaque Christus, dat media omnibus sufficientia: sed reprobi renuunt, non credunt, & sic finaliter tandem pereunt.

Non pro libito suę voluntatis Christus sentẽtiam profert, sed secũdum reproborum demerita.

Ideo ab æterno reprobat, quia præuidit impœnitentiam reproborum.

Simil.

Contra verò numero paribus, sed via disparibus procedit prædestinatio gradibus. In primo namque gradu æquè sunt constituti, & ex æquo; prædestinati, & reprobi, omnibus namque sunt media sufficientia præparata, & oblata. Loquor (inquit) vobis, idest tàm reprobis, quàm prædestinatis omnes æquè vocando. At reprobi non audiunt, non credunt; ideò in secundo gradu recedunt, descedunt in barathrum: prædestinati verò in secundo gradu ascendunt, & credunt, ideo ait Christus de illis. Oues meæ vocem meam audiunt (idest, quas illas voco) & ego cognosco eas) idest secundum præsentem iustitiam, vt vo-

Secũdum memb. In primo gradu æqualiter omnibus præparata sũt media.

In secundo gradu prędestinati credũt, & reprobi nolunt credere.

vocant) eas prædestino: audire namque vocem Domini (vt Alcuinus notat) *m* est præceptis eius ex animo obedire. Cognoscere verò eas Christus est eligere, vel prædestinare, nempe, secundum præsentem iustitiam; ideo subdit. Et sequuntur me, viam videlicet iustitiæ, & innocentiæ incedendo, in qua etiam via permanendo, beati, & prædestinati dicuntur etiam viatores, dicente Propheta, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege tua Domine: sed secundum præsentem iustitiam tantum: nam cadere possunt, peccare possunt, & à via immaculatorum aberrare. Hinc rectè monuit qui ad tertium Cœlum raptus hæc vidit arcana, dicens. *o* Qui stat, videat, ne cadat. Nemo itaque de prædestinatione vltima, & de sua salute securus, etsi perfectus legis Euangelicæ obseruator, quousque viator existit: sed in secundo prædestinationis manet gradu, nempè, secundum præsentem iustitiam. In tertio denique, & vltimo constituitur opposito similiter reprobationis vltimæ extremo gradui, cum subditur a Christo. Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Sic itaque proceditur; in primo gradu, loquor uobis, tam reprobis, quàm damnatis, auxilia, & media ad salutem sufficientia exibendo. In secundo gradu; reprobi non audiunt, non credunt, & per peccata recedunt; & secundum præsentem iustitiam reprobantur: pœnitere namque adhuc possunt: prædestinati uerò uocem Christi audiunt, credunt, obediunt, & sequuntur per mandata Christi vestigia, prædestinati secundum præsentem iustitiam tantum; cadere namque possunt. In tertio denique, & ultimo gradu reprobi damnantur per finalem sententiam, & æternam reprobationem, quia finaliter impœnitentes. Prædestinati uerò uitam consequuntur æternam; quia finaliter perseuerant in Dei gratia, & præceptorum obseruãtia. Aliquo tamen discrimine a reprobis, in illis enim totalis, & præcisa reprobationis causa est eorum malitia, & peruersa uoluntas. In prædestinatis uero de communi lege, de quibus loquimur, princeps omninò causa, & ferè adæquata est Dei gratia, Dei uocatio, Dei prædestinatio, Dei uoluntas, sine qua nihil prorsus ad salutem consequendam possent homines, sic eloquenter satis D. Ambrosius. *p* Si de parentum (ait) carnalium iudiciis conqueri non audemus, cùm aliquos filios suos ante ulla morum examina, ante aliqua pietatis officia, indulgentiore amplectuntur affectu, in dominis quoque erga famulos libera est dispositio: nec iustè à quoquam reprehenditur, qui de unius conditionis familia quosdam sibi, quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret, elegit: nunquid de summi patris, & ueri domini beneuolentissima æquitate causandum est, quod in magna domo eius innumeris differentijs uniuersa uariantur? Cumque nemo boni aliquid habeat, quod non ille donauerit, non omnes tamen ijsdem uirtutibus uicant, aut eadem charismatum dote ditantur: nec possumus hanc diuersitatem graduum causis aptare meritorum, cum totius meriti principalis causa sit gratia. Principem itaque locum gratiam in prædestinatione tenere, nedum Ambrosius, sed & omnes patres tàm Græci, quam Latini, omnesque Scholastici Doctores æquè consentiunt: aliqualem tamen causam, sine qua non, tantummodo prædestinatorum consensui assignare non absurdum arbitror, quin & necessarium duco diuina illa Pauli Apostoli auctoritate motus. *q* Quos (inquit) præsciuit, & prædestinauit. Quid quæso præsciuit Deus antequam prædestinauit? Quid (inquam) prius præsciuit, quam prædestinauerit?

Margin: I (beside "res, dicente Propheta"); K (beside "conditionis familia").

m In Io. c. 10.
n Psalm. 118.
o 1. Cor. 10.
In tertio gradu vitam æternam dat.
p lib. de voc. gen. c. 10.
In ordine prædestinationis gratia principalem locũ tenet.
q Ad Roman. c. 8.
Prædestinatorum cõsensus causa sine qua non.

Et fine cuius præſcientia non prædeſtinaſſet? Num præſciuit merita? Abſit: prædeſtinatio enim non ex meritis, clamant patres. Num peccata? Multo minus. Quid ergo? Non aliud ſanè, niſi prædiſtinatorum conſenſum, vt cauſam ſine qua non; ſine quo videlicet conſenſu ab æterno præuiſo eos nō prædeſtinaſſet Deus. Quos ergo præuidit conſenſuros, non aſpernaturos media, nō abiecturos auxilia, ſed accepturos, hos prædeſtinauit. Sic tremēdum illud Sacri cōcilii Tridentini decretum. r Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo excitanti quò ad obtinendā iuſtificationis gratiam; nec poſſe diſſentire, ſi velit, ſed velut inanimæ quoddam nihil omninò agere: mereque paſſiue ſe habere, anathema ſit: quod enim de actuali conſenſu liberi hominis arbitrii in iuſtificationem decernit ſacroſanctum Concilium hoc idem de æterna Dei prædeſtinatione penitus aſſerendum, nec enim aliter præuidit Deus ab æterno hunc iuſtificandum, quam in tempore, & actu, re uera iuſtificetur. Alias falsò præuidiſſet, quod omnino a Deo remouendum. Vere itaque præuidit ab æterno hunc conſenſurum diuinæ uocationi, & gratiæ; & ſic prædeſtinat ab æterno, & non aliter, nec alio modo. Itā hunc liberi arbitrii libertimum conſenſum, nedum ſacri, & diuini, a Deo expreſſe, illis reuelatum, ſed, & gentiles philoſophi, tanquam ab authore naturæ homini inſitum, naturaliter nouerunt. Sic Plato diuinus ſ arbitratur, Deum rectè diſponere ſingula, mitibus, religioſiſque viris eſſe propitium, ſuperbos, impioſque punire; nec tolli per diuinam prouidentiam noſtræ libertatis arbitrium, immo ſeruari; quod iterū aperit in 10. de Rep. lib. de Regno, & Critia. Sicut. n. in præſcientia Dei ſcripti ſunt futuri euētus rerū, ita euentuum cauſæ modiq; agendi: & ſicut opera noſtra nota sūt Deo ab æterno; ita, & noſtra voluntas, quæ noſtrorū operum extat cauſa, & modus agendi liber: ſicut enim te præuidet, id, vel illud facturum; ita præuidet voluntariæ, libereque perfecturum, Quarè ſi diuina præuiſio neceſſitatem imponeret euentibus, & actionibus liberis, iam non liberæ ſed neceſſariæ eſſent: Deus autem naturarum omnium temperator, cuique rei conſeruat, non ſubtrahit modum. Et naturam, quam dederat, non deſtruit ſed iuuat. Sic dùm regit ſingula, pro ſingulorum regit natura, aſcendentibus elementis ad aſcenſum conducit, deſcendentibus ad deſcenſum: animalibus ad motum confert progreſſiuum, cœlos in gyrum mouet: quia ſuapte natura ſunt ita mobiles. Sic animos dum pulſat humanos, quia liberi ſunt, liberum pulſat, ita vt alliciat, non uitrahat; ſuadeat, non cogat. Hinc Zoroaſter apud Ficinum t Pater non incutit metum, ſed perſuaſionem inducit. Et Mercurius Trimegiſtus apud eundem Prouidentiam Dei generis humani tutricem non deſtrutricem aſtruit. Quid plura? Chriſti optimi maximi intergiuerſabilē, & infallibilem audite iudicii extremi ſententiam. Venite (inquit) benedicti patris meis poſſidere paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Ecce prædeſtinatio æterna: Sed vndè paratum regnum? Certè a Deo: quo medio? Certe ex mera Dei liberalitate, & gratia, attamen quam affert ibidem Chriſtus rationem? Poſſidete (inquit) paratum regnum a conſtitutione mundi. Et qua ratione? Eſuriui enim (dicit) & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. Eccè cauſa, quam dicebam, ſine qua, non prædeſtinat Deus, non iudicat, non ſententiat finaliter. Et quod dicebamus in reproborum iudicio

Margin notes:

r Seſ. 6. can. 4.

L

Deus p̄uidit ab æterno hunc iuſtificandum hoc eſt in tēpore, & actu iuſtificatur.

ſ 4. de legibus.

In præſcientia Dei ſunt ſcripti rerū futuri euēt⁹, & cauſæ euentuum.

t De immun. ani. l. 2. c. 13.

M

Deus nō cogit, nec vitrahit, ſed ſuadet & allicit.

Dei voluntas & cauſa p̄deſtinationis opera vero noſtra ſunt cauſa ſine qua non.

dicio, idem astrue in electorum sententia: ita enim ab æterno prædestinauit, & præuidit Deus iudicium futurum extremum, & iudicij sententiam; & eo modo, quo pronunciabitur a Christo temporaliter. At, inquies, ergo prædestinatio ex meritis præuisis? Absit. Quæso, si multi essent infirmi seminudi, mendici, & ad mortem vulnerati, adueniret autem inter eos cœlestis Medicus, qui sua ope aliquo superinfuso liquore omnes sanare vellet gratis, & absque mercede; quin, & ditare illos vellet innumeris thesauris sanos effectos, ea tamen condictione, si vellent sanari, & ditari; nolentes autem omnino dimitteret in eorum miseria, sic remanentes miseri, quanam culpa remanerent? Nunquid Medici? Absit: sed propria ipsorum, vt constat. Qui verò consensum præstarent, & indè medicinam, salutem, vitam, opes, & diuitias consequerentur. Nùm id, ex proprijs recognoscerent meritis? Nequaquam; sed ex sola Medici cœlestis benignitate, bonitate, liberalitate mera, & mera gratia, attamen nùm consecuti fuissent, nisi consensum præstassent? Nunquam: Medicus enim absque illorum consensu nil prorsus, vel sanitatis, vel operis communicare volebat. Ita sanè omnes homines infirmi, egeni, miseri, mendici, & ad mortem vulnerati sunt post Adæ peccatum: cœlestis verò Medicus Christus omnibus æqualiter loquitur in primo gradu, omnibus exhibet auxilia, & media, rogat, suadet, monet, sanare gratis, ditare vult, nonnulli ingrati in secundo gradu audire nolunt, non credunt, reprobantur secundùm præsentem iustitiam, & tandem finaliter impœnitentes damnantur. Numquid Christi culpa? Absit: Patet enim manifestè, quòd propria eorum, vt causa præcisa totali, & adæquata. Contra verò in secundo gradu alij accipiunt medicinam, consentiunt, sanantur, ditantur, & deniqueita perseuerantes in tertio gradu saluantur: Num ergo ex eorum meritis? Quis vnquam hoc asserere audebit? Principium enim nostræ salutis, & medium, & finis, & omne bonum ex Christi gratia, ex Christi liberalitate liberaliter, & gratis vocantis, medentis, sanantis, largientis, gratificantis, iustificantis, prædestinantis procedit: at largiri non vult, nisi consentiamus: prædestinare, glorificare, & cætera præstare gratis quidem decernit; sed tamen ea condictione, vt consensum præstemus. Consentire, ergo, & dissentire nullum arguunt prædestinationis meritum, sed causam, sine quanon innuunt, dissentire impedimentum prædestinationi affert; consentire impedimentum remouet. Concludamus itaque cum Diuo Patre Athanasio, & memoriæ impressum firmiter retineamus, quòd qui bona egerint, Dei gratiæ consentiendo, vitam æternam possidebunt: Qui verò mala perpetrarint, diuinæ vocationi dissentiendo, ibunt in ignem æternum; quod Deus auertat. Amen.

Similit.

N

Principiũ medium nostræ salutis, & finis ex sola Christi gratia, & liberalitate.

***

FERIA SEXTA POST DOMINICAM Passionis. Concio XXXI.

Iudæi stimulis ambitionis, odij, ac inuidiæ acti concilium de Christi morte ineunt. Cuius rei occasione varij pestiferæ inuidiæ effectus connumerantur, salutareque Principibus datur monitum, quo in rebus agendis vti debeant, ac postremo decantantur Crucis laudes eximiæ in clarissima victoria, quam Christus per eam, quæ ipsi in æternum dedecus collata fuerat, reportauit.

QVOTIES salutaribus succis contra lethales morbos antidotum temperat præcauta medicorum peritia si, præter artem, præter medicinam, præter tempus, inopportunè accipere præsumat ægrotus, fit periculi causa, mortis ruina, quod prouisum fuerat ad sanitatem, & vitam. (Similit.) Ita Christus Dominus noster cœlestis medicus, cũ pretiosissimum inæstimabilisque pretii præparasset pro humani generis salute antidotum, voluntariam videlicet mortem suam, pretiosumq; suum sanguinem pro nobis voluntariè fundẽdum ad perpetuam sanitatem, & æternam salutem, impatiẽs, & temerarius infirmus Iudæorum populus, quod ad vitam fuerat ordinatum, incautè, inopportunè, impiè sibi applicare volens, fuit perditionis occasio, animarum detrimentum, Reipublicæ euersio. Collegerunt (inquit Euangelium) Pontifices, & Pharisæi Concilium aduersus Iesum. Ad quid? Sanè, vt eum morti traderẽt: concludunt enim. Expedit, vt vnus moriatur homo, &c. Oh, si scires Iudæe quantum, & quomodo expediat orbi vniuerso Christi mors, non ita immaturè, inopportunè, acerbè, impiè, illam affectares: voluntariè enim mori pro omnibus venerat Christus, vt quid ergo in perditionẽ, quod ad salutem paratũ fuerat, vsurpas tibi, antidotũ? Idẽ.n. concluserat ab æterno Spiritus sanctus (vt Euangelista testatur) quod Christus moriturus erat pro gente, & non tantũ pro gente, sed, & vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.

(Diuisio bimembris.) Cum itaque eandem sentẽtiam prorsus concludant medicus, & ægrotus, Christus & Pontifex cum Concilio Iudæorum, diuersis tamen moti rationibus, breuiter eas perstringendo, videamus, quænam moueant Concilium, vt Christo machinentur mortem, & quibusnam de causis Christus seipsum voluntariè tradat in mortem.

(Primum Membrũ. Primum Cõciliũ ambitionis.) Quò ad rationes Iudæorum, & Concilii, facile est illas adinuenire, si illud figuratum repetamus, & delineatum in diuinis litteris, tria nãque in eis principalia reperio concilia, istud hodiernum præfigurantia. A Alterum fuit ambitionis perualidæ vento motũ, ingrati videlicet Absalonis contra sanctum, & iustum patrem suum Dauidem, *a* Illum de regno eiicere, & supplantare furentis: sic.n. scriptum est. Dixit Absalon ad Achitofel; Inite consilium, quid agere debeamus, videlicet in eiectione, & supplãtatione patris de regno. Alterum fuit concilium pessimæ inuidiæ fratrum, in fratrem Ioseph. *b* Ecce (inquiunt) somniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus in cisternã veterem, &c. inuidia vtrique moti, eo, quòd a patre plus cunctis filiis amaretur: quare (ut inquit textus ibidem) oderant eum, nec poterant ei quidquam

(*a* 2. Reg. 16. *b* Gen. 37. Secundũ Cõciliũ Inuidiæ.)

paci-

pacificè loqui. Tertium denique impium Concilium impiissimi odii contra iustum Nabutem acciuit impia Iesabel, *c* dicens ad Acab regem virum suum. Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel: æquo animo esto & ego dabo tibi vineam Naboth. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates, &c. Et Naboth iusti occisionem conclusit, lapidibusque illum interfici mandauit. Concilium porro hodiernum epilogus fuit infamis, & turpe compendium omniũ præfatorum conciliorum: Primò namque Ambitionis causa, quemadmodum illud Absalonis, motum fuit. Si dimittimus eum (inquiunt) venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Oh, Quid non potes ambitio furens? secundo inuidia scatet contra Christum, Quid facimus (inquiunt) quia hic homo multa signa facit? Quæ videre vel sufferre amplius non poterant inuidia moti, & concitati: quemadmodum fratres in fratrem Iosephi, denique cum Iezabelle impia impii ipsi contra pijssimum Christum concludunt mortem. Expedit (inquiunt) vt vnus moriatur homo pro populo. Ita concludũt his rationibus, motum fuisse impiũ Concilium diuus pater Augustinus, Gregorius Nanzianzenus, & Gregorius Nissenus. His namq; ambitionis, inuidiæ, & odij passionib. excæcati (inquit Origenes) dant manifesta cæcitatis signa. Primò in intellectu: nã si potens est Christus (vt ipsi consulunt.) Si om

B nes credunt in eum, si tãta facit signa, quomodò poterunt eum itá de facili interficere? Deindè in voluntate. Quæ nãque erant illa signa o Iudæi, nisi infirmos vestros sanare, uestros languores curare, cæcos illuminare, surdis auditum, mutis loquelam dare, mortuos suscitare? Ex quo igitur amare maximè debueratis benefactorem, & saluatorem: inuidia, & odio in ipsum exardescitis, & in uobis tabescitis. Hinc diuus Chrysostomus. Principaliter ex inuidia coactum asserit huiusmodi concilium. Inuidiæ primas tribuit hoc in negocio, de hac & nos fusius dicamus. Vndenam oritur? Contra quos insurgit? Quæ damna infert impia hæc pestis? Oritur (inquit Eloquentiæ Romanæ princeps) e proximi felicitate. Est enim (ait) inuidia ægritudo ex alterius rebus secundis: Ergo (inquit D. Greg.) *e* quantò excellentiora floruerint alterius bona, tanto intensius in fligetur inuidiæ uulnus. Et Agis apud Plutarchum *f* quodam dicente, Nonnullos ex alia domo ipsi inuidere. Igitur (inquit) & sua mala, & ad hæc tum mea, tum amicorum bona illos cruciabunt. Itá sane ibi oriũtur Cantharides, vbi lectiora frumenta, & viridiores fuerint rosæ: tolle felicitatis splendorẽ, nulla erit inuidiæ vmbra. Hinc patet, contra quos debacchetur maximè inuidia: nam contra meliores, virtute, & fama clariores insurgit. Itá Plutarchus. *g* His magis inuident, quos ad virtutem rectiore tramite prodeuntes intuentur: quocirca Themistocles cum adhuc adolescens esset, nihil splendidum a se fieri dicebat: neminem enim adhuc in se inuidum habebat: itaque inuidia eos præcipuè tangit, qui boni sunt, quique ad uirtutem, & gloriam aspirare videntur. Vnde Isidorus *h* clarius aptissimam inuidi adhibet similitudinem. Cui (inquit) similem dicemus esse inuidum? Hanc adhibere similitudinem possumus, vt si quis inertem asellum, & obæsum veloci coniungeret equo currenti: tunc neque asellus excitari

C vellet, ad saltum, & cursum, & equum sua inertia, atque obæsitate retardare, & deprimere conaretur. Sic inuidus, neque studet ipse, quo pacto virtutibus floreat; nec præclaro tentat, & omnia facit, vt alterum ad cœlum euolantem, supplantet, atque deijciat, euidens Diaboli

Tertium Cõciliũ odij.
c 3. Reg. 21.

Cõciliũ Iudæorũ fuit ambitionis Inuidiæ & odij.

Ex fęlicitate proximi oritur inuidia.
d Tusc. 3.
e li. 5 mo. c. 32.
f in apoph.

g Opusc. de odi. & Inu.

Contra meliores insurgit inuidia.
h tom. 1. oratione 34.
Similit.

boli emulator factus; nam,& ille cernens in paradiso hominē terrestri, deie-
ctus ipse de cœlesti, non se mutare, sed hominem de Paradiso eiicere stu-
duit: Et rursus, cum cernit alios, & alios in cœlum scandere, illuc festinan-
tes, eandem habet sollicitudinem, & curam, vt ad cœlum ire contendentes,
impediat, & supplantet. Hinc Diuus Gregorius Nāzianzenus, inuidia non so
lum multos, sed & optimos tangit. Et Diuus Gregorius Papa. Inuidia est in
meliores. Et quid mirum? tātum audet hæc impia pestis (inquit Diuus Chry
sostomus.) i Quod non homini solum optimo, sed ipsi Deo aduersatur:
quemadmodum, si quis puellam regiam regio cultu ornatam, & venustam
videns in conspectu patris Regis, qui illam ornauerat, deturparet, & pro vi-
rili fœdaret, cui nam ille magis insidiatus esset? Cui nam maiorem incussisset
iniuriam, puellæ, an patri? filiæ, an regi? Ita sanè videns in Ecclesia Dei
aliquem Dei gratia, & virtute ornatum, & refulgentem, si inuidet, si perse-
quitur, si deprimere conatur, nonne ipsi Deo omnium bonorum largitori,
magis quam homini hostiliter aduersatur? At cum his omnibus aliquid boni
habet inuidia; & quod nam (inquies) est illud? Canant primo loco poetæ,
quorum alter ait. l

. . . . . *Inuidia supplicium suum est.*

Et alter lingua nostra vernacula pulcherrimè vertit.

L'inuidia figliuol mio se stesso macera.

Et grauius alter cecinit Poeta.

Inuidia siculi non inuenere tyranni.
Tormentum maius.

D

Inuidi, nempe, ipsius tormentum maximum est inuidia, inquit Diuus Ba-
silius. m Quemadmodum enim rubigo ferrum, sic inuidia hos, quos possi-
det, consumit, atque vastat: magis autem, sicut viperas dicunt abrupto ma-
tris ventre nasci: sic, & inuidia concipientem se animam, corrodere simul, ac
tabefacere solet: & tantò difficilius curatu est huiusmodi morbus (inquit
Diuus Cyprianus,) n quantò intimior est, & absconditus: multo namque
malum leuius, & periculum minus est, cum morbus patet, facilior est cura,
vbi plaga perspicua, & citò ad sanitatem perducitur vulnus, quod videtur.
At Zeli vulnera obstrusa sunt, nec remediarum cura medentis admittunt, qui
se intra conscientiæ latebras cœco dolore clauserunt. Ita Plutarchus Inui-
diam vlcus animæ nuncupatur, quia semper ipsam odii, & malitiæ dentibus
lancinat. & Socrates animæ feram appellat, quia semper illam abscindit, ac
percutit. Et Diuus Chrysostomus cordis tineam vocat, ipsum iugiter deuo-
rans, peioremque dicit inuidum Diabolis, quia Dæmones dæmonib. non in-
uident, sed homines non, nisi hominibus: pulcherrimè verò, & ingeniosis-
simè D. Gregorius Nanzianzenus dicit hoc vitium iniustissimè iniustissi-
mum, & iustissimè iustissimum. Iniustissimum quidem, quia ex virtute, & fœ
licitate oritur, & contra meliores, & Deum ipsum machinatur. Iustissimum
verò, quia magis inuidum torquet, quam alium. Torquet (inquam) inuidum,
& inglorium, infimum, inuisum, obscurum, & vilem declarat, dicente Spi-
ritu sancto. o Paruulum occidit inuidia, non magnum, non insignem, non
gloriosum, non eminentē, sed obscurum, vilem, infimum, paruulum occidit
inuidia. semper. n. qui inuidet (ait D. Greg. ibidem) minor est; & paruulū occi
dit inuidia. Ita Satan olim prima creaturarum minorem se videns protopa-
rentibus nostris, etsi de limo terræ formatis, ad gloriam tamen illam, de qua
ipse

Margin notes: l. | i Homil. 11. ad Colos. | l Ouid. 2. met. | m Homi. de Inu. | Tormenta inuidiæ, siue effectus. | n Ser. de Zelo, & li. | o Iob 5. | Paruulū & vilem occidit inuidia.

ipse ceciderat, destinatis, inuidit, tentauit, perculit, prostrauit, & inuidia diaboli mors ingressa est, & Paruulum occidit inuidia. Ita Cain minorem se cognoscens Abele, in sacrificiis a Deo acceptis, exarsit in fratrem, ipsum occidens in campo, & paruulum occidit Inuidia. Ita Esau in Iacobum in primogenitura sibi prælatum videns. Et fratres in Ioseph paterna beneuolentia maiorem ipsis. Et Saul Rex in cæteris omnibus maior, in eo solum minor Dauide, quod puellæ Israel Dauidi decem millia; Sauli verò mille tantum tribuebant, dicentes. Saul percussit mille, & Dauid decem millia: percussit Philistæum, & abstulit opprobrium ex Israel. Omnes isti in eo, quòd minores se agnoscebant, exarserunt inuidia, & Paruulum occidit Inuidia. Vis ergo homo huic pesti occurrere? Huic morbo mederi? Magnus esto, esto magnanimus, magna macchinare, tenta magna, æterna, perpetua, incorruptibilia, regna, imperia, & illa cœlestia, & diuina, nullusque aderit liuoris dolor. Sicut adest pusillis istis in Concilio congregatis contra Christum, qui solum Palæstinæ confinia, & gubernacula appetentes, inuidia exarserunt, & paruulos occidit inuidia. Etsi enim concilium, quò ad conclusionem cum Spiritu sancto idem conclusum erat, quod expediebat nempè vnum pro populo mori hominem Christum: attamen, quia ex corrupta radice, & ex deprauata intentione, quasi ex falsis verum concludunt, ideo paruulos occidit inuidia, & non solum inuidia, sed, & ambitio, & odium, sic in tribus supra adductis hodiernum præfigurantibus concilijs, Absalon ambitione actus in quarcu suspensus, tribusque lanceis confixus, miserè deperiit: Dauid verò super solium suum regium iterum exaltatus fuit. Sic Iudæorum populus tribus cladibus, quasi lanceis sub Vespasiano, & Tito simul percussus est fame, bello, & occisione, siue exilio. Impiæ Iezabelis sanguinem eodem in loco, quo sanguinem fuderat Naboth, lamberunt canes, ita Iudæorum sanguinem eodem in loco, quo sanguinem fuderunt Christi, canes lamberunt Gentiliū. Denique fratres Ioseph inuidia mori, dispersi sunt, quærentes panem in terram non suam; ita Iudæos sub oculis vniuersi orbis dispersos videmus quærentes panem, nec plenè inuenientes, nisi ab eorum fratre secundum carnem Christo recollecti saluentur. Optimum itaque hinc monitum politicum, Serenissimi Domini, & verè Christianum elicere possumus. Omnem sanè rationem, concilium omne, monitum quodcunque contra legem Dei, vel contra iustitiam, & æquitatem (quidquid dicant moderni Politici) venenum esse, ruinam esse, euersionemque reipublicæ. Sic in hodierno concilio, rationes omnes, quas vocant status Politici, eorum iudicio rectè concludentes, oppositum, experientia teste, in Iudæam rempublicam inuexerunt. Dicunt enim si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Contra, quia non dimiserunt, Romani venerunt, & locum, & gentem tulerunt. Addunt cum Pontifice. Expedit, ut unus moriatur homo pro populo, nè tota gens pereat. Contra, quia sic impiè vnum hominem occiderunt, tota deperiit Iudæorum gens. Exordiuntur autem. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Contra, quia signa, & miracula obscurare nisi sunt, morte (eorum iudicio) turpissima, nempè Crucis, Christum damnantes; Contra per eandem mortem, & Christi Crucem gloriosam, omnes te uera crediderunt in eum, vt verificaretur illud. p In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Et iterum. q Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum

Omne Conciliū quod est contra legē Dei est ruina, & euersio Reipublicæ.

p Psal. 9.

q Psa. 36.

E, F (margin letters)

Psa. 7. eorum confringatur. Et iterum lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit. Sic sanè omnis ratio, quam vocant status annexum habens peccatum mortale cuiuscumque hominis eruditi, & ingeniosi, semper oppositum illius, quod intendit omninò euenire faciet. Et uel malum insigne, uel totalem Reipublicæ euersionem inducet. Nulla itaque vnquam ratio, Serenissimi, obsecro admittatur mortale peccatum annexum habens, quia inde malus semper, nunquam bonus euentus expectandus. Ita Goliath *f* ense, quo volebat interficere Dauid, interfectus est. Et *t* Aman eodem ligno, quo supplicium Mardochæo parauerat, suspensus est. Addo ulterius, nedum ratio status quæ peccatum habet mortale annexum exprefsè apta nata est rempublicam euertere; sed, & illa, quæ aliquid in se quidem bonum consulit, & optimum, sed peruersa, & pessima contra Deum, vel Dei legem intentione, quod vnico pater hodierni concilii exemplo, in quo mors Christi optima quidem a Deo volita, pro salute hominis necessaria, & salubertima, concluditur: sed quia pessima intentione ex ambitione, inuidia, & odio cōsulitur, hinc Reipublicæ ruina, atque euersio. Oh miserrimos Iudæos, qui tam efficacem, tam salutarem, & paratam ab ipso Deo medicinam in venenum, & mortem propria malitia sibi coaptant. G

Quando aliquis rōne status facit aliquid habens annexū peccatū semper euenit opposi-tū quod Intendit.

f 1. Reg. 17
t Esth. 7.

Secundū Membrū

Concluserat namque (vt secundo loco dicendum promisimus) Spiritus sanctus ab æterno Christi mortem in redemptionem, & salutem humani generis, tantaque prouidentia, præordinauit, ac statuit, vt tribus concilii iudæorum vitiis tria opponeret attributa diuina salutaria, nempe ambitioni potentiam, inuidiæ sapientiam, impietati bonitatem. Potentia primo, quæ nullo meliori modo ostendi poterat, quam per efficacissimum argumentum a minori ad maius desumptum (vt aiunt) sanè per Christi mortem, per crucis ignominiam, & opprobrium vt sic (exclamante Apostolo) *u* quod infirmum est Dei fortius appareret hominib. Quid verò infirmius Christi morte, & morte Crucis? De qua propheta regius *x* in persona Christi, Ego, inquit, sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Quid autē infirmius, quid vilius, quid abiectius uerme? Quem omnes abiiciunt, horrent, pedibus calcant, vide mihi Christum vere opprobrium hominum, quē quasi vermē abiiciunt in passione, pedibus calcant, cōspuunt, respuunt flagellant. Quid denique huiusmodi uermis vilitas, abiectio, & infirmitas? Fortior toto est orbe, potentior cœlo, angelis, hominibus, & dæmonibus; vt vere dicatur, quod *aa* in nomine huius uermis omne genu flectetur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Hic est ille vermis de quo in figura dictum est *bb* quasi tenerrimus ligni vermiculus (ecce infirmitas) qui impetu vno interfecit octingentos: quare non mille? Quare octingentos præcise? Quia mille tanquam perfectus numerus, perfectos designat, & ustos, quos non interfecit Christi mors, sed æterne saluat: octingentos verò præcise, cui numero biscentum ad mille idest ad perfectionem, deficiunt: quia duo sunt præcepta caritaris, amor Dei, & proximi, quibus tota completur, & perficitur lex. Interficiet ergo octingentos Christus impetu vno, quando in iudicio vniuersali reprobos omnes, qui Dei, & proximi charitate carebunt, vnica, irreuocabili sententia, Morte interficiet æterna, dicens. Discedite a me maledicti in ignem æternum; præterea impetu vno interfecit octingentos idest omnia imperfecta, & inimica Diabo- H

Tribus vitijs tria attributa opponūtur

u 1. Cor. 1.
x Psa. 21

Quod hominibus est infirmū fortius est Deo.

aa Phil. 2.
bb 2. Reg. 23.

Diabolum, mortem, & peccatum, quandò impetu vno in Cruce exclamans expirauit: & tunc mors mortua in ligno est, quandò in ligno mortuus hic vermis fuit. Tunc regnauit a ligno Deus (vt ecclesia cantat) quandò in ligno Crucis quasi tenerrimus vermiculus mortuus est Christus. Hinc de huius vermis in Cruce potentissima infirmitate Propheta *cc* Cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors, &c. egredietur diabolus ante pedes eius: Cornua namque Crucis in manibus Christi morientis, quasi vermis in ligno potentissimè euerterunt diabolum, peccatum, & mortem: & sic regia sono tubæ exulauit mors cum illis in vniuerso orbe sic resonantis. Vbi est mors victoria tua? idest peccatum, per quod ingressa est vincens. *dd* Vbi est mors stimulus tuus? idest diabolus ad mortem externam iugiter stimulans homines: respondet. Absorta est mors in victoria, resonat. Absorta est mors in victoria cum diabolo, & peccato, suis comitibus. Quid itaque hac vermis infirmitate potentius in Cruce? in qua nil minus diuina eluxit sapientia, vt similiter in ea, *ee* quod stultum est Dei, sapientius esset hominibus. Quid enim stultius apparet Christi Cruce? figurata per stultissimi animalis maxillam in diuinis literis, *ff* nempè asini, quando enim Sampson ille fortissimus cum Philistæis certauit asini maxilla illos percutiens, & delens, quod, & gloriosè in eorum opprobrium posteà canebat dicens. In maxilla asini, & in mandipula pullii asinarum percussi mille viros, & deleui eos: inde ex certamine sitienti, copiosa ex mandipulæ molari manauit ad potandum aqua; ità Cruce, quæ stultitia reputabatur, fœnumque humanæ carnis, quasi maxilla asini comedebat per mortem, certauit, & vicit mysticus Sampson Christus, ex qua inde aqua sapientiæ salutaris ad irrigandam vniuersam ecclesiam manauit; & facta est mandipula ista Crucis clauis super humerum mystici Dauid Christi, quæ omnia diuina aperuit mysteria: Cathedra plusquam Salomonis, ad quam stupent continuo animæ fidelium: Cathedra (vt inquit Augustinus) magistri docentis, in qua fixa fuerant membra morientis; & denique per stultitiam Crucis (vt inquit diuus Paulus loco citato) stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Et quænam sapientia mundi, nisi illa, de qua supradiximus, quam appellant rationem status? quam validissimè retorquet iugiter Deus contra omnes, qui illi, relicto Deo, innituntur. Sic Iudas Machabæus *gg* cum Apollonio certans, eius eripuit, & abstulit ensem, eratque pugnans; & vincens in eo omnibus diebus vitæ suæ: ita Christus Crucem abstulit a diabolo, & a morte, pugnatque & vincit in ea, & vincet vsque in finem mundi. Supponant ergò firmiter Politici, quòd omnis eorum ratio diuinæ legi, & iustitiæ aduersa contra ipsos pugnabit, vincetque semper, sic disponente, sic volente diuina sapientia. Bonitatem denique inexplicabilem ostendit Christus sua Crucis morte; ita, vt verè dicere possit Euangelista de sententia in hodierno concilio prolata, quòd Caiphas hoc a semetipso non dixit; sed, cū esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro gente & non tantùm pro gente, sed, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Oh bonitatem, oh bonitatem inexplicabilem, cuius typum præuidit Propheta, *hh* cum vas illud luteum in domo figuli contractum vidit: Et inde, eadem accepta lutea massa, & inter manus figuli iterum, atque ite-

Tunc regnauit a ligno Deus quando mortuus est Christus.

cc Hab. 3.

dd 1. Cor. 15.

Triūphauit de diabolo de peccato, & demorte per lignum sanctæ Crucis.

ee 1. Co. 1.

ff Iud. 15.

Crux Christi erat gētib. stultitia.

Christi Crux facta est clauis Dauid quæ omnia aperuit misteria.

Est cathedra magistri Docentis.

gg 1. Mac. 3.

Christus a diabolo abstulit Crucē cum qua de ipso triumphauit.

hh Ier. 18.

rum versa super eadem Rota, vas refecit aliud. Sic nos, quasi lutea vasa, de Paradiso cecidimus terrestri, in hac valle cōfracti miseriarum. Quare Deus, quasi figulus ex eadem humanæ carnis massa humanum reficere genus vo lens, super rota, idest, in verbo, hominem assumptum flagellauit, percussit, & inter manus vertit, & conuertit; nos quidem peccauimus, sed Christus pro nobis percussiones, & flagella sustinuit, dicente in persona Christi, propheta *ii* Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die, flagellando enim & percutiendo, quasi massam luteam, vt lutea reficeret hominum vasa. Et iterum alius propheta de eodem. *ll* Etenim (inquit) sagittæ tuæ transeunt, idest, ab alijs hominibus. Vox tonitrui tui in Rota, idest, solum super humanitatem Christi in rota verbi æterni per vnionem hipostaticam posita. Isaias verò pulchrius, & expressius de hac Dei bonitate in persona Christi ait. *mm* Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum: Christus enim seipsum in torculari calcauit Crucis, de se ipso concluserat cum patre ab æterno, expedir, vt vnus moriatur homo, &c. In seipso homine Christus Deus ambitioni, inuidiæ, & odio iudæorum in hodierno concilio conspirantium, apposuit potentiam, sapientiam, & bonitatem in explicabilem, & quasi torcular vndique perforatum, & conscissum liquorē in seipso nequaquam continere valens, alijs exprimit totum, totum alijs diffundit. Ita Christus sanguinem totum, totum meritum, virtutem totam incomprehensibili bonitate diffundens, & communicans nobis elargitus est; nobis, non sibi, mortuus, vt nos dispersos ad se congregaret, vt bonitatem suam nobis communicaret, adeo quod concludunt Sancti: & ego teneo firmiter, quòd si Iudæi non impiè, non ambitiosè, non inuide conclusissent Christi mortem, nec intulissent, Christus, quia iam concluserat pro nostra salute suam expedire mortem, & in æterno Trinitatis concilio eam firmiter decreuerat, vel Angelis, vel Apostolis, vel Sanctissimis viris, suam præcepisset, & ordinasset mortem. Hanc recole, homo, Christi bonitatem; bonitatē hanc iugiter meditare: hac bonitate frui, potiri, eamque imitari nunquam desinas. Amen.

Bonitas dei in explicabilis. K

ii Tren. 3.

ll Psa. 76.

mm c. 63.

DOMINICA PALMARVM. Concio XXXII.

Christus Dominus noster Hierusalem ingreditur, vt inaudita subiret tormenta, quæ quanta fuerint vtilitatis, ac gloriæ hoc loco proponitur; quid præterea intelligatur, per vestimenta, ac ramos palmarum, exprimitur, ac vltimò Christum venisse in mundum ad eum redimendum demonstratur malaq; Iudæis ventura prædicuntur.

CHRISTO regum regi triumphanti hodie, suamque regiam in typo, & figura ingrediente occurrunt ipsi curiales, & subditi mixtim turbæ innumeræ populorum, alij vestimenta quasi peristromata regia in via sternebant; alij ramos varios arborum, quasi triumphales arcus, cædebant; alij, quasi regiam canentes musicam clamabant, Osanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in Excelsis. Quod suaue canticum quotidiè aduenien-

te Chri-

re Christo in Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento in ecclesia canitur. Olim primus Adam de regno est eiectus: Christus hodie regnum assumit. Ille arboris pomum cum ignominia, & dedecore accepit; iste arborum ramos cũ triumpho, & gloria recipit. Ille nudatus gratia pelliceisque vestibus egreditur indutus de Paradiso terrestri: iste virtutibus, & donis omnibus vestitus, vestes vitiorum, & peccatorum calcat; nec mirum, nam perdidit ille, vincit iste: ideò ille deiectus, iste assumptus in regnũ. Vnde Primasius, Rubertus, & alij dicunt, Christum ita gloriosum intrasse Hierusalem, vt præsignaret, & præfiguraret ingressum illum longe inexplicabiliter gloriosiorem in Hierusalem cœlestem, in qua perpetuo cum suis Sanctis, & electis summa cum gloria est regnaturus. Ingressum itaque istum admodum mysteriosum primo loco, secundo populorum receptionem videamus. **Diuisio bimemb.**

De primo. Quare sic triumphans ingreditur hodie Christus Hierusalem? vt infirmaret (inquit diuus Bernardus) consilium nouiter factum; a nobis feria Sexta proximè præterita explicatum, in quo Pontifices, & Pharisæi impiè nimis pijssimam concluserant de morte Christi sententiam, ostendens ista gloriosa actione, quòd non ex eorum peruersa voluntate, peruersa sententia, & impio decreto, Christi mors pendebat; sed ex potentissimo, sapientissimo, & optimo diuino decreto: ideò, quandò voluerit, & quomodò sibi placuerit, mortem sibi dari permittet, non autem ad insipientium libitum, ideo, post conclusum eorum concilium, longe gloriosior, quàm in tota sua vita, longeque maiori comitatum numero, & plausu turbarum Hierusalem ingreditur. Præterea, etsi non ex eorum sententia, vt dicimus; attamen singulare mortis certamen adire volebat, ideo campum triumphans deambulat. At, inquies. Quomodò triumphat prius quam vincat? quin, & priusquã aggrediatur pugnam? Sanè hoc solius Dei est, futura tanquam præterita prospicere. Certus itaque de victoria triumphat, ac si pugnasset, & vicisset: vel (vt inquit Euthymius) pugnauerat iam, iam vicerat, mortem in filio viduæ, in archisynagogi filia, in quatriduano Lazaro; vicerat diabolum in deserto, in templo, in monte, in hominibus, vndique illum confusum expellendo. Vicerat peccatum in omnibus illis, quos vocauerat, quosuè corporaliter sanauerat, cum nullum sanauerit corporaliter, cui simul & gratiam largitus non fuerit, vt omnes asserunt doctores. Vel triumphat (inquit Teophilactus) quia in omnibus suis operibus modos ordinarios transcendit hominum. Postremo triumphat pugnæ quasi impatiens; præliandi namque feruentissimo æstuabat desiderio, pro nobis mori cupiens, vt sua morte mortem vniuersam vinceret, dæmonem, & peccata de toto eijceret orbe. Hinc suam passionem, & mortem appellat Calicem, baptisma, & exaltationem. Et qui nam Calix in passione, ac morte, cùm sitibũdus exclamans, vel acetum, & fel vix degustauit? Quod nam baptisma, si nec minima aquæ affuit gutta? Quæ nã exaltatio, si infame pertulit supplicium? Sanè his metaphoris innotescere nobis voluit, quo amore, qua siti passionis Calicem, quasi dulcissimum, & suauissimum poculum pro nobis gustare voluit. ideò Calicem vocat, deinde ac si in balneo delicioso extitisset, proprio sanguine madidus, baptisma vocat. Postremo exaltationem, & gloriam appellat, quia suis opprobrijs, & Crucis ignominia nos glorificauit, & exaltauit: & ideò nostræ gloriæ futuræ, ac futuri triumphi dans imaginem, gloriosus, & triumphans ingreditur hodie Hierusalem. Quod gloriosum mysterium concinne satis expressisse videtur,

1 Mem.

Ex diuino decreto pendebat sentẽtia mortis Christi.

A

Pluribus nominib. nominatur Passio Christi.

qui, & in multis alijs Christi figuram gessit, sapientissimus Salomon in quodam annulo, in cuius pretioso lapide (vt refert antiquissimus Aristæas) duæ pictæ extabant coronæ, aurea vna, spinea altera, in quarum coronarum sese per circuitum inuicem complectentium medio, hæc legebantur verba *Victoria Amoris*. Per circuitum verò, & gyrum annuli hæ literæ sculptæ cernebantur. A. C. F. R. I. C. Quæ omnia maximum redolebant mysterium: B & quorum explicationem (asserit idem Aristeas) Reginam Sabam a Salomone magnis obtinuisse precibus: quæ talis est. Primò in literis sculptis. A. Aurea. C. corona. F. fortissimus. R. regnat. I. in. C. cœlis. Et hæc literarum, quò ad auream coronam, explicatio: quò verò ad spineam, cũ aurea (vt diximus) per circuitum complexam in eisdem literis talis est explicatio. A. aspera. C. corona. F. filius. R. redimitus. I. inferiora. C. calcabit. Vlterius, sicuti ambarũ coronarum, vt distinctarum, distincta est explicatio; sic earundem, vt ad inuicem complexarum, tertia in ijsdem literis talis est explicatio. A. amoris. C. cognita. F. fortitudo. R. regalium. I. insigniorum. C. copulatio. Quæ tres explicationes simul iunctæ hunc sensum faciunt. Aurea corona fortissimus regnat in cœlis, qui aspera corona filius redimitus inferiora calcabit; & hoc totum inde manauit, quia amoris cognita fortitudo, regalium insigniorum copulatio extitit. In medio denique coronarum, quasi anima totius prophetiæ istius, ac mysteriosæ impressionis verba illa extabant. *Victoria Amoris*. Clarissimè itaque constat, Christum dominum nostrum aspera, & spinea, quam pro nobis pertulit, corona, inexplicabili erga nos amore, qui ipsum vicit, nobis auream æternæ gloriæ meruisse coronam: ideò, præludia nobis ostendens, hodie triumphat: & triumphando, non vi ad coronam spineam, ad mortem, sed ardentissimo amore gaudens, & triumphans pergit. Hinc Deus ipse (vt notat quidam nostræ tempestatis ingeniosus doctor) in lege Moysi tradita, pœnam homicidis, fratricidis, matricidis subeundam statuens, nullam penitus Deicidis pœnam subeundam statuit, A nam voluntariè mori ex vi passionis voluntariè assumptæ decreuerat Christus Deus, & Homo. Quarè, nec puniuntur Deicidæ pro excessu, quem omnino completurus erat Christus in Hierusalem, sed de impia, de peruersa, de pessima intentione, qua id perfecerunt, sicuti in citato sermone de concilio diximus. Hinc Dionysius Areopagyta de hac morte Christi loquens, ait. Deus amoris extasim passus est; & in annulo Salomonis explicato, *Victoria Amoris*, *Victoria Amoris* insculptum erat. Hinc diuus Bernardus, C Christum alloquens, ait. Magis teneor tibi Domine de injurijs, quibus redemptus sum, quam de virtutibus, quibus creatus sum nam hoc opus (addit diuus Augustinus) clamat magnificentius, dicente regio propheta. a Gloria, & magnificentia opus eius, idest, opus redemptionis. Opus re uera magnificétiæ fuit Christi Passio, de qua hodie triumphat præueniens: fuit namque pretium, donum, & sacrificium. Pretium inæstimabile, donum donorum, quod compensari nequit, & sacrificium infiniti valoris, vt pretium vendidit quidem Iudas Pontificibus sed sordidus, & vilissimus homo nimis vile appretiauit pretium; vt donum tradiderunt Pilato Pontifices, sed malitia excæcati, quasi illud abijcientes tanto indigni dono; vt sacrificium immolarunt Pilatus & Gentiles, hanc sacrificij infinitam virtutem ignorantes; solus Christus hæc omnia sciens, seipsum tradidit, vt pretium inæstimabile pro totius mundi debitis, & peccatis, vt donum donorum

Amor Christi erga nos Christũ uicit & pro nobis meruit coronam æternæ gloriæ.

a Ps. 110.

Passio Christi gloria, magnificentia & donum donorũ dicitur.

donorum vtique incompensabile se tradidit nobis omnibus irreuocabiliter, & libertimè nobiscum perpetuò manere volens hic per gratiam, in futurum per gloriam; vt sacrificium infinitæ virtutis se obtulit patri pro nobis, quare non potest non placare patrem, non potest, non acceptari a patre. Oh pretium inappretiabile, oh donum incomparabile, oh sacrificium vtique acceptabile; oh Christe sancte, iure optimo triumphas certus ex his de totius mundi victoria. Quid verò nos interim fratres? Attendite quæso ad Apostolum hic reclamantem, & dicentem. *b* Omnia vestra sunt, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei: Quæ sunt ista omnia fratres? Nempè superiora æqualia inferiora, superiora, siue situ, siue excellentia, vt cœli, Angeli, Deus: nam cœli nobis influunt, illuminant nos, iugiter pro nobis mouentur, Angeli nobis deseruiunt, nosque custodiunt, legati nostri sunt a nobis ad Deum orationes, obsecrationes, petitiones, & a Deo ad nos largitiones, gratias, dona deferentes. Deus ipse, ac sanctissima Trinitas, nostra est, qua fruimur per gratiam, fruituri per gloriam, quare superiora vestra sunt, vestra & æqualia, vt omnes homines, quibuscum viuimus, vtinam, & sic conuiuamus alter alterius onera portantes, alter alteri in auxilium existentes in ædificationem, & in exemplum, vt, & conregnemus. Vestra itaque æqualia, vestra & inferiora, quæ omnia nostro subiecit imperio, canente propheta. *c* Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Experientiaque iugiter comprobante. Itaque omnia vestra sunt, quæ cœli ambitu continentur; immò & quæ sub cœlo, & quæ super cœlum visibilia, & inuisibilia, corporea, & incorporea omnia vestra sunt. Vos autem fratres (O vtinam velitis) Christi, vos, inquam, Christi, quia suo pretio vos redemit; vos Christi dona, quia suo dono incomparabili vos sua fecit dona. Vos Christi victimæ; nam suo sacrificio suas vos effecit victimas; iure itaque merito triumphat hodie Christus de sibi conregnaturis, & contriumphaturis suo dono, suo pretio, suo sacrificio, iure diuino acquisitis. Hinc ad maiorem rei expressionem mittens de monte oliuarum, idest, de monte misericordiæ discipulos suos ad castellum, quod contra ipsos erat, idest, in vniuersum mundum, Christo, & discipulis eius contrarium, & aduersum duos mittit (ait Remigius *d*) quia de vniuerso mundo in primitiua Ecclesia duas vocat gentes, dicente Apostolo. Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est, & mihi inter gentes. Et iterum asinam, & pullum adduci iubet; per asinam quæ subiugalis est, & edomita, synagogam adducendam iugo legis assuetam significans: per pullum verò lasciuum & indomitum gentilem populum, vtriusque gentis, & populi verum dominum, & triumphatorem se ostendens.

b 1.Cor.3

Omnia nostra sūt per creationem, nos autē Christi p redēptionem.

c Psal. 8.

d In Mat. c.21.

Quare duos mittit.

Secūdum membrū.

D

E

Vtinam sic recipiamus aduenientem, & triumphantem Christum, quēadmodum ipse occurrit nobis: vel quemadmodum (quod secundo loco videndum erat) recipitur hodie in Hierusalem. Primo namq; super iumenta imposuerunt discipuli vestimenta sua, & Christum desuper sedere fecerunt, quia (inquit D. Hieron. *e*) Si Christum dignè recipere volumus, doctrinam virtutum, & scripturarum intelligentiam, & perscrutationem Ecclesiasticorum dogmatum, quasi vestes nobis superimponere debemus, quibus, nisi anima instructa, & ornata fuerit, sessorē habere dominū non merebitur, qui illi præsideat (ait Remig. ibid.) in hoc sæculo, & illam regat; & post hanc vitam, ad visio-

e In Mat. c.21.

Per vestimenta Ecclesiasticorū dogmata, & sacra scriptura designātur.

uisionem cœlestis patriæ perducat. Deinde turba, quæ vestimenta strauit in via martyres significat, qui sua corpora, quæ tegumenta sunt animarum pro Christo in martyrio tradiderunt, vt & nos, vel per patientiam, & tolerantiam quarumcunque aduersitatum,& passionum compatiendo Christo,con regnemus. illi vlterius ramos de arboribus præcidunt, qui dicta, & exempla Sanctorum Patrum ad suam,& aliorum salutem colligunt, & spargunt: turbæ verò,quæ præcedunt,& quæ sequuntur (ait Diuus Hieronymus ibidem) vtrunque populum significant credentem antè, & post Christi aduentum; & qui præcedebant (ait Diuus Chrysostomus, *f*) Christo clamabant prophetæ venturo; isti laudantes adimpletum excipiunt. Clamabant autem Osanna filio Dauid, Osanna in excelsis: nam Osanna in lingua nostra sonat, salua nos. Quomodo itaque, & simplices turbæ, & pueri tàm insigne, tàm altum acclamabant mysterium? Christum verum Saluatorem appellantes? Non certè ab alio, quàm a Spiritu sancto edocti: vnde Christus ibidem, *g* Principibus, Sacerdotum,& Scribis mirantibus,& dicentibus. Audis quid isti dicunt? Vtique ait. Nunquam legistis, quia ex ore infantium,& lactentium perfecisti laudem? Christus igitur Dauidicam prophetiam in his turbis, & pueris hodie adimpletam docet. Quid itaq; hac voce a Deo sibi infusa intendunt? Osanna (inquiunt) filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. D. Hieronymus loco citato sic explicat in psalmo centesimo decimoseptimo, qui manifestè de Aduentu Saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoque legimus. O Domine saluum me fac, O Domine benè prosperare: Benedictus, qui venturus es in nomine Domini, pro eo, quod in septuaginta habetur interpretibus. O Domine saluum me fac, o Dominè benè prosperare; In Hebræo legimus. Anna Adonai, Osiana; Quod manifestius interpretatus Symmacus dicit. Obsecro Domine, saluum me fac. Nemo ergò putet ex duobus verbis, Græco, videlicet, & Hebræo Osiana esse compositum, sed totum Hebraicum est, & est compositum ex integro Anna, & corrupto Osi; Osi enim latinè dicitur salua, Anna verò apud illos interiectio est obsecrantis, ex quibus fit Osanna dempto I. significat ergò (subdit Diuus Hieronymus) quod aduentus Christi salus mundi sit: Et benedictus, idest gloriosus sit qui venit, idest incarnatus in nomine Domini, idest in nomine patris, a quo glorificatus est filius. Iterum verò repetunt. Osanna in excelsis, determinantes vbi se vellent saluari, quia in altissimis, in cœlestibus, non in terrenis; vel ostendunt, quod aduentus Christi (ait idem Hieronymus) terrena iungit cœlestibus; vel (inquit Origenes *h*) In eo, quod dicunt Osanna filio Dauid dispensationem innuunt humanam: in eo verò, quod repetunt, Osanna in excelsis, naturam indicant diuinam. Vel ait (Diuus Chrysostomus loco citato) in filio Dauid redemptionem deprecantur, in excelsis gloriam exposcunt: Christus enim, vt homo, est hominum redemptor, & vt Deus, est omnium glorificator; vel (inquit Hilarius *i*) In filio Dauid clamant Regni hæredem, in excelsis addentes, ostendunt cuius Regni sit hæres: quia æterni, & supercœlestis. Vel duplex (dicamus) imminebat Iudæis flagellum: temporale alterum, & per Romanos inferendum: alterum æternum a Deo infligendum. Pro vtroque itaque flagello remouendo exclamant primò, Osanna filio Dauid, quasi dicant, G

Tu

Marginalia: Turba martires significat. — Rami de arborib. Exempla sanctorũ. — *f* Hom. 37. op. imp. — *g* Mat. 21. — F — Per Osanna in excelsis intelligitur quod aduẽt Christi est salus mũdi. — Aduẽtus Christi terrena iũgit cœlestibus. — *h* Tract. 34 in Mat. — *i* Can. 21. in Matt. — Christus, vt homo est redẽptor, & vt Deus glorificator.

Tu qui de progenie es Dauid, salua Dauidicum, & temporale regnum, legem, sacerdotium, templum, aliàs actum est de nobis. Repetunt verò, Osanna in excelsis, quasi dicant. Et paruum est primum flagellum in comparatione secundi, quod est æternum. Salua itaque nos saltem in excelsis, idest in futura vita, quæ est æterna, ne respicias, nè memineris maledictionem, quam super te inducere conabuntur patres nostri, ligni suspendio te damnantes, scriptum scientes maledictus omnis, qui pendet in ligno: nos enim contra scimus, Spiritu sancto docente, quod cum tu sis fons omnis benedictionis, nedum non eris maledictus, sed benedictio Abrahæ patris nostri in te adimplebitur, & per te; per quem benedicentur omnes gentes, & ipsum lignum crucis olim maledictum, ex quo in illo pendes, benedictum erit in æternum, signoque crucis omnis fiet benedictio. Benedictus, benedictus ergo, qui venis in nomine Domini, idest Patris: Osanna, Osanna filio Dauid, Osanna in altissimis, salua, salua nos, salua nos temporaliter, salua æternè, propter tuam victoriam, de morte, de peccato, de inferno: non dominetur nobis diabolus, non peccatum, neque mors. Vicisti, & triumphans ingrederis, amore plenus, amore vincens victus, asperam coronam spineam pro nobis gestare volens, vt auream dones. O sacrificium, o donum, o pretium nostrum, o rex noster ante sæcula, & in sæcula sæculorum, salua nos, salua nos, Osanna, Osanna. Venite, venite fratres, imitamini hodiernas turbas: excipite Christum: acclamate temporaliter Osanna, Osanna in excelsis: superimponite vobis obseruantiæ legis Euangelicæ vestes, sternite vestra corpora, per tolerantiam, & patientiam quorumcumque euentuum: colligite ramos dictorum præceptorum, virtutum, exemplorum, vt animæ vestræ sic triumphans supersedens Christus, regat, & dirigat per viam, ducat triumphantes, & introducat in patriam, & gloriam. Amen.

Duo flagella iminebant Iudæis.

FERIA II. HEBDOMADAE SANCTAE.
Concio XXXIII.

Pater omnipotens, qui donorum pluuiam è cœlo immittere nunquam cessat, inter cætera suæ liberalitatis argumenta illud omnibus excellentius extitit communicatio nempè naturæ, gratiæ, ac diuinitatis, qua nos ditauit in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento: quod quidem mirabile mysterium cum humanam superet intelligentiam, mentibus fidei tantum lumine illustratis innotescit.

Quod ego Serenissimi Principes magno cum tremore hodie sum dicturus: quod estis nunc terribiliter audituri stupent Angeli, pauescunt virtutes, supernum non capit cœlum, non videt sol, terra non sustinet, vniuersa non assequitur creatura. Quid itaque ad hæc mortale pectus? Quid mens hominis imbecillis? Quid ad hæc humani sensus angustiæ? Quid humanæ vocis aura? Quid

humana

humana citò transitura, & rudis lingua? De ineffabili namque, tremendo, & Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento miraculorum maximo, ineffabili (inquam) ex munere nunc effari debeo. At eiusdem sanctissimi Sacramenti ineffabili virtute roboratus, in eamque totis viribus confisus, altius altissimum repetendo mysterium, & miraculorum miraculum, in eo videamus eminentem communicationis naturæ modum: Deinde gratiæ: Tertio denique diuinitatis.

Diuisio trimembris.

Primum Mēbrum Deus est bonū sui ipsiuscōicatiuum.

Quoad naturæ communicationem bonum (teste Philosophorum Principe) sui ipsius est communicatiuum secundum gradum suæ bonitatis; ità, vt maius bonum sit magis communicatiuum, & maximum bonum communicatiuum maximè. Cū autem Deus omnium naturali consensu sit optimū, & maximum bonum, maximè sui ipsius communicatiuum erit. Quod contemplans, & meditans Theologorum pater ait. a Quia bonus est Deus, sumus, & inquantum sumus, boni sumus: boni autem sumus secundum gradum bonitatis, quem Deus Optimus Maximus nobis communicare dignatus est: communicauit autem supremum a nobis cognoscibilem, nempè, intelligibilitatis gradum: fecit enim Deus rationalem creaturam, Dei capacem imaginem propter sui maximam bonitatem, & creaturæ maximam dignitatem, & vtilitatem, vt cognoscens ipsa suam diuinitatis imaginem, & capacitatem, Deo seruiret, seruiendo regnaret, regnando frueretur. Proficit itaq; non Deo, cui seruit, sed sibi seruienti: Deus enim in se summè, perfectèq; beatus, nullius eget ope, seruitute, vel officio, quarè ad seruientis hominis vtilitatem, ac dignitatem homini redundat. Fecit quidem hominem Deus propter seipsum, quatenus nulli alij, sed soli Deo seruiret, qua seruitute gauderet, frueretur homo, non Deus: factus est deindè, mundus totus propter hominem, vt soli seruiret homini. Oh ineffabilem hominis dignitatem: positus est.n. homo in medio Creatoris, & creaturæ vniuersæ, vt ex vtroque extremo bonum sibi redundet. Eminentissimus itaquè est huiusmodi communicationis naturalis gradus, in quo potest homo rationis, & intellectus beneficio, cæteras omnes excellere creaturas: nam, cum triplex vitæ genus existimatum sit apud antiquos philosophos a Theologis receptum, ipsisque pleniùs, & distinctius notum, nempè, actiuum vnum, contemplatiuum alterum, tertiū voluptuosum, hoc sanè dissolutum, & infimum belluarum est, & infimorum hominum, qui voluptatis mancipium fiunt belluarū more: actiuum autē, si philosophia caruerit, inceptū est, & magnis inuoluitur delictis, vt ait Plutarchus. b speculatiuū, si ab actiuo seiūgitur, prorsus inutile. Experiēdū igitur pro viribus vt & publica cōficiārur munera, & philosophia vēdicetur. At nos plenius, & perfectius dicamus. Non distinguēdo hic præstius practicū a speculatiuo: sed largius practicum ipsum, in actiuum, & speculatiuum. Voluptuosum namq; vitæ genus tanquam belluarum proprium reijcientes, comparando Christianorum actiuum, cum speculatiuo, hoc non inutile cum Plutarco fatemur; sed & actiuo longè vtilius, & dignus, vt quo solo possit quis beatitudinem vltimam, & felicitatem consequi, dicente Christo c de Magdalenā, quæ hoc genus sibi elegerat, Maria optimam partē elegit. Quicumque ergo in Ecclesia tanta donati sunt gratia, vt meditationi, & speculationi innitantur diuinæ bonitatis, iam iā in carne viuentes, extra carnē fiunt imagine quadā futuræ æternæ felicitatis in hac vita fruentes. Hinc postquā dixerat Christus: Maria optimam partem elegit, subdit, quæ nō auferetur ab ea. Perseuerat namque huiusmodi

a Aug. de doct. chr. lib. 1. c. 13

Deus ꝑpter se ipsum fecit hominem.

Triplex vitæ genus tum. apud philosophos tum etiā apud Theologos.

b opusc. de liber. edu.

c Luc. 11.

Vita contemplatiua remanet etiā in æterna vita.

modi vitæ genus in æterna, & beata vita. Alterum verò sanè actiuum re vera sic præcisè subsistere non potest absque omni speculatiuo, magnisque & innumeris inuolueretur delictis: sed ex eo actiuum dicitur: nam pro maiori parte actionem sequitur, vt sunt ferè omnes in sæculo degentes, qui sæcularibus incumbentes negocijs, totum penè vitæ tempus in eisdem insumunt; speculationi parum intendentes, & fortè solùm ex præcepti necessitate, vel saltē diebus festis. Actiuum itaquè purum omni speculatiuo penitùs destitutum Christianis inutile, ac perniciosum esset. Tertium itaquè, nempè, mixtum ex vtroque Christianis omninò conuenit; illud, semper amplexatus est Christus indeficienter contemplans, iugiter agens, & operans quoad nobiscum vixit: illud omnes Christianæ Reipublicæ insigniores, & eminentiores secuti, & imitati sunt viri: sic Apostoli omnes contemplabantur vtique, & meditabantur Christi mysteria, sed & proximo iugiter ministrabant eadem Christi mysteria, & verbum Dei magno cum labore vniuersum peragrantes orbem: sic omnes sancti post ipsos episcopi, & Ecclesiæ Patres; sic & Religionum auctores Basilius, Benedictus, Augustinus, Dominicus, & Franciscus, de quo canit ecclesia. Non sibi soli viuere, sed alijs proficere, vult, Dei zelo ductus. Mixtum ergò genus omnibus probè conuenit Christianis. Hinc in euangelio currenti non solùm Martha ministrās, sed & Maria meditationi insistens, ad Domini pedes ponitur. In sacramento porro eucharistiæ tanquam in lucidissimo exēplari vtraque nobis communicatur vita imitanda, & speculatiua quatenùs ineffabilia ipsius mysteria contemplanda nobis proponuntur, vt infinita infinitè, & absque termino, actiua verò, quia seipsum per totius vitæ decursum obtulit in sacrificium Deo patri, difficillimis, & laboriosissimis plenum actionibus, & cruciatibus vsque ad emissionem spiritus à nobis nō minus in uita cōtemplatiua contemplandis, quam in actiua imitandis. Ex quo vtriusque vitæ plenissimo sacrificio manat, & extat (vt omnibus patet) Eucharistiæ sacramentum ineffabile, de quo loquimur. Vtinam ergò, vel saltem circa ipsum, vel pro ipso in eminentissimo gradu naturalium operationum nobis communicato, meditemur, & operemur. Vtinam (inquàm) non redarguat nos gentilis illius philosophi æternæ memoriæ digni, aureum dictum. *d* Maior sum, & ad maiora natus, quàm, vt vile mancipium sim sensuum meorum. Oh ignominiam, oh dedecus, si perfectissimum illud perfectissimarum creaturarum vitæ genus abijcientes, in voluptuosum, & solum belluarum proprium incidamus. Huius quidem virtute sacramenti quicunque in ecclesia viuimus, tū in sæculo, tùm in religione vnimur Deo, vnimur proximo: Deo per contemplationem: Proximo per amoris, & dilectionis ostensionem, sensu superius explicato.

B (margin letter beside "tioni parum intendentes")

C (margin letter beside "plenissimo sacrificio")

Actiuū purum absque omni speculatiuo perniciosum est.

Genus vitæ mixtū ex vtroq; solū christianis cōuenit.

In Sacramēto Eucharistiæ relucet & speculatiua & actiua vita imitanda.

d Senec.

Secundo verò loco non modo elucet in huiusmodi sacramento naturæ perfectissima communicatio; sed & gratiæ diuinæ, quæ naturæ capacitatem infinitè superat; quæ soli namque rationali competit creaturæ, quam ipsi Deo vinculo quodam inexplicabili vnit. Et sicut huiusmodi communicatio totum excedit naturæ opus, vt inquit Theologorū pater, *e* Maius opus est, vt ex impio fiat iustus, quàm creare cœlum, & terram. Ita gratia, quæ in hoc ineffabili sacramento communicatur, in infinitum excedit omnem gratiam: cœteris namque in sacramentis communicatur quidem homini gratia, sed creata, limitata, ad mensuram, & terminum, inhærens, & dependens. At in sacrosancto Eucharistiæ

Secundū membrū.

e Aug. su. per Ioan.

In Sacramento Eucharistiæ cōicatur gratia infinita.

tistiæ Sacramento adest gratia infinita, illimitata, absque mensura, & termino, subsistens, independens, creator ipse gratiæ, Christus ipse Deus, & homo totius gratiæ fons; quid plura? Nec plura dici possunt, etsi breuissimè dicta.

Tertium membrũ. In sacramẽto Eucharistiæ cõicatur gradus diuinitatis.

Tertium itaque percurramus communicationis gradum, sanè diuinitatis; circa quem, illud referri potest, quod ferunt historiæ de antiquissimis illis pictoribus insignibus Apelle, ac Protogene, quem Apelles adijt in propria Protogenis patria Rhodo, & in propria conquæsiuit domo artis emulatione ductus, quem, cum non inuenisset, lineam protraxit, dicens famulæ ibidem existenti, Dic Protogeni, quòd qui hanc descripsit lineam, illum petit. Qua visa Protogenes domum reuersus, & audito nuncio, certè, ait, nullus alius, præter Apellem, tam pulchram, tam subtilem protrahere potuisset lineam: quo dicto, accepto pennicillo, aliam sub illa protraxit pulchriorem, & subtiliorem, dicens famulæ. Dic viro, qui hanc pinxit lineam, si reuertetur, quòd hic adest, quem ipse quærit; hanc meam illi demonstrans lineam. Quod & euenit; nam reuersus Apelles, & se victum prospiciens, tertiam per medium illarum transeuntem, pulcherrimam, & subtilissimam lineam pinxit, qua impossibile erat humanis viribus pulchriorem, & subtiliorem fieri, & qua visa, Protogenes victum se reddidit. Ità (inquam) de super cælesti illo pictore, de quo Spiritus sanctus ait. f Dabit cor suum in similitudinem picturæ, &c. quod secum ipse certauerit, tres protrahendo lineas, dicere possumus. Primum communicãdo nobis naturam; secundam subtiliorem in communicatione gratiæ; tertiam denique pulcherrimam, & ineffabilem, & penè inuisibilẽ in communicatione diuinitatis in Sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento. Primò namque hæc linea naturæ opus quodcunque excedit; tollit namquè in tremendo illo Sacramento elementorum substantiam totam præexistentem, ad non esse reducens, nec tamen annihilatio dici potest, nisi fortè per accidens, quia non per se intenditur ab agente, qui per se intendit conuertere in melius, vt subtilissimè subtilissimam hanc contemplatur lineam Scotus. g Conuertit namque substantiam panis, & vini in veram Christi substantiam, & personam accidentibus ibidem sine subiecto manentibus, & existentibus: Quod naturæ totius non solùm vires, sed, & capacitatem superat, natura namque nedum ea facere, sed neque toto suo conatu capere potest: quæ nec tota mundi philosophia ab orbe condito, vel per vmbram agnouit: nullus enim in vniuersa mundi philosophia inuenitur motus, nulla mutatio, quæ hanc exprimere in Sacramento Eucharistiæ communicationem sufficiat, & valeat: Non enim est creatio, quam philosophi, si negant, saltem intelligunt, quæ, cum sit a non esse totale, ad esse mutatio, in præfato tremendo Sacramento, non fit huiusmodi transitus a non esse ad esse Christi, cuius nulla est creatio; non enim dicitur est, & non erat absolutè: sed est hic, & non erat hic: nec est annihilatio, quam similiter intelligunt, etsi non concederent philosophi; est enim transitio ab esse ad non esse totale: in ista verò communicatione panis quidem, & vinum verè desinunt esse, destruũtur verè: erant, & non sunt, non tamen, vt supra tactum est, annihilatio dici potest, quia, nec per se intenditur, nec per se operatur, sed per se & operatur, & intenditur conuersio in Christi corpus sanguinem, &c. Nec est generatio, vel corruptio quemcunque terminum consideres, siue à quo, vt panem, & vinum, siue ad quem, vt corpus, & sanguinem, tum, quia nullum sub vtroque termino manet

f Eccl. 38.

g 4. sen. d. 11. q. 4

Superat vires & capacitatẽ naturæ

D

E

manet subiectum commune, vti in generatione, & corruptione manere docet philosophi materiam, tum, quia panis, & vinum etsi desinant esse simpliciter, non tamen corpus Christi, vel sanguis accipit esse simpliciter, sed esse tantùm hic; nec est augmentatio, vel diminutio, cũ ex vtroque termino nil omni-
F nò augeatur, vel minuatur, vt constat; nec est informatio, vel alteratio: nil namque alteratur, vt similiter patet, nec accidentia, etsi ibi existant, aliquid informant, vel subiecto inhærent, sed per se existunt corpus verò Christi gloriosum, quod omninò inalterabile sit, nullus ambigit, nec deniquè est loci mutatio; nam in ea, quod mutatur localiter, relinquit, & dimittit terminum a quo, & fit in termino ad quem, vt si accedo ad plateam, dimitto domum, si accedo ad domum, desino esse in platea; sed non ità in hoc mirabili, & ineffabili sacramento, in quo Christus non desinit esse in cœlo, & fit in terra: non dimittit Patrem, & est cum hominibus, residet ad patris dexteram, & in corda, viscera, pectora, ora, manus voluitur hominum: in vno est cœlo, & in mille, & mille fit altaribus, corporibus, animabus, quid ergò erit huiusmodi diuinitatis in Sacramento Eucharistiæ communicatio? Dic philosophia, si potes; appella phiolsophia, si audes. Ah, iam obmutescis, manus
G das, victum, & confusum fateris. Sola fides, o fratres, in patribus, & in Sacrosanctis concilijs Sacro Sancti huiusmodi Sacramenti operationis proprium adinuenit terminũ, transubstantiationẽ appellans: hanc numquã vidit nũquã audiuit philosophia tota. Est.n. hic totalis commutatio, & conuersio totius substantiæ panis, & vini in totam substantiam corporis, & sanguinis Christi; ideo meritò transubstantiationem appellat Ecclesia; quod si post consecrationem vocatur panis, huiusmodi Sacramentum, dum asseruatur, dùm colitur, hoc ideò euenit, vel quia talis apparet sensibus, vel quia talia conseruat panis accidentia, vel quia panis ante transubstantiationem fuerat, vel quia potius animæ Spiritualem, & intimam alimoniam significat, qualem expressit Christus, dicens. *b* Carnis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Oh, re vera inuisibilem lineam, quam philosophia non videt, sed sola intuetur fides; ideò in cœna hodierna huius Sacramenti typo vnguentum Nardi pistici apponitur; quia (vt inquit diuus pater Aug. *i*) pistis græcè, fides latinè dicitur: Sola namque fides hanc odorat ut incomprehensibilem communicationem, canente Ecclesia. Quod non capis, quod non vides animosa firma fides Præter rerum ordinem. Et iterum. Ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit. Hinc dominus noster *l* in Euãgelio Lucæ parabolam proponens, de hoc admirabili Sacramento sub conuiuij metaphora, non appellauit prandiũ sed cœnam. Homo, ait, quidam fecit cœnam magnam: cœna enim fit de nocte, & lumine candelæ; quia pretiosissimum hoc Sacramentũ sub nocte sensuum omnium, & solo fidei lumine degustare oportet, quæ per auditum ingrediens (vt ait Apostolus) *m* totã illuminat mẽtis aulam; Cæteris itaq; sensibus, veluti in obscura nocte, circa hoc ineffabile Sacramentum existentibus, solus auditus claro in lumine ambulat fidei. Quod optima ratione miro, & diuino artificio patratum obseruarunt patres: nempè, vt ars falleret artem, Dei ars, artem Diaboli. Perdidit enim humanum genus a primordio perfidus hostis vnius pomi esu, mentiens mentitor pessimus, in pomo diuinitatem promittens. Eritis ait, sicut Dij, &c. Christus ergo Deus, ac Dominus noster illudens dæmoni, dæmonis artem deludens, non mendaciter, non mentiens; sed verè, & sincere alterius cibi, nempè suimet esu, veram

Omnes philosophi ignorauerunt terminũ operationis huius Sacramenti.

b Ioa 6.

i Tract. 50. in Ioa.

l Luc. 14.

Solo fidei lumine degustatur hoc Sacramẽtum.

m Rom. 10.

Deus in Sacramẽto hoc illudit dæmonis artem & veram nobis tribuit diuinitatem.

nobis tribuit diuinitatem, & ficuti vnius pomi esu perditum est humanum genus; sic in vnica bucella ritè, glorioseque saluatum est. & magnam in confusionem satanæ, diuinitatem, quam ille mendacium effutiens, falsò in pomo repromisit, Christus verè tribuit, deificosque re vera omnes reddit, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumentes: in quo vera Deitas, diuinitas vera, Deus ipse, Christus, homo, & Deus communicatur sumentibus: & tanta vi (dicunt antiqui orthodoxi patres) quod oppositum eius, quod in alijs cibis accidit, in hoc diuino, & supercœlesti euenit; in alijs enim cibus in manducantem, & alitum conuertitur. Hic verò contra. Manducans conuertitur in manducatum, in cibum: transformatur homo in Deum: fit homo Deificus, Deum ferens in pectore, corpore, corde, ore, anima deificata. Hinc diuus Ioannes ait. *a* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus verè est potus; cibus, & potus manducantem in se ipsum conuertens. In vnico itaq; obolo, vnica hostiolæ bucella, re vera sumus, sicut Dij; & mentita est diaboli prima iniquitas sibi: mentita (inquã) est sibi (vt ait regius propheta) *b* nã fallens, diuinitatem promisit, & in sui confusionem, diuinitatem liberalissimè hominibus elargitam conspicit. Diabolus deniquè in illius pomi esu quatuor aperuit, illuminauitq; sensus, nempè visum, tactum, olfactum, & Gustum: pulchrum namq; erat pomum visu, molle tactu, fragrans olfactu, ad vescendum suaue, solùm auditum occlusit; & decepit, non veritatem, sed mendacium ingerens: non veram fidem, sed falsitatis tenebras per auditum intrudens, dicens. Eritis, sicut Dij. Contrà verò, in hoc mirabili Sacramento Christus Dominus noster quatuor illos sensus in primo cibi esu apertos a dæmone occlusit, & inscitiæ terminis clausit: visus enim accidentia videt panis; nec panis adest, tactus, panem quoad accidentia tangit, & non est panis. Olfactus odorem percipit panis; non tamen subest panis. Gustus deniquè saporem omnem degustat panis; nulla tamen adest ibi panis substantia. Et eccè primi esus antiptesis completa: quatuor enim sensus in illo aperti, & illuminati hic omninò in tenebris ignorantiæ occlusi manent. Quintus verò auditus ibi tenebris implicitus, ignorantiæ, ac mendacij, aperitur hic, & illuminatur fidei lumine; audis enim hoc est corpus Christi: & re vera corpus Christi adest. Audis in hoc Sacramento adesse corpus, sanguinem, animam diuinitatem, Christũ hominem, & Deũ: & ad sunt re vera hæc omnia. Per auditũ itaq; mors: per auditũ vita; per auditũ mẽdaciter promissa diuinitas in vnico pomi obolo, per auditũ vnico re vera elargita diuinitas hostiolæ obolo. Sola itaquè fides hanc subtilissimam diuinitatis cõmunicationis in lineam vix percipit. Hinc, prima deperdita muliere, omnequè secum perdente genus per falsam serpenti adhibitam fidem. Secunda saluatur mulier mater, & virgo, totumquè secum saluat genus, per veram fidem Gabrieli Archangelo præstitam; quarè meritò illi dicitur. Beata, quæ credidisti; quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino: & quæ nam perficienda, cum iam verbum caro factum esset? Sanè id perficiendum erat, quod mysterium est fidei vniuersæ, dicente Ecclesia in sanguinis consecratione, hoc idem Sacramentũ mysterium esse fidei. Hinc magnus ille Areopagi cultor, & martyr clarissimus, Dionysius, inquam, ait, nos medium tenere inter angelos, & hebræos: Angeli namque intuitiuè, & clarè fruuntur, contemplanturuè diuinã essentiam, & Christum hominem, & Deum: Hebræi verò solum figuraliter, & typice

a Ioan. 6.

b Psal. 26.

In hoc Sacramẽto 4. sensus in tenebris ignorãtiæ occlusi manent.

Virgo p veram fidem totũ secũ saluat genus humanũ.

H

I

typicè Christo futuro gaudebant;nos verò non clarè,non intuitiuè, sicut Angeli;sed nec tantummodo figuraliter, & typicè, vt hebræi; sed verissimè, ac certissimè, sed fidei certitudine tantum, & sacramentaliter, corpore Christi vero, sanguine, anima, diuinitate gaudemus, & fruimur;ita, vt inimici ipsi, ipse Lutherus, velit,nolit, vim ex veritate passus, sic erumpat. Nimis vrgent verba illa Christi Hoc est enim corpus meum. Adeo enim sunt clara, vt nullam tergiuersationem prorsus admittant. Oh lineam verè inuisibilem, ac solo fidei lumine vix perceptibilem: optimo verò consilio diuino corpus Christi gloriosum in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento nobis communicatur: fuerat namq; corpus illud Sanctissimum ab indignis, & sordidis hominibus opprobrijs innumeris in passione pet tum, & impetitum: quare voluit Christus illud in Sacramento præfato clarificare,& glorificare: quare, si in passione osculo petitur Iudæ; hic a Sacerdotibus millia, & millia veri cultus insigniuntur oscula altaribus in huius Sacramenti confessione; si in passione adductæ sunt laternæ, faces, & arma in eius iniuriam: hic in eius honorem millena,& millena cõguruntur cæreoferaria, & luminaria:Ibi omnes, relicto Christo, fugerunt:Hic accurrunt omnes viri mulieres,iuniores,& seniores, sæculares,& religiosi. Ibi contrectatur, ligatur,percutitur,trahitur: Hic adoratur, colitur, exaltatur, summa cum veneratione defertur, & asseruatur. Ibi iniurijs,blasphemijs,accusationibus, maledictis lacessitur:Hic hymnis, canticis, laudibus, encomijs honoratur, & extollitur, monente Ecclesia, Lauda Sion Saluatorem,lauda ducem,& pastorem in hymnis,& canticis. Ibi nudatum Christi corpus in ludibrium, & contemptum exponitur: hic omni pretioso indumento,auro,gemmis, lapidibus pretiosis,sericis contegitur, & conseruatur. Ibi crucem deferrens,eidem cruci passibilis, debilis, & mortalis affigitur: hic immortalis,impassibilis,gloriosus, fortitudinem insuperabilem sumentibus se tribuit.Ibi syndone inuolutum Christi corpus sepulchro reconditur: hic super aris in Ecclesiarum capite super Sacerdotum vertice sacris odoribus colitur. Ibi denique solis confinijs Hierusalem omnia præfata passus est Christus: in hoc verò Sacramento per vniuersum prorsus orbem sacratiori quocumq; ritu laude, obsequio, deuotione, cultu extollitur,adoratur, glorificatur. Vtinã, & nos dignè glorificemus in hoc sæculo,quo, & dignè ab ipso glorificemur per infinita sæculorum sæcula. Vtinam(inquam)& nos dignè mente recolamus quæ in hoc sacramento nobis liberalissimè communicat, naturæ eminentiora dona, rationis vsum perfectum ad perfectam mistæ vitæ actiuæ, & contemplatiuæ, tùm imitationem, tùm tanti Sacramenti contemplationem; gratiam deindè gratiarum, gratiæ fontem, subsistentem gratiam, deniquè diuinitatem ipsam Christum hominem, & Deum corpus, sanguinem, animam, & diuinitatem sola fide perceptibilem. Vtinam (inquam) hæc digne recolamus, & colamur in hoc sæculo, vt cultus condignum recipiamus in futura sæcula præmium. Amen.

Certitudine fidei diuinitate fruimur & gaudemus.

K

FERIA

FERIA III. HEBDOMADAE SANCTAE.
Concio XXXIV.

Anteacto discursu de Sacramenti Eucharistiæ dignitate pertractatum est, modo de præparatione ad illud debita cum reuerentia suscipiendum sermo habetur, triaque proponuntur ad id necessaria quorum aliquod si in recipiente desideretur, Dei indignationē loco gratiarum, ac æternæ damnationis sententiam miser ille, atque infœlicissimus incurrit.

DE Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, mysterijs iam in externo præterito sermone extremis labijs prælibatis, consequens fit, vt hodierna die de præparatione ad tantum Sacramentum verba faciamus breuiter. Qua in re appositissimam per similitudinem docet nos gentium Doctor, quid agendum: nempè in corporalibus cibis, nè fortè veneno infecti mortem afferant principes prægustatores iugiter habent qui eos prægustent;& sic experimento probent, an salutares, vel mortiferi sint: nam ex cibis ipsis pendet salus, vel mors, nutrimentum, vel detrimentum: in isto verò supercœlesti,& diuino cibo, cum omni suauitate, dulcedine, nutrimento, salute, vita, suaptè natura sit plenissimus non sic proceditur, a nullo est omnino prægustandus: ab ipso enim semper, & vbique omne bonum; sed sumere illum volentes, se ipsos prægustare, se ipsos experiri, probare, examinare, discutere debent, sic dicente Apost. *a* Probet autē se ipsum homo;& sic de pane illo edat, & de calice bibat: eadem namque semper in Sacramento existente plenissima,& omnifaria salute, Mors, & vita omnino exsumentibus pendet canente Ecclesia de ipso Sacramento. Mors est malis, vita bonis, vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Tres porrò inter cæteras extitere celebratæ ab antiquis orthodoxis patribus ad hoc Sacramentum præparationes: nēpè a peccatis munditia; deindè ardor,& feruor spiritus; tertio humilitas. Sic Dominus noster hoc Sacramentum instituturus, *b* missis discipulis ait. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum,& ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum. In amphoræ aqua puritas designatur a peccatis, in sequela hominis ardor spiritus, in stratu magno, magna humilitas, & indè Sacramentum institutum. Itá olim Abrahæ, *c* cum tres apparuissent viri, circa eos tria explicat diuina scriptura obseruata. Primo lauit Abraham eorum pedes: ecce puritas; & hoc in feruore diei: ecce ardor spiritus; denique sub arbore quiescere facit: ecce humilitas, indè buccella panis apposita, huius Sacramēti figura; postremo, quando manna expressissimum huius Sacramenti typum filijs Israel Deus tradere voluit, hæc tria præmittere fecit. Primo de Aegypto peccati typo eduxit: ecce puritas; deindè per mare rubrum intrepidos aquas altissimas hinc indè nil omnino timentes traduxit. O ardor spiritus, deindè non per ciuitates elatos & inflatos, sed per desertum humiliter deduxit; deindè pluit illis manna ad manducandum. Panem cœli dedit eis: Panem angelo-

a 1 Co. 11

Diuisio trimem.

b Luc. 22.

c Gen. 18.

A

angelorum manducauit homo, non verum, sed typicum, hunc nostrum verum, cœlestem, angelorum, & beatorum præsignantem. Quare easdem omninò præparationes; & tanto excellentiori modo, quanto veritas, & dignitas ineffabilis figuram, & vmbram excedit, subire debemus.

Primo itaque loco munditia a peccatis est omninò necessaria ex omnium patrum, & Theologorum consensu. Hunc dominus noster Sanctissimum hoc Sacramentum Apostolis daturus, *d* singulorum prius lauit pedes corporales, ostendens expressè hac pedum corporali ablutione, Sacramenti sumptionem immediatè præcedēti, per quam mundos spiritualiter velit a quocunque peccato illud sumentes. Quare Petro reclamanti ait. Si non lauero te, non habebis partem mecum; in hoc apertè ostendens, quòd nullo modo partem habere potest cum Christo, vel gratiæ, vel fructus, vel salutis in hoc Sacramento, qui non accedit ab omni peccatorum labe mundus, & benè lotus. Quod, etsi cibus iste super cœlestis, (vt supra ex Apostolo præfati sumus,) suapte natura, nulli obsit; sed nocumentum omne e sumentium malitia procedat; cum idem omnino sit cibus: ita pariformiter nec prodest omnino nisi probatis, & dispositis, sicuti, & cibi corporales quantumcunque suapte natura peroptimi, & nutritiui, male affectis tamen, & indispositis non prosunt, sed obsunt. Sic diuus Cyprianus. *e* Quemadmodum (inquit) non cibus, sed conscientia cum hæsitatione vescentis polluit edentem; quia contra conscientiam, & non ex fide: & quemadmodum per se
B polluto, & incredulo nihil est mundum propter ipsius immunditiam, & incredulitatem: ita Eucharistiæ Sacramentum non suaptè natura Santificat vtentem; nam, si id esset, Santificaret etiam illum, qui comedit indignè, neque quisquam ob hunc esum infirmus, aut ægrotus fuisset, aut obdormisset: cuius oppositum ostendit Paulus, cum ait. *f* Inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Et diuus pater Augustinus *g* ait. Sicut Iudas, cui bucellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed malè locum in se diabolo præbuit, sic indignè quisque sumens dominicum Sacramentum, non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit; aut quia non ad salutē accepit, nihil acceperit: corpus enim & sanguis Domini nihil minus erat illis, quibus dicebat Apostolus. Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: & diuus pater Chrysostomus. *h* eloquentissimè, & ad rem nostram distinctissimè ait. Plurimi ex hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno; alij bis; alij sæpius; quos ergo magis acceptamus, eos nè, qui semel, an illos, qui sæpius, an illos, qui tarò accipiunt? Nequè illos, qui semel, neque, qui sæpius, nequè, qui tarò: sed eos, qui cum munda conscientia, cum mundo corde, cum vita irreprehensibili: isti semper accedant: qui verò tales non sunt, neque semel; quid ita? quia iudicium sibi accipiunt: & nè mireris, sicut enim cibus naturaliter nutritorius existens: si in eum, qui prauis cibis corruptus est, incidat, omnia perdit, & corrumpit, & efficitur occasio morbi. Sic etiam ista, quæ ad hæc terribilia pertinent Sacramenta; fueris namque mensa spiritali, mensa regali; & iterum polluis cœno os tuum? perungis vnguento pretioso, & iterum fœtoribus illud imples? Dic mihi, rogo, cum demum annuo reuoluto tempore communices, quadraginta dies, putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis: & iterum hebdomada transeunte, trades teipsum sordibus primis? Dic enim mihi si saluus

factus

1 Mem.

d Ma. 15.

e l. 1. ep. 3.

f 1. Cor. 11.

g lib. 5. de bapt.

Solū sanctificat illos, qui mūda cōscientia accedunt, qui taliter non sunt, iudiciū sibi accipiūt

h Hom. 17 ad Hebr.

Simili.

factus quadraginta diebus ab ægritudine longa, iterum te illis morbificatoribus cibis trades: non nè, & primum laborem perdes? Si enim naturalia sic mutantur, quanto magis voluntaria? vt puta naturaliter videt, quis sanos habet oculos secundum naturam: & paulò post ex mala quadam affectione læditur eius obtutus. Si igitur naturalia mutantur, quantò amplius quæ ad voluntatem pertinent? Quadraginta autem tãtum dies tribuis saluti animæ tuæ post annum euolutum? Et speras propitiari Deum? Iocarisnè? dic quæso. C

Quanta debet esse preparatio ad sumptionem Eucharistiæ

Quod si diuus pater Chrysostomus maximo pro inconuenienti reputabat solum per quadraginta dies, fanè per totum quadragesimæ tempus ad Sacramenti Eucharistiæ sumptionem præparari, quidnam diceret de nostræ tempestatis Christianis? Proh nefas. nedum quadraginta dierum numerum ad præparationem insumunt; sed nè fortè quadraginta horas. Quare audiant denique quid nam hac de re Spiritussanctus statuat, & decernat. *i* Quandò sederis (ait) vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo: & quemnam incompositum, & barbarum morem docet Spiritussanctus, manducantem cum Principe? Et non nè princeps talem sic statuentem cultrum in gutture suo, dum tempus est comedendi ad Principis mensam, insanum, & amentẽ omnino reputaret? Mysterium itaque in hoc Spiritussancti diuino monitu latere est necesse, de quo ergò Principe loquitur? de illo sanè, qui est rex regum, & Dominus dominantium: de ipso Christo, qui verus est homo, & Deus: & de illa mensa, de qua idem Spiritussanctus de eodem Christo ait. *l* Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam, &c. Et per Isaiam prophetam. *m* faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum vindemiæ defęcatæ, idest, Christus in monte Sancto ecclesiæ Sacratam mensã super Sacra præparabit, altaria: in qua non ordinarij cibi, & consueti, sed pinguia medullata, idest, humanitas, & diuinitas eiusdem Christi, maxima redundantes pinguedine, siue vbertate gratiæ; & vindemia defęcata, idest, sanguis eiusdem Christi largiter, & abundantissimè effusi manducantibus, & bibentibus exhibentur, & traduntur. Princeps itaque iste noster, ad cuius mensam sessuri vocamur, non more matrum nutricibus alendos nos tradit, vel proprio nutrit lacte; sed seipso toto, sua Sanctissima carne, sanguine suo, anima, & diuinitate, dicente ipso, *n* Ego sum panis vitæ, ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Et iterum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die: caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Oh inexplicabilem Christi amorem, oh ineffabilem caritatem. Dicit ergo Spiritussanctus; cum sederis ad mensam Christi principis sumpturus reuera, licet mentaliter tamen Sanctissimam carnem, sanguinem animam, & diuinitatem in tremendo, & reuerendo Eucharistiæ Sacramento, statue cultrum in gutture tuo, idest, ita te præpares, tantam adhibeas, te præparando, diligentiam, ac si mors immineret, ac si gladius guttur tuum peteret, ac si eadem hora esses moriturus. Quanta verò diligentia præpararet se quis monitus immediatè a Deo, & certior factus quod tali die, vel tali puncto moriturus esset? Tanta itaque diligentia, ait Deus ipse, ait Spiritussanctus, non homo, te præpares in hac Principis mensa Sacramentum Eucharistiæ sumpturus, ac si eodem puncto mori deberes: & hoc sufficiat pro omni eo, quod. D

i Prou. 23.

l Prou. 9.

m c. 25.

Traduntur manducantibus hunc panẽ humanitas, & diuinitas Christi.

n Ioa. 6.

adduci

adduci posset, quo ad præparationem munditiæ a peccatis: cui enim hoc non sufficit, vel quòd sufficiat penitus ignoro.

Sufficiat (inquam) quoad primam ex propositis præparationem, postquam secunda sequitur adhibenda nempè feruor spiritus, de quo perbelle satis diuus Chrysostomus loco citato de sui temporis communicantibus: hoc etiam (inquit) diaconus insonat in illa hora, sanctos vocans: & intra si quis non est sanctus, non accedat; non simpliciter dicit, A peccatis mundus, sed sanctus: sanctum enim non mundatio peccati tantùm facit, sed etiam præsentia spiritus, & bonorum operum opulentia: non enim inquit, volo vos, a cœno mūdos esse; sed etiam albos, & pulchros. Sic enim rex Babilonius ex captiuitate honestos iuuenes forma, & decoros facie elegit; multò amplius & nos, adstantes mensæ regali, honestos specie animæ esse oportet, ornatum habentes aureum, stolam mundā, calciamenta regalia, vultum animæ formosum, &c. Quibus in uerbis ostendit Chrysostomus feruorem spiritus, ex quocunque bono opere excitari. Huc enim tendunt orationes, quæcunque præcedentes, psalmi, laudes, hymni, cantica, modulationes, harmoniæ, musicæ, penitentiæ, abstinentiæ, ieiunia, uigiliæ, genuflexiones, pectoris tunsiones lacrymæ, singultus, luminaria, cærimoniæ omnis generis: & cetera, quæ feruorem excitant. Tria vero principaliter sunt, per quæ stat præparatio, constat deuotio, manet virtus, oratio, ieiunium, misericordia: vt qui ieiunare non potest misericordia suppleat ieiunium, & quo misericordia non peruenit, penetret oratio: vel simul, & semel quod oratio pulsat, impetret ieiunium, accipiat misericordia. Sunt enim hæc tria vnum; dant hęc sibi inuicē manus; vitā sibi inuicē hæc communicāt: est nāque orationis anima ieiunium, ieiunii vita misericordia est. Hæc nemo rescindat nā separari nesciūt; ergo qui orat, ieiunet, qui ieiunat, misereatur, audiat petentē qui petens, optat audiri; auditum Dei aperit sibi qui suū supplicanti nō claudit auditū: esurietē sentiat qui vult Deū sentire, quod esurit in se, pietatē qui quęrit, faciat: improbus petitor est, qui, quod aliis negat, sibi postulat: homo orans esto tibi impetrationis forma, sic, quomodo uis, quantum uis, quam cito uis impetrare orando: tā citò aliis, tantū, taliter ieiunans ipse miserere. Oratio ergo, ieiunium, misericordia sint vnum pro nobis ad Deum, patrociniū, aduocatio vna, vna ad tantum sacramentum præparatio, vna hæc, pro nobis feruoris spiritus causa, Deiformis Deiformes efficiat. Hæc sunt, fratres, hæc, quæ tenent cęli arcem, quæ secretum Dei altissimum pulsant quæ ante tribunal Christi causas humani generis exequuntur, quæ iniustorum petunt indulgentiam, reorum ueniam promerentur. Hæc, cui in cælestibus nō adsistunt, ipse in terris non subsistit Hæc, cum teneant in cælestibus principatum, in terris rerum summā moderantur. Hæc regunt prospera, hæc aduersa propellunt, vitia extinguunt ista, virtutes ista succendunt, hæc reddunt casta corpora, corda puta, hæc pacem membris, mentibus dant quietem, humanos ista sensus scholam faciunt disciplinæ, per hæc in templum Dei pectora humana spiritu feruentia diuino consurgunt, hæc hominem præstant, feruore angelum, ardore Seraphim, hominis deitatem conferunt hæc honorem. Hinc est, quod ad tria hæc patres, & concilia reducunt omnia opera bona. Hinc est, quod fiunt horum suffragio homines toto charitatis ardore feruentes. Hinc Moyses quasi Deus, ardens effectus per hæc ad suos triumphos militare sibi omnia mandat ele-

Secundū Membrū Feruor spiritus est secunda præparatio ad Eucharistię sacramētum summēdum.

E

Tria pricipaliter requirūtur ad pparationē huius Sacramēti oratio, ieiunium, misericordia.

Effectus ieiunij, orationis, & misericordiæ.

F

Cc menta

menta; iubet, mare discedere, durari vndas, profunda siccari, cœlum pluere, dare frumenta, ventos spargere cogit carnes, noctem splendore illustrat Solis, Solem nubis temperat velamento, petram percutit, vt de recenti vulnere frigida sitientibus det fluenta. Primus terris dat legem cœli, scribit vitæ normam, figit terminos disciplinæ. Per hæc tria nescit Elias mortem, relinquit terras, cœlos intrat, commoratur angelis, uiuit Deo, & terrenus hospes supernas possidet mansiones. Per ista Iohannes fit Angelus in carne, cœlestis in terra, & auditu, visu, tactu, totam solus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos, fratres, si volumus Moysi gloriæ, Eliæ vitæ, Iohannis virtutibus, omnium sanctorum meritis applicari, insistamus orationi, vacemus ieiunio, misericordię seruiamus, qui. n. per ista fuerit communitus, iacula peccati, Diaboli tela, mundi machinas, vitiorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos, arma mortis, Christianus armiger, bellator Dominicus non timebit. Quod si vllo vnquam tempore tria hæc, oratio, ieiunium, eleemosyna feruidos possidentes illa efficiunt, in hac sancta hebdomada, quando omnis prorsus Christianus orbis orationi, ieiunijs, pietatis operibus vacat, feruentissimos, ardentissimosque efficient. Pudeat ergo, militem Christianum iam tota conuocata christiana militia his diebus sanctis socordem inueniri, inertem, & imparatum; sed feruentissimus in pugna adsit, ut dignus post pugnam epulis diuinis in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento inueniatur. N

Tertium Mebrum Quod etsi hæc omnia teneant, mundus iam sit a sordib. per Pœnitentiæ Sacramentũ, virtutibus, operib. spiritualib. exercitiis feruens, præfatis, adhuc tamen nihil se habere arbitretur quo ad vsque tertiam, & postremam teneat

Tertia præparatio est humilitas. præparationem, sanè, humilitatem, indignum se, vel saltem non dignum tantum Sacramento, se ipsum secum reputando, dicente Christo. o Et cum hæc omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis dicite, quia serui inutiles sumus. Sic sub umbra sedit Abraham antequam bucellam apponeret. Sic cœnaculum, sic stratum magnum ostendit Christus Apostolis, antequam seipsum illis in Sacramento traderet. Sic anima quælibet a Spiritu sancto introducitur sub sponsæ metaphora, sponsi Christi diuinam hanc experens mensam, taliter inclinata, & humilis effecta. p Sub umbra (inquit) illius, quem desideraueram, sedi, id est per humilitatem: ex qua inde quid sequitur? Et fructus illius (subdit) dulcis gutturi meo. Oh ineffabilem cum humilitate gustantibus sacramenti Eucharistiæ dulcedinem. Oh inexplicabilem fortitudinem, & virtutem inde manantem. Sic in huius figura Elias ille zelantissimus, & alias feruentissimus iam tædio quodam affectus, & molestia non modica ex itinere lassus, & defessus, q magna cum humilitate proiecit (inquiunt diuinæ litteræ) se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & statim post humilitatis proiectionem ecce angelus Domini tetigit eum, & dixit illi. Surge, & comede. Et ecce ad caput suum subcinericius panis, & comedit, & iterum proiecit se, & denique surgens, & comedens, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb. Oh, quam ad litteram sub vmbra pungentis Iuniperi mystici, Crucis videlicet Christi nos omnes tædio sæcularis vitæ iam affectos & carnis molestijs circundatos, maxima cum humilitate proijcere oportet, Et indè nequaquam dignos nos existimantes, expectemus Angelum Dei. nempè Sacerdotem officio fungente plusquam angelico, qui nos ad mẽsam, vocet, ad subcinericium panem, id est Sacramentum tota humilitate sumendum: O

o Luc. 17

p Cant. 2

q 3. Reg. 19.

dum: & iterum, post sumptionem, sub eadem iuniperi mystici, crucis umbra, nos humiliter proiicientes, meditemur tanti sacramenti mysterium, Crucem, Passionem, & mortem Hoc facite (inquit Christus) r in meam commemorationem. Humilitatis ergo est huiusmodi negotium ante sumptionem, in sumptione, post sumptionem: qua freti sumentes, nullatenus ambigant, quin virtute, & fortitudine cibi illius diuini supra Eliam ambulent, non in montem Oreb; sed in patriæ cœlestis, & æternæ montem. Peccata itaque fratres ante sumptionem sacramenti recolatis, & cum propheta dicite. f Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Vt peccatis per pœnitentiam ablutis, mundi, & puri effecti, spiritualibus exercitijs, sanctis operationibus feruidi, sub Christi Cruce per meditationem humiliter prostrati, possitis cum sponsa dicere. t Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi inter ubera meditationis meæ commorabitur. Oh, diuinum fasciculum mysteriorum, meritorum, uirtutum, corporis, sanguinis, animæ, diuinitatis, in vnica buccella contentorum. Fasciculus mirrhæ, fasciculus mirrhæ inter humilitatis, & meditationis vbera iugiter commoretur. Sic nullus appareat sensus, sed sola fides; nulla sordes, sed summa puritas, ac si mors immineret; nullus tepor, sed ardor, & estasis: & cum his omnibus supercilium nullum, sed summa humilitas cum Ecclesia vera magistra dicamus. Domine non sum dignus, Domine non sum dignus: sed tantum dic verbo, & sani, & salui erimus. Amen.

r Luc. 22.

Ante sũptionem in sumptione, & post sumptionem, necessaria est humilitas.

f Isa. 38.

t Cant. 1.

FERIA SETTA IN PARASCEVE. Concio Trigesimaquinta. De Passione Domini.

Tormentorum pergraue iugum sub iturus Christus matrem benignè, ac pacato vultu alloquitur, eamque de Passione, ac morte sua certiorem facit; quo peracto pietatis officio salutare nobis certamen init, ac opprobria diuersa maxima cum patientia suffert. Petrus in Pontificis atrio se ipsius discipulum negat, statim vero errorem suum lacbrymis abstergit. Postmodum innumeris flagellorum ictibus immanissimè omnium Creator oppetitur, spineaque corona eius capiti immittitur; ac denique crucifigendus Iudæis traditur, à quibus maxima cum sæuitia id executioni demandatur.

QVIDNAM ò lignum siccum, & aridum, mutum, & elingue, siluas relinquens, intempestiuè nobis occurris in tota Christianorum concione religiosa? Quid sacris altaribus commisceris? Quid ad Serenissimorũ, qui tota pietate adstant, tu, ò sterile, præsentiam? Ah (mihi respondit) stultè, & insipiens nonne cognoscis altare primum, in quo mysticus Abraham Deus proprium sibi pro totius mundi salute sacrificauit filium? Nonne vides cathedram, in qua mysticus Salomon Christus pendens, omnia docet pro-

fundiora mysteria? Nonnè agnoscis, sceptrum, & insigne regium, Serenissimorum dignissimum, statum, & felicitatem omnem confirmans, & roborans: terroresque, & aduersa singula prosternens, & fugans? Quid effaris elingue, sterile, mutũ, aridũ? Prosterne, prosterne iam te; & propter eum, qui in me pependit, humilis adora. Venite, venite ergo, adoremus, & procidamus: procidamus, & ploremus ante regium tribunal, & plorantes, dicamus. nobis occurris loco Reginæ nostræ, quam in sermonum exordijs salutare mos fuit, salue tu sancta Crux. At quomodo non simul, non salutabo illam, quæ tibi semper mentis oculis assidentem conspicio? dicente Ecclesia. Stabat mater dolorosa iuxta Crucem lacrymosa, dum pẽdebat filius. Aue itaq; sancta; Crux; quia super te, ve omnia peccatorum mundi onera deposita sunt: Aue tu mater, quia per te, & tuam intercessionem omnibus peccatorum ve exoneramur. Maria, quæ stella es maris huius sæculi ad portum salutis, & patriæ naufragantes omnes peccatores reducens. Salue Crux in hoc mari amaro tutissima nauis a naufragijs liberans. Gratia plena, ò Crux, quia in te largius scaturiuit fons vitæ, nouum, sanguinis, & aquæ liquorem cum omni gratia emittens. Gratia plena Maria, quia eodem fonte semel repleta, nunquam eo caruisti. Dominus tecum, ò Crux, per solas quidem tres horas. Sed ò piè dira, & salubriter cruda, quia viuum recipiens, mortuum reddidisti, viuificantem mortuos. Dominus tecum, ò virgo, per menses nouem in ventre; per dies singulos in mente, per annos æternos in societate beata. Benedicta tu, ò Crux, inter omnia siluarum ligna, cum nulla vnquam tale proferat fronde, flore, vel germine: & in cuius signo quæcunque, & sine quo nulla extat benedictio. Benedicta tu virgo inter omnes mulieres, quæ nec primam similem, visa es, nec habere sequentem. Et per quam cæteræ omnes benedicuntur mulieres. Benedictus fructus ponderis tui, ò Crux, quod quidem omnibus præponderat peccatorum oneribus. Benedictus fructus ventris tui, ò virgo, qui omnem superat mundi amaritudinem sua dulcedine S. Crux auge piis iustitiã, reisque dona veniã S. Maria ora pro nobis nunc, in hac hora meditationis Passionis Iesu Christi D. nostri. Amen. A

Exordiũ Fortissimus ille Dux Iepte cum Amonitis pugnaturus voto se astrinxit, si victoriam ex eis reportasset, sacrificaturum Domino, quidquid sibi de suis foribus egressum occurreret ex victoria reuertenti: qua parta victoria indè reuertenti occurrit sibi filia vnigenita sua (vt Iudi- a cap. 11. cum *a* narrat historia.) Quare profusus lacrymis, querelasque emittens, votum adimplens, propriam vnigenitam sacrificauit filiam: in cuius facti perpetuam memoriam decretum fuit, vt Virgines Israel semel in anno conuenirent lamentaturæ prædictam mortem, & sacrificium, profusasque daturæ lacrymas: & ecce, fratres litteram. Deus pater omnipotens victoriam de humani generis inimicis reportaturus pro homine ipso decreto firmauit æterno proprium daturus filium, cumque sacrificaturus, quod, & tempore præfinito expleuit. Quare in tanti facti dignissimam recordationem virgines Israel, idest animæ fideles, vel saltem semel in anno ex decreto Sanctæ Matris Ecclesiæ conueniunt profusis lacrymis ploraturæ, pro sacrificio, & morte filij Dei pro nobis in ara Crucis oblati. B

Pergratissima est enim Deo patri, & filio eius Iesu Christo pro nobis voluntariè oblato, sanctissimæ illus passionis memoria, & meditatio,

tio, ipso per prophetam dicente. *b* Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi dolorem; reduc me in memoriam. Oh amorem immensum, pro doloribus, & passionibus innumeris, & pro acerbissima crucis morte, quam re vera pro nobis pertulit, nihil aliud a nobis expetit, nisi, vt tantùm beneficium in memoriam reuocemus. At, oh nos ingratissimos, quàm optimo iure nos redarguit propheta, dicens. *c* Non sunt recordati manus eius die, qua redemit eos de manu tribulantis. Oh ingratos, inquam, & perditos nos: non enim tantùm pergrata est Domino nostro Iesu Christo suæ sanctissimæ Passionis recordatio, & meditatio; sed nobis perquam salutaris, & plena fructu: vnde super illud, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur: botrus cipri, &c. Inquit Diuus Bernardus. Copia grandis, & immensa vtilitas nobis prouenit ex fasciculo myrrhæ Passionis Christi inter vbera memoriæ nostræ, & nostri affectus commorante. Commoretur itaque, vel saltem ad nostram vtilitatem, salutem, & fructum hoc mane; passionemque ac mortem Christi recolentes illud Israelitarum imitemur ex Ægypto exeuntium, & dicentium. *e* Viam trium dierum ibimus & immolabimus Domino. Viam (inquam) ibimus, quasi trium dierum, trium itinerum celeriter. Primò à matre Christi ad Caipham. Secundò a Caipha ad Pilatum. Tertio denique a Pilato ad Caluariæ montem vbi Domino Dominum immolabimus.

b Isa. 43. Est nobis necessaria memoria, siue recordatio Passionis Christi. *c Psa. 77.* *d Can. 1.* *e Exo. 3.* Diuisio trimembris.

C In primo itaque itinere à matre recessurus Dominus noster Iesus Christus, seipsum in ara Crucis sacrificaturus, par est, & consentaneum omnino credere, quòd ipsam docuerit, & consulatus sit per multarum scripturarum intelligentiam, & altissimam explicationem, vt illud Zachariæ. In illa die (idest Passionis, & mortis meæ) effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem: & aspicient ad me, quem confixerunt; plangent eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti; & cætera huiusmodi explicans Christus, matrem ita consolatum fuisse, par est, credere. Mater mea pro totius mundi salute Passionem, & mortem patri sum oblaturus in Caluariæ monte super crucis ara; & hac nocte post agni Paschalis commestionem, & noui sacramenti institutionem in villa Gethsemani tradar à Iuda meo discipulo; & ad tribunalia ducar Pontificum, & gentilium, & mortis sententia denique damnatus voluntarie illam pro totius mundi redemptione, ac salute cruci affixus inter duos latrones medius subibo. Si enim hæc omnia Dominus noster distinctissimè Apostolis pluries reuelauit, nunquid credendum est in vltimo a matre recessu hæc eadem illi distinctissime non reuelasse? Quare meditantur patres, quòd Virgo sanctissima, his auditis, lacrymis venerabiliter profusis, hæc, vel similia protulerit verba. Si hoc mortis genus est subeundum; Si huiusmodi sacrificium ex diuino, & tuo decreto patri omnino est offerendum, recordare fili, quòd scriptum est. *g* De duobus antiquissimis amicis, Patre, & Filio, Saul, & Ionathas, amabiles in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. At quinam amabiliores, quam tu mihi, fili, & ego tibi mater? Vt quid ergo in morte separari debemus? Fiat sacrificium; sed non absque matris præsentia moritur filius, moriatur

Primum Membrū *f cap. 12.* *g 2. Re. 1.*

tur

tur,& cum filio, mater. Quid enim fine te, fili dulcissime, hac miserrima in uita miseriis,& angustiis, vel ex sola recordatione non ferendis plena? Cui filius non sine lacrymarum copia. Bono sis animo mater: post triduum enim me resurgentem videbis. Quare mecum commori non potes; nec enim oportet, nec expedit, sed morti meæ adesse, quod possum, & expedire duxi, tibi concedo: Vbi extremum Spiritum me voluntariè emittere videbis, vltima verba proferentē excipies. Interim benedicta sis mater mea, quæ per triginta tres annos,& vltra in omnib. laboribus,& passionib.& voluntariè (vt scis) assūptis mecū fuisti. Benedictus venter, qui me portauit. Benedicta ubera quæ suxi. Benedicta bracchia, quæ me infantilib. annis portauerunt. Benedicti oculi, qui me custodierūt. Benedicta deniq; mater mea ex meo corde, meis ex visceribus meo ex spiritu. Quæ me genuisti,& peperisti mundo & hac vsque in ætatem, quoad hominem spectat, inexplicabili amore, ac diligentia perduxisti. In qua denique secundum præfinitum tempus a patre, ad patrem redire me oportet; talisque benedictionis consolatione mirabiliter confortata mater, dimissa est, intenta tota (vt consentaneum est credere) iugi meditationi omnium eorum, quæ facturum,& passurum se Christus illi prædixerat: qui a matre sic recedens, peracta cœna, instituto Sacramento, habito sermone,& ceteris aliis peractis, quæ narrant Euangelistæ, trans torrentem Cedron egressus,& in villam Gethsemani,& hortum ingressus,, oratione illa sanctissima ter peracta, pauorem, tædium, tristitiam,& mæstitiam passus sanguinis pretiosi in terram decurrentis sudore largiter emisso, Apostolis a somno excitatis, & cæteris in horto peractis, aduenit Iudas cum Ministris a Pontificibus, & Pharisæis acceptis, cum laternis, & facibus, gladiis, fustibus,& armis. Post illud proditorium osculum militum retrorsum casum, post auriculam Malcho amputatam, & a Christo ei restitutam, comprehensus,& ligatus Christus, a discipulis omnibus relictus, ad Annam primo ductus est, deinde ad Caipham pontificem,& principem sacerdotum, vbi scribe,& seniores conuenerant; & hic primi itineris terminus. De quo, ceteris omissis, breuitati, ac pietati studentes, nonnulla recolenda, vt illud, quod inter interrogandum,& examinandum, expuerunt in faciem Christi. Non sine magno mysterio: ordinauerat enim Deus, *h* Quod si duo essent fratres quorum alter, vxore accepta, fine liberis moreretur, superstes frater defuncti vxorem sibi acciperet, vt fratris defuncti Semen suscitaret: Quòd si nollet eā accipere, coram senioribus congregatis, in signum repudii, spuere in faciem eius debebat. Fratres autem secundum carnem fuere Moyses, & Christus. Sic Moysi dictum. *i* Prophetā suscitabit tibi dominus de fratribus tuis, &c. Moyses porrò, quasi in vxorem sibi accepta synagoga mortuus est absque liberis, qui uidelicet cœli hæreditatem capere potuissent. clausum enim erat ex diuino decreto per Christi mortem aperiendum, Aduenit itaque Christus, & Moysi secundum carnem fratris filios æternæ hæreditatis capaces suscitaturus, eandem synagogam sibi in vxorem sumere amantissime volebat: sed ipsa ingrata congregatis senioribus ante summum Pontificem Caipham in signum perpetui repudii, in faciem Christi expuit. Quare ex tunc extitit repudiata. Vtinam uel nos fratres alterius exemplo docti, non repudiemus Christum expuentes blaspemias, peccata, uel ingratitudinem in Christi faciem. Vel (quod peius est) cum pessimo illo pontificis ministro, qui dedit alapā Iesu in medio examine, ne domus & nos impudentiæ, vel obstinationis alapam:

[Margin notes: D — Benedictio filij ad matrem. — E — *h* Deute. 25. — Expuere in faciē Christi est Sinagogæ repudium ostendere. — *i* Deu. 18]

pam:illam enim sufferre voluit Christus (inquit Diuus Hieronymus) vt illud impleretur Isaiæ *l* faciem meam non auerti ab increpantibus : & conspuentibus: posui faciem meam, vt petram durissimam videlicet alapis expositam:Et ideo subdit,. Non sum confusus. Nam (inquit diuus Chrysostomus) *m* Gloriam existimauit Christus maximam pro nobis talia sustinere. Quid nos pro ipso ? Quin,& quid nos (inquam) pro nobis? Menti quæso

l c.50.
m Homi. 86. in Matt.

F sit impressum Christianæ, in quibusnam glorietur Christus pro nobis. Tertiũ vlterius notandum in isto Seniorum, & Scribarum concilio est illud,quod Caiphas ipse sacerdotum princeps fecit maximo cũ mysterio,etsi quantum ex se,impiè,indecenter,& ignorans fecerit:sed cũ esset pontifex,sicut olim, Iohanne teste,ob id prophetauerat ore; sic modo fact.s prophetat. Surgens enim(inquiunt Euangelistæ) sacerdos,& interrogans Christũ,adiurans,&c. Scidit uestimenta sua,&c. Primo surgens; deinde scidit uestes:Nam (inquit D.Hieronymus) *n* Pontificem,quem de solio sacerdotali furor excusserat, eundem rabies ad scindendas vestes prouocat; per hoc autem,quod è solio dilabitur,& vestimenta scindit,ostendit, Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse,& uacuam sedem habere pontificis, pontificatuínque extinctum:nec enim decebat coram vero summo sacerdote Christo, sacerdotem figuratiuum,& mox extinguendum in solio sedere sacerdotali ; nec vlterius vestis illa sacerdotalis retinẽda integra;sed scindenda erat, expirauerat enim sacerdotium illud temporale,adueniente summo Christi sacerdotio æterno: de quo in psalmis . *o* Tu es sacerdos in æternum; secundum ordinem Melchisedech. Hinc non scinditur Christi summi sacerdotis vestis inconsutilis; sed dicitur de ea;Non scindamus eam,&c. Abeat itaque sacerdotium illud figuratiuum scissum,& e proprio solio dilapsum: nos Christi sacerdotium æternum ueneantes, videamus, quidnam hoc eodẽ loco summus alius Pontifex Christi successor futurus egerit, Petrus,(inquam) qui vt ait Euangelista Ioannes sequebatur Iesum:& Diuus Chrysostomus *p* addit Io hannes, omnibus fugientibus sequitur:sed præponit sibi Petrum dicens. Sequabatur autem Iesum Simon Petrus,& alius discipulus,se occultans humilitatis gratia:ipse autem Iohannes introiuit cum Iesu in atriũ solus, Petro foris rema-

Tertium notandũ
n Super Matth. cap.26.
Scidit vestimenta sua quia sacerdotalẽ gloriam, & sedẽ põtificis perdidit.
o Psalm. 109.
Christi sacerdotium æternum.
p Homil. 82. in Io.

G nente propter timorẽ;& seipsum ingressum dicit: vt discas, quoniam quæ viderat, enarrat ex his,quæ facta sunt in atrio. Vnde exiens foras,dixit ancillæ ostiariæ, *q* & introduxit Petrum vsque in atrium principis sacerdotum ; & ingressus intrò, *r* accenso igne in medio atrii,circumsedentibus illis , erat Petrus in medio eorum,& sedebat cum ministris ad ignem,ut uideret finem,& calefaciebat se ; quem cum vidisset ancilla ostiaria summi sacerdotis sedentem ad ignem , & calefacientem se ; & eum fuisset intuita , dixit.Et hic cum illo erat:& accessit ad eum dicens . Numquid & tu ex discipulis es hominis istius ? dixit ille . Non sum ; & negauit coram omnibus dicens.Mulier non noui eum,neque scio,neque noui quid dicas.Super quo D.Chrysostomus loco citato exclamans, ait . Quid dicis o Petre? Quid prius dixeras? Et si oportuerit me mori tecum,non te negabo. Quomodò ergo nec ostiariæ fers interrogationem? Non erat miles,qui interrogabat , sed ostiaria uilis neque dixit. Seductoris discipulus es,sed hominis illius , quod miserentis erat:dicit autem. Numquid & tu , quia Ioannes erat ei notus , & iam dixerat illi,& Petrum introduxerat . Diuus verò Augustinus *f* ad nos conuertens sermonem,ait. Quicumque ergo Christianũ se esse factis negat,

q Ioã.18.
r Matth. 26. Marc.14. Luc. 22.
f Tract. 103. in Ioan.

Chri-

Petrus negauit se Christi discipulum, & non Christū absolute

Christum negat: Petrus enim simili modo negauit Christum, nempe non qui Christum absolute negauerit: sed quia negauit se Christi discipulum; at tamen Christus ei prædixit, Me negabis. De quo Theophylact quidam dicūt, quod veritus est, ne si fateretur se Christi Discipulum, diuideretur ab eo, & non haberet vltra spatium videndi, sequendiq; dilectū Christum. Chrysostomus itē ibidem, Diuina, inquit, prouidentia hoc permisit, vt exindè peccantibus compateretur: idcirco. n. angelis non commisit sacerdotij potestatem, nè cū ipsi minimè peccarent, in peccatores sine misericordia vindicarent: & sic Petri peccatum aliqualiter attenuant Patres præfati; Quod in nobis sæpe sæpius H atrocioribus peccatis Christum negantes, locum non habet: sed ad Petrum reuertamur, qui (vt Euangelistæ locis superiùs citatis aiunt) exiuit foras ante atrium, & gallus cantauit. Exeunte autem illo ianuam, vidit illum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno, & alius videns illum dixit. Et tu de illis es; Petrus verò ait. O homo, non sum: & negauit cum iuramēto, quia nō noui hominem; & interuallo facto, quasi horę vnius alius quidam affirmabat dicens. Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum: & accesserunt qui adstabant, & dixerunt. Vere & tu ex illis es: nam & Galileus es, & loquela tua manifestum te facit. Dixit ei vnus ex seruis Pontificis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam. Nonnè ego te vidi in horto cum illo? Ille autem cępit anathematizare, detestari, & iurare, quia nescio hominem istum, quem dicitis. Super quibus considerate fratres, quòd peccatum si semel hominē tetigerit, paulatim sequiat, atrocius, grauiusque lędat: prius enim vna ancilla, quæ quidem modestè Petrum aggressa est, accessit, deinde ad aliam ancillam ministrorum aliquis: denique multi sunt, & grauissimis vrgent verbis, & quasi opprimunt. Quare Petrus primò simplicibus verbis negauit, deinde adiecit iuramentum, denique cępit anathematizare, & detestari. Caue itaque homo, ne te aliquantisper tangat peccatum. Et inde penitus corruas: disce, inquam, nullatenus de te ipso præsumere; sed occasiones quaslibet toto conatu fugere studeas: considera. n. Petrum I reuersum ad ignem, vt suspicionem a se amoueret, liberius cum ministris collocutum fuisse; nam ex sermone iudicatus est Galilæus, & ex conuersatione ansam nactus est nolens, negandi iterum, atque iterum dilectum suum, dominum, & magistrum; & iurandi, & detestandi, atque anathematizandi, & continuò subdunt Euangelistæ vbi supra. Adhuc, eo loquente, gallus iterum cantauit; & conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, quia priusquàm Gallus cantet bis, ter me negabis: & egressus foras Petrus, fleuit amarè. Qua in re Christi bonitatis immensæ immensum apparet Pelagus, qui tot malis, & acerbissimis pœnis ipse oppressus, & ab eodem Petro grauissimè offensus, sui tamen quasi oblitus, offensamque remittere volens discipuli, discipuli curam, cęteris omissis, ardentius assumpsit, & ne peccādo progrederetur vlterius, cohibuit, & post tertiam negationem subsistere coegit intuitus eum, vel corporis oculis, vel si id non fieri poterat, internis misericordiæ radijs, ad Petrum conuersus, cor tetigit ipsius, illustrauit, & molliuit, & per oculos quasi liquefactum eduxit. Nec (inquit D. Hieronymus) fieri poterat, vt in negationis tenebris permaneret, quem lux perspexerat mundi. Egressus itaque fratres Petrus, & Christi saluberrimo intuitu, ad amaras prouocatus lacrymas, amaris negationis

Occasio peccati fugiēda.

Christi pietas erga Petrum.

sordes

sordes lacrymis lauit. Qua in re illud sanctiss. Patriarchæ vaticinium expletũ video. Iacobi, *t* inquam, qui ad Ruben primogenitum suum conuersus, eius peccatum, & ingratitudinem arguens, ait. Tu Ruben primogenitus meus, fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio, & tu principium doloris mei, ità Christus mysticus Iacob conuersus ad Petrum primogenitum suum, iisdem omninò verbis ipsum alloquens internè, hæc dicebat. Tu Ruben, tu Petre primogenitus meus, idest primus omnium Discipulorum, & Apostolorum, primus omnium, quos vocauerim; tu, inquam, fortitudo mea: quia petra firma, & solida es a me factus, & electus, super quam vniuersam Ecclesiã toto terrarum orbe diffusam, ædificare statui, & decreui: & contra quam inferi portæ minimè præualere poterunt. Tu, inquam, prior in donis, quia præ cæteris omnibus hominibus gratijs, & priuilegijs a me auctus, cui rerũ summam, summamq; potestatem, & vices meas ipsas iamiam committo. Tu maior in imperio; quia omnium Ecclesiarum caput, & totius orbis absoluta cum

t Gen. 49.

Petr⁹ primus i donis, & pricipiũ doloris Christi.

K potestate ligandi, atque soluendi gubernator summus, & tu principium doloris mei? Et tu principium doloris mei? Hæc in te videt mundus? Hæc in te iã ego, & video, & experior? Ah videam ergò, & experiar, quod in aquam te ipsum totum effundas amaras per lacrymas, vt sicuti Rubeni typum exples in alijs: ità & illud verificetur, etsi non consimili sensu, consimilibus verbis, videlicet, effusus es sicut aqua, sanè in lacrymis, quod statim plenissimè adimpletum extitit; fleuit namque Petrus largiter, & amarè, foràs (vt dictum est) egressus: at quo tandem pergis Petre? Quid sibi volunt lacrymæ istæ? Vbi sunt modò verba tua illa magna, magna illa promissa? Negocium totum, totamque fidem Christo datam solis lacrymis explere cogitas? Heù respondet, quid verba, quid promissa exquiris? lacrymarum tantummodò hoc est negotium, lacrymis munus totum mihi explendum arbitror: memini namq; peccatricem illam non aliter, non alia vi, quam lacrymis pedes irrigando Christi, Christi veniam, & gratiam consecutam. Hanc ego quæro meis iam culpis amissam, & si pedes lacrymis rigare minimè queam, rigabo saltem lacrymarũ riuulis, loca singula, vbi hac nocte steterunt pedes eius. Et canos respergam meos pretioso Christi effuso sanguine, singula perlustrando loca; & hinc eãdem per viam, qua ligatus, & impetitus venerat Christus, reuertius Petrus singulo quoque gradu gradum sistens, peruenit ad hortum, & lacrymas Christi effuso sanguini immiscuit, & capillos in spongiæ modũ aptãs, totũ ebibit, & indè (vt nonnulli asserunt contẽplatiui) deserta penetrãs, & sicubi aspera mõtiũ, horrida vallũ adinuenit perlustrans; deniq; obscurã, & angustã in specũ sese recipiẽs, ibidẽ perseuerauit sine intermissione orãs, & lacrymãs quousq; dñs ipse resurgẽs a mortuis illi appareus è specu eduxit veniæ totius certiorẽ reddẽs. Clemẽs tamẽ Romanus ait, quod D. Per. exindè quoad vixit, singulis noctibus eadem hora, qua gallus cantauerat, expergefactus, non vltrà dormiebat, sed semper in lacrymis, & orationibus reliquum noctis insumebat tempus: vnde in maxillis eius rugæ quædam, & quasi canales apparebant ex continua, & iugi lacrymarum irrigatione. Oh sanctas lacrymas, oh lacrymas felices (inquit de pontifice summo summus pontifex Leo) *u* Felices, ait, ò Apostole sancte, lacrymæ tuæ, quæ ad culpam diluendam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis: affuit enim Christi dextera, quæ labentem te priusquam deiiceteris, exciperet, & firmitatem standi in ipso cadendi periculo recepisti. Citò itaque ad soliditatem rediit Petrus, tanquam pristinam, &

u Serm. 9. de pass.

Dd longè

longè solidiorem fortitudinem recipiens; vt qui nunc in Christi expauerat passione, in proprio non timeret posteà supplicio; sed constantissimus permaneret. Interim permaneat Petrus sua lacrymans in specu, & ad Christum nos reuertamur, qui coram sacerdotum principe (vt superius expressum est) falsa audiens testimonia, & irreuerentes Caiphæ sustinens interrogationes, & adiurationes ab eodem tandem sententiam tali forma prolatam audiuit. Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiã: quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Vbi Diuus Chrysostomus, x Ab alijs, inquit, exquirit princeps sacerdotum sententiam, dicens. Quid vobis videtur? quasi manifestum sit peccatum, & blasphemia: & quasi cogens, & violentiam inferens, auditores præuenit, dicens. Quid adhuc egemus testibus? Et illi ipsi accusantes, ipsi respondentes, ipsi iudiciũ desumentes, hanc impiam protulerunt sententiam. Reus est mortis. Cæterum, his patratis, sic iniustè, & impiè prolata sententia, omnibus ferè dormitum pergentibus Christus per totam noctem inter carnificum manus dirè diuexatur. Quibus omnibus a Ioanne Euangelista inexplicabili cũ dolore visis (vt nonnulli contemplatiui asserunt) ex Christi præcepto vel saltem interno, discessit: matremque Virginem adijt ea, quæ viderat relaturus, iuxta Christi Domini, eidem matri, in discessu ab ea, factum promissum. Lacrymabundus itaque Ioannes cum peruenisset ad domum, in qua Virgo manebat, intempestiuo noctis silentio ianuam pulsans, domum ingressus, singula, quæ viderat, profusis hinc indè lacrymis, matri Virgini retulit, & discipulorum fugam, & Iudæ proditionem, & Iudæorum, & militum iniurias capturam, vincula, illusiones, cruciatus, denique Petri negationem, accusationes falsas, & mortis sententiam. Quibus auditis, qualesnam putas lacrymas effudit, quales nam lamentabiles sancta cum grauitate protulit virgo voces? Contemplamini vos fratres, vos dicite, estote vos iudices, illa eadem meditantes, quæ Christus corde, & corpore, quæ mater corde pertulit.

x Homil. 85. in Matthaeum.

Secundũ memb.

Ad Christum autem reuertentes, absoluto iam primæ diei itinere, secundum aggrediamur iter, cuius principium lacrymabile, tanquam terminus a quo, fuerunt illa, quæ per totam noctem pro nobis peccatoribus sustinuit Christus opprobria, & illusiones in domo Caiphæ, quę narrant Euangelistæ locis supra citatis talibus verbis. Et viri, qui tenebant Iesum, illudebant ei cædentes, & expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes. Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et confestim aa mane facto, vt factus est dies conuenerunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi, & Scribæ aduersus Iesum, vt eum morti traderent: & duxerunt illum in concilium suum, & cætera, quæ narrant Euangelistæ. De secundo contra Christum inito in domo Caiphæ consilio, in quo iterum condemnato Iesu (dicunt Euangelistæ) & surgens omnis multitudo eorum, vincientes Iesum, adduxerunt vinctum ad Pilatum præsidem. Super quo Diuus Hieronymus, vide, inquit, sollicitudinem Sacerdotum in malum: tota nocte vigilarunt, vt homicidium facerent; ideò vinctum adducunt ad Pilatum. Sic peccatores quicunque per totam vitæ tenebrarum noctem laborãt, vt peccata perpetrent; interim (subdit Hieronym.) Habebant enim hunc morem Iudæi tunc temporis, vt quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent: cum verò adduceretur Christus, subdit

aa Matt. 27. Mar. 15. Luc. 22.

Euan-

Euangelista Matthæus, vbi supra. Tunc videns Iudas, qui tradidit eum, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & Senioribus, dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum: at illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Super quo Origenes *bb* ait. Fortiran qui ingressus in eum fuerat, præsto fuit ei, donec Iesus traderetur Pilato. Postquam autem fecit, quod voluit, recessit a Iuda, quo recedente, pœnitentiam capere potuit infelix homo ille, & si in pœnitentia nil profecerit: recedente enim diabolo ab aliquo, obseruat iterum tempus, & postquam cognouerit, & ad secundum peccatum induxerit, obseruat etiam tertiæ, & quartæ deceptionis locum, quod in Iuda factum est: postquam enim pœnituit, non seruauit cor suum, sed suscepit abundantiorem tristitiam a diabolo sibi submissam, qua voluit eum absorbere: vnde subditur. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Si autem locum pœnitentiæ requisisset, & tempus pœnitentiæ obseruasset, forsitam inuenisset eum, qui dixit. Nolo mortem peccatoris; sed vt magis conuertatur; & viuat. Sed mirum sanè, quod diabolus i, se idest Iudas, cui dictum fuit. Vnus ex vobis diabolus est, pœnitentia duceretur; magis autem mirandum, quod cum omnes habuerit pœnitentiæ partes, non tamen indulgentiam est consequutus; contritione enim, idest, dolore quodam impium cor est concussum, nec potuit non concuti quando vidit Christum sic ligatum, quasi morte dignum, adduci ad Præsidem: ideo a t Euangelista, pœnitentia ductus, confessionem etiam excussit, cum dixit. Peccaui. Ad satisfactionem denique peruenit, cum retulit triginta argenteos. Quare ergò indulgentiam non consequitur? Sanctus Leo Papa talem reddit rationem. Quia (inquit) in impietatis suæ perfidia perstitit, qui Iesum non Dei filium, sed nostræ tantummodo conditionis hominem, sed hominem iustum etiam in extrema mortis suæ pericula credidit: cuius flexisset misericordiam, si eius omnipotentiam non negasset. Alia est Patrum communis sententia, quod diffidauit Iudas, & desperauit omnino de omnipotentis Dei misericordia, ob magnitudinem impij patrati sceleris. Ità Esau *cc* pœnitentiæ locum non inuenit, quamuis lacrymis inquisisset. Sic Saul *dd* quamuis dixerit ad Samuelem. Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, respondit ei Samuel. Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. Sic de maledicto Anthioco dicitur. *ee* Orabat hic scelestus Dominum, a quo non erat misericordiam consecuturus: omnes enim prædicti de misericordia Dei desperarunt, & imperfectè nimis ob sola bona temporalia pœnitentiæ specimen aliquod ostenderunt; non autem propter Dei amorem, nec in Dei misericordia, quæ nulli deest, sicut debuerant confisi. Quare horum experientia discite fratres, menteque reuoluite, quænam peccatorum pœnitentia requiratur, vt veniam a Domino consequi possitis. Sola enim in Christi passionem confidentia, quidquid contra ipsum, quantumuis impiè B perpetrastis, plenè diluere poteritis. His peractis, cæterisque alijs, quæ ab Euangelistis enarrantur, tam in itinere ad Pilatum, quàm coram Pilato ipso, & de accusationibus diuersis, & diuersis interrogationibus, & de remissione ad Hærodem ex eo, quod Galilæus diceretur Christus, & de Hærodis illusione, necnon Christi ad Pilatum remissione, Pilatus denique innocentiam C Christi, satis superque ore proprio testificans, dixit. *ff* Obtulistis mihi hunc hominem: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in

bb Tract. 35. i Mat.

cc Hebr. 12.

dd 1. Reg. 15.

ee 2. Mac. 9.

ff Luc. 23.

homine isto ex his, in quibus eum accusaris, emendatum ergò eum dimittam.
Quod & effecit; nam propositis plebi Christo, & Baraba, petierunt sibi Barabã
gg Io. 19. dimitti, Christum verò crucifigi. Tunc ergò (inquiunt Euangelistæ) gg appre
Matt. 27. hendit eum Pilatus, & flagellauit. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum,
Mar. 15. duxerunt in atrium prætorij, & congregauerunt ad eum vniuersam cohor-
tem: & exuentem eum, clamydem coccineum circumdederunt ei; & plecten-
tes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera
eius, & veniebant ad eum, & genu flexo adorabant, & illudebant ei, & cœpe-
runt salutare eum, dicentes. Aue rex Iudæorum. Conspuebant eum, & accepe
runt arundinem, & percutiebant caput eius arundine, & dabant ei alapas. Et
exiuit iterum Pilatus, & dicit eis. Eccè adduco vobis eum foras, vt cognoscca-
tis, quia nullam in eo inuenio causam. Exiuit ergò Iesus foras, portans spineam
coronam, & purpureum vestimentum, & dicit eis. Ecce homo. Expende nũc
quæso peccator quæ, & qualis sit passus Christus dominus noster pro nobis
peccatoribus, quot irrisionum, & tormentorum genera. Expende, inquam, sin
gula; sed inter cętera considera coronam spineam, & verbum illud. Ecce ho-
mo. De spinea quidem corona Ezecchielem vaticinatum audi, cum ait. hh
hh Ca. 30. Quasi parturiens, dolebit pellusium. Quidnàm pellusium, nisi rubum spinis
complicatum designat? (Secundum Moderni cuiusdam doctoris interpreta-
tionem) Christus ergò tale fuit pellusium, qui spinis coronatus, vt parturiens
doluit non tàm de spinarum dolore, quàm de peccatorum a parturiente aliena
tione. Iste, fratres, rubus est ille Mosaicus, qui comburebatur amoris igne, &
non consumebatur: amor. n. est inexplicabilis Christi erga nos. Soluite itaquè
calceamenta de pedibus. i. peccata deponite ab affectibus, & mundi accedite:
terra. n. in qua statis, terra sancta est, hebdomada sancta, sancti dies, sancta Chri
ii Cap. 6. sti passio, sanctus pro nobis effusus sanguis. Sãcti ergò accedite, & vos, vel san M
ctificãdi, nãq; de hac spinea Christi corona inquit Baruch. ii Et in horto spina
alba, supra quã omnis auis sedet, nempè iusti, super Christi spinea corona resi-
dent eius meritis innixi; sed & serpentes ad spinas confugiunt ad mortẽ quæ-
siti. Confugite ergo eò vos veneno peccati peccatores infecti quasi serpẽtes a
morte æterna ad hanc spineam salutarem coronam, quæ nulli peccatori aditũ
claudit, sed omnes, & expectat, & saluat.

Quod fortè Pilatus ipse nesciens quid diceret, expressit, cũ populo Christũ
Tertium membr. spineam portantem coronam ostendit, dicẽs, ecce homo, ac si dixisset. Homo
ecce nũc homo, qui, si nõ esset perierat vtiq; homo. Ecce (inquã ego) pater san
cte, homo, filius tuus verus; & naturalis, qui, nisi factus fuisset homo nõ sal-
uaretur homo. At quid modò repelles hominẽ, propter quem flagellatus est
filius tuus homo? Ecce, inquam, o mater sancta, homo, qui præ filijs hominũ
speciosus ex te sanguinem sumens prodijt: nunc autem contemplamus eum
despectum nouissimum virorum, in quo non sit species, neque decor. Pro-
pter hæc itaque filium tuum hominem precare pro nobis, præponderant. n. N
incomparabili pondere peccatis hominum filij tui hominis merita. At hoc
in itinere sistamus iam gradum, & ad tertiæ diei nos accingamus, cuius pri-
mos gressus sic numerat Ioan. Cũ vidissent ergo eũ pontifices, & ministri, cla
mabant dicentes. Crucifige, crucifige eũ, quod cum sæpius repetissent, subdit
Euangelista, Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum,
& sedit pro tribunali in loco, qui dicitur litostrothos, hebraicè autem Gabba-

ta,

ta. Et accepta aqua (vt ait Matthæus) KK lauit manus coram populo, dicens. KKC. 27
Innocens ego sum a sanguine iusti huius; vos videritis. Et respondentibus il-lis. Sanguis eius super nos, & super filios nostros, Pilatus volens satisfacere Populo (vt inquiunt Euangelistæ locis suprà citatis) adiudicauit fieri petitionem eorum; & Iesum flagellatum tradidit voluntati eorum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum milites, & exuerunt eum clamydem coccineā, & induerunt eum vestimentis suis, & eduxerunt, vt crucifigerent: & baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum, hebraicè autem Golgotha. Quo in itinere (iuxta Delphum in sua Ierosolyma) ll extra Pilati palatium ll nu. 118
ducentes Iesum per gradus viginti sex, crucem paratam inuenerunt, quæ constabat longitudine pedum quindecim, latitudine pedum octo; hinc ferentem crucē per ciuitatis loca frequentiora, deducentes, Iesum, post confectos gradus octoginta, cecidit ex debilitate (vt par est credere) sub crucis pōdere: & violētia, & impulsibus erectus, iterū post alios sexaginta gradus matrem virginē offendit, quæ sibi cū Euangelista Iohanne occurrebat, cum qua cōplexus cecidit iterū sub cruce, & matrem penè defecit: vnde ibi eodem in loco ab imperatrice Helena in huius facti memoriam ecclesia est erecta, quæ domina spasmi dicitur vsq; in hodiernum diem. In tali porrò congressu Christi cum matre piè tenendum arbitror verba penitus defecisse præ nimio cordis dolore virgini matri, ac modo quodam angelico sic filio collocutam. Igitur fili mi viuis adhuc? adhuc viuis fili mi? & viuis post innumerabilia perpessa tormenta? Et post ferè totum effusum sanguinem? Cui filius. Viuo mater, & viuo non amplius tibi, sed mundo, & pro mundi vita; Et superest adhuc sanguis mox effundendus: supersunt adhuc atrociora in cruce mox sustinenda tormenta. Præsto itaque erit mater dilecta iuxta id, quod tibi a me prædictum fuit, nec non iuxta senis illius venerabilis vaticinium. Mox tuam doloris gladius pertransibit animam. Sustine itaquè mater dilecta mecum, sustine, inquàm, non pro te, sed pro mundo, vt indè, sicut ego perpetuus peccatorum redemptor, sic tu perpetua sis peccatorum aduocata. Sequere itaquè me post me: nondùm enim vltimum accepisti vale, quod acceptura es a me de cruce pendente. Hinc ab inuicem maximo cum corporis, & animæ dolore auulsi, iuxta eundem Delphum, post gradus septuaginta duos, iterum cecidit sub cruce Christus, & hic (vt aiunt Euangelistæ) inuenerunt hominem quemdam Cirenæum, nomine Simonem venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, hunc angariauerūt, vt tolleret crucem eius: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Oh quanta digna est inuidia (vt ità dicam) dignitas, & vtilitas, quam Simon iste vel inuitus crucem portans est consecutus: qui indè Christianus effectus, filios habuit non Christianos modò, sed inter Christianos celebres. Sed oh impiam interim Iudæorum sæuitiam, qui Christi visa imbecillitate, qua exhaustus laboribus, & pœnis, sanguineque vbertim effuso, tanto oneri succumbere videbatur, metuentes, nè, ante grauiora supplicia crucis, expiraret, non pietate, sed crudelitate moti; gentilem hunc ad crucem ferendam post Iesum angariauerunt, quod alio Deus referebat, nempè, crucem Christi datam Christianis ex gentilitate conuersis: qui Christum cruce onustum, ac præeuntem onusti & ipsi sua cruce diuersimodè sequuti sunt. Christus verò suum sequens iter post centum & vnum supra nonaginta confectos gradus, domum offendit virilis illius Veronicæ, quæ viriliter foris egressa, proprio velo Chri-

lo Christi vultum tersit ? in quo Christi imago sacrata impressa remansit, sicut hodiè in Vaticano cernitur. Et iterum post gradus ter centum, & sex supra triginta, extra portam iudiciariam, qua mortis rei duci solebant, egrediens, cecidit in eadem porta, vbi illud ex. letum Dauidicum non ambigendum. *mm* Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum. Et indè post gressus tercentum quadraginta, & octo septentrionem versus, peractos ad mulieres conuersus, verba illa protulit. Filiæ Ierusalem nolite flere super me; sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quo in loco mulierum istarum lacrymæ non fuerunt ingratæ domino; reprensæ tamen, quia ex mala fundebantur opinione, quæ domini mortem tanquàm puri hominis deplorabant. Inluge, dole, & lacrymare, quia tantarum pœnarum causam attulisti; quia tanto beneficio ingratus extitisti, & quia fortassis de tàm atroci passione vix cogitasti. Christum itaquè vel saltem amodò sequere dolens, qui post gressus sexaginta, & vnum iterùm cecidit, & iterùm post gressus decem ad summitatem peruenit Caluariæ montis, vbi a ministris impijs supra quandam positus petram, eum despoliauerunt, & illi dederunt bibere (vt inquiunt Euangelistæ) myrrhatum vinum cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere; & indè per gradus quatuordecim ductus ad locum, vbi crux parata erat, in terra iacens ibi crucifixerunt eum: Et inde per gradus duodecim cruci affixum deportauerunt. Et in petra ad hoc disposita iam, & adaptata, collocata est crux, tali situ, & forma, quòd Christus cruci affixus terga dabat Ierusalem, iuxta illud. Dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. Orate vos, fratres, vt faciem, & non dorsum vobis ostendat. Dicite cum Dauide. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Quod vtinam sic fiat, cùm propter nos, & propter nostram salutem, vt canit Ecclesia, hanc diram, & acerbam passionem, & mortem perpessus sit Christus; qui in cruce pendens septem illa inexplicabili amore, ac sapientia plena protulit verba, e quibus illud solum extremis delibando labijs, quod matri dixit, cum matre contemplemur, nempè, Mulier, ecce filius tuus. & discipulo. Eccè mater tua, &c. De qua regius propheta prædixerat. *pp* Vox domini intercidentis flammam ignis: amoris enim ignem inter matrem, & filium grauissima hæc, & extrema Christi intercidebat vox; amore namque seipsum in crucem egit, amore à patre se destitutum voluit, amore a matre seipsum nunc diuidit, amore omnia quæ pertulit, pro nobis pertulit. Oh ingratos nos, & oh nos insensatos, nisi, vel hæc saltem compuncti meditemur. Pergite itaquè Christi passionem, & mortem in ueniam peccatorum, vel hodiè meditantes. Amen.

mm Psal. 68. *nn Luc. 23.* *oo Ierem. 18.* *pp Ps. 28.*

G

Finis Primæ Partis.

SACRA CONCIONVM CENTVRIA

PARS SECVNDA.

Sub Anno Domini M DC VIII.

Et numerum Concionum anni superioris continuando

FERIA V. CINERVM
Concio XXXVI.

Maxima, ac mirabili Centurionis fide præbente ansam duplicem esse fidem ostenditur viuam nempe, & mortuam, quarum prima adeo necessaria est, vt ea expertes nec æternam gloriam, nec alia quæcunque bona consequi possint; quæ quidem vt perfecta sit, operibus debet splendere communita, quibus deficientibus mortua omnino, & inualida redditur, nulliusque apud diuinum rectorem meriti existit.

COMPARET (Serenissimi Domini) currentis anni sermone primo nobis pronunciando, in hodierna Euangelica scęna magnus miles, qui, ad Christum accessit & orator, & seruus, & Dn̄s, & Christianus, sapiens, prudens, eloquens, humilis, perseuerans, quare & impetrans: Orator, ibi, rogans eum, &c. Seruus, cum Dominum inuocat, dicens. Domine, &c. Dominus, cùm pro seruo rogat, subdens. Puer meus, &c. Christianus, cùm opera Christianæ caritatis explet pro infirmo rogans, iacet in domo paralyticus, &c. Sapiens, cùm solum infirmitatem
A exponit sapientissimo medico Christo, curam omnem, & omne iudicium in ipsum remittendo. Prudens, cùm infirmitatem exaggerat, dicens: & malè tor-

Virtutes & prerogatiuę Cēturionis.

lè tor-

lè torquetur &c. Eloquens; nam breuiter, & luculenter exponit Humilis, cùm ait. Domine non sum dignus, &c. Perseuerans. Quare laudatus, & commendatus imperat, dicente Christo. Non inueni tantam fidem in Israel: & Centurioni. Vade: sicut credidisti, fiat tibi: Cum itaque in tanto virtutum cumulo fidem specialiter commendandam eligat Christus, de hac, & nos breuiter dicemus. Cùm verò fides (ceteris omissis distinctionibus) duplex

Diuisio bimemb. sit; nempè, viua, & mortua: siuè nuda, & cum operibus, primo loco hanc, vt nudam. Secundò, vt operibus indutam considerabimus.

1 Memb. *a In Mat. ca. 8.* Quò ad primum; fideles omnes, non distinguendo, innuit Christus (inquit Haymo) *a* in illis verbis. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum ab oriente enim veniunt, qui statim illuminati, ad fideles transeunt: ab occidente, qui persecutionem vsque ad mortem pro fide tolerant. Vel ab oriente quis venit,

Per Oriẽtem & occidentem omnes fideles cõprehenduntur. *b Dan. 4.* cùm ab infantia seruire Deo cœperit: ab occidente, cùm in ipsa decrepitate ad Deum conuertitur. Et sic vniuersi comprehenduntur fideles. Vt verò mortuam fidem a viua clarius, limpidiusque dignoscamus, aptissimam in medium illam Nabuchodonosoris Regis afferam visionem. Videbam (inquit) *b* & eccè arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia: magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum: aspectus illius B erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea: subter eam habitabant animalia, & bestiæ; & in ramis eius conuersabantur volucres cœli, & ex ea vescebatur omnis caro, &c. Quæ omnia, & singula fidelem fide viua ornatum describunt.

Magna Arbor & fortis dicitur iustus fide viua ornatus. Magnus enim & fortis (vt aliàs diximus) est vir iustus, & pertingens vsque ad cœlum per ius gloriæ, quod assequitur per gratiam adhuc viator: ad terminos verò vniuersæ terræ extenditur per caritatem: quæ nullam accepta: personam, sed in omnes, & proximos, & remotos, & amicos, & inimicos proportionate diffunditur. Et folia exemplorum habet pulcherrima, quibus seipsum exornans, cæteros ad sui imitationem trahens, cooperit. Et fructus virtutum, & operum eius nimius, vt sint esca meriti ad conuertendos de congruo quam plurimos. Quare subter eum habitant animalia, & bestiæ peccatorum, esca meritorum, & exemplorum folijs fruentium. In ramis verò habituum virtutum eius libentissimè conuersantur volucres cœli, nempè, Sancti Angeli Dei. Et hæc fidelis

Status, & conditio iusti fidelis post patratũ scelus. fide viua ornati breuis descriptio: vt inde appareat quàm deterior sit fidelis eadem destituti gradus, & status; subdit enim visio. Et ecce vigil, & Sanctus de cœlo descendit: clamauit fortiter, & sic ait. Succidite arbo- C rem, & præcidite ramos eius; excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugient bestiæ, quæ subter eam sunt; & volucres cœli de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra sinite; & alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt, & rore cœli tingatur, &c. O quàm pulcherrimè describit fidelem fide viua, & Dei gratia destitutum: in eodem namque temporis momento, quo iustus quilibet quantumcumque Deo

Statim post peccatũ succiditur Arbor gratiæ. coniunctissimus, & carissimus peccatum perpetrat mortale, statim fit vox de cœlo, & decretum a Sancto Sanctorum, quo succiditur arbor gratiæ, quæ viuificabat fidem, rami præciduntur habituum, & virtutum; quominus possit meritoriè ad vitam æternam operari: folia excutiuntur exemplorum, in scandalum, & offensionem commutatus; si peccatum non

latcat,

lateat, disperguntur fructus operum, & meritorum eius: ita, vt, etsi in nihilum non redigantur, mortificati tamen, & in tali statu inepti ad vitam æternam quasi dispersi manent. Hinc fugiunt bestiæ peccantium, scandalum ab olim iusto reputato recipientium; & denique Sancti Angeli ab eius conuersatione, qua prius delectabantur, aufugiunt. Quid itaque boni, quid salutaris, quid splendidi remanet in fideli peccatore post patratum scælus? Non aliud, quàm id, quod subditur. Veruntamen germen

D radicum eius in terra finite, nempè, sola fides insusa per radicem, & fundamentum in diuinis litteris, & Sanctis patribus designata remanet in peccatore: fides enim infusa non destruitur, non corrumpitur, nisi per formalem hæresim. Remanet itaque fides post peccatum: & hoc est, quod ait textus. Veruntamen germen radicum eius sinite. Et subdit. Et alligetur vinculo ferreo, & æreo, &c. Namque fidelis iustus, & in gratia, quæcunque opera sua efficit aurea, & aureo alligata caritatis, & gratiæ vinculo, nouo gratiæ augmento, & gloriæ æternæ gradu digna: peccator verò vinculo ferreo ligata producit opera, namque non sunt digna æterno præmio aureo, sed temporali ferreo: nec merentur gratiam, nisi de congruo, misericorditer tamen quousque viator existit, cum eo agit omnipotens: subdit enim visio. Et rore cęli tingatur; nempè, Dei præueniente gratia. Hic itaque fidelis peccatoris status; fide namque mortua solùm gaudet, in arboris radice intacta designata, opera præmij temporalis meritoria, & ad gratiam de congruo disponentia producere potest, per ferreum vinculum expressi, & gratia Dei præueniente, iugiter excitatur, per cœli rorem vltimo loco positum, significata. Ceteris omnibus arborum dignissimis ornamentis superius expressis miserimè, & infelicissimè spoliatus, & destitutus. O infelicem, o miserum peccatorem: abeant nunc qui sola fide mortua gaudere gloriantur. Saltem vel vinculum habeant ferreum bonorum operum; cum dubio procul gra-

Remanet in peccatore post peccatũ sola fides infusa.

E tiæ præuenientis ros iugiter illos vocet, & excitet, dicente patientissimo illo viro, *c* Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit; & rami eius pullulant: si senuerit in terra radix eius, & emortuus fuerit sub puluere truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam; sicut cum primum plantatum est. O Dei miram bonitatem: quasi dicat. Quantumcunque sit præcisus peccator, quantumcunque consenuerit, & emarcuerit in peccatis dummodo aquæ præuenientis gratiæ odorem sentiat, & bona producat opera, rursum virescet, rursum, iustificante gratia, viuificabitur, rursum rami pullulabunt virtutum, & bonorum operum, rursum faciet viridem, & splendentem comam operationum, & meritorum, & vno verbo erit, sicut a principio, quandò per peccatum decidit: & sic fides mortua iterum per gratiam viuificatur: Interim verò manens mortua, vinculo alligatur ferreo: Est itaquè fides ista mortua conuenienter significata per famulam illam, quasi in ferro captiuam Naaman Syri. *d* Quæ videns dominum suum totum lepra respersum, & id satis ægre ferens, magno desiderio flagrabat, vt sanaretur, & mundaretur. Quare suadebat, & excitabat iugiter his vocibus. Vtinam fuisset Dominus meus ad

c Iob. 14.

Ad odorē aquæ præuenientis gratiæ virescit peccator, & gemi-nat.

d 4 reg. cap. 5.

F prophetam in Samaria, profectò curasset eum a lepra, quam habet. Consensit denique Naaman famulæ vocibus, & iuit ad Eliseum, & lotus

est in Iordane septies; & restituta est caro eius, sicut caro pueri, &c. Famula itaquè est fides, & captiua in homine peccatore, quem habet Dominum propter liberi arbitrij vsum: sed leprosum, peccatorum maculis, & lepra respersum. Quare captiua merito dicitur fides, quasi inter barbaras nationes, inter scælera, & peccata. Quod ægre ferens, & Dominum suum leprosum a peccatorum lepra sanari, & mundari cupiens, iugiter persuadet, & instat his, & consimilibus vocibus; vtinam esset Dominus meus ad prophetam in Samaria, profectò curasset eum a lepra sua. Vtinam sanè pergeret peccator ad prophetam, & Sacerdotem in ecclesia, qui in Iordane passionis Christi virtute Sacramenti pœnitentiæ vnica absolutione mundat septies peccatorem, idest, ab omnibus absoluit peccatis per septenarium designatis numerum. Quarè ergo peccator has fidei, quam captiuam effecisti, non audis, & exaudis, iuges persuasiones, & voces? Quarè a tàm deterrimo lepræ statu consurgere non curas? sola namque fide mortua, quasi bestia es effectus: quod innuit suprà citata Danielis visio; cùm statim post explicata verba de tali peccatore subdatur. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei. Audiens verò præfatæ famulæ fidei voces, Angelos ipsos excedere poteris per pœnitentiæ virtutem: etsi enim in multis nos excedant; in eo tamen exceduntur a nobis. Excedit quidem nos Angelus origine; quia ante omnia creatus, naturæ nobilitate; quia spiritus purus, a corpore seiunctus: mansione; quia cœlum inhabitat empyreum. Ministerio, quia Deo assistit, & Dei altissima explet negotia. Intellectu; quia sine temporis discursu omnia intelligit. Voluntate; quia ad malum inflexibilis post confirmationem in gratia, potentia; quia etiam de apostatis dicitur. e Non est potestas, quæ comparetur ei super terram. Motu, quia in ictu oculi ab oriente in occidens, & ab occidente in oriens fit loci ambitus, quia maiorem, & minorem occupat pro libito non circumscriptiuè, sed definitiuè tantum. In his ergo, & centum talibus, Angelus nos excedit. In eo verò illum excedimus, quod per pœnitentiam resurgere possumus, quæ illi est denegata. Quod fortè innuit propheta, f cùm ait. Contriti sunt montes sæculi, & incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Quid itaquè Dei æternitatis itinera, per quæ contriti sunt montes, &c. designantur, nisi iustitiæ punitiuæ passus? sic, post Adæ peccatum, g deambulabat ad auram post meridiem Deus, Adam punire volens. Quid verò montes excelsiores, nisi Angelos, qui nos excellunt? Quid colles humiliores, nisi nos Angelis inferiores designant? Contriti itaquè sunt montes: nam Angeli irreparabiliter corruerunt, quibus inutilis est pœnitentia. Colles verò tantummodò sunt incuruati; quia homines per pœnitentiam resurgere possunt. Hinc eodem Genesis tertio, post commissum peccatum Deus sic processit. Vocauit quidem Adam, dicens. Adam vbi es? & pluribus ipsum interrogauit: & deniquè locum pœnitentiæ concessit; quin & indixit, cùm subdidit. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ; spinas, & tribulos germinabit tibi: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris, &c. Quibus in verbis pœnitentiæ thesaurum Adæ, & successoribus eius largiter concessit.

Contra

Fides famula est operibus est quasi famula, & captiua in homine peccatore cupiens ipsum a peccato sanari.

Fidelis sola fide mortua informatus quasi bestia est effectus.

e Iob. 41.

In multis Angelus nos excedit, nos vèro per pœnitentiam Angelos excedimus.

f Haba. 3.

g Gen. 3.

Hominibus post peccatū relinquitur locus pœnitentie, Angelis vero minimè.

G

H

Contra verò, diabolum nec interrogauit, nec locum defensionis, vel pœnitentiæ vllatenus illi tribuit; sed statim ait Dominus Deus ad serpentem. Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, &c. Et hoc inquiunt Ricardus, & Theodoretus; quia diabolus incapax omninò erat pœnitentiæ, nec mirum (inquit diuus Anselmus) nam, quod hominibus est mors, Angelis fuit casus: Et sicut homines post mortem nullatenus pœnitere possunt; sic nec dæmones post casum a supernis sedibus. Cùm itaquè, fratres, hanc nobis excellentiam concesserit Deus super Angelos, vt pœnitentiam de peccatis agere possimus, hanc toto corde amplectamur, nè quandò præoccupati die mortis quæramus pœnitentiæ locum, & non inueniamus, cum dæmonibus pœnitentiæ incapaces effecti. Quæso, inquam fratres, dùm tempus habemus, fidem nostram per peccatum emortuam, ad vitam

Diabolus erat incapax pœnitẽtiæ

I per pœnitentiam reuocemus.

Et fide viua secundo loco explicanda ornatos, & fortes nos ipsos reddamus; & plantas vsque ad cœlum pertingentes, & patribus illis absolutas, quas superius ex Daniele descripsimus. Indecorum est enim nos Christianos in lege Euangelica summæ perfectionis hac in re ab Ethnicis superari Philosophis. Plato namquè semel interrogatus, Quidnam sibi suauius, & delectabilius hac in vita foret: respondit. Vir loquens eruditè, & concinnè operans, mihi persuauis est musica, gratum gignens concentum, non ionicum, non phrygium, non libycum, sed doricum. Quid nam hisce subobscuris verbis significare Plato voluit? Certè non, nisi dignam Christiano pectore fidem viuam operibus iunctam. Ideò ait. Vir loquens eruditè, & concinnè operans. Sicuti enim ait Dominus noster, *b* non omnes, qui dicunt Domine Domine, intrabunt in regnum cœlorum, sed qui fecerit Dei patris voluntatem. Sic Plato virum eligebat operantem sicuti, & loquentem probè, & eruditè loquentem, sicut, & operantem: quem distinguebat a loquente, & non operante per nationum supra citatas musicas. Ionij namque, Phryges & Libij musicam sol.s vocibus modulabantur: Dorij verò vocibus instrumenta addebant, quæ manibus indigebant, per quas opera designantur. Musicam ergò Doricam appellat Plato sibi pergratam, & persuauem, virum probè loquentem, & conformiter operantem sic propheta regius hoc idem insinuans, *i* primùm inuitat ad musicam vocum, dicens. Laudate dominum de cœlis: laudate eum in voce exultationis &c.

2 Memb.

Fidei nostræ opera sunt addenda.

b Mat. 7.

i Ps. 150.

K Deinde addit instrumenta, dicens. Laudate eum in sono tubæ: Laudate eum in Psalterio, & Cithara, &c. Per quæ opera fidei addenda explicare voluit; vt fides viua, & non mortua esset. Hinc alio in loco ait. K In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis, nocte contra eum: & non sum deceptus. Quæso Dauid Sancte, cur Deum mentis oculis, & corde non quæris, sed manibus? Num palpabilem, & attrectabilem Deum quæris? Num interarer a n, & puluerem dispersum? Qui aliàs dicere solebas. Si ascendero in cœlum, tu illic es. si descendero in infernum, ades. *l* Si sumpsero pennas meas diliculo: & habitauero in extremis maris, &c. Soluit Diuus Hieronymus, quòd in futura vita tantum Deum videbimus facie ad faciem, sicuti est: nec laborandum erit, vt quæramus, vel inueniamus; in præsenti verò cum obscurè per speculum in enigmate, & sola fide ipsum perspiciamus, quærendus est potius manibus, idest, operibus. Et ideò con-

Musica doricanecessaria Christianis.

K Ps. 76.

l Ps. 138.

cinnè inquit Dauid. In nocte huius sæculi. Deū exquisiui manibus meis. i. operibus: sed, si in nocte, cur præmittit in die tribulationis? Sanè, vt ostendat totam præsentis vitæ diem verè tribulationis ad æternæ gloriæ diem comparatam, noctem esse. Cur vero addit, Contra eum? Num opera bona Deo aduersantur? Diuus pater Augustinus & irrefragabilis doctor Alexander Alensis breui, & facili negotio sese expediunt. Et ubi nos legimus contra eum, ipsi exponunt coram eo: & sic nulla est difficultas: Genebrardus verò altiori indagine super hunc eundem locum ex textu hæbreo sic legit. Manus mea nocte extenta fuit contra Deum, & non remittitur manus mea. Quod sic exponit; sine intermissione. Manus mea ad Deum tēditur, donec exaudiat, neq; meam spem fallat, & frustretur. Alludit. n. propheta regius ad Moysis historiā in magna illa pugna contra Amalech, in qua hæc verba leguntur. *m* Cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalech; manus autem Moysi, erant graues. Sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabāt manus eius ex vtraq; parte, & factum est, vt manus illius non laxarentur vsque ad occasum solis: fugauitque Iosuè Amalech, &c. Qua ex historia liquidò constat, quod manus Moysis extentæ perseuerantes victoriam contulerunt, etsi quandò laxabantur, peribat Israel. Sic Dauid manus semper extentas in præsenti vita voluit habere in præfato psalmo ad sui imitationem sic victoriam de Amalech idest de infernali regno reportemus: nempè opera iungendo fidei cum perseuerantia vsque ad mortem. Ideo enim Moyses in figura super lapidem sedit, & manus extentas vsque ad solis occasum habuit: quia & nos lapidi angulari Christo per fidem inhærere debemus, & vsque ad occasum mortis manus ad bona opera extentas perseuerantes retenere. Sic hodiernus Euangelicus inclytus miles in die tribulationis, infirmitatis paralytici serui nocte gentilitatis, sola fide acquisita imbutus, Deum exquisiuit manibus suis perseueranter eleemosynas multas faciendo, synagogas etiam fidelibus (vt melius Euangelista testatur *n*) ædificando, & cætera huiusmodi, per quæ meruit fidem viuam, & veram cum sanitate animæ, & corporis sibi, & puero de congruo, & dispositiuè impetrare. Qua in re pudeat nos a milite vinci ethnico, sola fide mortua contenti, & solo Christiano nomine; rem, & opera penitus abijcientes. Non sic describit Christianum Propheta ille, qui ait. *o* Dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis. Quid ais propheta? Num ornamentum illud muliebre inaurium super os ponendum, & non potius in auribus ipsis, vt vox sonat, & mos tulit? optimè quidem ob mysterium latens: inauris enim fidem significat, quæ per auditū extat, Apostolo teste. *p* Quam ideo super os poni docet propheta, vt iungat fidem cōfessioni, & inde miro artificio, confessionē operibus, & opera fidei. Quare statim monilia manuū, quæ opera designant, aurib. iūgit, dicens & circulos auribus tuis. Et sic iūgit perbellè satis cordis fidē per inaures signatas oris confessioni, & confessionē operibus, & opera iterū fidei per circulos aureos manuū auribus redditos: quod argumentū breuiter, & luculēter expressit Apostolica tuba, dicens. *q* Propè est verbū in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod prædicamus; quia, si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad Iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem, &c. Quibus in verbis fidem viuam explicat Apostolus omnib.

ad

[Margin notes: In nocte huius sæculi quærēdus est Deus operibus potius quā oculis. — *m* Exo. 17 — Manus Moysis extentæ Perseuerantiam designabāt. — Fides in Christo, & perseuerantia in operibus bonis in spirituali certamine nos coronat. — *n* Luc. 7. — *o* Ezec. 16 — *p* Rom. 10 — Vnusquisque iūgere debet fidē suā confessioni, & confessionē operib. — *q* Rom. 10]

[Margin letters: L (beside "nocte extenta fuit"); M (beside "cætera huiusmodi")]

N ad salutem necessariam, quam euangelicus, quasi ante euangelium, vel in ipsis Euangelij ianuis docet imitandam inclytus hodiernus miles, de quo ait Diuus Chrysostomus. r Vide Christianam Centurionis caritatem, qui pro salute serui sic sollicitè festinat, nullum discrimen ponens inter seruum, & dominum: etenim vna est illorum natura, etsi status differens, quid vos Christiani cum seruis, & famulis vestris? Vide Centurionis fidem, quia non dixit, veni: nàm in omni loco esse illum qui non clauditur loco, credit. Vide sapientiam, quia non dicit, salua, sed tantùm infirmitatem ostendit: sciebat enim Christum potentem ad faciendum, sapientem ad intelligendum, misericordem ad exaudiendum. Vide amorem erga seruum: nam dicit, & malè torquetur: nam vnusquisque, quem diligit, etsi modicè fuerit grauatus, grauiùs cum putat habere. Vide humilitatem, cùm dicit. Domine non sum dignus, &c. Quibus in verbis (vt inquiunt Hieronymus, Rabanus, & alij,)) f & specialiter Diuus Pater Augustinus, t dicendo se indignum, dignum præstitit, non in cuius parietes, sed in cuius cor verbum Dei Christus intraret. O magnam fœlicitatem; Christum dominum nostrum sub corporis tectum intra cor, & animam recipere. O vtinam, fratres, ipsum fide viua concipiatis, corde credatis, ore confiteamini, operibus teneatis in vitam æternam. Amen.

Fides viua secundum Apostolũ omnibus est necessaria ad salutem.

r Hom. 42 oper. imp.

f In Mat. cap 8.

t de verbis dom. ser. 6

SAB-

SABBATO CINERVM
Concio XXXVII.

Mundus cum vastissimum sit mare infinitis aduersitatum, atque tribulationum ventibus agitatum diligentissima a transfretantibus illud collocanda est cura, vt præfixum feliciter portum tenere queant; quod vt ipsis ex animo ueniat binas adhibere debent alas, Amoris nempe Dei & dilectionis proximi, quibus tantummodo ad cælestem patriam nobis peruenire licet, veros omnipotentis domini filios, ac Christi discipulos nos exhibendo.

PErpetuus erit mos hoc anno (Serenissima Domina) omnibus diebus, quibus præterito anno concio est habita a nobis sub sua præsentia, loco exordiorum epilogos sermonũ præteriti anni ponere. Quod, vt statim aggrediamur, hoc mane anno præterito de virgine egimus gloriosa, de qua summatim ostendimus, quomodo esset nauis, celestibus plena mercibus, de celo in terrã, & de terra in cœlũ transuectis. Secundò, quomodo fuerit clausa ex inferiori parte omnium generum peccatorum aquis; & quomodo tandem ex parte superiori cœlestibus gratijs, & diuinis priuilegijs aperta. Hodiè in currenti Euangelio quomodo mundus iste mare sit magnum, magnis periculis implicitum. Secundò quomodo, & quibus medijs transfretandum tutissimè, aperiam.

Diuisio bimembris

Primum Membrũ

a Eccl 43

Victoria naualis belli gloriosior est victoria terrestris belli.

De primo, celebris est illa vox sapientis. *a* Qui nauigant mare, narrent pericula eius: sola enim experientia innotescunt; nulla sufficit ars, nulla scientia. Et sicuti (vt notat quidam sapiens, & optimè) valdè periculosiora sunt bella naualia, quàm terrestria; sic gloriosiores sunt nauales victoriæ, quàm terrestres. At Spiritus sanctus ne dum periculosius bellum ipsum nauale, quàm terrestre innuit. Sed etiam ipsummet nauigare valdè periculosius esse, quàm in terrestri bello actualiter certare quotidiè. Nàm hic, vt plurimùm inimici patent, noscuntur, caueri possunt, & quo armorum genere, qua forma, quomodo præliandum sit, manifestè patet. Maris verò pericula omnia nullus vnquã A
nouit: inimicos innumeros latẽtes nullus vnquàm dinumerare potuit; & ideò (inquit sapiens) qui nauigant mare narrent pericula eius. quasi dicat si possunt. Item in terrestri bello semel quis moritur; in mari milliès absque finali morte singulis diebus, & momentis. Hinc per mare mundus exprimitur iste in diuinis litteris, & sanctis patribus; in quo pericula sunt innumera, & inexplicabilia.

Quatuor sunt quæ nauigationem maris pe riculosiorẽ reddunt.

Quatuor autem sunt, quæ principaliter periculosiorem reddunt maris nauigationem. Primum obscura nox. Secundum, maximus maris sinus. Tertium, tempestas valida, siue contrarius ventus. Quartum, naucleri absentia. Quæ omnia in hodierno concurrunt euangelio. Primùm, cum sero esset factum, &c. Et iterùm. Et circa quartam vigiliam noctis, &c. Secundum, erat nauis in medio maris, & ecce apertus magnus sinus. Tertium, & erat ventus contrarius eis. Quartum, & vltimum, & Iesus solus in terra, qui nauta est nautarum.

Mala q̃ superueniunt hoĩ post peccatũ

Sic in præsenti huius mundi mari quatuor hæc incurrit nauigans quicunque Christianus per peccatum mortale: statim namque post admissum peccatum fit peccatori nox, & atra nox, amissa iam lucis gratia. Secundo fit in medio mari, quasi a portu paradisi soluerit, & in altitudinem periculorum mundi, carnis, mortis, & diaboli venerit, sic exclamante propheta in persona

pecca-

peccatoris. *b* Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me. Tertiò contra sic peccantem insurgūt omnium tribulationum venti, vt omnes affirmant Sancti, & Prophetæ. Quartò, & vltimò denique discedit Christus nedum per priuationem gratiæ gratum facientis, sed & per finalem reprobationem a pertinaci, & obstinato peccatore, & finaliter impœnitente. O infelicem talis agitati, & iactati peccatoris nauem. Vide nunc peccator si ades: quibus in periculis versaris, in peccatis diutius immorans. Caue quæso tibi; vt enim cum sensu omnium Patrum, vt supra, & specialiter Diui Patris Augustini. *c* Mare in figura dicatur sæculum hoc salsitate amarū, procellis aduersitatum turbulentum, in illo homines, qui sibi ipsis; & naues sunt. Quoad corpus, & naturæ quoad animam, per peccata, & peruersas cupiditates facti sunt velut pisces inuicem se deuorantes. Quis enim optat hæreditatem alienam, nisi alterius morte? Quis optat magnum lucrum, nisi alterius damno suo? Quàm multi alterius defectione cupiunt sublimari? Quàm multi, vt multa emant cupiunt alia vendere quæ possident? Quomodo se inuicem opprimunt, deuorant, & deuorantur? Cū enim deuorauerit piscis maior minorem, deuorabitur, & ipse a maiore. O piscis male, prædam vis de par uo? efficieris, & ipse maioris præda. Quotidie ista fratres eueniunt, ante oculos sunt nostros, sensu vsurpamus, manu tangimus. Vitemus quæso illa, horreamus propter illum, ad quem sermonem dirigens, exclamauit Propheta. *d* Exaudi nos Deus salutaris noster: Spes omnium finium terræ, & in mari lōgè. Spes, inquit, omnium finium terræ; non vnius anguli, non solius Iudææ, non solius Africæ, vel Italiæ, non solius Oriētis, vel Occidentis, sed spes omnium finium terræ, & in mari longe. Propter istos, inquā, fratres emendemus nosmetipsos, qui & ideo dixit discipulis. *e* Faciam vos fieri piscatores hominū. Gaudeamus itaq; iam in mari capti per fidei retia, & Euangelij: etsi enim adhuc mare seuiat procellis, retia, quæ nos ceperūt, ad litus perducent. Litus est finis maris. ergò & sæculi finis est littus. Interim infra ipsa retia manentes, benè viuamus, non rumpentes retia, nec foras exeuntes, sicut multi faciunt per schismata, & peccata. Capiunt enim retia pisces malos, & bonos, dicēte Christo. *f* Simile est Regnū cœlorū sagenæ missæ in mare ex omni genere pisciū congreganti, quā, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa: malos aūt foras miserunt. Sic erit in consumatione sæculi (Ecce ostendit littus, & finem maris) Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis ardentis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Eia ciues Hierusalē, qui infra retia estis, & boni estis pisces, tolerate malos: nolite retia rumpere; cum malis in mari estis: non eritis in vasis, sic promittente illo, qui spes est omnium finium terræ, & in mari longè.

At quonam modo tutiori, secundo loco, mare hoc periculis tantis implicitū transfretabimus? Propheta quidē Regius tutiorem tradidisse videtur, cum ait. *g* Si sumpsero pēnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Super quo tamen D. Pater Aug. admirans, ait. Quid? non nè ibi erit ille, de quo idem Propheta dixerat. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiā? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum ades. Mirum, si in extremis maris non est, qui & in cœlis adest, nec apud inferos deest. Attamen tutū se facit in extremis maris a facie irati iudicis: sed quomodo? Si sumpsero (inquit) pēnas meas diluculo. Quas ergo pēnas assumet, nisi duas alas, duo illa charitatis præcepta, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ? *h* His (in-

b Ps. 68.

c In Psa. 64.

Mare est figura huius sæculi.

Homines in mundo velut pisces inter se opprimunt, & deuorant.

d Ps. 64.

e Matt. 4.

f Mat. 13.

Retia capiunt bonos, & malos.

Secundū membrū.

g Ps. 138.

Per illa duo caritatis præcepta quasi per duas alas fugie a facie irati iudicis.

h Matth. 22.

(inquit) fugiam a facie tua ad faciem tuam; a facie irati, ad faciem placati. At quonam fugit? In extremis (inquit) maris. Quid verò extremum maris designet, iam ex superius explicatis nouimus: denotat enim sæculi finem. Illuc ergò iam volemus geminis caritatis alijs fulti. Quid tutius? Quid securius? non remis, non velis, sed alis transuolemus hoc turbidum, & periculosum maris sæculum; & in illius extrema figamus spem, & desiderium nostrum; sistamus gradum: nullibi erit nobis requies, nisi in extremis maris. Et si alibi requiem habere voluerimus, præcipitabimur in mare. Nouissima ergo petamus maris: etenim ait: illuc manus tua deducet me; & tenebit me dextera tua, non sinistra: Nam his, qui à sinistra dicentur. Discedite a me maledicti in ignem æternum, &c. Sed dextera (inquit tua; nam qui a dextris, audient. Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, &c. Hoc meditemur fratres carissimi: non amemus mare, nè submergamur amarè, sed in extrema volemus maris: recipiamus caritatis binas alas, amorem Dei, & proximi, de quibus, vt aliquid breuiter dicamus. Primam iam amoris Dei assumamus alam, quæ sic ex diuino præcepto animæ coaptatur nostræ. *i* Diliges Dominum Deum

i 1. Matt. 22. tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est ma- E

Prima ala amoris. xiumum, & primum mandatum, quod sic explicatur a doctore quodam moderno, vt sicuti reperitur sub diuersis terminis ter diligendum esse Deum, nempe ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: sic tripliciter a nobis hoc est præstandum. Primò, reuelando ipsi Deo totum cor nostrum, cogitationes, desideria, volūtates, intima omnia, & omnia secreta nostra eo modo, quo vas liquore plenum, totum effunditur, nil omnino retinendo liquoris, sic nos cor totum coram Deo effundere debemus, dicente propheta Regio.

K Ps. 61. K Effundite coram illo corda vestra; & ratio? subdit. Deus adiutor noster in

Deus est adiutor noster. æternum. O felicem illum, qui cum tanto, ac tali secretario secreta cordis sui quotidie, ac iugiter confert: Deus ei adiutor illius erit, & in omnibus, & singulis in æternum. Secundo additur, in tota anima: namque sacrificium Deo

Cor contritum est sacrificiū gratissimū Deo. nil gratius offerri potest, quā ipsum cor; & sicuti in primo gradu totum Deo reuelatur: sic in secundo totum Deo debet offerri, eodem regio propheta cōmendāte *l* super omnia sacrificia talē victimā illis verbis. Sacrificiū Deo spiritus cōtribulatus: cor cōtritū, & humiliatū Deus non despicies. Et iste amor

l Ps. 50. est ille internus in quo nemo excedere pōt in amādo Deū; sed oēs prorsus de-

m Marc. 12. ficiunt: hic, fundamentū est, & radix oīum bonorū externorū operū, & sine quo nullū est opus bonū externū. Hic est ille, sine quo nullus adultus omni-

Tres gradus dilectionis Dei. no saluari pōt; cū sine multis exterioribus multi saluētur: & qui oīb. est facilior, suauior, delectabilior, & Deo magis gratus; cuius vigore vetula euāgelica illa, q̄ duo tantū minuta misit in gazophylaciū *m* ex Christi sētētia plus oībus misit. Diligamus ergo Deū toto corde, q̄ est pgratiss̄mū Deo sacrificiū: & cū F

n Ps. 118. in primo gradu Deo cor totū aperuerimus, & in secūdo tota dilectione in sacrificiū illud obtulerimus. Tertio denīq; & vltimò additur, & ex totis viribus

In tertio gradu sūt omnes viri perfecti solum Dei volūtatē exquirentes. tuis: nempè tam internis, q̄ externis: & interno sacrificio omnia opera externa nobis possibilia addendo, sic monēte sic normā ex seipso tradente propheta eodem Regio, cum ait. *n* In toto corde meo exquisiui te: nè repellas me a mandatis tuis, & iterū, in toto corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Quo in gradu tertio, & vltimò sunt omnes illi viri perfecti, qui nec mouent digitum, nec oculis annuunt, nisi plenè sīn Dei volūtatem, & bene-

placi-

placitum sic Dauid: *o* Vt iumentum factus sum apud te:& ego semper tecũ. *o Psal. 72.*
Sic diuus Paulus *p* iam prostratus ait. Domine quid me vis facere? Quasi dicat. Nil omninò, nisi, quod tibi placitum fuerit, vmquam faciam. Sic diuus *p Actuum 9.*
G Seraphicus pater noster, ne dùm in Dei voluntatem, sed & in voluntatem ministri Dei se commisit, dicens De prælaro suo pro tempore existente. Et ità volo esse captus in manibus eius; vt non possim ire, vel facere vltra voluntatem suam. Sic diuæ Catherinæ Senensi (vt superiori anno diximus) miro prodigio cor ablatum est humanum, diuinumque Christi est elargitum. O terque, quaterque beatos, qui sic Deo subduntur in omnibus, vt iumenta efficiantur cum Dauide, & semper cum Deo sint numquam ab eo, nec vnguem discedentes, qui cum Paulo solum Dei voluntatem exquirunt, vt efficiant, qui cum seraphico patre capti; & ligati; propriam omninò abnegant voluntatem; qui cum diua Catherina humanam, & propriam voluntatem in Christi diuinam commuttant: & denique hæc est illa omnium saluberrima petitio, quam docuit nos Christus in oratione dominica, nempè: fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Quæ quidem oratio (vt verum fatear carissimi) verè cor meum haurit, & exhaurit; & in qua mihi, magis, quàm in quacumque alia complaceo, & quàm vellem in præcordia, & viscera omnium imprimi, in ora omnium versari, & opere ab omnibus exequi, vt toto corde, anima tota, totis viribus diligeremus Deum. Et hæc prima ad transfretandum ala. Secundam ergò iam assumamus: quæ cum prima vinculo indissolubili connectitur: includit enim amor proximi Dei amorem, & amor *Secunda A la amoris.*
H Dei vicissim amorem proximi, quod fortè innuit Christus, cùm post primum explicatum mandatum subdidit. *q* Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, &c. Hinc Dionysius ille magnus Areopagypta Dei amorem describens, dixit, illum esse bonitatis circulum ex bonitate in bonitatem perpetuò reuertentem. Concedendum est tamen, amorem erga Deum originem esse, ac fontem amoris nostri erga proximum, ac si circinum sumeres, cuius primam partem omninò fixam, & immobilem teneres: Secundam verò circumuolueres quousquè perfectus efficeretur circulus. Sic Dei amorem fixum omninò, & permanens ex præcordijs totis, modo superius explicato, quasi primam circini partem in Deum perpetuo, & constantissimè tenere debemus. Secundum verò mandatum simile huic, quasi secundam circini partem circumducere ad omnes, & singulos debemus proximos. Quod fortè Platonicus ille vir Ficinus noster innuere voluit, cùm ait, Bonitatem, & pulchritudinem stabilem, & fixam permanere in centro, quod est Deus: & indè ad circumferentiam deriuari per suas lineas; & quòd amor, quasi per lineas rectas a centro in circumferentiam, & a circumferentia in centrum protrahi debet, nempè amor Dei in proximum, & amor proximi in Deum. Est itaquè amor iste erga Deum, veluti mundi axis, super quo omnes mouentur orbes, & stellæ omnes: nam super Dei amorem circumuoluitur omnis proximi amor, & veluti ex radice prodeunt omnes rami, & folia in arboribus: ità ex radice a- *q Matt. 22.* *Amor ẽ bonitatis circulus.* *Simi l.* *Apud Platonicos bonitas, et pulchritudo perma-net i Deo quasi in centro.*
I moris Dei in omnes proximos amor. Connexæ itaquè sunt alæ istæ, vti audistis. Quare proximi amor est veluti signum positum a Deo, & Christo domino nostro, quo discernuntur iusti ab iniustis, electi a *Simil.*

reprobis, Christi milites a militibus diaboli, regni filij a filijs perditionis. Sic docuit Christus, cùm ait. r Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine non ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo, dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis; quia numquam noui vos, &c. Quos ergò noscit Christus? Qui fecerit (inquit) voluntatem patris mei, qui in cœlis est. Non noscit ergò prophetas, non Balaam, non Caipham, non pseudo Apostolos, vel quoscumque dæmonia eijcientes, & alias operantes virtutes sed solum qui fecerit voluntatem patris. Ex quo nam signo tales dignoscentur? Non ex alio quidem, nisi ex proximi amore. Sic in illa die dicet. Venite benedicti patris mei, &c. Exuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. Quo modo autem Christum gloriosum pascere potuerunt? explicat se, dicens. Amen dico vobis: quamdiu fecistis vni de fratribus his meis minimis, mihi fecistis. Ecce itaquè signum præcipuum, & præcisum, quo Christus discernit suos; nempè amor proximi. Nullus itaquè cœlum ascendet adultus, qui proximum non amauerit: multi ascendent, qui nec prophetauerunt, nec dæmonia eiecerunt, nec multas alias virtutes fecerunt. Hinc diuus Bernardus ait super Cantica, Quod Deus non acceptauit fratricidæ illius Caim oblationem; quia fratrem Abel non amabat. Hinc dominus noster ait t suis auditoribus. Euntes autem discite quid est, misericordiam volo, non sacrificium: non quod Sacrificium ex se non sit illi pergratum; sed illud numquam acceptabit a non amante proximum. Quare scriba quidam audito ab ipso Christo de dilectione proximi præcepto, ait. u Diligere proximū, tamquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs. Iesus autem videns, quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè a regno Dei. Dilectio ergo proximi includens Dei amorem modo supra explicato ex Christi sententia maior est omnibus sacrificiis, & holocaustis; ità, vt sacrificio ipsius altaris ab eodem Christo domino nostro absolutè præferatur. Sic enim docet. x Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuū &c. Quod sensu supra explicato intelligi debet: Incomparabili namque spatio altaris Sacrificium proximi amorem excellit. Sed illud sine isto nec est Deo gratum, nec offerenti salutare. Et ideò Christus volens huiusmodi proximi amorem, in suos altius infigere, stabiliusque imprimere, cum iam pedes discipulorum lauasset, & seipsum in Sacrosancto illo Sacramento Angelorum pane in cibum eis tradidisset, passioni vicinus, & morti, in hæc prorupit verba. aa Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos: vt, & vos diligatis inuicem. L
In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem, &c. Et ecce expressum signum, de quo dicebam, quod præcisum, & præcipuum posuit Christus in suos. In hoc (inquit) cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Circa quod considerare quæso, fratres, quo loco, quo tempore, quibus præparationibus, lotionibus, purgationibus, mysterijs, Sacramentis, qua vi, quo impetu, quibus amantissimis circumstantijs, proximi amorem Christus commendauerit. Vnam tantum ex multis ego pondero breuiter: nempè horam; nam imminente iam passione, ac morte; quasi memoriale perenne,

Marginalia: r Mat. 7. — s Mat. 25 — Dilectio proximi signū quo Christus discerni suos fideles. — K — t Matt. 9. — u Marc. 12. — Amor proximi includens dei amorem est maior omnibus holocaustis. — x Mat. 5. — aa Io. 13. — Amor est signum quo cognoscuntur discipuli domini.

perenne,& suæ vltimæ voluntatis expressum testamentum relinquere nobis volens,vt vim,& robur ex morte sua iam vicina illi daret,vt diuinè quidem ponderat Apostolus, dicens. *bb* Vbi enim testamentum est mors, necesse est, intercedat testatoris: testamentum enim mortuis confirmatum est, &c. Et subdit. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Et infra. Et sine sanguinis effusione non fit remissio, &c. Si itaque testamentum hominis mortalis in fragili descriptum folio ex testatoris morte vim accipit; quare non testamentum Christi? In corda, & viscera inscriptum non atramento,sed sanguine Dei viui? Si vltima verba in discessu amici prolata, vel hominis morientis tantam efficiunt impressionem, vt nunquam, vel difficilius obliuioni tradantur; Quare non verba tam cara Christi morientis de

Dilectio proximi est testamẽtũ, & memoriale perenne in hora cęnæ expsſum.

bb Hebr. 9.

M proximi amore firmius,ac stabilius cordibus nostris non hærent? Ratio quidem naturalis, & experientia docet, quòd quanto, quid est molle magis, ac magis tenerum,tanto faciliùs in id, quæcunque fit impressio, vt constat de sigillo super cera. Vel de scribente in arenam; sed & commune etiam talia patiuntur damnum; sanè, quod signatum, vel impressum facillimè aboletur, & extinguitur. Contra vero, quod difficiliùs imprimitur, vt in petra, vel adamante,diutius etiam, vel perpetuò perseuerat impressum. Cor itaque hominis præsertim amans suapte natura molle fit,& quasi cera liquescit. At in rei amatæ discessu obdurescit, quasi adamas: ita, vt dùm recipit vltima verba prolata discedentis amati, vt amans, molle est, & facillimum ad recipiendum. Post verò discessum (vti dictum est) obdurescit quasi adamas, (ex dolore namque absentiæ rei amatæ constringitur quammaxime cor) ita, vt perpetuò retineat. Hinc viduæ coniugis morientis vltima verba prolata perpetuò retinent. Sic filii fratris,& amicus amici. Quare ergo & nos verba Christi amoris nostri pro nobis morientis memoriæ non commendabimus perpetuo, vt perpetuo obseruemus? Memini me legisse de nonnullis animalibus, quod dum viuunt,cor habent carneum, & molle: in morte verò ita obdurescit,quòd ignorans secretum, videns illud post mortem iuraret, animalia illa non carneum habere cor, sed petram vice cordis. Sic, & nos

Similit.

Cor amãtis vt cera liquescit, p absentiã rei amatæ cõstrigitur quasi lapis.

N in recipiendo de amore proximi præceptum, quæso fratres cor exhibeamus carneum: in retinendo verò ferreum, & adamantinum, vt obseruemus. Si enim fratres Ioseph, mortuo iam sancto eorum patre Iacobo, hoc solo argumento efficere potuerunt, vt Ioseph post habitis omnibus iniuriis, ab ipsis fratribus, prius passis, illos vehementer amaret, & præ amoris magnitudine in lacrymas erumperet: hoc,inquam, solo argumẽto,quòd Pater Iacob moriens ipsi Iosepho fratrum amorem commendaret. Quare non magis nos ex amantissimi patris nostri præcepto de amore proximi in morte nobis commendato,fratres amabimus? Sic enim inquiunt diuinæ litteræ. *cc* Quo mortuo (videlicet Iacobo patre) timentes fratres Ioseph, & mutuò colloquentes, ne fortè memor sit iniuriæ,quam passus est,& reddat à nobis omne malum,quod fecimus, mandauerunt ei,dicentes. Pater tuus præcepit nobis antequã moreretur,vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro,vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum,&c. Quibus auditis fleuit Ioseph, &c. Sic ego dico fratres. Pater vester Christus præcepit mihi antequam moreretur,imminente iam morte, vt hæc verbis illius vobis dicerem. Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem. Benedicti ergo sint illi filij,qui tanti patris affectuosissimum assequentur præceptum. Contra verò, maledicti erunt in extremis

Cor hominis in recipiendo amorẽ fit carneum,in retinendo vero fit ferreum.

cc Genes. 50.

Præceptum patris in morte quõ obseruãdũ fit à filijs.

maris in fine sæculi, qui proximum non dilexerunt: Discedite enim, dicet, à me maledicti, &c. Quia (vt vno verbo dicamus) proximum non dilexistis. Ah mementote quæso fratres, quod non solū amātissimus Pater vester Christus moriens præcepit mihi, vt verbis illius vobis dicerem, vt diligatis inuicem; sed, & ad hunc eūdem finem sanguinem proprium fudit, & nobis omnibus, & singulis tribuit in potum. Pudeat ergo nos, quòd omnes illi, qui coniurationem Lucii Catelinæ (vt refert Sallustius) ingressi sunt, sanguinem biberunt humanum ex eodem vase, quo perpetuò essent vnius cordis voluntatis vnius, & vnanimes, vinculo indissolubili colligati, sicut & fecerunt quousque id, quod animo conceperant, dirè, atque crudeliter compleuerunt. Pudeat inquam, nos, qui non sanguine humano crudeliter fuso, ad nouum effundendum hostiliter sanguinem, sed sanguine Christi, filii Dei viui largiter pro nobis fuso potati sumus omnes ad finem affectuosum, & carum: nempè, dilectionis proximi: cum adhuc duri, & inhumani persistamus. Nonne videtis mare hoc magnum sæculi huius magnis implicitum periculis? Nonne, sensibus vsurpantis, vos, post commissum peccatum versari in atra nocte, luce gratiæ primi, longè à cœlesti portu in medio confusionis mari, dæmonis, carnis, & mortis cum vento creaturarum, & tribulationum contrario? Quid remoramini ergo? Quid procrastinamini? Quare pennas non induitis certi cum Propheta, quod si sumpseritis pennas vestras diluculo, binas alas dilectionis Dei, & proximi, & mente, & contemplatione habitaueritis in extremis maris; si iugiter considerabitis sæculi extremum illuc manus deducet Christi, & eius tenebit dextera, cum dicet. Venite benedicti Patris mei, &c. Hoc seruate, & tuti eritis. Amen.

Ratione sanguinis Christi sint fideles vnanimes & in dilectionis vinculo colligati.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE.
Concio XXXVIII.

Diuersorum de anima sentientium opinio hoc loco exponitur, ac variæ ipsius definitiones, & qualitates recensentur; quantique sit pretij ac æstimationis panditur: cuius maximam excellentiam inuido cernens oculo Dæmon omnibus nititur modis, vt vilis, atque nullius omnino valoris reddatur, ad hocque & ipse suis conatibus vtitur & alios adhibet socios nempe carnem, & hominem, quorum vterque ferus, ac infestus, sed homo perniciosissimus.

RECVRRENTE nobis annua Dominicæ pugnæ commemoratione, cùm in ea anno præterito Christum assumpsisse tres campos dixerimus: nempè desertum, templi pinnam, excelsumq; montem, in quibus pari exitu, sed armis varijs certatum est hinc inde. In primo campo arma fuerunt diaboli, gula, & Christi esuries: Christi verò arma defensiua, obediētia, & ieiunium; offensiua verò oratio, & Scriptura sacra. In secundo verò superbia certauit Sathan, & quadam vanagloria. In tertio denique Auaritia: Christus, ijsdem

iisdem vbique retentis armis, vbique vicit, & vincendo triumphauit, vt nos Christi milites ad ipsius Capitis imitationem membra diaboli iam victi vinceremus, & vincendo triumpharemus, plurisfacientes vnius, & singulæ animæ pretium, quàm totius mundi simul. Cui animæ subiecto, quasi præteriti continuando sermonem, de ipsius animæ valore primo loco dicemus, & hinc secundo de ipsam impugnantibus, quo resistere possimus. Diuisio trimembris.

Quoad primum, si gentiles petamus insigniores; Anebon, & Abamon Aegytij Sacerdotes, Plotinus quoque Iamblicus, & Iulianus Platonici non Deum tantùm, sed omnem quoque mentem siue Angelicam, siue humanam per immensum se integram fundere voluerunt: ita, vt huiusmodi spiritus absque mutua confusione sibi inuicem insint vbique, quemadmodum diuersi virtutum habitus in anima, & diuersa colorum simulacra in aere: adeò, quòd eundem ferè valorem, & dignitatem animæ tribuebant nostræ, quàm ipsi Deo. Nimium re vera, & absonum animæ tribuentes, vt fidelibus auditoribus notissimum suppono. Mitiùs nonnulli alij de anima sensere Platonici: in quinque namque gradus vniuersam distribuere entium coordinationem. In primo, & eminenti gradu in arce naturæ Deum ipsum constituentes. In secundo, post Deum, Angelos ipsos. In infimo verò omnium, corpora, & magnitudines. In secundo verò prope infimum qualitates actiuas corporeas: Animam denique inter illa summa, & hac infima constituebant mediam, quam meritò essentiam nominabant mediam, ac tertiam, quoniam ad omnia media est, & vndique tertia: siue enim à Deo descenderis, siue a corpore ascenderis, tertio gradu hanc reperis. Et ita concinne, & ad suprema, & ad infima comparando animam, conuenientiæ, & disconuenientiæ symbola retinet. Deus namque semper est; uiuit semper, immobilisque manens, cuncta mouet: Angelus verò, si futurum respicias, semper est, viuit semper, mouens mobile, & corporis expers. Corpus verò nec viuit, nec mouet se liberè: qualitas autem etsi non moueat se liberè, tamen supra corpus viuit. Anima itaque media viuit supra corpus, mouet se liberè supra qualitatem; corpus viuificat, & informat infra Angelum, mouetur infra Deum: at semper est, & intelligit cum Deo. Rectè igitur dicunt Platonici, super id, quod est in parte temporis, esse illud, quod est per omne tempus. Super illud rursus esse, quod est per æuum; & denique super id æuum ipsum existere: nempè ipsam Dei æternitatem. Sed inter illa, quæ sunt æterna solùm, atque illa, quæ solùm sunt temporalia, esse animam quasi quoddam vtrorumque vinculum. Est ergo anima ex Platonicorum mente cingulum, vinculum, fibula, & ligamen vniuersi. Quare maximi pretij, perfectionis maximæ. At cum Theologis limpidius, & clarius, sed breuiter, dicamus, animam esse perpetuam vitam, ad imaginem Dei factam per memoriam, & intelligentiam, per uoluntatem, & amorem, per actus primos secundis iunctos; quæ, & rationalis est, virtutis capax, & vitii, præmii, ac pœnæ susceptiua, arbitrio libera, potentiis, actibus, habitibus, affectibusq; innumeris ornata; sine pondere, carens figura, non habens colorem, vndique perfectibilis, eo grandis; quia æternitatis capax: eò recta; quia naturaliter appetit rectum: eò bona; quia diuinam participat bonitatem; Quæ anima nuncupatur; quia corpus animat, mens dum ad sublimia extollitur, animus, dum speculatur, voluntas, quia vult, ratio, quia discurrit, iudicium, quia iudicat, dictamen, quia dictat, spiritus, quia spirat,

Primum Mẽbrũ. Falsa, & eronea Gentiliũ sentẽtia de anima intellectuali.

Gradus, & ordo entium.

Apud Platonicos anima est cingulũ quoddã vniuersi.

Definitio animæ apud Theologos.

rar, memoria, dum recordatur; sensus, cùm sentit. Quæ omnia, & singula non essentiæ pluralitatem; sed numerum, & effectuum dicunt multiplicitatem, cuius tres sunt actus principes: nempè vegetare, sentire, & intelligere. C Qui etsi in plantis, & brutis distinguantur, in homine tamen vnius, & eiusdē animæ sunt actus: Et in quo homine vegetatiua tres perfectas habet uires, Generare, nutrire, & augere. Prima inest homini propter speciem. Secunda propter indiuiduū. Tertia propter eiusdem indiuidui complementum, & perfectionem. Nutritiua autem in eodem quatuor, habet uires. Attrahere, digerere, retinere, & expellere. Sensitiua, duas. Operari, & appetere: & hoc intus, & foris: foris per quinque sensus corporis, visum, auditum, gustum, olfactum, & tactum; intus per sensum communem, imaginationem, æstimationem, phātasiam, & memoriam latius cum nonnullis distinguendo.

Differentia & discrimen inter vegetatiuū sensitiuū & intellectiuū.

Omnia porro ista Ethicus ad tria reducit. Primum, quod, nec habet rationē, nec rationi subest. Secundum, quod in se quidem ratione caret sed rationi tamen subiicitur. Tertium, ipsamet ratio. Primum est uegetatiuum, & nutritiuum animę. Secundum sensitiuum eiusdem. Tertium denique intellectiuum quod comprehendit intellectum voluntatem, & memoriam cum actibus secundis, in quibus cum primis coniunctis, consistit (vt præfati sumus) perfecta Dei imago. Et hæc omnia, cū naturalia tantūmmodo sint, pretiū animæ, naturale tantummodo innuūt: Est verò aliud ipsius pretium, tū morale, tum diuinū. Contingit enim in anima, veluti si quis celebris, & insignis pictor D pratum omnis generis floribus, & coloribus respersum videns, illud in tabula parata pingere conetur. Pratum enim quidem totū subito se monstrat, & subito pictoris appetitū accendit; ex quo motus nō tamen subito totū pingit,

Similit.

sed paulatim diligenter, exquisitè, & distinctè illud considerans, per plures motus, & partes illud pingit: modo vnum florem, modo alium inspiciendo, & concipiendo, & conceptum similiter pingendo. Sic anima rationalis perpetuo quodam lumine ipsius naturæ cœlitus indito; de quo prophœta Regius. a Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Hoc, inquam, lumine anima perpetuo Deum quodammodo uidet, cogitat, contemplatur, seque ipsam apperit naturaliter, ad ipsius Dei similitudinem pingere, cuius est imago, tum speculatione, tum moribus, atque actione uaria, & multiplici sese formando. Infusio ergo, quæ a supernis manat in animam, vna, stabilis, subita fit, & æterna; & quantum in se est similia quoque in anima operatur, nēpe subita, stabilia, æterna (vt more loquamur Platonico) Quod autem operationes animæ, & opera paulatim tempore, ac successiue fiant ex propria animæ natura supernis imbecilliore procedit.

a Psal. 4.

Anima lumine indito cogitat, & contēplat.

Similit.

Sic sol ex seipso lumen habet: infundit ipsum in stellas momento, stelleque totum subito accipiunt lumen, E manetque semper. Similiter plenissimum sol idem lumen in Lunam infundit momento: Luna verò non suscipit ipsum totum subito, sed tempore successiue, ac varie, sicut per vicissitudines, ac naturam suam in Solem variatur, crescit, decrescit, prout se in illum vertit, vel ad illum accedit, vel ab eodem recedit. Angeli itaque se habent ad Deum, sicuti stellæ ad solem: anima verò, quasi Luna, quæ paulatim suam perfectionem proficiendo acquirit, vel deficiendo amittit; secundum quod uel accedit magis, uel recedit a Deo optimo maximo, cuius est imago, & a Christo, qui oīs perfectionis eius est norma vnica, & vnicus eiusdē redemptor. Viuit itaq; anima nostra, vltra naturalem vitā, vita ideali gratiosa, diuina, & gloriosa, vita ideali nobilius, & per-

Anima paulatim pfectionem acquirit.

Duplex vita animæ naturalis & idealis.

fectius

fectius quã in seipsa, viuit in Deo,& in verbo, in quo sic viuunt omnia, vt secretarius ille intimus Christi de fonte ideali asseruit, q inde hauserat, dicēs. *b*, Quod factū est, in ipso uita erat. Vita gratiosa uiuit anima per fidē,& caritatem infusam, vti diximus feria quinta proxima præterita, distinguendo inter fidem uiuam, & mortuam. Viuit vita diuina; & hoc dupliciter. Vel per hypostaticam vnionem: & hoc solummodo Christo homini conuenit. Vel per sumptionem eiusdem Christi sacramentaliter, & spiritualiter in sacrosancto Eucharistiæ sacramento; & hac viuunt omnes fideles, qui digne accedunt, & digne recipiunt, & de hac dixit Christus. *c* Qui
F manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Et iterum, nisi manducaueritis carnem filii hominis,& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis. Et iterum Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Viuet denique vita gloriosa postquã è corpore migrauerit, & cęlum scanderit empyreum gloriosa effecta, vel seipsa sola, vel corpori post resurrectionem vnita. De primis ergo duabus viris loquendo, non potest anima suum pretium, ac dignitatem amittere: cum enim sit immortalis, viuet semper vita naturali secundum statum sibi successiuè competentem,& similiter vita ideali. Proficere verò quam maximè potest in aliis duabus, nempè vita gratiosa, & diuina sacramentali quousque perueniat ad supremam gloriosam in cęlis. Hic itaque viribus totis incumbendum, vt in vita gratiosa per bona opera, per conscientiæ a peccatis purgationē, & mundationem, vel per contritionem, vel certius per confessionem sacramentalē: & indè per omnium virtutum exercitia, & actus proficimus, & denique per frequentem sumptionem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti: quo cum peruenit dignè anima, tanti est valoris, tanti est pretii, vt nullus intellectus capere sufficiat,& multò minus nulla possit explicare lingua; Mundus totus cum suis omnibus nullatenus est animæ tali comparandus: diuitiæ nullæ, nullæ opes, nulli thesauri, qui sunt, vel fuerunt omnium principum, regum, & monarcharum, vel minimam partem adæquant valoris,& pretii animæ talis. O infelices igitur, o uerè mentecaptos, qui propter leuem,& breuem sensus voluptatem tale, ac tantum inexplicabile dissipant, & amittunt animæ
G pretium. Hoc eodem argumento vrgebat sanctissimus ille, & solidissimus Apostolorum primas *d* cum ait. Non enim redempti estis corruptibilibus auro,& argento, sed sanguine pretioso, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Quasi dicat. Nil aliud omnino quanticunque valoris, & pretii sub cęlo poterat animas redimere, sed solus Christi filii Dei viui pretiosus, & viuus sanguis. Hoc recolite fratres,& sufficit. Hoc recolite,& nunquam peccabitis. Hoc, inquam, recolite: etsi peccaueritis aliquando, statim conuertimini de vana vestra cōuersatione, ex eo solum, ut dixit S. Petrus. Quod scitis vos non corruptibilibus auro, vel argento redemptos, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, Hoc, inquam, iterum, recolite, & securi permanebitis tum grande, tum diuinum ponderantes animæ pretium contra quoscumque illam impugnantes.

Qui secundo loco veniunt a nobis aperiendi; qui, etsi multi sint, ad tres tamen principales nata, & concinna breuitate propheta reducit regius, *e* Deum alloquens his verbis. Induxisti nos in laqueū; posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Per quæ tria, vt ingeniosiss-

b Ioan. 1. Anima primo viuit vita naturali: secundo vita gratiosa per fidē: tertio sacramentaliter in Eucharistia: quarto hipostaticè, & hæc conuenit animæ Christi solum: quinto vita gloriosa in Cęlo. *c Io 6.* Non pōt anima amittere vitam naturalem, neque vitam idealem. *d 1. Pet. cap. 1.* Secundū Membrū *e Psal. 65*

Tres impugnationes animæ, prima a Dæmone, secūda a carne, tertia ab homine.

geniosissimus adnotauit modernus doctor, tres principales, animam impugnantes exprimit, dæmonem, carnem, & homines. Et primo per laqueū dæmonem signat: quemadmodum enim laqueus abscondite, & dexterrimè inter uirentia folia, vel uirentes herbas ad capiendas feras extenditur: Sic diabolus abscondite, & quasi insensibiliter nos rentat illecebris, sensuum voluptatibus, & mille suauissimis modis, quasi laqueis nos capit, & comprehendit. Ideo per laqueum exprimitur. Caro autem secundo loco per tribulationem in dorso nostro: sicut enim dæmon extra nos positus manet; sic intra nos ipsos in dorso nostro manet iugiter caro; & est nobis iugis, ac magna tribulatio, si namque illam nutrimus, statim recalcitrat; Si illam nimium affligimus, nos destituit in muneribus obeundis; adeo quod etiam diuinus ille uir, & hac in pugna expertissimus, hac tamen tribulatione, quasi victus & prostratus, hæc verba fati coactus est. *f* Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quasi dicat. Nullus: nisi id, quod subdit, nempe, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Et quænam huiusmodi mors corporis, cum adhuc viueret Apostolus? Non alia sanè, nisi carnis tribulatio, quæ nobis omnibus continua est mors, dùm viuimus, & de qua idem Paulus se explicans dixerat. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et iterum. Non enim quod uolo bonum hoc ago: sed quod odi malum illud facio. & alibi. *g* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. O si tantus, ac diuinus vir, diuina repletus gratia vix huiusmodi carnis tribulationem sufferre poterat, vt ex ea infelicem se reputaret, & reprobus effici timeret; quid nos miseri, & infelices? nec tamen ea est, uel potentior, vel crudelior impugnator, sed gradatim proceden do, Sanctissimus, & expertissimus Dauid in primo gradu constituit dæmonem, in secundo carnem per non ingratas metaphoras. In tertio uerò, & supremo expressissimè, & sine ulla metaphora homines. Malus enim Dæmon, peior caro, pessimus est impugnator homo. Ideo Dæmonem per laqueum extra nos existentem, carnem per tribulationem in dorso; homines vero super capita posuit, quasi animam totam obruere, & opprimere volentes perdere, & euertere funditus. Pondus quidem super dorsum equus facilè portat: super caput verò nec portabit, quin & succumbet: Quid plura? Hoc eodem Euangelio liquido constat discrimen inter diabolum, & homines. Dęmon etenim Christum adortus, hodie in prima tentatione lapides quidem porrexit, sed humane, & ciuiliter dicens: si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Quid uerò homines, cum ad lapides recurrunt? Tulerunt (inquit alius Euangelista) *h* lapides, vt iacerent in eum. Item in secunda tentatione, super pinna templi ciuiliter, & sub gloriæ prætextu ait Sathan. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te; & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Homines verò (vt alius refert Euāgelista;) *i* Duxerunt illum ad supercilium montis, vt præcipitarent eum. Denique in tertia, & postrema tentatione, cum vellet a Christo adorari, consimilibus modis maxima cum dexteritate in monte illo excelso ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum: & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo,

f Rom. 7.

Carnis tribulatio conti nua omnibus est mors dū viuimus.

g 1. Cor. 9

Impugnatio hominis est lōge peior duabus aliis impugnationib.

h Ioan. 8.

i Luc. 4.

H I K

bo, si cadens adoraueris me. Homines verò volentes Christum cultum sibi debitum auferre, & post habitum habere, Crucifige, Crucifige, inquiunt: & ratio? Quia Filium Dei se fecit. Hinc Dominus noster vnico verbo de manu Sathanæ se liberauit, dicens. Vade Sathana: scriptum est enim Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et tunc reliquit eum Diabolus. Vt verò de manu hominum se eriperet, miraculo sibi opus fuit: & semel euanuit ab oculis eorum; & transiens per medium illorum ibat. *k* Et iterum; *l* abscondit se, & exiuit de templo. Incomparabiliter ergo peiores sunt homines Dæmonibus, quod innuere volens sanctissimus ille Patriarcha Iacob ait. *m* Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia: sunt enim homines mali, & impij singuli, non singulares bellatores, & impugnatores, sed vasa bellantia: nempè, instrumenta, multa bellorum, & armorum genera continentia, & ideo vasa (inquit) iniquitatis bellantia. Hinc Diuus Gregorius ait, Dæmonem per seipsum pedestrem esse militem: hominum verò opera, in quibus tanquam in vasis, & instrumentis bellat, equitem esse fortissimum, & insuperabilem. Sunt itaque homines impii (vt vulgus

k Luc. 4.
l Ioan. 8.
m Genes. 49.

L ait) Dæmones incarnati, inferno toto crudeliores, & potentiores. O quot virginitates, quot fides matrimoniales prostrauerunt, & conculcarunt homines, quas numquam Dæmones eliminare potuissent? Quot pessimas vsuras, quot inhumanissima homicidia, & cætera huiusmodi perpetrant homines suis dolis, minis, promissis, muneribus, & cætera quæ numquam vel inuenissent, vel perpetrassent Dæmones? Mirum sanè, quòd homines ipsi inæstimabile animæ pretium ita flocci faciant, vt nedùm salutem eius non exquirant; sed è contra, tota vi, & conatu ipsam perdere penitus, & funditus euertere conentur. Non sic Dominus noster, qui sui sanguinis pretiosissimo pretio animas redemit: vnde in ipsius persona cecinerat Dauid. *n* In Idumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt. Et Pagninus legit. In Idumeam proijciam Chirotecam meam: & addit. (In eo, quod agit, de tabernaculo linguæ sanctæ) quòd mos fuit antiquorum in obsidione alicuius Ciuitatis in signum, quòd nunquam discessuri essent quousque ciuitas capta esset, pugionem, vel chirotecam in ciuitatem proijcere. Dicit itaque Dauid. In Idumeam proijciam chirotecam meam: mihi alienigenæ subditi sunt. Quasi dicat. Nūquam cessabo ab hac nobili pugna, & glorioso certamine obsidedi Idumeam, idest mūdum totum per Idumeam, ex gentibus significatum, quousque mihi subditas faciam omnes animas per peccatum quodcūque a me alienas: in cuius signum meam chirotecam in mundi ciuitatem proijciam. Quam verò chiro

Homines impii sunt valde crudeliores inferno.

n Psa. 59

Christus in mūdo proiecit carnem, & sanguinem ad redimendas animas.

M tecam proiecit Christus? Scitis carissimi, quod tam chiroteca vt legit Pagninus) quam calciamentū (vt nostra habet editio vulgata) ex pellibus fiunt animalis mortui: filius verò Dei nostram assumpsit carnem mortalem, quasi calciamentum, vel chirotecam in manus, & pedes, in ea, & ambulans, & operans Vnde ad chirothecam alludens idem propheta Regius verbi Incarnationem exposcens, ait, ò Deum alloquens, Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & cętera. Quasi dicat. Emitte manum, quæ est verbum tuum ad chirotecam induendam carnis nostræ; & indè Psalmo superius citato in persona verbi iam incarnati ait. In Idumeam proiiciam chirotecam meam, nempe humanitatem mortalem, quam

o Psalm. 143.

Per calciamentum humanitas Christi intelligitur.

Gg assumpsi,

assumpsi, ad redimendas animas per peccatum alienigenas. Proiecit ergo Christus pretium pro animabus nostris, carnem, & sanguinem suum: & ideo iure optimo merito monebat nos sanctus Petrus illis verbis. Non enim redempti estis corruptibilibus auro, & argento, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. Hinc fratres colligere potestis ipsius animæ (vltra perfectiones naturales innumeras,) pretium in appretiabile. Hinc Christi potentia fulti, arma sumere poteritis contra eiusdem animæ impugnatores laqueum, tribulationem, & homines; nempè, Dæmonem, carnem, & mundum per homines mundanos, & impios expressum. Sed proh scęlus, proh nephas: quot sunt Christi desertores? Quot Christo terga dant? Quot Dæmonibus associantur in prælio? & ipsis maximo sunt adiumento; ita, vt Dæmonibus ipsis longè peiores existant? Vtinam saltem, vel amodo conuertantur, & propriæ animæ inæstimabile cognoscentes pretium, alias diligenter ad salutem exquirant, vt propriam a perditione liberent æterna, æternum consequentes præmium, & pretium. Quod concedat ille, qui proprio sanguine nos redemit. Amen.

FERIA III. DOMINICAE PRIMAE Quadrag. Concio XXXIX.

Peccatoris anima bombardæ assimilatur, sicuti enim bōbarda puluere, ac alijs requisitis munita per solam scintillam ignis maximam commotionem præstat; sic peccatrix anima, si a Cœlesti Creatore solam per inspirationem inflametur, inexplicabilem patitur commotionem, quæ non aliunde nascitur, nisi ex ingressu Christi, & admirabili virtute sanctissimi nominis Iesu, a quo non eximia tantum, sed penè portentosa procedunt miracula.

a cap. 5.

DESCRIBIT Spiritus sanctus in canticis *a* mirabilem sponsæ actionem: primò namque in cubili recumbentem, & dormientem constituit, ijsque verbis loquentem. Ego dormio, & cor meum vigilat: qua sic manente, aduenit sponsus, cuius aduentum sic ipsamet refert. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium; cui sic pulsanti; & vocanti ingrata respondit sponsa. Expoliaui me tunica mea: quomodo induar illa? Laui pedes meos: quomodo inquinabo illos? Quibus prolatis ingratis vocibus (subdit sponsa,) Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Talis vtique mysticè est animæ

Anima peccatoris iacet per peccatū, & vigilat p remorsū cōsciētiæ.

animæ status post admissum peccatum mortale: primò namque iacet quasi prostrata in peccati cubili, qua sic iacente, vigilat cor eius: nempe remorsus conscientiæ, & cordis synderesis. Vnde quilibet peccator sic conscientiæ stimulos, & remorsus sentiens, dicere potest. Ego dormio, & cor meum uigilat. Quibus conscientiæ remorsibus sic vigilantibus,
A & pulsantibus aduenit Christus diuersis uocationibus tum internis, tum externis quærens ingredi animam per gratiam, suauissimisque illis verbis instans, & uocans. Aperi mihi soror mea; quia talem te feci per carnis assumptionem, amica mea per naturam, quam & talem per gratiam efficere cupio. Columba mea; nam talem per Spiritusancti infusionem te formabo. Immaculata mea, quam proprio sanguine sic laui, vt perpetuo immaculatam seruarem. Aperi mihi ergo, aperi mihi, quia caput meum (nempe Christi Diuinitas per caput signata) plenum est rore, sane diuinæ gratiæ, quam effectiue dat Christus, vt Deus. Et cincinni mei guttis noctium, idest humanitas per cincinnos designata Sicut enim cincinni hærent, & nituntur capiti: Sic humanitas Christi uerbo innititur per unionem hypostaticam, qui cincinni guttis noctium pleni describuntur propter innumerabilem meritorum Christi multitudinem, tum ex nocte passionis ultima, tum ex totius uitæ decursu, uigilante igitur conscientia hominis in peccato iacentis, & dormientis Christus iugiter vocat per gratiam ingredi uolens, quam effectiue, vt Deus; meritorie, vt homo largiri uellet. Quid ad hæc ingratissimus peccator? Vtique torpet, languescit hoscitabundus iacet. Hi sunt omnes illi procrastinantes uiri, qui cõtra conscientiæ stimulos quotidie recalcitrant, & Christi uocib. resistunt de die in diem; quod totum, per illas exprimitur uoces. Expoliaui me tunica mea: quomodo induar illa? Laui pedes meos; quomodo inquinabo
B illos? Et quos etsi ingratos: volens tamen, amore flagrans, conuertere Christus, efficaciorem vocationis gradum expetitur. Vnde subditur. Misit manũ suam per foramen; & venter meus intremuit ad tactum eius. Quando uidelicet Christus cor tangit, speciali quodam tactu, vel etiam terrefaciendo, ad quem uix potest non commoueri anima. Sic hodie mysteriose speciali quodam ingressu ingrediens Ierusalem, commota est (inquit Euangelista) vniuersa ciuitas, &c. Mystice itaque nos de animæ commotione primo loco, & secundo de commotionis ratione dicemus.

Christus speciali vocatione quandoque peccatorẽ uocat. b Mat. 11

Diuisio trimembris.

Primum Membrũ. c Luc. 11.

Magna commotio fit in anima peccatoris aduenięte Christo per gratiam.

Quoad primum non potest permagna, & perualida non fieri commotio ingrediente Christo in peccatoris animam, per peccatum iam præoccupatam. Quod argumentum ponderauit aliquando idem Christus, cum ait. c Cũ fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia, quæ possidet: si autem fortior illo superueniens uicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat: & spolia eius distribuet. Quibus in uerbis aperte nimis describit peccatorem a dęmone possessum, super quem tyrannus dęmon tyrannidem percrudelem exercet suam. Vnde aduenìens Christus magna fit peccatoris commotio. Commutantur namque habitus, affectus, inclinationes, operationes, exercitia; expellitur peccatum, infunditur gratia, fugatur mors, accedit vita, tyrannus eiicitur, & verus acceptatur dominus. Quid plura? Quod efficit anima in corpus, hoc idẽ & multo excellentius explet Christus in anima per gratiã. Quid autem corpus anima priuum, & destitutũ? Dicatis uos, si unquam cadauer animaduertistis; illud, vero, informante anima, nutritur, uegetatur, augetur, mouetur, videt, audit, & cetera omnia per

Similit.

Per Christi gratiā viuit, & operatur.

d 1. Cor. 15.
e Act. 17.
f 2 Cor. 13
g Luc. 1.

per ipsum explentur, de quibus supra dominica præterita. Sic anima sine C
Christi gratia est veluti cadauer: per gratiam verò est totum id, quod est,
dicēte Apostolo ore omnium. *d* Gratia Dei sum id, quod sum. Et alibi, Hoc
idem innuere volens, ait. *e* In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Et alibi
f Nam, & nos infirmi sumus in illo: sed viuimus cum eo ex virtute Dei in
nobis, &c. Sic Ioannes Baptista in materno uentre quasi mortuus, & sine sen
su manebat, per peccatum originale expers gratiæ adueniente vero Dei
matre, & Christi gratia pueruli animam informante, statim in angusto ven-
tre saltare, ac tripudiare cœpit, dicente Elisabeth. *g* Ecce, ut facta est uox sa-
lutationis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Sicu

Anima sine gratia Dei frigida, & immobilis manet. Simil.

ti enim bombarda etsi munita plene; attamen per seipsam dura, grauis, frigi-
da, & immobilis manet; puerorum etiam, & mulierum ludus, statim vero,
quod accedit librator, vix tangens paratum munitionis puluerem ignis scin-
tilla minima: Et ecce repente tonās, & fulgurans, irrumpit, globos proiiciēs,
quibus quidquid occurrit, dissipat, & euertit. Ita cor hominis, & anima quã i
bombarda munita quidem naturalibus donis: tamen sine Dei gratia frigida D
manet, grauis, immobilis, & insensibilis ad opera uitæ æternæ meritoria.
Sed uix accedit diuinus librator, suæ gratiæ igne cor tangens; quod
de repente uides Saulum fieri Paulum: & quasi bombarda tonare, & ful-
minare in omnem terram, & in vniuersum prorsus orbem. Sic peccator
quilibet diuinæ gratiæ igne tactus, O quot commotiones; statim uides præte-
riti, & commissi peccati dolorem intensum, & internum propositum
corrigendi uitam in futuro; determinationes mittendi scorta, seruiendi
Deo, & cetera huiusmodi. Quæ expertus expertissimus ille propheta

h Psa. 72.

regius hac sub eadem bombardæ metaphora, de seipso ait. *h* Inflam-
matum est cor meum: & renes mei commutati sunt; & ego ad nihilum reda-

Per aduētum gratiæ quo ad vitã veterem ad nihilū reducitur.

i Gal. 2.

ctus sum. Ad nihilum enim reducitur peccator quoad vitam ueterem, quo-
ad præteritas vanitates quoad vanas conuersationes; & inflammatur quasi
bombarda in Dei amorem, & proximi: & commutatur in omnium uirtutum
actus, & exercitia. Sic diuus Paulus hoc idem sentiens, exclamabat. *i* Viuo
autem ego; iam non ego: uiuit verò in me Christus. Sic dictum fuit Sauli a
sanctissimo illo uate Samuele. Insiliet in te Spiritus domini; & mutabe-
ris in uirum alium. Sic commutatur perfidus in fidelem, impius in
pium, iniustus in iustum, carnalis in castum, auarus in liberalem, su-
perbus in humilem, &, vno uerbo, omnis generis malus in omnis ge- E

K 1. Reg. 15.

neris bonum. K Sic arca illa Dei, quæ Christi futuri expressissimus
fuit typus, quocumque perueniebat, omnia commouebat, adeo,
quod in templo Dagon constituta, statim corruit, & consternatus,
est Dagon manibus abscissis, & capite obtruncatus: ita quocum-
que ingreditur Christus per gratiam, commouet omnia; præser-

Quando ingreditur Christus per gratiam comouēt omnia.

tim vero euertit idola peccatorum, & dæmonum. Sic Maria
illa Magdalena, cum esset idolorum receptaculum, statim commota est, &
commutata in Christi verum templum: sed proh dolor, quotnam commotio-
nes tales hac nostra videmus tempestate? Confiteris vtique peccata tua ho-
mo; ingreditur in pectus tuum Christus in Sacramento Eucharistiæ, sed ex-
periris nè commotionem aliquam? percipis aliquam commutationem tui?
Dimittis vsuras? Restituis alienum? seruasnè matrimonialem fidem? mittis
ne scorta, & venereas quascumque voluptates? Si nullum horum experiris,
signum

signum est apertissimum, te non sumpsisse dignè Christum, & Sacramenta, nec in te ingressum fuisse Christum per gratiam: quòcumque enim sic ingreditur, commouetur vniuersa animæ ciuitas. Non potest fieri transitus ab vno regno in aliud, a regno perditionis in regnum salutis sine magna commotione: nec possunt eodem in regno mutari leges, decreta, magistratus, & reges sine tali commotione. Numquam talem tu expertus es commotionem? ergo nec ingressus est in te Christus. Cuius rationem si quæras, nulla prorsus alia poterit assignari, nisi tua peruersa voluntas, ingratitudo tua, tua obstinatio.

Contrà verò si (quod secundo loco erat præstandum) in his, qui commouentur, & commutantur ad ingressum Christi, rationem exquiras, statim ex Euangelio currenti occurrit tibi ex turbarum vocibus dicentibus. Hic est Iesus propheta a Nazareth Galileæ. Hic est Iesus & hoc sufficit, vt commoueantur, & commutentur omnia: est enim ille, de quo ait Christus. *l* In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, &c. Vndè alius Euangelista refert *m* quòd Apostoli cum gaudio venerunt ad Christum, dicentes. Scis, quia in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis? Quid respondit Christus? Videbam (inquit) Sathan tamquam fulgur cadentem de cœlo. Quod nã responsum ad Apostolorum propositum? Optimè quidem: quasi enim diceret Christus. Quid miramini, si in nomine meo dæmonia de hoc eijcitis mundo? Cum in eodem nomine a supernis sedibus repente sint deiecti, & in terram, & infernum proiecti quasi fulgura? De cœlo itaque empyreo, de hoc mundo, & de hominibus solo nomine Iesu eijciuntur dæmones. Quare Sancto Bernardo Mediolani Orante, vt quemdam ab obsesso viro expelleret dæmonem, dæmon tandem orationis vim sufferre nequiens, exclamare cœpit. Exibo, exibo, non propter te Bernarde, sed propter magnũ dominum. Cui Sanctus Bernardus. Quis est iste magnus dominus? Et dæmon. Iesus est (inquit) quem vidi antequam de paradiso eiectus essem. Et tunc Sanctus Bernardus. In nomine ergò Iesu præcipio tibi, vt statim ab homine isto discedas, qui & statim discessit. De cœlo itaquè cecidit (vt exponunt, & diuus Bernardus, & Lactantius Firmianus, & alij) dæmon cum sequacibus in nomine Iesu; cuius mysterium, & verbi incarnationem vidit, vt adoraret, & coleret, quo renuente, e paradiso cecidit. Sic præfati patres exponunt illud, & cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit. *n* Et adorent eum omnes Angeli eius. Prima enim vice introduxit Adorandum ab Angelis in empyreo in mysterio ostenso, & reuelato, tamquam viam, & meritum ad terminum, & præmium beatitudinis eorum. Secunda vero vice introduxit, quando mysterium ab exordio Angelis reuelatum opere, & executione expleuit. Et verbum caro factum est. Et de hoc loquitur Paulus, cum ait. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum idest per carnis assumptionem, dicit. Et Adorent eum omnes Angeli eius. In nomine igitur Iesu commouentur Angeli, commouentur dæmones, commouentur homines, commouetur cœlum, commouetur infernus, commouetur orbis terrarum totus. Facillima est ergò ratio, quare ad ingressum Christi commoueatur anima, nempe, quia hic est Iesus; quia difficillimũ est, & incredibile, quod non commoueatur. Vndè Sanctus Bernardinus *o* ait. Vis commoueri, & commutari a quocumque

Margin notes: Secundũ Mẽbrũ. — F — *l* Marc. c. vltimo. — *m* Luc. 10. — In nomine Christi dæmonia eiciuntur. — G — Dæmõ cecidit de cælo qa noluit adorare ĩcarnatio nis. Ministerium præuisum. — *n* Hebr. 1. — *o* Tom. 4. serm. 41.

que

Effectus nominis Ies. Christi.

que peccato, & peccati occasione? Statim, quòd tibi occurrere concipies, genua flecte, & inuoca nomen Iesu. Vis prauam consuetudinem, & habitum in malo inueteratum dimittere? Inuoca nomen Iesu. Vis quamcumque tentationem imminentem, & vrgentem superare? Inuoca nomen Iesu. H
Vis, vno verbo, commoueri, & commutari in virum alterum? Iesu nomen semper inuoca. Est enim (inquit diuus Bernardus) suauissimum, & pretiosissimum electuarium ad omnes, & quascumque infirmitates sanandas aptissimum, & efficacissimum dicente Apostolo. *p* Omnis, quicumque in uocauerit nomen domini saluus erit. Quare & hortatur Sanctus Bernardinus hoc Sanctissimum nomen veluti breue omnium breuium puerorum collo alligandum, iugiterque eis adsportandum, & superstitiones multas in membranis, & carthis omninò auferendas, sic hortante propheta regio. *q* Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Virtus porrò Sanctissimi istius nominis sicut, & aliarum tam Christi, quam Sanctorum, & Sanctarum imaginum non consistit in solis characteribus, litteris, & picturis, sed in ipso significato, quod est Christi virtus; Christi meritum, Christi vis, & potentia, & vniuersa Christi gratia. Quæ omnia, & singula maximo cum terrore dæmonum, dulcissimo Angelorum Iubilo, & suauissimo pronunciantium gustu hoc Sanctissimo nomine Iesu, significantur, & exprimuntur. Optimè ergò respondit, pópulus quare commoueatur ciuitas vniuersa, optimè respondere possumus, & nos, quare ad Christi ingressum commoueatur anima, & singula omnia; quia hic est Iesus. Et non solum hoc: sed addit Populus. A Nazareth. Quod interpretatur secundum diuum Hieronymum, I
r vel separatus, vel flos: quorum vtrumque concinne conuenit Christo. Est enim separatus a communi omnium hominum statu, & conditione; quia non simplex viator; sed & beatus, & comprehensor, separatus etiam quoad passiones, & turpitudines rationem opprimentes, separatus quoad defectus indiuiduum consequẽtes; separatus, quia plenus gratia; & denique separatus quia non in personalitate humana, sed diuina personatus. Est etiam flos non horti sed campi, quia sine ope humana, & sine humano artificio, quasi in campestribus solo diuino beneficio conceptus, & natus, ex rore diuinitatis cœli flos campi, quia omnibus seipsos ornare volentibus communis, & patens. Flos, qui in fructum conuersus, arbori affixus fuit in remedium illius fructus, qui ab arbore prima furto sublatus fuit. Flos campi (inquit) diuus Hieronymus, nutritus in omnium virtutum floribus. Ornate igitur vos carissimi huiusmodi suauissimo flore Iesu. Gustate hunc Iesu suauissimum fructum. *ſ* Gustate, gustate, inquam, cum propheta, & videre, quoniam suauis est dominus suauis flos, suauis fructus, quo & in vita, & in morte & in æterna vita temporaliter, & æternè ornari, & frui potestis. O vtinam fruamini, o vtinã fruamini: sic.n. & viuentibus, & morientibus, & agonizantibus sæpius, ac sæpius hoc suauissimum repetimus nomen Iesu a Nazareth, tamquam suauissimum, & dulcissimum animæ florem, & fructum. Sic sanctissimus ille Patriarcha Iacob. *t* Moribundus, & singulos benedicens filios eminùs in prophetico lumine hunc suauissimum conspicatus florem, ac fructum, propheticam, & mysteriosam adorationem coram omnibus fecit, quam sic refert diuinus textus in nostra editione vulgata. Adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput. Et Diuus Pater Augustinus ex Septuagin- K

Margin notes:

p Rom. 10.

q Psa. 39.

Virtus huius nominis nõ consistit in characteribus sed in ipso significato.

r super Mat. cap. 21.

Christus est separatus ab omni hominũ cetu & cõditione cõmuni.

Christus flos campi dicitur suauis in uita & in morte.

ſ Psal. 33.

t Gen. 47.

Propheti ca & mistica adoratio huius Nominis.

ptuaginta sic legit. Adorauit summitatem virgæ eius. Sic Diuus Paulus fide ait. *u* Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit; & adorauit fastigium virgæ eius. At quænam est hæc virga, quam sanctissimus vir, imminente iam morte, sic adorat? Num, qui sanctissimè semper vixit, lumine plenus prophetico, in morte idolatrare voluit? cùm filij virgam regiam, vel regium sceptrum adoret? Absit. Isaias enim soluens sic ait. *x* Egredietur virga de radice Iesse; & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus Domini. Virga igitur, quam manu tenebat Ioseph, expressissima erat figura virgæ, & genealogiæ Saluatoris Christi Iesu: cuius fastigium, & summitas erat idem Iesus; quod apertè in lumine prophetico sanctissimus Patriarcha præuidens, morti iam proximus sub sensibili illa virgæ Ioseph adoratione, in spiritu adorauit fastigium, & virgam suæ ipsius genealogiæ, ac stirpis: nempè Christum Dominum, florem Nazarenum, normam tradens per tot ante sæcula omnibus futuris Christianis, vt hunc florem, hunc fructum corde, & ore degustent, hunc Iesum corde, & ore morientes inuocent. Super quem (vt dixit Isaias) spiritus Domini requieuit, vt de ipsius plenitudine omnes nos acciperemus; & ne dùm morientes, sed etiam viuentes inuocemus, & adoremus Iesum a Nazareth: sed quid tandem addit populus Galileæ? Certè non sine mysterio: Galilea namque rota interpretatur, & volubilis, per quod mundus iste instabilis, & volubilis quasi rota significatur, cuius volubilitas, & fallaccia ex omnibus constat historiis tùm sacris, tùm prophanis, & ex quotidiana liquet experientia: sed ex sacris tantum nonnulla breuiter prælibemus. Vide mihi magnum illum coram Domino Iohannem Baptistam, in eius natiuitate quot gaudia, quot iubilationes, quot acclamationes, quot signa, quot prodigia? in vita verò ipsius quot encomia, quot populorum concursus, quot applausus ipsum etiam pro supremo Rege, & Messia acceptare volentes? Quorum omnium (quo ad mundum loquor) quònam terminus, & finis? In vinculis retruditur, a Rege sibi familiarissimo; & a quo timebatur, & reuerebatur; & denique in præmium (o nefas) impudicæ puellæ saltatricis impudicioris matris iussa exequentis, capite obtruncatur. Sic Paulus, & Barnabas, *aa* cùm in listris claudum solo verbo sanassent, turbæ accurentes, Paulum deum Iouem, & Barnabam Mercurium acclamarunt, sacerdosque Iouis tauros, & coronas afferens, illis sacrificare volebat. Sed quid inde? paulò post quorundam superuenientium suggestione lapidantes Paulum, extraxerunt eum extra ciuitatem, existimantes mortuum esse. Volubilis ergo, & supra quam dici potest, instabilis est huius mundi rota. Hoc igitur astruere volebant (& optimè) populi, quòd Galilea vniuersa, idest vniuersus orbis repletus est omnino tribulis, & spinis, calamitatibus, & tribulationibus, dolis, atque fallacijs, & nil omnino habet boni, nisi hunc florem, hunc fructum. Hic solus est Iesus à Nazareth Galileæ, idest mundi pulchritudo omnis, mundi bonum omne, & præter quod nullum est aliud bonum. Hunc ergo florem assumite omnes, in manibus, in pectore, in auribus, in ornatu capitis illum iugiter portantes. Hunc fructum dulcissimum Iesu degustate iugiter, cuius virtute commoueamur simul omnes, & commotionum signa demus manifesta, vitia singula in singulas commutantes virtutes, vt hoc suauissimo Iesu fructu viuentes, & morientes, & resurgentes, temporaliter, & æternè frui possimus in nomine Iesu. Amen.

u Heb. 11

x cap. 11.

L

Mundus instabilis atque volubilis, cuius rota semp voluitur.

aa Actuũ cap. 14.

M

FERIA

FERIA IV. POST DOMINICAM primam Quadragesimæ. Concio XL.

Nemini vnquam, quin nec protoparenti nostro nec cæteris gentilibus latuit futurum esse, vt vniuersale de omnium operibus fieret iudicium: Christus modo cupiens Iudæos præmonere de illis, quæ ibi agenda sunt, duo ponit eis ante oculos exempla, nempe Reginæ Austri, & Niniuitarum; quorum absconditum mysterium in secundo, & tertio concionis membro denudatur.

TRIBVS in verbis anno præterito tria effutiere Scribæ,& Pharisei perniciosissima vitia Christũ tentare volentes. Magister, dixerunt,& ecce adulationem. Volumus,& ecce impietatem, suam voluntatem Christi præferentes voluntati. Signum videre tetrio dicũt, in quo manifestum dant obstinationis signum. Circa quę tria vitia fusius,& latius anno præterito diximus, & sermonem conclusimus duobus illis exemplis in Euangelio positis de Niniuitis,& de Regina Austri, quæ tantùm extremis attigimus labiis, quare hodie quasi continuando sermonem. Cùm dicatur tàm de Niniuitis, quàm de Regina Austri, quòd in iudicio resurrecturi sint contra Israelitas, primò videamus breuiter tanquam fundamentum quo in iudicio hæc fient. Secundò Reginæ Austri. Et tertio Niniuitarum exemplum explicabimus.

Diuisio trimembris.

Primum Membrũ

Quo ad primum, Iudicium quoddam vniuersale omnium nationum futurum,quæ sub cœlo sunt, vel fuerunt, ab initio sæculi, & futuræ sunt in toto terrarum orbe vsque ad ipsius consummationem quis ignorat? Mundi namque principio, si nõ est æternus (vt probe fides docet nostra) correspondere debet finis, in quo totius mundi decursus, & omnium in eo quomodocunque actorum, iudicium plenum, firmũ, ac stabile habeatur. Si Deus optimus maximus suam ostendit omnipotentiam vniuersum creando, suã quotidie propalat sapientiam, ipsum sapientissimè gubernando,& dirigendo, immensam ostendit misericordiam per proprii filii mortem redimendo,& quotidie ostendit homines virtute eiusdem mortis iustificando; ostendere debet tandem aliquando & suam diuinam iustitiam, ipsum iudicando. Multa penè innumerabilia sunt in hoc mundo impunita mala, multa irremunerata bona, multi oppressi iusti, & innocentes, multi exaltati iniusti,& impii. Ergo debent aliquando impleri valles, complanari montes,& tolli monstra hæc vniuersa, vt lætetur iustus, peccatorum videns vindictam,& impii, atque scelestes homines cõdignam accipiant suorum scelerum, & delictorum æternam pœnam; iusti verò, & innocentes olim oppressi, ad perpetuam sublimentur gloriam. Denique idem Christus Dominus noster iniustè nimis a viris scelestibus damnatus, opprobriis,& iniuriis, flagellis,& illusionibus lacessitus innumeris,& crucis morti traditus, Rex regum,& Iudex omnium vniuersalissimus in sua regia maiestate,& solio regio est cõtemplandus piè, ac iustè impios cõdemnaturus. Ex his igitur, & mille talibus iudiciũ vniuersale futurũ liquidò constat. Hinc nullus est auctor grauis, vel sacer, vel prophanus, qui A

Vt iusti sublimẽtur ad gloriã, & impij puniãtur tandem manifestãda est iustitia.

hoc

hoc iudicium apertissimè non asserat: de sacris patet; quia nulla reperitur diuinæ scripturæ pars, in qua de illo non fiat mentio, vt suppono clarissimum, quin & ante diuinam scripturam patrum traditio iudicium vniuersale futurum, & optimè nouit, & ad posteros transmisit. Sic Adam protoparens inter cætera, quæ posteris demandauit, hoc specialiter tanquam necessarium expressit. Sic de eodem vaticinatus est Enoch, vt Sanctus Apostolus Iudas in sua tradidit Epistola catholica. a De prophanis verò nulla vnquàm natio, nullum genus hominum negauit. Expressam verò mentionem B fecerunt Hydaspes, Mercurius Trismegistus, sybillæ, & alij quàm plurimi, præsertim Platonici: & huc respiciebant antiquorum fabulæ, describentes Minorem, Rhadamantum, & Eacum, inferorum iudices, qui omnium hominum vitam post mortem districtissimè examinent, pœnas, ac præmia omnibus, & singulis pro meritorum, & demeritorum ratione decernentes. Iudicium ergò vniuersale omnium hominum consensu futurum clarissimum est. Notat verò irrefragabilis doctor, Alexander Alensis, quòd finis mundi, extremum sæculi mirè correspondebit suæ origini, ac principio. Principium etenim, siuè primordium, & productio sæculi tres continet Principes gradus: nempè, creationem, per quam ex nihilo facti sunt Angeli, empyreum, & materia prima simul cum tempore. Distinctionem, per quā cœli vniuersi distincti sunt, & elementa ab inuicem separata, & singula suis disposita locis. & tertiò, ornatum, per quem tum stellæ fixæ, tùm errantes, & sol, & luna in cœlestibus, tùm vegetabilia, & plantæ, pisces, & volatilia sub orbe lunæ cum cæteris animantibus ad vniuersi decorem in lucem edita sunt. Sic itaquè in fine sæculi eiusdem creationi correspondebit omnium per ignem combustio, & consummatio sub orbe lunæ & in cinerem, quasi in nihilum reductio, dicente propheta. b Ignis ante ipsum præcedet, &c. & canente ecclesia, Dies iræ dies illa, soluet sæclum in fauilla, teste Dauid cum Sybilla. Distinctioni operum, & cęlorum, & elementorum separationi separatio correspondebit agnorum ab hædis, & electorum a reprobis, dicente Christo. c Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat C oues ab hædis. Ornatui deniquè concinnè correspondebit digna omnium retributio, malorum punitio, & bonorum præmiatio, eodem Christo retribuente, ac irreuocabiliter sententiante, cùm dicet. Discedite a me maledicti &c. Venite benedicti; &c. Christus igitur absolutè, & plenè in iudicio iudicaturus est vniuersali: quo stante, nullus videtur locus iudicandi relictus, vel Niniuitis, vel Reginæ Austri: sicut & nullum videtur omnino aliud iudicium, in quo tàm isti, quàm illa resurrecturi sint; non potest autē mentiri qui dixit. Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. Regina Austri surget in iudicio, &c. Concludendum est igitur, quòd in iudicio vniuersali resurgent in iudicio non auctoritatiuè iudicantes, vel sententiam pronunciātes; sed solum per quandam comparationem a minori ad maius Israelitas, & credentes omnes validissimè arguentes; quo argumento Christus iudex in sententiando vtetur.

Quarè autem specialiter his duobus vtitur exemplis? Hoc iam secundo loco præstandum erat a nobis. Et primò, Exemplum Reginæ Austri me terret quam maximè: sicut & vos omnes quàm maximè terrere debet auditores, quandò qui mentiri nequit, Christus Dominus, redemptor, ac iudex noster apertissimè dicit, se specialissimam rationem habere velle, & districtū

Hh iudicium

[Marginalia:] Iudicium vniuersale apud omnes nationes clarissimum est. a ca. 14. — Finis mūdi correspondere debet suę origini ac principio. — b psal. 96. — c Mat. 25. — Christus in iudicio segregabit oues ab hędis. — Viri Niniuitæ in iudicio vniuersali resurgent nō auctoritatiuè iudicantes nec sētentiā pronunciantes. — 2 Memb.

iudicium de his, qui vel negligenter, vel infructuosè audiunt Dei verbum, vel prorsus audire negligunt: dicit enim Regina Austri surget in iudicio cũ generatione ista, & condemnabit eam. Et quare condemnabit? Ob qualenam peccatum? quia venit (inquit) a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic; quasi dicat. Qui vel non auditur, vel auditur infructuosè. Maximè igitur carissimi ponderandum, & aduertendum est, nè parui faciamus id, quod tàm seuere puniturum se prædixit Christus, quod ponderans, & animaduertens doctissimus, pariterque Sanctissimus pater Augustinus, ad suos auditores verba hæc protulit. *d* Interrogo vos fratres, vel sorores: dicite mihi, quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc vtiquè dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quàm corpus Christi. Et ideò quanta sollicitudine obseruamus quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat, tanta sollicitudine obseruemus, nè verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minus reus erit qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere sua negligentia permiserit, &c. Videte quæso qua similitudine hyperbolica vsus est diuus pater Augustinus: certè in sacrosancto Eucharistiæ sacramento verum Domini nostri Iesu Christi corpus, sanguis, anima, & diuinitas tota realiter continetur. Quantò ergo incomparabili spatio excedet corpus Christi verbum, quod prædicamus? quod auditis? Attamen similitudo in eo tenet, quòd sicut corpus Christi in Sacramento realiter continetur; sic in verbo, quod prædicamus, idẽ verè significatur. Quarè & significatiuè continetur; & si in hoc excedatur alia ex ratione excedit. Sanè ex ea, quòd corpus Christi in Sacramento si imparatos, & indignos inuenit, mors est, non vita, perditio, & non salus, dicente Apostolo. *e* Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Et canente ecclesia. Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali, vitæ, vel interitus. Mors est malis, vita bonis, vide paris sumptionis quàm sit dispar exitus. Contrà verò verbum, quod prædicamus, etsi imparatos, etsi indispositos, etsi peccatores, & ferè obstinatos inueniat, semper, vel saluat, vel conuertit, vel disponit, vel saltem non obest. Hinc sequitur diuus pater Augustinus loco citato. O si pretiosissimas gemmas semper, si semper inaures, & annulos aureos erogaremus, quanta cum ambitione accurrerent omnes? Qui verò verbum Dei libenter audit inaures aureas de patria Paradisi transmissas se suscepisse non dubitet. Prima quippè scientia Diuinis sermonibus, tanquam spiritualibus, & æternis bonorum operum margaritis componitur, vt ad cœlestis sponsi consortium, & nuptiale conuiuium feliciter ornata perueniat: nè ei dicatur. *f* Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? ligate illi manus, & pedes; & proijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium. Rogo, quid, si dum cara mater proprijs ornaret manibus filiam, illa vel inquieta huc, illucque se voluat, vel despiciat vel proijciat ornamenta, tanto cum amore congesta? Numquid non iustè ceditur, aut obligata torquetur? Me putate matrem, & ita vos velle componere, vt nec ruga, vel macula ante conspectum oculatissimi appareat sponsi: sed pulchritudo tota, totus ornatus, gratia tota; animabus ergò vestris non solum ornamenta, sed etiam medicamenta desiderans prouidere, studeo dis-

Non minus puniendus est qui negligenter audierit verbum Dei quã qui corpus Christi in terrã cadere permiserit.

d To. 10. Hom. 26.

e 1. Co. 11

f Ma. 22.

Simili.

D E F

suta

suta consuere, conscissa resarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perdita, integra margaritis ornare: si me non piget, quarè aliquis fastidiosè velit accipere? si corporalia ornamenta multo pretio, & diligentia quæruntur, & emuntur, quare spiritualia inæstimabilis pretij gratis oblata, vel non recipiuntur, vel aspernantur? &c. Nos nullam mercedem aliam quærimus, nec expectamus, nec volumus, nisi, vt libenter, & hilariter accepteris, audiatis, & opere, cum gratia Dei audita compleatis v. g. qui admonetur, vt pauperi tribuat aliquid, dum manus ad eleemosinas expandit dextralia a Christo transmissa accipiet, &c. & reuera non solùm diuus pater Augustinus, sed patres omnes orthodoxi mirè extollunt, & exaggerant dignitatem, excellentiam, vtilitatem, fructum diuini verbi; quin & ipsæ diuinæ litteræ ante, & post Christum natum. Sic antiqui testamenti concionator Euangelicus inter alia multa hæc habet in sua diuina prophetia. g Quomodo (ait) descendit imber, & nix de cęlo, & illuc vltra non reuertitur; sed inebriat terram, & germinare eam facit: sic inebriat verbum meum, quod egreditur de ore meo; & non reuertetur ad me vacuum; sed faciet quæcunque volui: & prosperabitur in illis, ad quæ misi illud, &c. Et Ieremias ait. h Numquid non verba mea sunt quasi malleus conterens petram? Nūquid nō verba mea sunt quasi ignis? &c. Sic alij prophetæ multa habent de verbi Dei dignitate, & efficacia, quęs, breuitati indulgens, omitto. Post verò Christum natum vnicum promamus Apostoli Pauli testimonium dicentis. i Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, &c. Etsi videatur aliquando verbum Dei non penetrabile, nec medullas attigisse peccatoris, multoties tamen quēadmodum sagitta venatoris proiecta, ceruam, vel aliam quamcunque feram vulnerans, ex eo, quia currens aufugit, non vulnerata, sed intacta videtur. Interim verò vulnus corrodit, & serpit dolorem in dies augens, & intendens, quousque tandem fera cedit, & moritur: sic peccator quasi in feram per virium conuersus, etsi ab auditione verbi Dei quandoque discedat, non plenè conuersus, nec plenè contritus: vulnus tamen, quod accepit, ex verbo Dei iugiter mouet, mordet, stimulat, pungit quousque tandem peccator cedit, dat manus, & plenè conuertitur: nisi fortè de illorum sit numero, de quibus ait propheta. K Et tu fili hominis, filij populi tui, qui loquuntur de te iuxta muros, in ostijs domorum: & dicunt, vnus ad alterum, vir ad proximum suum, loquentes. Venite, & audiamus, quis sit sermo egrediens a domino: & veniunt ad te, & sedent coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos; quia in canticum oris sui vertunt illos; & auaritiam suam sequitur cor eorum; & est eis quasi carmen musicum, quod suaui, dulcique sono canitur, &c. Quibus in verbis optimè nostræ tempestatis auditores, & concinnè satis describit. Pergunt enim maxima cum frequentia ad concionatores audiendos, concionatorumquè verba discedentes repetunt ad inuicem vel irridendo, vel animi gratia, vel etiam plaudendo, vel, (sicut idem propheta dicit) Quasi homines in cubili nocte iacentes, ac si iuxta eorum domus per viam dulcis, ac suauis musicæ concentus pertransiret, surgunt e cubili quadam ducti curiositate; sic semiuestiti, & ad fenestram pergentes audiunt aliquali cum gustu per-

[Margin: G (beside "cus inter alia multa"); H (beside "dit, dat manus")]

[Margin notes: Quanta sit verbi Dei digni tas, & efficacia. — g Isa. c. 55 — h ca. 23. — i Heb. 4. — Simili. — K Ecclesie ca. 23. — Multi sūt auditores verbi Dei sed nō factores. — Simili.]

pertranseuntem musicam, & indè statim ad cubile redeunt iterum consopiti. Sic isti in nocte culparum de peccati cubili ad concionem, qua nonnunquam delectantur, quasi ad musicam pergunt pertranseuntem, & indè statim ad peccata redeunt perpetranda. Quibus peiores adhuc sunt, quos
l Isa. 28. alius describit propheta dicens. *l* Et erit eis verbum Domini: manda, remanda, manda remanda, modicum ibi, modicum ibi, &c. & subdit. Propter hoc audite verbum Dñi viri illusores. Qui dixistis. Percussimus fœdus cum morte; & cum inferno fecimus pactum. Delebitur fœdus vestrum cũ morte; & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans, cum transierit, eritis in conculcationem, &c. Ponderate quæso carissimi, quod propheta ex eo solum, quod verbum Dei vel sine fructu, vel cum irrisione auditur, vltimum comminatur supplicium supremum Dei flagellum, & extremam perditionem. Quod, vt euadere possitis, consilium accipite Diui Iacobi Apostoli, qui ait. *m* Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos; quia, si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abijt; & statim oblitus est, qualis fuerit, &c. Vbi Apostolus Iacobus auditores tales non comparat mulieri in speculo se pingenti, quæ maxima, & exquisita diligentia, vel minimum capillum aducerit, dirigit, & proportionatè ligat, iungit, vel disiungit; & minimam vultus purgat maculam; sed viro comparauit eos, qui obiter se in speculo intuetur, & leuiter, & statim obliuiscitur, qualis fuerit: nam tales auditores non meditantur seipsos in speculo concionis cũ diligentia, & attentione, vt maculas abluãt peccatorũ suæ vitæ: sed leuiter, & curiosè; & hinc obliuiscuntur statim & concionẽ, & quales fuerint, & quales sint, & qualis sit eorũ vita. Est n. cõcio (inquit D. P. Aug.) veluti speculũ, in quo auarus suas videt auaritias, carnalis suas libidines, & peccatorũ singuli errata propria. Quare fallunt semetipsos: & q̃ pessimè fallũt, qui sic inutiliter verbũ Dei audiũt, vel omnino contẽnunt audire. Vndè ex eo solũ refert auctor fide dignus de quodam defuncto, quod cũ in Ecclesia exequiæ de more pro i, so celebrarentur, crucifixi imago præsens manibus a cruce auulsis, aures occluit, quasi exequias, & preces audire nolens; & his, qui adstabant, mirantibus dixit parochus, illius defuncti consuetudinem fuisse dum viueret extra Ecclesiam ante fores deambulare, dum conciones haberentur ad populum. Vndè nec mirandum, si verbum Dei incarnatum, & crucifixum preces audire nollet pro illo fusas defuncto, qui dum viueret, verbum Dei audire contempsit. Quidquid sit de hoc, certè Diuus Bernardinus suorum sermonum, tomo
n Ser. 3. quarto, *n* Est huius sententiæ, quod commodè audire potens verbum Dei, diebus festis, & non audiens, mortaliter peccat: quod ego absolutè non assero. Dico tamen cum Diuo patre Chrysostomo super illis verbis Christi. *o* Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est, &c. Quod multæ mulieres beatificauerunt sanctam Dei genitricem, & eius ventrem: sed Christus beatificauit eos, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et ecce latam vobis constitutam viam, per quam nedum mulieribus, sed & viris licet matrem
o Hom. 45 in Mat. Dei fieri. Et quomodo? faciendo (inquit) volũtatem patris mei, & qua ratione? qua via? Audiendo (ait) verbum Dei, & illud custodien-

Quã maximè puniũtur illusores verbi Dei.

m Ca. 1.

Concio est veluti speculũ quoddã.

Miraculũ præclarũ de nõ audiendo verbum Dei.

Qui non audit diebus festiuis verbũ Dei mortaliter peccat.

Margin letters: I, K, L

diendo. Sic diuus Gregorius, per fidem, ait, qui frater domini est, mater eius efficitur, si per eius vocem amor Domini in mente proximi generatur: hoc enim modo parit Dominum. Ex verbi Dei igitur virtute, & fructu, (ex Christi sententia a patribus, vt suprà explicata) tàm audiens, quàm dicens, matres efficiuntur Christi. O dignitas, o excellentia, o efficacia verbi Dei: iure quidem merito Regina Austri surget in iudicio vniuersali cum omnibus fidelibus, qui infructuosè verbum Dei audiunt; & coarguet: & condemnabit eos, quia venit maximis cum difficultatibus a remotissimis terræ partib. audire Salomonē purum hominem de rebus naturalibus, & caducis differētem; & magno cū fructu audiuit: & ecce, plusquā Salomon, hic: nēpe Christus Deus, & Homo, qui de rebus diuinis, & æternis, & de rerū summa, diuina iugiter facit verba: & tñ vel non auditur a suis, vel sine fructu auditur.

Et nedùm per exemplum reginæ Austri, sed & Niniuitarū coarguit suos Christus auditores; & sicuti in illa falsos coarguit specialiter, & apparentes verbi Dei auditores, sic exemplo Niniuitarum: quod tertio loco a nobis erat præstandum, falsos coarguit operarios: illos videlicet qui, opera videntur perficere Christiana: sed re vera minimè explent. Quos exemplo coarguit Niniuitarum, quia illi veram egerunt pœnitentiā in prædicatione Ionæ. Et eccè plusquàm Ionas hic, ad cuius imitationem cùm opera perfectissima Christiani explere deberent, solum apparenter Christianè viuunt: & de quibus propheta regius in persona Christi loquens, ait. *p* Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Quid ais ò rex: non nè potiùs iniustitias, & peccata iudicabit Christus? vtrique; sed etiam iustitias: nempè nostra ieiunia, eleemosinas nostras, nostra officia diuina, vel celebrata, vel audita, nostras virginitates, & castitates, & vno verbo, nostra quæcunque bona opera seuerè iudicabit Christus, qua ratione facta, quo fine, quibus circumstantijs & innumerabilia tunc apparebunt opera vana, vel insufficientia. Et si hæc iudicabit Christus in iudicio vniuersali, quodnam feret iudicium de manifestis peccatis, de vsuris, de adulterijs, de oppressionibus pauperum, & de cæteris huiusmodi? Diuinus ille vir patientiæ exemplum hoc idem contemplans, hæc in verba prorupit, loquens de suo Natiuitatis die. *q* Non requirat eum (inquit) Deus desuper, & non illustretur lumine. Quid ais o vir diuine? Cęteros oēs perttrāsis vitæ dies & enixè obsecras de solo natiuitatis die, nè illū requirat Deus in die iudicij, & nè vllatenus in lucē, vt discutiatur veniat? Et quænā dies dari potest, in qua minus teneatur homo rationem reddere, cū rationis vsu in eo omninò careat? Et in ea nil aliud reperiatur, nisi naturales emissæ lacrymæ, & similia, omni vsu spoliata rationis? super quo doctiss. Orig. optimè ait. *r* Omnes dies sæculi inquirentur, omnia tempora, & momenta, atq; sæcula discutientur, ēt natiuitatis dies: quia licet in illa homo, nec boni, nec mali capax fuerit, nec meriti, vel demeriti; attamen, quia innumera nascendo a Deo consecutus est beneficia, præsertim, qui de parentibus natus fuerit fidelibus, de illis omnibus acceptis beneficijs illa die, quæ adultus, & vsu rationis præditus, vel non recolit, vel Deo gratias non refert, vel non rectè vtitur, vel abutitur, strictissimam reddet homo rationem. Et veluti domificator ædificia construendo perpendiculum extendit, lapidesquè omnes ad præscriptam quandam mensuram, & formam quadratos, in ædificio aptat disponit, ceteros omnes reijciens, & abijciens: sic erit in vniuersali iudicio. Extendetur (inquit

Zacha.

3 Mem.

M

p psal. 74.

Opera nostra bona seuerè iudicabit Christus.

q Iob c. 3.

N

r lib. 3. in Iob.

Omnia tempora & momēta, etiam dies Natiuitatis discutientur in iudicio.

Cap. 1. Vita Christi et crux in iudicio erit perpendiculum quod extendetur magno cum rigore.

Zaccharias propheta) perpendiculum super Hierusalem. Quodnam perpendiculum, nisi Christi vita? Et quanam præscripta norma quadrati accipietur lapides? Non alia sanè, nisi Christi cruce. O miseros, & infelices nos, quid nostra paupertas cum Christi paupertate? Quid nostra castitas cum castitate Christi? Quid obedientia nostra cum Christi obedientia? Quid cetera opera omnia cum operibus Christi comparata? O quot abijcientur, & reijcietur lapides Christianorum, qui apparent nunc; sed non reperientur quadrati ad normam Crucis Christi: & qui inepti erunt ad cœlestem Hierusalem ædificandam, super qua construenda certo certius extendetur magno cum rigore perpendiculum. Vide mihi quæso vnicum de viris patrum exemplum. Beato Agathone moriente, discipuli adstantes, & eum ingemiscere videntes, interrogabant. Quare ingemiscis pater? Et ille, quia sum coram Deo; cui discipuli. Et ex hoc ingemiscis, quia coram Deo existis? Cui per tot seruisti annos? Et ille. Scitote filij, quod, quàm maximè distat esse coram Deo, & esse coram hominibus. Hoc recolite carissimi; quia coram Deo adstare debemus, qui nec fallere, nec falli potest; & a cuius manu regia, & suprema perpendiculum extēdetur in vniuersali iudicio, quo nedùm mala, sed bona omnia opera nostra quadraturus, & commensuraturus. Coram Deo (inquam) infallibiliter adstare debemus in vniuersali iudicio, quod futurum certissimum est, & naturali rationi consonum, & apud omnes nationes, quæ sub cœlo fuerūt, semper notum; & in quo regina Austri contra nostræ tempestatis auditores verbi Dei negligenter, vel instructe sè insurget, eos condemnando, & Niniuitæ pariter contra perperam, vel apparenter tantummodo benè operantes. Nos ipsos itaque nunc coram Deo sistamus, quales coram Deo in iudicio vniuersali inueniri desideramus. Et pergite in pace. Amen.

FERIA V. POST DOMIN. primam Quadragesimæ. Concio XLI.

Oratio, cum sit hominū cum Deo colloquium debet puritate splendere, ac ab omni terreno affectu esse seiuncta, vt quod petimus cōsequi valeamus; ipsam pariter comitari tenetur humilitas quæ tantæ est potentiæ vt Dæmones ipsos terreat; & denique deuotione, ardore, cordisque meditatione debet esse suffulta.

Normam tradidit nobis perfectæ orationis anno præterito mulier illa insignis Chananæa, scalam sublimem nobis aptans, cœlum penetrārē, & cęlum cęlorum supra omnes angelicos choros nouem gradibus, siue conditionibus Sancti Antonini doctrinæ apprime consonis, decerptis ex euangelica hodierna Chananææ oratione, quæ pura fuit cum Angelis, communis cum Archangelis, perseuerās cum Principatibus, de quibus fusiùs, & latiùs in concione anni præteriti diximus; superfuit videndum, quomodo eiusdem Chana-

hæc oratio sit operosa cum Virtutibus, humilis cum Potestatibus, deuota cũ Dominationibus, firma cum Thronis, distincta cũ Cherubim, ardens cum Seraphim, & in Deo quiescens. Quæ hoc mane quasi gradus gradibus addendo, & cęptam perficiendo scalam breuiter explicabo. At, quia & breuitati stu demus, & præfatæ conditiones ità sunt connexæ, quòd vna trahit aliam, tres in partes distinguemus sermonem: ostendendo namque orationem operosam cũ Virtutibus, & firmam cum Thronis pariter astruimus, demonstrãdo humilem cum Potestatibus, distinctam simul cum Cherubim aperimus, deuotam denique declarando cum Dominationibus, ardentem simul concludimus cum Seraphim. Diuisio trimembris.

Primo igitur operosam, & firmam cum virtutibus, & thronis debere esse perfectam orationem, facillimum est ostendere. Operosam namque dicunt Sanctus Antoninus, & Patres, quæ sit multis associata virtutibus, quibus fulta oratio, firmam, ac stabilem ex consequenti permansuram, nullus est ambigendi locus. At, quia totius scalæ basis, & fundamentum est primus gradus, cum quo ceteri omnes connexionem omninò habent, necessarium arbitror extremis tantùm labijs repetere breuiter conditionem primam, sanè orationis puritatem, sine qua nullatenùs posset oratio esse virtutibus fulta. Vltra igitur ea, quæ dicta sunt anno præterito, pura debet esse oratio ab omni peccati labe, vt audiatur a Deo, dicente propheta nostro regio. *a* Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus. Quemadmodum enim interpositio terræ inter solem, & lunam ecclypsim operatur, & lunam solis luce priuat: sic sol iustitiæ Christus, cuius lucis radijs animæ omnes humanæ quasi luna irradiatæ resplendent; Omne namquè datum optimum, & omne donum perfectum in nobis desursum est, descendens a patre luminum, vt docuit Apostolus Iacobus. *b* Quare si inter nos, & ipsum patrem luminum Deum terrea interponuntur peccata, statim ecclypsamur, & gratiæ luce priuari existimus. Et hæc ratio est princeps, quare non audimur, inquiunt Diuus Basilius, & Seraphicus doctor, Diuus Bonauentura, *c* culpæ demeritum. Hinc pater Dauid. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Et filius Salomon. *d* Qui declinat aures suas, nè audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vndè concinne hãc ad rem illud applicari potest, quod refert Plutarchus in Apothegmatibus *e* de Antigono, quòd cum Thrasylus Cynicus ab eo drachmam peteret, respondit Antigonus. Regi hoc dari non conuenit. Et Thrasylo subijciente, Da igitur mihi talentum. Dixit rex. Atqui Cynicũ hoc accipere non decet. Sic vtriquè, cùm peccatores a Deo optimo maximo terrena, vilia, temporalia petunt, posset respondere. Hæc largiri meam non decet maiestatem: cum verò magna, æterna, & diuina exposcunt, respondere potest. Atqui hæc accipere non decet improbos, & indignos peccatores. Etsi reuera Deus nostram non respiciens indecentiam, & sui ipsius vincẽs dignitatem, ex abundantiori erga nos amore multa peccatoribus largitur bona tẽporalia, multam & dispositionem ad æterna, eorum exaudiens preces. at pudeat nos, a Lacedæmonibus vinci, Ethnicis, & infidelibus, qui (vt refert Plutarchus, in antiquis eorum institutis) tales, tantummodò fundebãt preces ad Deum: nempè vt ex bonis actionibus bona darentur, & aliud nihil. Pudeat, inquam, nos christianos: nàm illi, si malos se existimarent, nil omnino petebant: si bonos, ex bonis tantùm actionibus bona petebant. Nos verò a Christo

Margin notes: Primum membrũ. A — *a* Psal. 65. Oratio debet esse pura ab omni labe peccati. Simil. — *b* Cap. 1. — *c* De processu relig. c. 13. — *d* Prou. 28. — *e* Verb. Antigonus. — B — Ratio quare nõ exaudit Deus orationẽ quia temporalia petimus.

sto domino nostro edocti, & instructi, & ab vniuersi Christi schola; attamen cum simus mali, & valdè mali bona impudenter petimus, & valdè bona. Ceterùm, non desistant peccatores orare: nullum enim efficacius est remedium oratione pro illorum culpis. Sic Dauid precibus, & orationibus perpetrati delicti veniam est consecutus; normam tradens alijs multis in locis: sed præsertim vbi ait. *f* Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam, &c. Sic rex Manasses *g* suarum abhominationum veniam oratione obtinuit. Sic Publicanus *h* a suis multis culpis iustificatus descendit ea humili oratione, Deus propitius esto mihi peccatori. Sic Ezechias, *i* & peccatorum indulgentiam, & vitæ annos quindecim vlteriores, faciem suam ad parietem vertens, & ad dominum orans impetrauit. Denique nullus est, qui orando aliquid non impetret a Deo quantumuis peccator: sed (vti dicebamus) perfecta oratio peccatum omne mortale excludere debet, & virtutem omnem inducere, vt cum virtutibus sit operosa, & virtutibus fulta, cum Thronis firma. Quare inquit Diuus Chrysostomus. Vis, vt omnes virtutes tuam ingrediantur animam? fac orationem. Vis, vt anima, virtutibus fulta, fundamentum firmum, ac stabile in ædificio habeat spirituali: nec indè timeat ventus, & procellas? fac orationem. Vis, vt anima tua templum sit viuum Dei viui, omni lapide pretioso, & margaritis exornatum habituum virtutum, in quo semper inhabitet Deus? fac orationem. Vis, vt anima tua veste induatur nuptiali, qua digna compareat æternis nuptijs in conspectu æterni sponsi? Fac orationem. Vis effici Deo amicus carus, fidus, familiaris, & secretarius intimus, & pro tuo libito ingredi, & egredi, & omnia tua negocia cum Deo liberrimè tractare? fac orationem. Vis, vt anima tua, etsi in corpore quasi in terra fixas habeat radices, fiat altissima plancta, cuius rami, contemplationum, & meditationum fructibus onusti, cęlos penetrent, & Dei gustus mirè delectet? Fac orationem. Et deniquè, vno verbo, quidquid volueris orationis vi dubio procul es consecuturus. Sic, repromittente Deo per Dauidem, vbi ait. *K* Dilata os tuum, & implebo illud. Adeo, quod id pulcherrimum est in oratione, quòd cum multis debeat esse sociata virtutibus, & conditionibus vt sit & cum virtutibus pulchra, & cum Thronis firma, hoc totum negocium sola eiusdem orationis vis assequitur, & explet. Sic nostra Chananæa omnes virtutes, quas in euangelio cōmemorat Euangelista, ab ea consecutas, sola orationis vi assecuta est. Et quas, tùm suppono, notas, tùm supra iam prætactas.

Et inter quas non infimum locum tenet, quæ sequitur explicanda humilitas, quæ constituit orantem cum Potestatibus: nam, qui se humiliat (vt Christus docuit) exaltabitur. Et cum Cherubim: quia ex humilitate distinctio oritur, & ex distinctione humilitas. Nulla enim alia ratione humillimus se humiliabat Seraphicus Pater Franciscus, quàm distinguendo inter Deum, & seipsum illam sæpiùs repetendo orationē. Domine quis es tu, & quis sum ego? Itá Chananæa Christum agnoscendo, & confitendo dominum, & seipsam catellam, mirè distinxit, mirè se humiliauit. Itá Helias propheta, cum per tres annos, & sex menses non pluisset in terra Israel, volens impetrare pluuiam, refert sacer textus, quòd pronus in terrā posuit faciem suam inter genua sua. Quæso ad quid huiusmodi actus, cum superius multa

Oratio est efficacissimum remediū ad obtinendam delictorum veniam.

f Psal. 50.
g 2. Paral. c. 33.
h Luc. 18
i Isai. 38.

Oratio debet esse virtutibus sociata.

Effectus orōnis.

K Ps. 80.

Secundū membrum.

Humilitas in oratione necessaria vt exaudiatur.

l Mat. 23. Luc. 14.

Secundū membrū.

m 3. Reg. 18.

C

D

multa euidenter impetrasset, absque tali actu, vel circumstantia? Voluit Elias distinguere (vt dicebamus) & coram Dei potentia, & maiestate se pro viribus humiliare, nedum corde, & mente; sed & actu, & gestu corporis. Vnde (vt asserit Aristoteles) homo in ventre materno formatus conglomeratus manet, collectus in seipsum penitus, faciemque genibus
E iungit. Elias igitur conceptum, & situm sui ipsius in materno ventre, gestu, & actu corporis exprimit, vt plenius sese coram Deo humiliet: Quasi diceret cum Dauide. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Et concluderet cum Diuo Patre Francisco. Domine quis es tu, & qui sum ego? O sanctam humilitatem: hac impetrauit pluuiam Elias, Et cæteri orantes, nunquam sine hac impetrantur. Vnde Spiritus sanctus sponsam commendans, inter cæteras laudes, quas illi tribuit, hanc profert. *n* Comæ capitis tui sicut greges capra rum. O bone Deus, si curialis, vel nobilis Eques puellæ a se quàm maximè dilectæ hanc laudem tribueret, quòd capillos haberet sicut caprarum, nonne magis irridere videretur, quàm laudare? Vtique. Sed hinc mysterium latet: sic enim exponit Hugo Cardinalis, quòd capra regulariter capillos habet in collo prælongos, &, pascendo, illos per terram protrahit; significant autem sponsæ, vel animæ cogitationes. Dicit igitur Spiritus sanctus. Comæ capitis tui, idest cogitationes tuæ, o sponsa, sunt sicut greges caprarum per terram protractæ, idest humillimæ. Et hac humilitate me vincis & superas; hac me super quàm dici potest, delectas. Sicut è contra carissimi nil magis terret dæmonem, & infernum, quàm humilitas.
F Sic in vita Sancti Macchari j legitur, quòd eo certante, os ad os cum diabolo, dixit illi dæmon coactus. Scias Macchari te nullum inferre mihi timorem propter tuum ieiunium; ego enim nunquam comedi: non propter tuas vigilias; quia ego nunquam dormio; sed perpetuò vigilo, rugiens, & quærens quem deuorem: non propter tuam continentiam, & cœlibatum, quia ego carnis expers carnales omnes voluptates nunquam agnoui: non propter tuos labores, nam ego infatigabilis exto; Denique sola humilitate me vincis; hac me confundis, hac me pellis, & superas. Sic in vita Diui Patris Francisci legitur, quòd nil magis horrebant dæmones, quàm eius profondissimam humilitatem. Terret ergo dæmones humilitas, exaltat homines, summè placet Deo: qui hac eadem victum se fatetur expressè in Canticis, cum ait. *o* Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno crine colli tui: vbi ferè omnes Patres exponunt, quòd non dicit se victum sponsus ex ornatu capillorum capitis, vt mos est amantium; sed ex vno colli crine per illum demonstrans, cùm sit paruulus omnium capillorum, humilitate se vinci, ac superari, nec posse resistere: adeo, quòd, cùm impiissimum Achab *p* terribiliter exterri fecisset per suũ Prophetam Eliam, & ei comminatus fuisset, suæ domus euersionem, & quòd canes in ciuitate, & volucres in agro carnes eius comedissent: attamen cum se humiliasset Achab, pepercit illi Deus, quòd, cum Elias conquereretur, quasi ex eo falsus
G appareret propheta, dixit illi Deus. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? quasi diceret. Talis est, o Elias, immensæ bonitatis meæ conditio, vt non possim non indulgere sese humiliantibus. Humiliauit autem se Achab: nonne humiliatum vidisti? Ideo indulgendũ sibi erat, quin nõ solùm Deus sese humiliantibus parcit, & indulget: sed illos (vt diximus) exaltat

n Cantic. cap. 4.

Sola humilitas vincit inuincibilem, & Deum superat.

Humilitas terret, & cõfundit Dæmones.

o cap. 4.
p 3 Reg. 21.

Deus nõ põt non indulgere humiliãtibus.

gradatim, & ad Potestates, & ad Thronos; ita, vt, quanto quis magis,
Quanto magis quis se humiliat, tanto magis a deo exaltatur. ac magis sese humiliat, eo magis à Deo secundùm humilitatis gradus exaltatur. Sic Petro se humilianti, & dicenti. *q* Exi a me Domine; quia homo peccator ego sum. Dixit Christus. *r* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et illum constituit caput super omnem Ecclesiam militantem, & suum in terris Vicarium cum plenitudinis potestate. Sic Iohannes Baptista cùm dixisset. *s* Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius; & ad pedes sese prosterneret quasi indignum, Christus illum superexaltat ad caput; & ipsius manu vult in Iordane *t* baptizari. Et iterum ait Iohannes. Non sum Propheta. Et Christus eum plusquàm Prophetam asserit. Sic Publicanus indignum se reputat attollendi oculos in cœlum: & Christus *u* ipsum iustificatum in sancta Sanctorum collocat. Denique ipsa mater Dei cùm se ancillam reputaret humillimam, dicens. *x* Ecce ancilla Domini, &c. Et Deus illam superexaltat super omnes mundi Reginas; quin & super omnes Angelicos Choros: & ipsius H
Dei filiam, matrem, & sponsam constituit; Humilitate igitur fulta oratio, quidquid petierit impetrabit, & ad Potestates, & Cherubim exaltabit.

q Luc.5. r Matth. cap.16. s Ioan 1. t Mat.3. u Luc.18 x Luc.1.

Tertium membrũ. Quin, & ad Dominationes, & Seraphim si tertio loco sit deuota, & ardens, qualis existet. Si ex totis fiat præcordijs, cuius signum aliquando est
Oratio sit deuota, & ardens. clamor extemplo irrumpens externus, quemadmodũ de hodierna Chananæa scribit Euangelista, quòd statim irrumpens clamauit, dicens. Domine miserere mei, &c. Maior autem erat, quàm lõgè clamor, deuotio, & ardor, quem in corde habebat. *aa* Sic olim Moyses (cum Pharao Rex Aegypti illum persequeretur,) genibus flexis, cùm nullam externam ederet vocem, sed intimo tãtùm corde deprecaretur Deum, dixit illi Deus. Quid clamas ad me? Quomodo igitur hoc dicebat Deus, cùm nullus a Moyse clamor ad Deũ ibi omnino ederetur? Quod aduertit Origenes. Nulla (inquit) vox Moysis auditur: & Dominus dicit. Quid clamas ad me? Soluit Origenes; quia ibi erat validissimus cordis clamor, cordis maximus affectus, deuotio maxima, & maximus ardor erga Deũ: in quo specialiter orationis consistit vis. Sic docuit Dauid Rex, cùm ait. *bb* Os iusti meditabitur sapientiã: & lingua eius loquetur iudiciũ. Quid ais Dauid? Nonne intellectus est munus meditari, & nõ oris? Quare igitur meditationem ori tribuis, & iudiciũ linguæ? Sanè, quia oratio vocalis tunc feruida est, tunc ardens, & efficax, cùm ex tota fit cordis meditatione, toto cordis affectu; quod alibi quoque innuit idem Dauid: vbi nos I
legimus. *cc* Respexit Dñs in orationem humilium: & non spreuit preces
Oratio debet fieri ex cordis meditatione. eorũ. Nam ex textu Hebræo sic legit quidam modernus, & doctissimus auctor. Respexit Dñs in orationẽ cicadę. Quidnam est hoc fratres? Numquid cicada orat ad Deũ, & eius exauditur oratio? Metaphora est peroptima, quã ex Aristotelis doctrina sic explico. Cętera omnia animantia vocẽ, vel sonum ore edunt: sola cica la pectore canit. Vult ergò innuere Spiritus sanctus hãc per metaphoram quod illius audit Deus orationẽ, qui toto orat pectore; & sole incalescente, idest magno ardoris affectu; quẽ deuotionis, & ardoris affectũ facile quis cõsequetur, si Spiritus sancti monitum tenebit: quo ait in Canticis, *dd* sponsam alloquens. Sicut vitta coccinea labia tua sponsa: & eloquium tuũ dulce. Quasi dicat. Tunc eloquium tuũ pergratum erit Deo: tunc oratio suauis, & & dulcis diuino gustui, quando labia tua, veluti vitta, erunt coccinea. Quænam est hæc metaphora? Soluant mulieres, quæ vitta coccinea, vel

aa Exodi cap.14. bb Ps.36. cc Psalm. 101. dd Canticor.4.

cuius-

cuiuscumque coloris amentis capillos capiti coaptant, & colligant miro artificio, & ornatu: capilli autem cogitationes (vt supra etiam dictum est) significant. Caput verò nostrum (vt ait Apostolus) *ee* Christus est. Vittā igitur coccineā capiti colligare, & coaptare capillos, nihil aliud est, nisi in oratione cogitationes omnes, omnes affectus, meditationes omnes coccineas K efficere in sanguine Christi pro nobis in morte, & passione effuso; & Christo adhibiti ijsdem affectibus, & meditationibus firmiter, & stabiliter inhærere. Et tunc re vera de taliter orante dicit Christus animæ nostræ sponsus, sponsam alloquens. Sicut vitta coccinea labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce absque eo, quod intrinsecus latet. Hoc idem expressit clarissimè vates ille diuinus dicens: *ff* Exaudi domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te; dum extollo manus meas ad templum Sanctum tuum. Vbi Dauid præcise, & absolutè ex eo audiri vult orans, quod extollit manus suas ad templum Sanctum Dei: per quod templum quidquid alij dicant, doctissimè, ac pijssimè origenes, & Dydimus exponunt, ipsum Christum, verè templum Dei; in quo (vt ait Apostolus) *gg* plenitudo habitat diuinitatis, & de quo idem Christus ait. *hh* Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Iure itaquè merito Dauid exaudiri exposcit, cùm extollit manus ad templum istud; nempè cum innititur Christi morti, Christi passioni sanguini effuso, Christi infinito, & inexplicabili merito. Hinc Ecclesia vniuersa in omnibus suis orationibus, & precibus, huic sancto innititur templo, omnes, & singulas concludens orationes Per Dominum nostrum Iesum Christum, Per Christum Dominum nostrum, &c. Ità Chananæa hodierna optima orandi magistra soli Christo, & Christi merito innititur, cùm ait. Miserere mei domine fili Dauid: Adiuua me &c. Sic quilibet orans deuotissimè, & ardentissimè orabit, si Christi passioni, & merito iugiter meditatione, & affectu inniti conabitur; & sic deuotus, & ardens inter Dominationes, & & Seraphim orans per gratiam nunc locabitur, in futuro per gloriam. Oraturi igitur carissimi purgate vos a peccatis, vt sitis, puri cum Angelis: pro omnibus orate, ascendentes ad Archangelos: in orationibus perseuerate, vt coronam cum Principatibus accipiatis. Sit vestra oratio operosa, & firma vt cum Virtutibus, & Thronis: Humilis, & distincta, vt cum Potestatibus, & Cherubim. Deuota, & ardens, vt cum Dominationibus, & Seraphim in perpetuum regnetis. Amen.

ee 1. Cor. 11.

Oratio nostra debet stabiliter inhærere meditationibus passionis Christi.

ff Ps. 27.
gg Coloss. c. 2.
hh Io. c. 2.

FER. VI. POST DOM. I. QVADRAGESIMAE Concio XLII.

Qua ratione per piscinam intelligatur baptismi Sacramentum perpulchrè demonstratur, ipsiusque ad animarum salutem necessitas in medium affertur, ac insuper explicatur per languentem præsignari peccatorem, cuius diuersi morbi enumerantur, qui sedari, atque mitigari nequeunt, nisi aut Baptismatis lauacro, aut Pœnitentiæ aquis: aliqui tamē reperiuntur, qui salutis quidem desiderio tenētur, sed pigri, et delectationibus immersi conuersionem de die in diem differunt.

MYSTICO, Et salutari sensu anno præterito ex tota currēti Euangelica historia tres principes considerauimus Christi actus videlicet intuitum, quo languidum triginta & octo annorum respexit. Interrogationem, qua eumdem compellans, ait. Vis sanus fieri? Et denique sanationem, cum dixit. Surge, & ambula. In primò, Christi vocationem, qua omnes, & singulos vocat, eos iugiter, & misericorditer respiciendo expressimus, quoad sunt viatores, vsque ad vitæ extremum spiritum. In secundo consensum liberi arbitrij ex parte vocatorum omninò requiri pluribus demonstrauimus. In tertiò, & vltimò iustificationem ipsam liberaliter a Christo consentientibus elargitam aperuimus. Hodiè celeberrimæ currentis piscinæ occasione de nostro omnium baptismo primò dicemus. Secundò de lapsu vniuscuiusque post baptismum designati per languidum. Et tertio de sanatione à culpa in eiusdem languidi sanatione. A

Diuisio trimēb.

Primum Mēbrū.

De primo inquit Euāgelista. Est autē Hierosolymis probatica piscina, quæ sic vocabatur, inquit Rupertus Abbas, *a* per antiphrasim, quia carebat piscibus. Vel, vt inquit diuus pater Aug. *b* piscina dicebatur per cathacresim, quæ nō habētib⁹ nomē accomodat. Probatica verò appellabatur, vt inquiūt diuus Hieronymus, Beda, Rupertus abbas, Nicolaus Lyranus, diuus Thomas, Carthusianus, Abulēsis, & Glossa in hūc locū, quasi pecuaria; quia in ea pecudes sacrificiorū lauabātur vel, vt inquiūt Euthimius, & Theophilatus, intestina ouiū, nō oues ipsę. Vel, vt ait Broccardus a porta, iuxta quā erat piscina, quæ porta ouiū appellabatur: cognominabatur autē, vt inquit Euāgelista hebraicè Bethsaida, quòd, vt placet diuo patri Augustino, domus frugū interpretatur, vel domus misericordiæ; quia in ea sanitatū diuitias p Dei misericordiā recipiebāt infirmi. Qua verò de causa (vt inuestigemus tandē id, q̄ intēditur) nēpè baptismi typū, & figurā infirmi in præfata sanarentur piscina, nullā videtur Euangelista reddere; sed solū describit, quòd Angelus domini descēdebat secundū tēpus in piscinā, & mouebatur aqua, & qui primus descendisset in piscinā post motionē aquæ sanus fiebat a quacumque detineretur infirmitate. Super quibus quo ad Angelum, inquit Rupertus Abbas, in hunc locum quòd erat præses Hierosolymitani templi, ad cuius custodiā Angeli manebāt ante patratū a Iudæis in Christum scælus. Quo patrato (vt inquit Iosephus) *c* audita vox fuit, dicens. Transeamus ex his sedibus inā Angeli ciuitatē Hierusalē custodientes, & templū, ad ecclesias transierūt Christianorū custodiēdas. Quo verò ad motū Angeli inquit Hugo cardinalis, *d* quod cœpit a Christi baptismate in Iordane, vt iam a limine baptismi figurā præmonstraret, & expressissimū aduentus Mariæ signū, (translato iā regno, & sceptro ad Herodē idumęū) et manifestius daret in piscina videlicet vt cęci viderēt, surdi audirēt, claudi ambularent iuxta Isaię vaticiniū, & vno verbo, oēs sanarentur infirmi a quacūque detinebantur infirmitate; in quo perpulchrè ostendebatur baptismi clarissima, & efficacissima virtus a quacūque culparū spirituali infirmitate sanans. Etsi.n. Nicolaus lyranus de virtute aquæ huius piscinæ referat opinionem dicentium, quod procedat ex ligno, quod ibi occultauerat Salomon, in spiritu præuidens, mortem Christi in eo futuram: & quod in eo confecta fuerit Christi crux. Vel, vt alij opinantur, Seth ex præcepto Adę tria quæsierit, & obtinuerit semina arboris sciētiæ boni, & mali; quæ super Adę sepulchro sata tres protulere virgas, quæ indè in vnā congestæ arborem, deniquè B

a In Ioa. c. 5.
b 3. de doct. christia c. 5.

Piscina probatica erat figura, & signum, & signū Sacramenti baptismi

Angeli ante mortem Christi custodiebant ciuitatē Hierusalem & Templū Sanctū.

c lib. 7 an. 11. c a. 12.
d In Ioan. c. 5.

Virtus piscinę ex ligno procedebat quod ibi occultauerat Salomon secundū aliquos.

nique tempore Salomonis lignum ex ea confectum, cum templi ædificio applicaretur, lõgior, vel breuior sẽper apparebat. Quare, vt prodigiosum, iuxta templum in piscinam a sacerdotibus proiectum, & reconditum fuit: ex quo Crux Christi similiter conficienda foret. Hæc, inquam, & similia, quæ nec Lyranus approbat, omnino apocripha sunt, & reijcienda. Hæc enim ex ligni virtute, nec ex virtute aquæ, nec ex motu angeli poterat huiusmodi adesse virtus sanandi: nam, si sic omnes, & singulos; quotquot in piscinam descendissent, his existentibus, sanari vtique fuisset. Sed vnus tantum sanabatur, & primus (vt notant Euthymius, *e* & Chrisostomus *f*) qui descendisset in aquam post motionem, quæ fiebat ab Angelo irregulariter, & extemplo, vt clarè appareret hanc virtutem sanandi penitus esse diuinam, & ex Dei beneplacito, vt indè Iudæos excitaret ad futuram cognoscendam, & amplectendam in aquis baptismi Christi virtutem. Sic per-
C optimè Diuus Chrysostomus loco citato ait. Decebat quidem baptisma dari peccata purgans, cuius imago præscripta fuit in Piscina, per quam infirmitates varias per aquas dissoluens, propinquius adducere voluit, & clarius ad baptismi donum. Sicut enim ministri, qui propè Regem sunt, clariores existunt, ita baptismi Christi iam imminentis clarissima extitit figuratum piscina. Sic Theophilatus, Rupertus, Beda, Euthymius hoc in loco, & Diuus Ambrosius, *f* & Tertullianus; *g* Addit Theologorum pater Augustinus, *h* quòd in piscina sanabatur vnus; quia in hoc vnitas Ecclesiæ per baptismum designabatur, vt vnus esset dominus, vna fides, vnum baptisma: & post vnum quisquis veniret, non sanabatur: quia nullus, qui prę ter hanc vnitatem fuerit, sanari vnquam poterit. Veh illis ergo, qui oderunt vnitatem, & partes faciunt sibi, & factiones constituunt in hominibus. nam hoc immediatè apponitur vnitati baptismatis, de quo prædixerat Zaccharias Propheta. *i* In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ quasi dicat: Nullus cœlum ingredietur, in beatam patriam; si prius lo us non fuerit in hoc fonte baptismatis; quemadmodum si Rex solemne conuiuium para set, omnibus partibus absolutum, delicijs omnibus affluens, pro Regijs, ac perpetuis nuptijs; ad quod omnes, & singulos inuitaret, sed tali conditione, ac lege, quod nullus admitti posset ad conuiuium, nisi taliter, ac taliter purificatus, & ablutus. Sic Deus conuiuium parauit æternæ beatitudinis in empyreo inexplicabilis voluptatis, & dulcedinis deliciarum optimatum, quas nec auris audiuit, nec oculus vidit, neque in cor hominis ascendit: hac tamen lege, vt nullus omninò ingredi possit ad nuptias, nisi in sacro baptismatis fonte renatus, dicente Christo. *K* Nisi quis renatus fuerit ex
D aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnũ Dei: nullus autem prohibetur a fonte, quia patens est domui Dauid, & omnibus habitantibus Hierusalem, idest vniuersis in toto orbe terrarum baptizari volentibus. O Dei bonitatem, & liberalitatem, ò baptismi vim, & efficaciam, quæ filios perditionis in filios transfert regni, eripit Diabolo, tradit Christo. Quod pulchram per metaphoram prædixit Dauid, cum ait. *l* Contribulasti capita Draconum in aquis: per dracones tam peccata, quàm Dæmones exprimendo, qui simul cum peccatis contribulantur, extinguuntur, repelluntur ab hominibus per baptismi aquas; & illud verificatur. *m* Ipsa conteret caput tuum: nẽpè contribulãdo ipsum in aquis. De quibus perbellè Gregorius

e In Ioan cap. 5.
f Homil. 35. in Io.
Piscinæ virtus secũdũ veritatem erat diuina, ex Dei beneplacito.
f Lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 7.
g In lib. de baptis.
h Tract. 17. in Io.
i cap 13.
In sanatione vnius vnitas ecclesiæ p baptismum designabatur.
Nullus ad beatitudinem ingredi pôt, nisi fonte baptismatis renatus fuerit.
K Ioã 3.
Efficacia & virtus baptismi
l Psal. 73
m Gen. 3.
Ecclesia contribulat diabolum in aquis.

n lib. de bapti.

trius Nissenus ait. *n* Sicut aqua corpus sordibus fędatum lauamus: sic per eam mystica baptismi actione incorporeum significamus splendorem: constat enim homo ex corpore spectabili,& anima inuisibili. Hinc illi a sapientissimo Deo sacramenta tradita sunt foris spectabilia,intus uero spiritualem uim continentia, proportionabilia homini dans medicamenta; corpori uisibili uisibilem aquam:animæ verò inuisibili spiritum,qui non appereret. Et alibi. *o* Quemadmodum, inquit,in mari rubro Israelitarum hostes submersi sunt:ita in rubro aquæ,& sanguinis Christi pelago,christianorum hostes obruuntur:& sic contribulantur capita draconum in aquis,solusque fidelis emergens,vniuersus nostri hostis,exercitus,aqua summergitur. Eiusdē igitur aquæ ui summergitur hostis eleuatur fidelis;quemadmodum enim (vt Tertullianus ait) *p* ordinato mundo per elementa in primo capite Genesis, primis aquis præceptum est animas proferre,ne mirum sit,si aquæ in baptismo animas animare nouerunt:sicut enim piscium uita in aquæ elemento posita est:Sic animarum uita in baptismo est collocata. Nos pisciculi in aqua nascimur;nec aliter,quā in aqua permanēdo salui sūmus. Necessarius ergo ad uitam est baptismus,qui piscina,& ritè,appellari potest a piscibus Christianis: & probatica.i.ouilis: nā Christi oues per baptismum efficimur. Cetera omniū gētiū,& nationū lauacra hyrcorū sunt,nō ouium:solus baptismus oues efficit lauādo. Sic D. Ambrosius. *q* Sunt quidē lauacra gentiū: sed baptismata esse non possunt:caro lauatur, non culpa diluitur. In piscina Hierosolymitana vnus tantum salutem consequebatur corporis. In piscina Ecclesiæ, quotquot uolunt,salutē comparant animæ immortalē:sed, ò ingratissimos Christianos, qui tā singulari beneficio a Deo liberaliter insigniti uel abiiciūt vel contemnunt turpiter: quod lamentatur Deus per os Nathan prophetæ sub Dauidis typo, vnūquēq; alloquens christianum talibus uerbis. Ego vnxi te christiane (sin baptismatis vnctione) in regem super Israel (idest regni æterni hæredem per baptisma te constitui.) Ego erui te de manu Saul (idest de Diaboli potestate, sub qua per peccatum subiacebas): & dedit tibi domū domini tui. (idest Ecclesiā, quæ est domus domini Dei nostri) & dedi tibi vxores domini tui in sinu tuo (idest Christi merita, Christi gratiam, & Christi denique gloriam:) & dedi tibi domum Israel, & Iuda, (idest Ecclesiam militantem in terris & triumphantem in cœlis.) Et si parua sunt ista, maiora tibi adiiciā.i.vt supra diximus, quę nec mens capit, nec lingua dicere sufficit. O Dei liberalitatem. At sequitur statim propheta. Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo? Quare quare christiane? nullam certe ingratitudinis tuæ excusationem afferre poteris. O quā satius esset D. Antonini nostri Archiepiscopi Florentini monitum obseruare; quod dicere solebat. Accipe beneficium: redde obsequiū, fuge iudicium. Cęlum, Terra, Sol Luna, Stellę, elementa, mixta, omnia clamant. Accipe homo beneficium. Et vltra hæc, magis, ac magis exclamant sacramenta, merita, gratia, gloria. Acccipe homo beneficium: sed, nisi reddas obsequium, seruiendo ipsi Deo, iuuando pauperes, frequentando sacramenta, & cætera bona exercendo opera, in Dei obsequium nullatenus effugies iudicium. Accipe, accipe igitur quodcunque beneficium. Vtere mundo, diuitiis, deliciis, cibis, & potibus; sed non abutere. Redde obsequium, vt fugias iudicium.

o De vita Moysis.

In aqua Baptismi obruuntur hostes.

p lib. de baptis.

In baptismo animarum nostrarū vita collocatur.

q libr. 2. de sacr. c. 1.

Lauacra Gentium non mundant homines a peccato.

Ingratitudo quā maxima Christianorum.

Secundū Membrū

Præsertim cum sæpius a dignitate, in qua te constituerat baptismus, turpiter sis lapsus: quod secundo loco a nobis præstandum erat. Languidus, enim

E

F

enim hodiernus non in piscina, sed extra ipsam a Christo sanatur, in quo nullum alium designat, nisi hominem post baptisma lapsum, cui sanato dicitur. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ita cuicumque per sacramentalem pœnitentiam sanato a Sacerdote G dicitur. Vade in pace: noli amplius peccare. & ratio? Ne deterius tibi aliud contingat, dicente Spiritu sancto. r In duobus contristatum est cor meum; & in tertio iracundia mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus, & qui transgreditur a iustitia ad peccatum; Deus parauit eum ad rompheam: Quæ metaphoræ eundem omnino significant baptizati lapsum: Sic de prima, videlicet bellatoris defectu diuus Ambrosius. ſ Vnctus es Christiane, quasi athleta Christi, luctamina sæculi huius luctaturus: luctaris in sæculo, & præmiaris in cęlo. Pugnas cum hoste: coronaris a Rege Christo. At quemnam dolorem animi Regi, & Principi exercitus parit viri bellatoris, & dilecti inopia? Quem par est, imminenteiam pugna, armis vndique munitum, & instructum esse, omnibusque necessariis abundare? His tamen omnibus expoliatur, & destituitur per peccatum Christianus miles. Proh dolor; proh dolor. De secunda verò metaphora, idest, de viro sensato, qui in contemptum cadit, quisnam magis sensatus vir, quam Dei imitator? De quo Gregorius Nissenus. t Nihil ex his rebus, quæ sub oculos cadunt, immutatur; sed nouum hominem internum a vetere per mores externos, & opera dignoscimus: per quæ Deum sanctitate morum imitari tenemur, nobisque exactè conuenit inspicere genitoris mores, (qui per baptisma nos genuit,) & proprietates, vt ad similitudinem patris nosmet formantes, legitimi inueniamur filii Dei, qui nos in adoptionem, quæ nos per gratiam contigit, vocauit. Graue enim est probrum H adulterinus, spurius, & subdititius filius, qui factis paternam fallat nobilitatem, ac ludificet. O quam graue probrum: O quam graue probrum: hoc plusquam gehenna cruciabat Diuum Bernardũ, vt diabolus exprobare possit Christo talibus verbis, Tu pro tuis carnem assumpsisti, & in ea peregrinatus, famem, sitim, flagella, illusiones, asperrimam Crucis passionem, & mortem sufferre voluisti. Insuper & præmia æterna, inuisibilia, & inexplicabilia præparasti, & promisisti: ego verò nullum horum perpessus sum pro hominibus: quin & dura, & laboris plenissima: & denique non, nisi æternam damnationem expectare a me poterant, & tamen te dereliquerunt Christe, meque secuti sunt. O graue probrum. Quæso, nè tale impingatis Christo, ne talem occasionem detis Diabolo. Denique in tertia non iam metaphora; sed aperta propositione; quam indignationem, quam iram, quem iustum, & vrentem zelum, putas, in Christo concitat vir in virtute minimè persistens; sed a iustitia, & probitate ad vitia, & impietates, veluti proditor transgrediens? Huic parasse, dicitur Deus, Rompheam, idest supplicium ęternum, vt expon unt Lyranus, Carthusianus, & Iansenius.

Quid interim? Iam sanatus es Christiane in baptismi piscina. Iam lapsus es, vt bellator deficiens, vt uir sensatus despectus, & a iustitia ad peccatũ transgressus. Quid inquam, tertio loco de teipso statuis? Vis sanus fieri? Christus vetus medicus primo bracchium expostulat idest voluntatem, pulsumque tangit, cum ait. Vis sanus fieri? Duplici namque prædita pulsu voluntas. Volo, Nolo. Tunc pulsus rectus est, quando volo sic pulsat: Volo Deum, volo Dei cultum, uolo castitatem, patientiam, pęnitentiam, & cetetas

Marginalia: Lacerandus ho- [?]minem [?]post baptismum designat. r Ecclesiastic. 26. Prima Metaphora. ſ lib. 1. de Sacram. c. 2. Simil. Miles Christianus per peccatũ expoliatur armis, omnibusque necessarijs ad pugnam. t libr. de bapt. Secunda Metaphora. Dẽt homo immitari patrem cęlestẽ qui per baptismum eum genuit. Tertia Metaphora. Zelus, & indignatio Christi cõtra proditorem. Tertium Mẽbrũ.

tas uirtutes. Similiter tunc nolo rectus; est pulsus cum sic pulsat. Nolo contemptum Dei; nolo Dei odiũ: nolo peccatum; nolo adulteria: & sic de ceteris uitiis. Cõtra vero irregularis fit pulsus, cũ per volo, & nolo opposita his, quæ superius explicata sunt, vel reiiciuntur, vel acceptantur .i. quando volo peccata, nolo uirtutes. Hinc utrumque hodie Christus rectificat in languido dicens. Vis sanus fieri? Idest, vis gratiam, & uirtutes? Volo, subintellige. Vis peccata? Nolo, ait expresse. Noli amplius peccare. At vtrumque motum ex voluntate nostra proficisci oportet. Sic diuus pater Augustinus. *u* sine voluntate tua non erit in te Dei iustitia. Fecit te nescientem iustificat volentem. Sic Cyrillus Ierosolymitanus. *x* Quemadmodum qui conscripturi sunt milites ætatem, corpora, & cetera huiusmodi diligenter excutiunt. Sic dominus delectum faciens animarum, non corpora, sed illarum scrutatur voluntatem. nolentẽ ergo reiicit. Quid itaque ais? Vis sanus fieri? Tange, tange pulsum. Scrutare, Volo, & Nolo. Audi Marcum Tullium dicentem. *aa* Cum cõstemus anima, & corpore; corporis curandi vtilitas Deorum inuentioni cur consecrata: animi autem medicina, nec tam desiderata sit, antequam; inuenta: nec tam culta postquam cognita: nec tam multis grata, & probata pluribus etiam suspecta & inuisa? Soluit. An, quod corporis morbum, & dolorem animo iudicamus: animi vero morbum corpore non sentimus? Ita fit, vt animus de seipso non iudicet, cum idipsum, quo iudicat ægrotat. Audi Traiani præceptorem, dicentem, *bb* quod si corporis morbi pulsibus arteriarum, aut coloris rubore deprehenduntur, hosque feruor, aut facilis lassitudo solet arguere, contra animi mala plerosque ita fallunt, vt non habeantur pro malis: nimirum ob idipsum periculosiora sunt, quod sui sensum adimunt ægrotanti. Siquidem corporis morbos ratio sana percipit, at animi morbos ipsa simul ægrotans, non potest de suis iudicare malis, quibus laborat: propterea, quod ægrotet ea pars cuius erat iudicare. Proinde inter primos, ac maximos animi morbos ponenda est demẽtia, per quam fit, vt plerisq; immedicabilis, ac domestica sit, & cõuiuat, & commoriatur malitia. Etenim sanitatis initium est, si qui laborat, sentiat sibi opus esse remedio. Rursum, quod nõ uidet quibus eget; propterea, quod nõ credat se se ęgrotum; etiam, si præsto sit, qui medeatur: tamen recusat; nec admittit curationem; Nam inter corporum morbos perniciosiores sunt hi, qui sui sensu uacant, quod genus sunt, lethargus, capitis dolor, morbus comitialis, febres atque hæ potissimum febres, quæ uitiosum humorem uehemẽter exacerbant, ac sensum, velut in organo perturbãtes, mouent chordas nõ mouẽdas mentium. Qua pp medici concedunt quidem, vt ægrotet homo: at ita, si quis ægrotet, non ignoret se male habere, id, quod in omnibus animi morbis, solet usu venire. Neque enim qui desipiunt, neque qui sunt temulenti, neque qui faciunt iniuriam sibi uident peccare; verum etiam sunt qui tum officiose se facere putant. Febrim enim nemo uocat sanitatem, neque tabem quisquam appellat bonam habitudinem, neque podagram pedum velocitatem, neque pallorem nominat ruborem. At iracundiæ multi fortitudinis nomẽ imponũt, amorẽ amicitiæ nomine palliãt inuidiã æmulationis, timiditatẽ diligentiæ, &c. Hinc fit, vt illi quidem medicos accersant, quippe qui intelligunt, quid morbus postulet, e diuerso hi fugitent, philosophos, ueriti ne non assequantur eas res, in quibus delinquunt, & cetera habet Plutarchus, hac de re, quibus concludit sanitatis initium, progressum, & finem esse

vt

[Margin notes:]
I

K

Irregularis fit qñ volo vitia nolo virtutes.

u Ser. 15. de verb. Apost.

x Cath. 1

aa Tusc. q. lib. 3.

bb Opusc. An graniores sint animi morbi, quàm corporis.

Inter maximos morbos demẽtia primum locum tenet.

vt qui laborat, sentiat sibi opus esse remedio, quod vel difficilè, vel nũquàm cognoscit, qui animi morbo laborat aliquo. Audi & alterius imperatoris præceptorē. *cc* Plerosque immedicabiles facit, quod omnium aliarum arnũ peccata artificibus pudoris sunt, offenduntque decrrantes; vitæ peccata delectāt. Quod forte maioris est impedimenti, quàm id, quod affert Plutarchus; cui concedendum est, quàm plurimos reperiri qui peccatorum perniciem non sentiunt: & ideo etiam interrogati, sani fieri nolunt. At, nullus, mea quidèm M sententia in peccatis degens reperitur, quem maximè non detineat id, quod astruit Seneca: nempè, quia vitæ peccata delectant. Hinc fit, quòd nu recognoscunt sua errata, & vellent sani fieri, sed voluptatum delectatione detinētur, & differunt: tales sunt omnes, qui voluntatē habent remissam, qui dicunt vellem, & nunquàm ad motum rectum perueniunt sui pulsus, qui est volo; absolutè volo; volo efficaciter: statim volo. Non enim ociosè, inquit Euangelista de Ierosolymitana piscina, quòd qui prior descendisset, sanus fiebat: quasi ostendere vellet festinationem, & resolutionem sine mora, & cunctatione esse necessariam. Et re vera ad sanitatem quis non festinet? quis nòn curret? quis alas non assumet ad volandum? Mirum sanè, quòd vbi quis in morbum incidit corporalem, statim accersit medicum, festinat, diligentiam adhibet, nil intentatũ relinquit; similiter ad diuitias, ad facultates, ad opes, ad honores, ad dignitates, &c. In morbis verò animi etiam grauioribus, & periculosioribus quid? Vel non agnoscunt, vel procrastinantes, vix dicunt, vellē: nunquàm auditur volo efficaciter, & resolutè. De quibus dicit Spiritus sanctus. *dd* Sicut ostium vertitur in cardine suo; ità piger in lecto suo. Et Diuus pater Augustinus quasi hunc locum explicans, ait. *ee* Cogitationes, quibus meditabar in te, similes erant conatibus expergisci volentium; qui tamen superantis soporis altitudine remerguntur. Non erat quod tibi responderem dicenti mihi. Surge, & ambula: nisi verba somnolenta: modo, ecce, modo, sine paululum, adhuc paululum; sed modò non habebat modum, & paululum ibat in longum. Sic sunt omnes, qui dicunt vellem. Quam verò diutini N sui languoris rationem adducit languidus? Quia, inquit, hominem non habeo. Sic re vera omnis malus, & impius in sua perseuerās impietate, hoc idē dicere potest; quia hominem non habeo. i. (inquit Theophylatus.) *ff* Non habeo humanā rationē. Tunc. n. non habemus hominem, cum secundũ humanā rationē non viuimus; sed, vt cōparati iumentis insipientibus, & similes illis effecti, effrænatas sequimur appetitus voluptates. Quare, nisi nos ipsi nos ipsos deseramus, nunquā dicere possimus. Hominē non habeo: sed qñ seipsũ homo amisisse videtur, & in brutum degenerasse animal, tunc dicere potest. Hominē non habeo. Sic dixertissimus Philo. *gg* Nemo inuitus, est homo; sed bellua, humana præditus forma. Et D. August. *hh* Animam habere, & intellectum non habere, i. non adhærere, nec secundum eum viuere bestialis est vita. Vide igitur homo quo ex dignitatis culmine cecidisti: per baptismum n. Dei filius, & regni cælestis hæres constitutus fuisti, ... sed deindè per peccatum, hanc omnem dignitatem amisisti, & de gradu tuo decidisti, transfuga inops, sensatus olim, nunc despectissimus, & qui a iustitia in peccatū trasgressus, hominem amisisti, pullum non pereipis, excitantem non audis. O vtinam tandem audires, & consensum præberes interrogatus, dicens. Volo, volo: & sanator omnium Christus gratiam suam tibi largiendo, dicat. Surge, & ambula in pace. Amen.

Initium, progressus & finis sanitatis est sentire remedium sibi opus esse

cc Senec. epist. 98.

Sunt nonnulli qui vellent sani fieri sed delectatione detinentur.

dd Prouer. 26.

ee 8 conf. c. 5.

Pigri volunt conuerti, & sanari: sed differunt de die in diem.

ff In Ioā. cap. 5.

Sine ratione viuentes in brutum conuertuntur.

gg lib. de Abrahā.

hh tract. 15. in Io.

DOMINICA SECVNDA Quadragesimæ. Concio XLIII.

Admirandum transfigurationis mysterium explicatur. omniaque in ipso consideratione digna sigillatim exponntur, ac variæ recensetur rationes, ob quas Christus radium suæ demonstrauerit Diuinitatis, cuius encomia aliqua ex parte decantantur, damnabilisq; hominum vecordia reprehenditur, qua pro cælestibus, atque æternis bonis temporalia, ac terrena miserrimè amplectuntur.

COmparuit hoc mane anno præterito super magnifico, & glorioso monte Thabor tanquam totius mũdi celeberrimo theatro Dominus noster Iesus. Christus, & in totius mundi monarcham, magnificè se declarauit per sua gloriæ manifestationem in transfiguratione: deindè totius mundi proceres ad consilium vocauit, & dictam, cum quibus tertio loco de Reipublicæ statu, & quomodo ære teneretur alieno, pretiosissimo eiusdem regis Christi sanguinis pretio per excessum, soluendo. Et denique subditorum instructionem legem, & decretum statuit perpetuò retinendum, & obseruandum, nempè, obedientiam in omnibus Christo regi præstandam; quod vtinam, & perpetuò ab omnibus fiat. Huc enim tendunt conciones omnes, omnes nostri sermones: sicut & hodiernus. In quo mysterium ipsum transfigurationis primò

Diuisio bimẽbr. explicabimus; deindè rationes nonnullas, ob quas Christus dominus transfigurari voluit.

Primum membrũ. Quoad primum, explicandæ sunt circumstantiæ loci, & personarum adductarum miraculosè vltra Apostolos, & transfiguratio ipsa, tùm personæ, tùm vestimentorum. De prima circumstantia, inquit Euangelista, quòd Christus discipulos suos duxit in montem excelsum seorsum, quem fuisse montem Thabor omnes affirmant, quos viderim, nemine discrepante. De quo, ad hanc alludens gloriosam Christi actionem, vaticinatus fuerat rex Dauid, apertè, dicens. *a* Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt, &c. Et Damascenus. *b* Cum cœlo mons certauit: fuit enim quoddam cœlestis gloriæ theatrum, quin, & empyreum ipsum monti Thabor tunc inuidere poterat Christi humanitate carens, quæ in Thabor monte fulgebat. Montem autem sic excelsum elegit (inquit Remigius) *c* quia necesse est omnibus, qui domini contemplari desiderant, vt non in infimis voluptatibus iaceant; sed amore supernorum semper ad cęlestia erigantur. Et propterea, quia diuinæ claritatis gloria non in huius sęculi profundo, quidquid sit ibi; sed in cęlestis regno beatitudinis est quærenda. Seorsum autem ducit: quia sancti homines, etsi corpore inter malos existant; animo tamen toto, & fidei intentione separati a malis existunt: penitusque separabuntur in futuro. Et hoc de loco. De personis verò adductis, vltra suos discipulos, inquit Euangelista. Et eccè apparuerunt illis Moyses, & Helias cum eo loquentes. Cum autem Moyses per multa iam ante sęcula defunctus fuisset, A

a Psal. 88
b Oratio. ne de trãsfigur.
c In Mat. cap 17.

Trasfigurationis, & contẽplationis locus nõ est in profundo, & voluptatib. huius sęculi sed in monte.

constat

constat illius animam ex lymbo Christi præcepto, & imperio cum aliquo assumpto corpore apparuisse. Ita docent diuus Thomas, d Lyranus, e & Abulensis. f Contrà verò diuus Hieronymus asserit, Moysen resurrexisse suumquè verum corpus habuisse existimat. Et Auctor de mirabilibus Sacræ Scripturæ dicit, g hanc fuisse receptam suo tempore, & communem doctorum sententiam, sed verum mortuus iterum fuerit Moyses? Respondet affirmatiuè, sed sine vllo dolore. Quæ opinio sustineri potest: assuetus enim erat Moyses aliquali gloriæ, & priuationi eiusdem. Et hæc hodierna gloria fuit solùm
B corporis gloriosi Christi ex anima beata redundans: licèt mihi magis arrideat superior sententia. Hoc certum est, Moysen gauisum vehementer, illum videns messiam gloriosum, cuius per operationes innumeras tot expresserat figuras: tot gesserat typos. De Elia verò nulla est controuersia, illum adhuc superstitem, & viuentem de illo translatum loco, in quo ad suum reseruatur finem, ad eundem post transfigurationem incunctanter ex Christi beneplacitò quomodocunque repositum. Et hoc de personis miraculosè adductis.
De ipsa verò transfiguratione (inquit Lucas Euangelista b) quòd facta est facies eius (idest, Christi) altera. Manente enim eadem corporis forma (vt adnotarunt Euthymius, & Hieronymus i) mutatus est Christus quoad accidentia, quæ latius explicat hodiè Matthæus, dicens. Et resplenduit facies eius sicut sol: totum siquidem Christi corpus, & manus, & pedes iactabant splendorem. At Euangelistæ de sola facie meminere; quia illa sola discipulis apparebat. Sic docent auctor de mirabilibus Sacræ scripturæ loco citato, & diuus Hieronymus, K & Sanctus ephrem, qui sic ait. l Toto suo corpore, sicut sol suis radijs resplenduit gloria suæ diuinitatis: & ex totò eius corpore, & ex tota eius carne gloria eius scaturijt, & ex omnibus eius membris resplenduerunt radij. Non ignoro autem Abulensem m in contrariam ire sententiam; cum quo tamen arbitror non sentiendum; sed magis cum præfatis Patribus. Et hæc de Christi corpore. De vestimentis autem se-
C quitur Euangelista. Vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix: superquo Abulensis n arbitratur, colorem non esse immutatum; sed miraculosè perfectissimum datum, & non a corporis splendore. Caietanus contrà sentit, vestium candorem ex splendore corporis manasse. Sic auctor de mirabilibus Sacræ scripturæ vbi supra. Caro, inquit, illuminata per vestimenta radiabat: cui sententiæ assentiendum arbitror. Nec enim opus erat nouo miraculo in vestimentis: nam, si splendor solis collum repercutiens columbæ, illud repræsentat modo rubinum, modò adamantem, modò alterius coloris: quid mirum, si efficacissimus gloriæ Christi splendor, vestimentis eiusdem cuiuscunque coloris prius existentibus talem tribuerit candorem? & præsertim, si vestes prius albæ fuerint, vt apertè sentit idem Abulensis. Et hæc de vestium accidentibus. De ipsa verò transfiguratione in vniuersum, de qua Euangelista dicit; & transfiguratus est ante eos, inquit Damascenus loco citato. Quemadmodum, si quis ingentem auri, argenti, gemmarumque thesaurum per tenuissimam ostenderet fistulam. Sic Dominus immensas gloriæ suæ per carnis rimulam indicauit opes. Ita sol ex summo suo splendore per ostij, vel fenestræ rimulas quàm tenuissimas radios immittere solet. Diuus verò Ephrem loco item citato sic habet. Ex ipso scaturiebat eius gloria: omnis enim Summi regis gloria est ab intus. Christus

d par.3.q.45.art.3.
e in Mat. ca.17.
f q.14.
g cap.3. lib.10.
Moyses resurrexit & iterum sine vllo dolore mortuus est.
b cap.9.
i in Mat. c.17.
In trasfiguratione mutatus est Christus quo ad accidētia tū Christi corpus resplenduit sicut sol.
K Epistola 61. ad Palm.
l Oratione de trās. figu.
m q.47. in Ma c.17.
n q 42.46.
Ex corporis splendore cādor vestium emanauit
Simili:

stus autem immensum habebat intrinsecus gloriæ pelagus, & ex infinito Oceano paruulus quidam riuulus redundauit in corpus: paruula ex infinito igne scintilla, minima ex infinito thesauro intus latente gemmula. Abintus igitur omnis regis nostri gloria, non sic reges temporales, qui regulariter, nō ab intrinseco, sed ab externis ornamentis purpura, gemmis, auro, argento, comitatu, & cæteris huiusmodi gloriam quærunt. O quàm futilem, o quam vanam. Vtinam & ipsi ab intrinseco virtutum gloria florentes per actus resplenderent extrinsecos: Sicuti perooptimi in futura sæcula resplendent principes. Ceterum omnis extrinsecus ornatus, extrinseca omnis gloria temporalis est, momentanea, vana, caduca, trāsitoria. Aeternam verò Christus ostēdit, vt peroptimè aduertit diuus Hieronymus o Qualis enim (inquit) futurus est tempore iudicandi: talis Apostolis apparuit; docere quidem nos volens, vt, & tales nos exhibeamus in præsenti per internam virtutum gloriā, quales in extremo iudicio coram tonante, ac mirifice splendente iudice Christo reperiri exoptamus.

Omnis gloria Christi ab intus.

Oīs gloria extrinseca temporalis est momētanea.

p In Mat. ca. 17.

2 Memb.

Ad quod magis vos disponendos non ambigo, si rationes nonnullas, propter quas transfiguratus est Christus, breuiter expendamus, Secundo loco. Quarum primā iam & præterito anno explicata, & hoc manè reperita est: nempè, vt Christus regem vniuersorum, & regem regum, & monarcham supremum se declararet: Secunda; vt se filium Dei viui ostenderet iuxta illam Petri gloriosam confessionem. p Tu es Christus filius Dei viui, &c. eam clarissimè confirmante voce diuina paterna cęlitus delapsa in magnifica illa gloriæ ostensione, & expressè dicente. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Tertia; vt gloriam, & Maiestatē suam, qua venturus est in vniuersali iudicio mundum vniuersum iudicare (vt suprà ex diuo Hieronymo prætactum est,) ostenderet. Quarta; vt stabiliret firmius in discipulorum cordibus mortem, & passionem suam voluntariam omninò esse pro totius mundi salute, vt eorum tolleretur scandalum quodcunque. Sic diuus Chrysostomus, q & Sanctus Leo Papa. r Quinta; vt ostenderet similiter, se gloriam corporis voluntariè suspendisse, ac retinuisse, nè in illud redundaret; vt indè omnes passiones, quas per totam suę vitam, voluntariè assumptæ dignoscerentur. Sexta deniquè, & vltima, & quæ principaliter, & discipulos præsentes, & futuros omnes allicit, delectat, & attrahit, fuit vt gloriæ maximum præmium propositum aperiret his, qui pro illo Crucem tollerent, eumque pro viribus imitarentur. Nil enim labores quoscunque dulciores efficit, quàm præmij spes; & præsertim vbi præmium incomparabili spatio labores excedit. Sic Moyses (vt innuit diuus Paulus f) elegit affligi cum populo Dei, Pharaonisque aulam, gloriam, & diuitias quascunque spreuit: aspiciebat enim in remunerationē. Sic Serenissimus ille rex liberè ait. t Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem. Et Cassiodorus ad Senatum Romanum. u Non est, qui ad morum summam ascendere non conetur, quando non relinquitur irremuneratum quod, conscientia teste, laudatur. Et Damascenus. x Qui laborum fructus perspectos habet, intrepido animo in certamen descendit. Etenim lucri cupiditas eo ducere solet homines, vt corpori suo minimè parcant. Et diuus Augustinus. aa Noli attendere quà iturus; sed quo sis peruenturus; si fuis laborem sustinere, attende merce-

1 Ratio.
2 Ratio.
p Mat. 16
3 Ratio.
4 Ratio.
5 Ratio.
q Hom. 57 in Matt.
r Serm de transfigu.
6 Ratio.
Spes præmij labores dulces efficit.
f Heb. 11.
t Ps. 118.
u Epi. va. lib. 2.
x Oratio de trās figu.
aa In Ps. 36.

mercedem. Difficile est iter? confragosum? accliue? Ab itinere oculos amoue; itineris finem lætissimum, omnique cœlesti voluptate plenissimum respice. *bb* Et diuus Chrysostomus, Sursum, inquit, caput; sursum & oculos: istuc, & pedotribæ currentibus præcipiunt. Sursum vbi palma spectatur, suspice; palmæ enim aspectus alacritatem facit magnam. Et plenius. *cc* Gregatim maria tranant cerui natantes; nec terras vident; sed in earum odore tantummodò natant. Nonnè plusquam odorem patriæ cælestis fide conspicimus? Mundi ergo pelagum traijciamus alacriter. Denique iterum Augustinus. *dd* Spem in illam terram, quasi anchoram transmissimus, nè in isto mari turbati naufragemus: &, vno verbo, omnes clariores patres, & Philosophi, nemine discrepante de præmio in vniuersali idem sentiunt. Quid igitur de specialissimo, & supereminenti præmiorum præmio, quod suis repromittit, & iam prælibandum aliqualiter hodie suis exhibet Christus? ineffabile vtique esse confitentur omnes: sed nonnulla balbutiendo tantùm innuunt, quorum nonnullos audiamus, & primò Chrysostomum, dicentem. *ee* Considera quæso, & enumera diuitias, cæteraque dona, G quibus Deus homines impios etiam Turchas, Mauros, Ethnicos cumulat. Quod, si impijs in hoc terrarum orbe tot dona, tam eximia, liberaliter largitur, quid in cælo Sanctis, beatisquè hominibus sibi caris; & amicissimis largietur? Audiamus, & Augustinum, qui sic eodem ferè argumento arguit. *ff* Quid dabit his, quos prædestinauit ad vitã, qui hæc dedit eis, quos prædestinauit ad mortẽ? si rex suis captiuis ad triremes damnatis largiter villas, palatia, possessiones, ciuitates, prouincias, & thesauros multos distribueret: quid filijs (data in monarcha potentissimo proportionata potentia, & facultate) largiretur? Vestrum esto iudicium. Petrus quidem, (vt alibi Augustinus adnotauit *gg*) dulcedinem Domini, vt gustauit in transfiguratione, omniũ inferiorum oblitus, quasi ebrius clamauit, Domine bonum est nos hic esse; vnam stillam dulcedinis ille gustauit; & omnem aliam fastidiuit dulcedinẽ. Quid putas, dixisset, si magnam illam diuinitatis dulcedinem gustasset? quid si non guttam, sed torrentes illos, de quo beata illa, & regia anima dixit. *hh* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ; & torrente voluptatis tuæ potasti eos. Et iterum. *ii* Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Regina quidem Saba *kk* sapientiam audiens Salomonis, non habebat vltrà spiritum deliquium passa. Quid, si gloriam vidisset filij Dei, qui plusquàm Salomon incomparabiliter, ineffabiliter extat? Gregorius Nanzianzenus ex sola futuræ gloriæ memoria sic aiebat. *ll* Non me respirare sinit gloria ventura, & futurum iudicium. Ex quibus illud maximè horreo: illam verò desidero, donec dicere valeo. Defecit in salutare tuum anima mea. Et Di-
H uus Basilius. *mm* Pulchritudo diuina, vbi semel humanæ affulsit animæ, cetera omnia, quæ diligebantur, turpia esse videntur. Vnde iustus ille exclamabat. *nn* Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Quòd, si sola concupiscentia, & desiderium non de interna mansione, sed de externis tantùm atrijs, deliquium efficiunt, & ingerunt in animam iusti Dauidis, quid mansionum intima, & integra possessio? Ineffabile vtique semper fuit omnibus: non nè igitur, & nobis? Sed more maiorum hoc indè concludamus, quòd ad magna præmia perueniri non potest, nisi per magnos labores, Vndè Clemens Alexandrinus ex Eschylo poeta,

Glo-

bb Hom. 12 in Epistola ad Philip.
cc lib. 8. c. 42.
Mirum cerui exemplũ
dd In ps. 64.
Sentẽtiæ Patrũ de Beatitudinis præmio.
ee Ho. 14. ad Hebr.
ff lib. de ciui Dei ca. 24.
Simili.
gg Soliloq. ca. 22.
hh ps. 35.
ii ps. 73.
kk 3. reg. 10.
Sola memoria futuræ gloriæ alicit suos.
ll Oratione 7.
mm in ps. 44.
nn ps. 84.
Maxima gloria non nisi per magnos labores datur.

oo Gloriã, filiam laboris appellat, & Diuus Gregorius pp labores pignora vocat gloriæ: Sancti (ait) quot labores nunc exhibent, veritati commendantes; tot iam remunerationis suæ pignora intra spei cubicula clausa tenent. Quocirca pudeat nos ab Ethnicis propter modicum gloriæ temporalis fumum vinci, & superari: vt constat ex mille historijs prophanis; sed vna sit nobis pro omnibus illa, quam refert Herodotus. qq Zopirum illum nares sibi præcidisse, & aures, ac vibicibus, & sanguine se conspersisse, vt deceptis Babilonijs, vrbem in potestatem Darij redigeret. Hinc Darius (vt Plutarchus rr refert in apophthegmatibus) ingens malum granatum cum aperuisset quidam roganti, cuius nam rei tantum habere vellet numerum, quanta granorum illorum esset multitudo, respondit, tot Zopiros, & de quo, postquam vrbem Babilonis illi creditam Dario tradiderat: sæpenumero Darius ipse dixit, se malle Zopirum illius fœditatis expertem esse, quam centum Babilonias ad- I
cam, quæ possidebat, acquirere. Itaq; Zopirus sic fœdatus vibicibus, & sine auribus, & naribus adhuc post sæcula multa resplendet gloriosus, qui vtique decorus facie, & suis cum auribus, & naribus inglorius decessisset. Pudeat, inquam, nos, qui non pro Babilone, sed pro cœlesti Hierusalem: non pro modico tẽporalis gloriæ fumo, sed pro æterna, immarcescibili, immortali, & ineffabili gloria laborare debemus. Non corpore fœdandi, nisi vbi pro Christi fide martirij occasio sese obtulerit: non fictione, vel deceptione aliqua, sed virtutibus, & moribus liberè, & intrepidè ornati, ad tam sublime præmium aspirare debemus, cœlestis patriæ. Non vobis ergo placeat (inquit Diuus Pater Augustinus ss) Amor Babiloniæ mundi, nè obliuiscamini Hierusalem, cœlestem ciuitatem. Ah, pudeat nos repeto, a Zopiris Babiloniæ amatoribus vinci. Verè, fratres, ex illis sumus, de quibus ait Clemens Alexandrinus. tt Alij homines, qui mundo adhærent, vt pisciculi quidam petris marinis contemnunt immortalitatem, sicut senex Hitacensis, qui nõn veritatem, & veram lucem, sed fumum desiderabat suæ patriæ. Vlysses enim (vt tradidit Homerus uu) a Calipso detentus, fumum suæ terræ videre cupiebat. non sic nos quæso: sed veritatẽ, & cœlestem patriam, & quæ sursum est Hie- K
rusalẽ desideremus, & quæramus, ne simus ex illis mundi amatoribus, quos pulchram per fabulam idem exprimit Homerus. xx Describit enim illos per socios Vlyssis, qui Lothi dulcedini capti, ad nauem redire noluerunt, sed quicunq; Lothi comedissent dulcissimũ fructũ, nõ iam illũ amplius derelinquere volebãt, nec redire ad propria, sed patriam penitus obliti; illic volebãt cum viris Lotophagis, idest Lothum manducantibus, perpetuo manere, Lothum & ipsi comedentes. O miseros Lothophagos Christianos, qui mundanorum dulcedine, quasi Lothi dulcedine capti, cœlestem obliuiscuntur patriam; nec redire volunt ad nauem illuc vehentem, idest ad virtutũ exercitia, & operum bonorum labores. Viuemus, viuemus hic, non dicam Lothum, sed lutum peccatorum, in cœlestis patriæ dulcedine, & suauitate inexplicabili, perpetuò fruemur. Breuis enim est via, breuis maris tractus, breuissimus labor Hic (vt ait Diuus Pater Augustinus aaa) est præceptum vt non peccemus: ibi præmium non posse peccare. Hic præceptum, vt peccati desiderijs non obediamus: ibi præmium, vt peccati desideria non habeamus. Sub cœlestis quippe patriæ futuræ gloriæ quadam imagine Romani non eodem loco certabant, & triumphabant. Certabant enim extra patriam, vel in Gallia, vel in Africa, vel Hispanijs, vel cæteris in prouincijs: triumphabant

oo Lib. 4. Stromma.
pp In Iob. c. 7.
qq Lib. 3.
rr Verb. Darius.
Memorabile exẽplũ tẽporalis gloriæ, & honoris.
ss In Psal. 148.
Amor mundi.
tt In exor. ad gentes.
uu Odyss. lib. 5.
Amor patriæ incõparabilis
xx Odyss. lib. 9
Homines mundanorum dulcedine capti obliuiscũtur patriã cœlestem.
aaa Lib. 3 cont. duas epist. Pelagij. c. 7.
Romanorum prudentia, & gloria.

bant Romæ propria ipsorum patria. Sic nos extra propriam constituti patriam hic certamus: in patria coronandi supercęlesti. Sic Chrysost *bbb* eloquentissimè, sursum posita est palma: immensum quidem est spacium, maius est pręmium. O immensum spacium, ò immensum spacium: sed ò maius pręmium, ò maius pręmium, quod vtinam consequamur omnes. Amen. *bbb Hom. 12. epist. ad Philip.*

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE.

Concio XLIV.

Diabolus ex communi omnium sententia nos omni tempestate odio capitali est prosequutus, quare semper corpus, aut animam nostram excruciat: corpus quidē in ipsum ingrediens multis illud afficiens cruciatibus, quod a Deo permittitur multis de causis, quæ huic inseruntur discursui, animam vero diuersis illam agitans tentationibus, quarum ictus si immaculatam se conseruans effugiat, dæmoni nihil magis odiosum contingere potest.

Certamen dirum cum spiritibus malignis nobis imminens continuò, currentis Euangelij occasione dæmoniaci obsessi mystico in sensu anno præterito aperuimus, ostendendo peccatorem diaboli arte per peccata fieri surdum ad vocationes diuinas, ad diuinas inspirationes, & excitationes: & indè ex cōsequenti mutum ad diuinas laudes, & sacramentalem confessionem, & cęcum denique tùm diuinæ gratiæ, tùm iudicij recti naturalis priuatione, & malitiæ obcęcatæ obstinatione. Et sic miserum insensatum, & inutile truncum efficit hominem diabolus suas per fallacias, & dolos, vt latius, & fusius tunc *a* diximus. Hodie, vt eiusdem diaboli tyrannidem, quo ipsam præcaueamus, aliqualiter describamus, ad duo principaliter omnem eius reducemus seuitiam; nempè ad mala, quæ corporibus ingerit, Secundo ad mala, quæ ingerit animabus. Diuisio bimemb. *a Cap. 8.* Primum memb.

De primo narrat Euangelista Matthæus, *a* quod occurrerunt Christo duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis; ità, vt nemo posset per viam illam transire. Hinc attendite quæso, quænam sęuitia, quæ rabies, qui furor sit dæmonum erga homines; contenti non sunt mori homines, quibus mortem a primordio per suggestionem esus pomi incusserunt, quod nè breue quidem vitæ hominis tempus sufferre possunt: sed viuos homines gestiunt sepellire: Hinc se mandant sepulcris, vt in sepulcra homines redigant viuos. Pascuntur cadaueribus, putredine saginantur, delicianFuror, & sęuitia dęmonum erga homines.

A

tur

tur fętore, vt homines ante tempus in fętore, & putredine inter cadauera sepeliant. Et prætereà in monumentis latitantes perterrefaciebant venientes ad Christum, præcluserant viam, transitum denegarant, in omnes sęuiendo homines. Et indè iussu Christi exeuntes, abierunt in porcos, & ecce extemplo abijt grex totus præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Traditur autem vile pecus in mare, & in mortem non ex voluntate rogantium dæmonum, sed vt ex hoc innotescat, quam in homines sęuiant, quam hominũ quærant mortes, qui sic porcos, vt perderent, quæsierunt. Dæmones omne quod est, mouetur, viuit, sentit, perdere, non habere anhælant. Hinc primi auctores mortis, mortis incubant mansiones, & humanæ necis auidi, quos crudelitate sua occidere non possunt, viuos gestiunt feraliter funerare: & quibus pęna est, quod homo nascitur, quod longius viuat, cruciantur, & breuissimam vitam emandare horrida nituntur per sepulcra: ingerunt sepulcris viuos; viuis machinantur mortem. De sepulcris verò in porcos prolabuntur, habitacula fętida, & immunda perquirentes semper qui semel infecti fuere putredine. Sic delectatur semper dæmon squalore criminum, & fętore pascitur vitiorum: tartareus enim est eius odor, fętidus, & crudelis; vt, cũ nec porcorum natura eum sustinere sufficeret, demergi maluit in mari, & fluctibus deperire. Et ità in vniuersum, Deus bona omnia, & valdè bona fecit; à demone verò superseminatum est malum: nam quem Deus faciens B vocauit mundum, inimicus inficiens fecit immundum; & hominem, quem

Deus bona condidit, & dæmon superseminauit mala.

Deus in Paradiso deliciarum collocauit ad vitam, inimicus in hac laboris vita detorsit ad mortem, & affectum, quem carni Deus inseruit per naturam, inimicus in fratricidium per inuidiam commutauit in Cain. Deus vno ex semine, sator pius omnem hominum multiplicauit messem: inimicus discordia facta semper scindit, & separat vnionem; & semper bonis mala, virtutibus vitia, vitalibus mortalia nostram superseuit ad ruinam semper. Sic legem diuinis, & veracibus latam præceptis, humanis fucauit & mendacibus inuentis. Sic creaturas ad ignominiam creatoris, vt nesciretur Deus, Deos mentitus est; quæ specialiter ad hoc, vt sciretur Deus, creatæ fuerant. Sic sæculi sapientes fecit dæmon stultos; mundi speculatores fecit nil videre, rerum omnium inquisitores dimisit ignaros, Euangelicam segetem hæretica superseminando zizania, confudit, vt sacerdos fieret persecutor, doctor deprauator, defensor legis inimicus, & arte, dolis, machinis, fraudibus contendit, nè qua consistant quæ sunt. Audite autem & alia ipsius dæmonis peculiaria stratagemata. Narrat Lucas Euangelista, *b* quod mulier quædam habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo: & erat inclinata, nec poterat sursum aspicere. Patebat igitur vulnus: auctor vero latebat vulneris: languorem videbant cuncti: sed languoris originem videbat C nullus. Erat in aperto pęna, & in ipsa pęna carnifex latebat inclusus. Corpus aspiciebatur curuum; at curui corporis pondus ignorabatur. In medio Ciuium portabat mulier Hostem suum, sed Hostem, Ciues, vt propellerent, nõ videbant. Ars nequissimi spiritus corporis necessitas credebatur, vt prædo callidus teneret captiuam dolo, quam viribus tenere non valebat. Vel etiam onere depressam nequissimus tenebat spiritus, qui semper oneribus peccatorum deprimit homines, & inclinat ad Terram, nè Cœlum videant, nè superna sapiant, nè Cęlum spectent, nè ad libertatem sui reuertantur Auctoris:

b Cap. 13.

Alia pecularis dæmonis fraus.

ctoris: sed inclinato capite, defixis oculis, prono uultu, captiui sub iugo teneantur semper antiqui hostis, dicente propheta in persona uniuscuiusque talis. *c* Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me Et alibi, modum ostendens, quo impius tyrannus opprimere quærit, loquens de Deo, ubi confringat diabolis, ait *d* Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis: nam peccatorum, & in delictis uiuentium uerticem percurrit, perambulat, dæmon equitatque vt, qui ad mala suo vadunt studio, ad peiora diaboli ducantur impulsu, super eorum superfedentis uerticem. Quam sæuitiam in corpore mulieris inclinato, & incuruato, per decem, & octo annos satis superque ostendit diabolus. Audite, & alium ipsius dolum, & astum. Narrat Matthæus Euangelista *e* de patre lunatici, quod sic depracabatur Christum. Domine; Miserere filii mei; quia lunaticus est, & malæ torquetur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in

c Psa. 37.

d Psal. 67 Per ambulat diabolus & æquitat super verticē capitis peccatorum.

e cap. 17.

D aquam, &c. Nam vel humanæ naturę, vel cœlestis planetę defectum dęmon credi voluit, quod suæ artis erat, lunaticum enim aptabat cursibus lunæ secū dum illos hominis variando passiones. Vexabat lunaticis incrementis hominis corpus; vt esse Lunæ crederent. quod erat diabolici criminis, & furoris. Sic hodiernum obsessum, mutum, cęcum, & surdum effeceat, ut simul dolosus, & callidus parentes tali deciperet figmento, vt desperarent sanari posse eum, qui nec audire poterat, nec fari, nec aspicere, vt quod erat diabolici doli, crederent debilitatis humanæ & adscriberent naturæ, quod intulerat reconditus, & inclusus impius, & dirus tyrannus, tyrannus, qui mundo, & mundanis tyrannico dominatur furore, imperat gētibus iubet regnis: bella mandat, comparat bellatores: fundit sanguinem: agit mortes: prodit patrias, euertit arces: vrbes destruit: uexat ciues: subdit populos: forum turbat: ius delet: fas, nefasq; confundit, & ad corporales mortes vsque tenēdo, fidē tentat: violat ueritatem, famam carpit; honestatem dissipat: affectum dispergit: innocentiam tollit: sepelit pietatem: necessitudinem soluit: concordiam scindit: amicitiam obruit, & vno uerbo, nullum est, quod non machinetur contra homines, malum. Illud vero inter omnia intolerabile videtur, quod Deus permittat illum tota sua essentia, vi, facultate, & potentia nostra ingredi corpora; quæ tandem nihil aliud sunt, quam Dei man-

Malitiose, & occulte torquebatur lunaticis ille a Dæmone.

Mala q̄ contra homines machinatur Diabolus.

E siones, & Spiritussancti templa. Bone Deus, nequiuit Lucifer diu in cœlo permanere post commissum peccatum ex eo, quia cęlum pura est Dei habitatio. Quomodo ergo in corpora ingredi permittitur nostra, quæ templa sunt Dei uiui, Deo per baptisma sacris vnctionibus, & lotionibus dicata, & consecrata? Isaias certè exultans quasi impossibile foret, homines fideles quomodocumque præoccupari a dęmonibus illos sub typo ciuitatum Sion, & Ierusalem talibus alloquitur verbis *f* Consurge, consurge: induere fortitudine tua Sion: induere vestimentis gloriæ tuæ. Ierusalem, ciuitas sancti; quia non adiiciet vltra, ut pertranseat per te incircumcisus, & immundus. Vbi Deus per prophetam nedum repromittit, quod fideles tam diri, & impii tyranni oppressionem non patientur tyrannicam: sed ulterius, quod nullus cuiuscumque leuioris conditionis inimicus illis appropinquabit. Quomodo igitur stat Dei promissum, si Dęmon tyrannus pessimus sic opprimit, & coangustat fideles? Quando Heliodorus ex præcepto Seleuci Regis Asiæ Hie-

Quare permittitur ingredi Dæmon in corpora nostra.

f c. 52.

rusalem perrexit, eam deprędaturus, præsertim verò templi ærarium, indè auri, & argenti copias innumeras asportaturus, ex eo solum, quòd templo illi Ierosolymitano vim inferre voluit (inquiunt diuinæ litteræ) g quòd Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostẽsionis euidentiam: ita, vt omnes, qui ausi fuerant Heliodoro parere, qui circa ærarium versabatur præsens, ruentes Dei virtute, in dissolutionem, & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces F elisit: qui autem ei insidebat, videbatur arma habere aurea; alii etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu, qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt; & his, qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute; & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe, & salute priuatus, &c. Deinde Oniæ precibus ad vitam reuocatus, & in propria reuersus, testabatur omnibus quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei. Cum autem Rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Hierosolymam mitti, ait. Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies. (Si tamen euaserit eo) quòd in loco sit verè Dei quædam virtus: nam ipse, qui habet in cœlis habitationem, visitator, & adiutor est loci illius. Et venientes ad malefaciendum, percutit, ac perdit, &c. Quare, inquam, si prodigiis tantis, tantaque ostensa virtute locum illum Hierosolymitanum defendebat, & tuebatur Deus; corpora nostra, quæ templa sunt Dei vita per baptisma renata, permittit ab immundissimo, & fœdissimo tyranno ingredi, opprimi, fœdari turpiter, & inquinari? Multas afferunt G patres rationes, & primum Diuus Paulus de Corinthio illo ait. h Iudicaui huiusmodi hominem tradere Sathanæ in interitu carnis, vt spiritus saluus fiat. Ex quo patet clarissimè, Deum aliquando permittere, homines corporaliter vexari, & torqueri a Dæmonibus pro animæ salute. Cyrillus verò Alexandrinus asserit, Deum hoc permittere, vt mundus viuam quandam habeat inferni præmonstrationem, & imaginem. Sic ecclesia, Dominica præterita gloriæ stillam ostendit in transfiguratione. Hodie inferni, & pœnarum minimam pandit similitudinem, & figuram in hodierno dæmoniaco. Diuus verò Basilius ait, dęmonem eo feracius exasperari in homines, permittente Deo: quia contra Deum ipsum vlcisci nequit: cõtra quem superbia, & odium ascendit semper. Ideo saltem contra illius imaginem dirius, & acrius insurgit.

Diuus autem Ioannes Chrysostomus K expendit, quòd secundo loco nos promisimus explicandum: nempè Deum permittere a Dæmonibus corpora nostra ingredi, eaque variis modis torqueri cruciari, & lancinari, vt indè colligamus quænam dira, & atrocia sint mala, & tormenta, quæ anima spiritualiter, & inuisibiliter patitur, passuraq; sit, pro qua illaqueanda & captiuanda innumerę sunt dęmonum artes; diuitias.n. ostentant, vt auaritiam ferant: proponunt pompã, vt vsuras inferant: superbiã ingerunt, vt pauperes fatigent: singularitatem venditant, vt communionem excindant; causas colorãt, H vt

g 2. Mac. 3.

Tuebatur Deus Hierosolymitanũ templum & defendebat.

Rationes quare Deus permittit Dęmon ingredi in corpora nostra

h 1. Cor. 5

Prima ratio.

i. lib. de patien.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

K lib. de prouidentia.

Secundũ Membrũ

vt iram nutriãt affectibus pingunt quærelas, vt pietatem uiolent: philosophiam fingunt, vt homines uanitatibus infatuent; Deos multos figurant, vt Deus, qui vnus est, nesciatur. Et denique omnia peruertit bona: omnia ingerit mala suis dolis, versutiis, & insidiis: attamen ingrati homines, vti conqueritur Dauid, Deũ, & seipsos derelinquunt omnino: & perditos perdẽti se cõmittunt hosti crudelissimo. Mendaces, (inquit) *l* filii hominũ in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Vbi Euthymius optime per staterem iudiciũ hominis; & electionem exponit, quibus Deum optimum maximum & diuinam gloriam, beatitudinem æternam, Angelorum, & sanctorum societatem, & consortium, & cetera omnia perpetua, & cælestia bona, homines pro nihilo ducentes, vitia, peccata, immunditias, carnis coinquinationes fędas, & cętera huiusmodi simul cum Dęmonũ tyrannide, sibi ipsis præeligunt, vere mẽdaces, uere uani, & seipsos decipientes. Si enim ex vno steræ latere totus ponatur orbis terrarum cum omnibus ipsius diuitiis, voluptatibus, gloria, & cetera. Ex alia uero parte minima ponatur cælestis beatitudinis drachma his omnibus præponderat, sic dicente Spiritusancto. *m* Quoniam ante te orbis terrarum tamquam momentum stateræ, & tamquam gutta roris antelucani. O mendaces, O uanos filios hominum seipsos uere decipientes, & mala innumerabilia spiritualiter in anima patientes, quam per peccatum ingrediuntur dęmones, & per mundi uoluptates, & carnis illacebras, in qua cum innumerabilia, & inexplicabilia tormenta exerceant: illa tã-

I tummodo breuiter enumeremus: quæ luculenter satis, & salutariter, miraq; breuitate colligit D. pater Augustinus his uerbis. *n* Malum nihil aliud est, quã corruptio modi, speciei, & ordinis naturalis. Quæ scholastici theologi, latius, & fusius explicantes, modum rei cuiuscumque considerant, vt est a Deo, tanquam a causa efficiente: speciem uero, ut procedit ab eodem, tanquam a causa exemplari; ordinem uero, & ad ipsum Deum, tanquam ad causam finalem, & ad cetera omnia ad quæ proportionaliter habet quæcumque res ordinem aliquem. Modus itaque in rebus nihil aliud est, quam debita mensura; determinatum pondus, præfixusque numerus rerum, ipsis a Deo effectiue concreatum: & inditum: iuxta illud. *o* Omnia fecit Deus in numero, pondere, & mensura. Sic cecinit poęta.

Est modus in rebus: sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.

Quodcumque igitur peccatum destruit hunc modum, infirmat debitum pondus, coarctat mensuram debitam, minuit numerum: hinc peccatũ omne uel excessum, uel defectum dicit uerbi gratia. Vel superbum, uel timidum efficit, non humilem, non magnificum. Similiter vel prodigum, uel auarum, non liberalem: & sic de singulis. Quibus defectibus, & excessibus induit animam quoque, ipsamque spoliat debito sibi modo, pondere, atque mensura. Speciem etiam destruit peccatum, quæ, vt a causa pulcherrima diuina, exemplari, scaturiens, pulchritudinem dicit animæ, & rei cuiuscumque, quam deturpat, & eliminat peccatum. Hinc Salomoni dictum *p* post admissa scæle-

K ra; Dedisti maculã in gloria tua. De pulchritudine uero Ecclesię vniuersæ inquit, Apostolus; *q* quod Christus tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberẽt sibi gloriosam, nõn habentem maculam, neque rugam; sed vt esset sancta, & immaculata. Vnde Angelicus doctor more suo cõgruentissime ait. *r* Macula peccati denotat detrimentum nitoris, quod incurrit anima, inordinatè

l Ps. 61.
Homines sunt mẽdaces & vani in iudicio, & in electione.
m Sap. 11.
n lib. de natura boni c. 4.
o Sap. 11.
Peccatũ in anima destruit modum, mensurã & speciem.
p Ecc. 47.
q Eph. 5.
Peccatũ deturpat & cõmaculat animam ...
r p. 2. q. 86. ...

& contra legē Dei, adhęrendo rebus, eo modo, quo nitidum corpus commaculari dicitur ex luti contactu, ô, si darū esset nobis animæ in gratia existentis intueri pulchritudinem: etiā contra in peccato deformitatē, & turpitudinem. Quàm citò, quā velociter, per lacrymas, sacramentalem pęnitentiā, peccatorum elueremus maculas, si quando in ipsa ceciderimus? Similiter quāta cum cautela, cū diligentia quāta viueremus, ne præsuppositam, & creditā per peccatum amitteremus gratiā, & animæ pulchritudinē? Diua certè Catharina Senensis, ea in contemplatione sæpius rapta, & admiratione, & stupore acta, q̄ Christus dn̄s noster tam dira, tam atrocia, & innumera tormenta pati voluerit pro animarū salute, & redemptione, deniq; apparuit illi Christus, & oculis animæ internis eiusdē diuę ostendit animam in peccato, cuius deformitate, ac fę litate exterrefacta diua, exclamare cępit, auxiliū a Christo exposcens, & penè in fugā versa. Cui Christus animam in gratia statim ostendit: qua visa, mira eius pulchritudine abstracta, & illecta prę dulcedine penè deficiens, prorupit exclamans. Cesset iam, cesset iā admiratio, & stupor; nunquam amplius demirabor, si pro tanta eluenda turpitudine, ac deformitate, & è conuerso pro tanta inducenda in animā pulchritudine, & gloria; talia, & tanta sit perpessus sponsus meus Christus. Et reuera (credite mihi fratres) ineffabilis est animę pulchritudo. Et sicuti dęmones (vt supra diximus) turpib. delectantur deformitatibus fagmantur turpiores, & deformiores ipsi: ita pulchritudine, & gloria exterrentur: nec animæ in gratia existentis, pulchritudinē, & splendorē sufferre, & substinere omninò possunt. Terror est igitur dęmonū, inferni flagellū, animę pulchritudo. Suo itaq; modo modū sibi debitū seruat in cęlo, & sua pulchritudine cęli pulchritudinē delectat, & auget. Deniq; ordo in anima triplex est, a Deo congenitus, & insitus: nempè ad Deū, vt ad causam finalem: Vel ad proximum gradatim secundum diuersas conditiones, & status. Tertio potentiarum inter se, & ad obiecta. Primus supernus ordo appellari potest. Secundus externus. Tertius internus. Primum ordinem in Deū peccator semper destruit, cum à summo bono, ad q̄ finaliter est ordinatus, per peccata recedit. Et ad hęc inferiora se conuertit: & propter guttam roris ante lucani, & propter staterę momentū æternitatē amittit, & immensum glorię, & diuitiarum pelagus perdit. Ordinē verò externū tunc destruit peccator, vel politicū contra principis decreta, & leges peccādo, vel œconomicū, non ritè educando familiā; vel potius per peccatū scandalū, & ruinā in eam immittendo, si sint parentes: vel parentes ipsos contēnendo, & per inobedientiam, & peccatum contristando, & affligendo, si sint filij. Ordinem etiam hierarchicum, siue ecclesiasticum destruit quodcunque peccatū contra Dei voluntatem, & legē perpetratū, & contra ecclesiasticū prælatum, cuius curę spirituali a Deo commissus est peccator. Ordinē deniq; internum destruit, & potentiarū inter se cum sensus obruit rationem, caro opprimit spiritū, & corpus aggrauat, & commaculat animam. Non.n. sic a Deo a principio ordinatus est homo: sed sub te (inquit) f erit appetitus tuus: & tu dominaberis illius. O magnā igitur inuersionē ordinis. Vbi appetitus nō sub te, sed super te est homo, & dominatur tui, & captiuū te facit, milleque illecebrarum laqueis, & catenis ligatū retinet. Potentiarum verò ad obiecta ordinem destruit peccatum, & intellectus ad verum, ad quod est ordinatus in eū intrudens ignorantiam vel crassam, & supinā, vel affectatā, & volitam; ita, vt, nec veritatem audire amplius nedum contemplari possit. Deinde voluntatis

In explicabilis pulchritudo animę in gratia.

Pulchritudo animæ flagellum Dæmonum.

Triplex ordo in anima.

Anima ordinem externū & internum destruit p peccatū.

Destruit ordinem potentiarum inter se.

f Gen. 4.

Ordinē potentiarum ad obiecta.

L

M

luntatis ad bonum, ad quod suapte natura est ordinata: ita, vt in eam per peccatum intrudatur malitia, & obstinatio, sicut in intellectum cęcitas; & hinc cęcus, mutus, & surdus spiritualiter efficitur peccator, vti corporaliter hodiernus dæmoniacus. Prætereà destruit ordinem irascibilis ad arduum, & intruditur in hominem debilitas, & infirmitas: ita, vt fingat se non posse legem obseruare Euangelicam, indulgere iniurias, remittere offensas, diligere inimicos, & cętera huiusmodi. Denique peccatum destruit ordinem concupiscibilis ad moderatum delectabile; & intruditur in hominem immoderata concupiscentia: ita, vt fingat se non posse ieiunare, vigilare, sobriè, & castè, & piè viuere in Christo. O peccatum, o peccatum, verè mei, & totius mundi ruina, destruens modum, & pondus, & mensuram animæ debitum, ne possit Hierusalem cęlestis ędificio coaptari. Destruens speciem, commaculans pulchritudinem, ne sit Angelis amica, & exemplari Deo vniformis: sed, vt sit turpissimi tyranni mancipium fędum. Destruens ordinem, & supernum a Deo animam diuellens, & diuertens, dæmonique subiiciens, & externum Politicum in contemptum Principis, in perniciem Reipublicę, in damnum vniuersitatis; & externum Ecclesiasticum, Dei ministros, leges, & decreta contemnens. Et externum æconomicum, parentes, & filios, & vniuersam peruertens, & subuertens familiam. Et internum sensus ad rationem, & potentiarum ad obiecta, omnia penitus inducens vitia, & defectus: omnes funditus, euertendo virtutes: hæc omnia tyrannicè nimis per vitia, & peccata exercet in anima diabolus. Reperite igitur fratres animo quæ, & qualia dirè, & tyrannicè exerceat in corpora nostra nequissimus tyrãnus, & hinc colligetis quæ, & qualia in animas exerceat, vt indè tyrannidis iugum excutiatis, & Deo in perpetuum conregnetis. Amen.

Ordine irascibilis ad arduum.

Cõcupiscibilis ad moderatum.

FERIA III. POST DOMINICAM tertiam Quadragesimæ. Concio X L V.

Totus huius concionis filus in eo versatur, vt rationes diuersas reddat, quare Deus nolit præpotenti sua manu de peccatoribus illico vindictam sumere; & deinde quare velit id à nobis exhiberi officium corrigendo, atque arguendo proximos nostros: quæ omnia vnica sententia immensam Dei bonitatem, clementiam, atque ipsius in nos amorem inexplicabilem concludunt.

DE maximo animarum lucro euangelicus nobis hodie recurrit sermo, circa quod anno præterito tria perstrinximus: primo correptionis fraternę cõditiones tùm ex parte corrigentis, vt innocens sit, vel se talem efficiat: tùm ex parte correpti, vt omnis, quicũque sit errans, corripiatur: tùm ex parte modi corrigendi: ita, vt necessitas adsit in præcepto cum loci tamen, & temporis opportunitate, & de peccato manifesto, & euidenti, & gradatim procedendo, suauiter, caritatiuè, & grauiter. Secundò ostendimus incorrigibilē cēsuris fulminandum à Ecclesiæ Prælatis. Tertiò finem correptionis, & excõmunicationis, nõ perditionem fratris, sed eiusdem salutem, & lucrum esse perpaucis aperuimus. Hodie hac in eadem sub

Diuisio bimembris.

sub cœlo digniori, & fructuosiori omnium mercatura expendemus, primò cur Deus Optimus Maximus per seipsum immediatè, ac statim delinquentes non corrigat, & puniat. Secundò, cur nobis hominibus fragilibus, & æquè peccatoribus hoc demandauerit munus.

a Plut. opusc. de sera numi. vindicta. Primum mēbrū. *b Rom. 11* Difficile est de operibus Dei disserere. Similit.

De primo Epilogus *a* ille omnium Philosophorū, solo naturali fretus lumine, plurimas affert rationes; quarum nos Theologorum fundamento fulti nonnullas aperiemus. Primùm igitur dicit. Quid mirum, cum res humanæ omninò caligent, si haud facilè nobis de Deo loqui concedatur, qua ratione ductus nonnullos ex sceleratis serius plectat, & corripiat? Siquidem Plutarchus eodem vtitur argumento, quo, & D. Paulus Apostolus, cum ait. *b* O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt A iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Et plura talia eiusdem argumenti in diuinis continentur litteris. Sic ait Plutarchus. Faciliùs est musicæ rudes de musica, seu inexpertos de re disserere militari, quàm nos, cùm simus homines diuina rectè considerare opera: quemadmodum enim imperitus, Medici considerationem cur ægrum non pridem, sed postea inciderit, coniicere haud potest: ita, & de Deo firmum quid, certumvè asserere, minimè hominis est officium: sed hoc solùm astruere potest, quod Deus tempus optimè nouit, quo malitiæ disciplinam adhiberi conueniat; quamuis nō magnitudine, mensurâvè æquali, seu tempore vno, eodemq; in omnibus pariter medeatur delictis. Quod verò animæ medicina, quæ ius, ac iustitia appellatur omniū aliarum sit artium maxima inter multos alios Pindarus quoque testatur, qui optimum appellat artificem, gubernatorem, & dominum rerum omniū Deum, vtpote veræ iustitiæ factorem, & creatorem, cui soli definire cōueniat quando, quomodo, ac quousque scelestorum vnusquisque plecti conueniat. Verumtamen, his nō obstantibus veniæ precatione primā rationem reddit Plutarchus sic dicens.

Prima ratio quare Deus non corrigat delinquentes statim, quia nobis dat suæ bonitatis exēplum.

Primò itaque considerate, quòd ex Platonis sententia omnium bonorum sese Deus in medium constituit exemplar: vt humana virtus cùm illi admodum conformis esset, haberet quem imitaretur, totisque sequeretur viribus, naturamque nostram attolli asserit, rerum contemplatione, B quæ sub cœlo feruntur admirandorum, vt anima eligere decora, & ordinata, illaque amare; discrepantia vero, & errantia declinare consuescat, fugiatque temeritatem, ac fortuita quæque tamquam prauitatis, vniuersique erroris originem: in nulla enim re magis Deo frui concessum est homini, quàm si imitando, ac sequendo illius bona, & honesta opera ad virtutem vsurpet. Quapropter si tardè, ac lentè, illum flagitiosos corripere videmus, non ideo accidit, quoniam ob præpoperam animaduersionis celeritatem, erroris, vel pœnitentiæ crimen vereatur: sed, vt a nobis feritatem, ac vindictæ impetum auferat, doceatque non ira accensos, aut, cùm furor æstuat, & feruet, rationemque altiùs saltando exuperat, inimicos, quique nos affecerunt iniuria, vlcisci; veluti quasi vindictæ sitim, aut famem exatiare conantes: sed illius potius mansuetudinem, atque cunctationem imitari, ne protinùs impetum, fera, inutilisque sequatur pœnitentia.

c Ps. 72. Pro mansuetudine ac pietate erga pximum bonitatē suā sup nos diffundit.

Sic Propheta Regius nos cohortatur, dicens. *c* Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Quasi dicat. Pro minima cordis nostri mansuetudine, ac pietate erga proximum ad Dei imitationem, bonitatis mare ineffabile super nos diffundit Deus. Quàm bonus, quàm bonus, inquit Deus?

idest,

idest, ineffabiliter est bonus his, qui recto sunt corde idest, bono, mansueto, indulgenti, & miti. Sic dominus noster (vt reliqua in diuinis litteris omittamus) pulchram per parabolam hoc idem docuit, dicens. *d* Assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis; & oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta; cùm autem non haberet vndè redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miseratus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens. Redde quod debes; & procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi: ille autem noluit; sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Quo audito dominus suus, vocauit illum, & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergò oportuit & te misereri conserui tui, sicut, & ego tui misertus sum? & iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitū. Sic, & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Quæ cœlestis Christi doctrina cùm sit ex se clarissima, vlteriori non indiget declaratione, sed repetitione, vt dicam vnicuique indulgere nolenti (cuiuscumque sit gradus, & dominij) Christi voce. Serue nequam, serue nequam, non ne oportuit & misereri conserui tui sicut, & tui Christus misertus est? qui pro te sanguinem sudit, millies; tibi peccatorum debita dimisit? o verè serue nequam, & hæc prima tarditatis supplicij ratio. Secundam verò affert Plutarchus loco citato dicens. Secundo hoc animaduertamus, necesse est, humanam iustitiam leges habere, quæ scælera coerceant, & ob singula malefacta quid vnumquemque pati deceat examussim ponderent: vlterius verò progredi minimè audent. Ideò publica custodiunt iudicia, vt criminibus resistere, malequè facta è pedibus tollere valeant. Deum verò cū ægrotam animam affligere statuit, longius hinc prospicere, affectusq; discernere decet; prudenterque considerare, num aliquando ad pœnitentiam flecti debeat, sicque tempus ad emendanda tribuere scælera. Vbi vero synceri nil inesse deprehendit, malitiamque perdurare immutabilem cognoscit, protinus vindicare, & pro scælere vlcisci conuenit. Et quandoquidem optimè nouit quam virtutis partem animæ cùm ab ipso ad genituram feruntur, iturae sint, quodquè generosum illis, tamquam fortius, & non debilius inditum sit: malitiam verò præter naturam, tùm ob nutrimenti corruptionem germinare, tùm ob malam conuersationem, nonnullosquè rectè curatum iri, congruentemquè recuperaturos habitum, optimè tenet: hinc non æqualiter in omnes animaduertit: sed quos ob honesti ignorantiam potius, quàm vitiorum delectu temerè peccare nouit, illis emendandi tempus tribuere solet. Qui, si in flagitijs perseuerant, tamdem eos quoquè pro scæleribus iustè vlciscitur haud enim veretur, ne quandoque sibi fuga consulant. Considerate enim quantæ in hominum vita, & moribus acciderint mutationes; nàm a scæleribus quoque, & flagitijs ad frugaliorem, modestiorēque conuersi sunt vitam. vnde, & conuersio dicta est, cum quis a vitijs se auertit, saniorésque induit mores. Hæc Plutarchus. Ex quibus constat, quod solo naturali fere lumine, cognouit Deum optimum maximum longius differre supplicium, suspende-

Margin notes: C; *d* Matt. 18.; Simil.; D; Secunda ratio, vt peccatores conuertâtur.; E

Omne tẽpus, & momenta numerat Deus quibus peccatorem expectat.

suspendere punitionem, tarde corripere, vt peccatores conuertantur. Et eccè finem correptionis fraternæ: sanè fratris correptio, & lucrum, vt dicebamus. Cæterùm, quod Deus sic peccatores diurissimè ad pœnitentiam expectet, nisi deniquè conuertantur in eorum cædit damnum, & detrimentum. Numerat enim Deus tempus, annos, menses, dies, horas, & momenta, quibus peccatorem expectat; quibus maximo cum augmento debitum semper crescit, soluendum tandem. Diurnum enim omnium debitorum nostrorum exactissimè registratum, iugiterque descriptum conseruat Deus, dicente patientissimo illo viro. *e* Tu quidẽ gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. & canente Ecclesia. Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, vndè mundus iudicetur. Conuertimini itaquè fratres, vt à quadragesimæ primordio per prophetam vos monuit Deus, dicens. *f* Conuertimini ad me in toto corde vestro; &c. Huc enim respicit Dei patientia, & longanimitas in corrigendo, & puniendo peccatores. Huc dissimulatio peccatorum hominum, dicente Spiritu sancto de seipso Deo. *g* Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Propter pœnitentiam, inquit fratres, dissimulat peccata nostra: propter conuersionem expectat. Quare & frustratorium, & perniciosum nimis, reliquum est vitæ nostræ super terram, nisi conuertamur, nisi pœnitentiam agamus, nullus omninò est alius principalis finis, ad omnia alia tandem est inutilis peccatorum vita, nisi pœnitentiam agant. Vndè Christus manifestè ait ad quosdam. *h* Si pœnitentiã nõ egeritis, omnes simul peribitis; vel igitur perire æternè ex Christi sententia, vel conuerti est necesse. F

e Iob. 14.
f Ioel. 2.
g Sap. 11.
h Luc. 13.

Secundũ Mẽbrũ.

Firmum itaque sit (cæteris omissis: Plutarchi, & Theologorũ rationibus) Deum non statim punire, tùm ob bonitatis exemplum, tùm principaliter, vt conuertantur, & saluentur peccatores. At cur (vt secundo loco dicendum erat, nobis item peccatoribus huiusmodi demandauit munus peccatores cõuertendi? Vnicuique enim nostrum dictum est a Christo, si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Clarissimam certè rationem, & aliqualiter a nobis prætactam in currenti Euangelio reddit Christus, cum ait. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Vult enim nobis (o ineffabilem dignitatem nostram) suam communicare virtutem. Vult nos in fratrum salute partem habere. Vult nos hoc dignificare munere, vt simus animarum salutis cooperatores. Vult nos inæstimabilis pretij animas mercari, & lucrari: Lucratus (inquit) eris fratrem tuũ. O mercaturã, o lucrum. Soluit aliquando mercator à propria sua patria, dimittens vxorem, filios, parentes, cognatos, amicos, familiares, diuitias, voluptates, commoda omnia; mari se committit infido, procellis, tempestatibus, naufragijs, pyratis; & periculis exponit se mille; in remotissimos, & extremos nauigando maris terminos, vt modicum quid temporalis, fallibilis, & caduci lucri accipiat; & nos in proprijs domibus, & cubilibus tanta cum facilitate sola correctionis fraternæ vi, & dulcedine, lucrum lucrorum perpetuum, æternum, Deo gratum facere possumus: & adhuc immoramur? & adhuc dormitamus? Adhuc negligimus? Quin, & resistimus? O quale hominis illius erit gaudium in die vniuersalis iudicij, quandò a se correptum, & per suam saluatum correptionem, adducet ad Christi præsentiam, & tribunal dicens. Domine, eccè quod ex talento, & præcepto correptionis, quod tradidisti mihi, fratrem hunc superlucratus sum. Tunc enim dicet illi Christus. Euge serue bone: intra in gaudium domini tui. Diuus certè Iacobus *i* in sua Catholica tribuit corrigenti, & reducenti fratrem suum ad G H

De⁹ vult vt simus cooperatores animarũ saluti.

Simil.

i cap. 5.

ad viam salutis vltra illius lucrum; peccatorum ipsius corrigentis remissio-
nem, & spem vitæ æternæ, dicens. Fratres mei si quis ex vobis errauerit a
veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fece-
rit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte, & operiet
multitudinem peccatorum. Saluat enim corrigens peccatorem, quemad-
modum si quis lignorum fascem propè fornacis ardentis os positum iam
comburendum, erueret, & eriperet, in soloque fertili plantaret, vt iterum
germinaret, & fructificaret. Sic peccatores sunt quasi ossium fasces propè
fornacis inferni ardentis os positi, & destinati; repente comburendi, & in
Vltra lucrum fratris suidatur corrigēti spes vitę æternæ, & peccatorum remissio.
Simil.
momento, morte interueniente, dicente Dauide. K Dissipata sunt ossa no-
K Ps.140.
stra secus infernum, &c. Quare mors in illum eos immittere statim est para-
ta: per correctionem verò fraternam eripiuntur, eruuntur, & iterum in sa-
cro Ecclesiæ campo, & fertili plantati per gratiam germinant folia pro-
positorum, & fructus producunt bonorum operum: hac ferè sub ea-
l Gal. 6.
dem methaphora idem monuit Paulus, cum ait. l Alter alterius onera
portate, & sic adimplebitis legem Christi: nempè fasces fratrum nostrorum
secus infernum per peccata positos, ex inferno ad patriam ferre debemus
m Q 177.
cœlestem, & hoc per fraternam correptionem, vt exponit Diuus Basilius. m
Quotiescunque dicens, operam damus, vt resipiscant qui peccant; fratres
portamus, & fratrum onera. Sic dulci melo ad hoc idem alludens, pro-
n Ps. 28.
pheta ille suadet Regius, n dicens. Afferte Domino filij Dei, afferte Domi-
no filios arietum. Quasi dicat. Afferte quos fides concepit, non caro. Af-
ferte quos Dei gratia per correptionem iterum generet, non quos mundana
perdat fragilitas. Afferte quos agnos præter iterum per correptionem in-
Vnusquisque attrahere debet proximū errātem, ad salutem, & etiā nolentes.
I nocentia, non quos hebetudo diripiat conuersationis pecudum. Afferte,
afferte per correptionem quos spontè venire, aut peccata vetant; vel
ætas impedit, vel ignorantia retardat, vel tenent vitia, vel delicta remo-
rantur, aut vana decipit expectatio, aut fallit tarda procrastinatio. Ad-
ducite volentes: Attrahite nolentes: facite vobis de aliena necessitate
mercedem. Facite aliena dispendia vobis lucra. Seruum si habet Domi-
nus errantem. Si habet Domina seruam reducant, & adducant, vt iam li-
beros possideant, filium pater offerat, non retardet; vt, cui præsentem vi-
tam contulit, conferat & futuram. Vir coniugem adducat, coniux vi-
rum. (O perquam dulcem, & iugem correptionem) nè quod vnum est
in carne, spiritu sit diuisum. Amicus amicum attrahat ad salutem, vt de
gratia Diuina, humanam comprobet caritatem. Peregrinum ciuis; Pos-
sessor hospitem, Dei ducat ad mensam, vt sine suo sumptu de diuinis co-
pijs sit humanus. Attrahite, attrahite nolentes: nemo dicat non vult;
o Gen. 22.
quia & Abraham, o vt offerret filium colligauit, & Loth p Angeli, vt ex-
p Gen. 19.
traherent flammis, impulerunt manibus, & Petrum q Dominus, vt iret
q Io. 21.
K ad martyrium, quo nolebat, auxilij sui virtute præcinxit, dicens. Præ-
cinget te alius, & ducet quo tu non vis. Et pater cœlestis non solum su-
r Io. 6.
scipit volentes; sed & nolentes attrahit, dicente filio. r Nemo potest ve-
nire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit illum. Afferte ergo filios
arietum, idest, filios patrum antiquorum Patriarcharum, Prophetarum,
Apostolorum, Martyrum, Confessorum, quorum arietum afferte agnos
imitatores, fide, innocentia, & virtute per correptionem effectos pa-
ternam. Afferte, inquam, nè quando grex Dominicus virtutis, & ob-

feruantiæ laxatus in pastum, dispersus per inculta vitiorum, & peccatorum abrupta, luporum deuoretur in cursibus. Obsecro, & obtestor fratres carissimi, vt in hoc vigiletis omnes, quatenus his Quadragesimalibus diebus, & adueniente Paschate, nullus a Dei gratia, nullus a Dei mensa relinquatur extorris. Afferte, afferte omnes, nè fortè serui, filij, parentes, amici, familiares, ciues, & hospites, præsenti morte, in fornacem detrudantur inferni præsenti vita carentes, & ad futura non peruenientes. Nullus quæso sit, qui domum suam non faciat ouile Dei, in qua agnus per correptionem conuersus, det balatrum, fit lucrum, absit vitium, adsit gratia, & gloria per Christum. Amen.

FERIA QVINTA POST DOMINICAM Tertiam Quadrag. Concio XLVI.

Deus a principio adeo synagogam amauit, vt plura illi contulerit dona, quibus ipsa abutens modo a cælesti patre reprobatur, ob idque præcipuè, quod inordinato sui met amore insaniens Dominum neglexerit; cuius pessimi amoris quamplura mortifera germina legentium visui offeruntur, vt hinc quisque discat se ita amare, nè Redemptori suo iniuriam inferat.

CHristus Dominus noster cęlestis medicus corporis, & animæ perfectam nobis collaturus medicinam, ægras mortalium mentes ad perpetuam salutem diuina curatione vbique perduxit. Nullatenus tamen sanauit nolentes, vel renuentes; quin ab obstinato denique recedit, aliumque statim per gratiam subintrat: sicut a syagoga recedens, in domum ingressus est Simonis. Deindè socrum Simonis magnis detentam febribus sanauit: in qua peccatoris designatur status ex signis consuetis febris, tum ex obliuione cęlestium, & salutarium omnium bonorum, tum ex appetitu acerbium temporalium istorum, ex gustu deprauato, & corrupto, tùm ex inquietudine maxima stimulorum conscientiam lancinantium, & nullatenus eam quiescere desinentiũ, quem sic laborantem sola Christi virtus continuò sanat, sicut vnico verbo socrum sanauit Simonis, imperans febri, quæ dimisit illam; & continuò surgens ministrabat illis. Quæ omnia fusius, & latius præterito explicauimus anno. Hodie verò eodẽ recurrente nobis Euangelij textu, cũ describatur Christus de synagoga surrexisse, expendamus quæso, quid in synagoga prius egerit, vt indè colligamus. Quid agat cum animâ nostra ab ea recessurus.

Diuisio bimemb.

a Ps. 81.

Primum memb.

Primum descripsisse videtur propheta ille Regius, cum ait. *a* Deus stetit in synagoga deorum: in medio aũt Deos diudicat. i. Christus verus Deus, & homo

homo per carnis assumptionē stetit in hac vita mortali in synagoga Deorum idest principū, & sacerdotū synagogæ, quos extulerat, & sublimauerat quasi Deos, tradens illis rerum sacrarum, & diuinarum summam: in quorum medio, vt supremus, & absolutissimus iudex residens, illosque diiudicans, hanc protulit de illis sententiam. Ego dixi: Dij estis; & filij excelsi omnes. Vos autē
A sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis, idest, Ego, cuius dicere est facere: dixi enim & facta sunt omnia. Dixi. Dij estis. i. consti tui vos quasi Deos, & filios excelsi summa cum potestate, & auctoritate rerum sacrarum, & diuinarum in terris. At, quia ingratissimi estis munere vobis collato, pessimè abutentes, hanc de vobis iustam profero sententiā, quòd non amplius Dij eritis; sed moriemini sicut homines; & cadetis sicut vnus de principibus. Quibus in verbis aliqualiter sub obscuris per homines protoparentes denotantur nostri: Per vnum verò de principibus angelorum, & principum de cęlo cadentium denotatur primus: nempè lucifer, ad quem alius direxit sermonem propheta, dicens. *b* Quomodo cecidisti de cęlo lucifer, qui mane oriebaris? &c. Cùm igitur eadem penitus proferatur contra synagogam sententia, quæ & contra primos parentes, & contra luciferum: consequens fit, vt ob eadem crimina, & ob causas easdem feratur. Videamus ergò causas luciferi, & primorum patrum, & habebimus iudicij synagogæ causas; vt easdem & nos cauere possimus, nè simile incurramus iudicium, similemque sententiam audiamus. De lucifero constat ex omnibus patribus, & theologis, quòd tria principaliter perpetrauerit peccata: nempè superbiam, inuidiam, & odium. De superbia omnes conueniunt, de lucifero expo nentes illud Isaiæ loco citato. Qui dicebas in corde tuo. Incęlum con scendam: super astra Dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti,
B in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium; similis ero altissimo, &c. Primum itaque luciferi peccatum, tùm ex hoc loco, tùm ex alijs fuisse superbiam omnes conueniunt, & patres, & scholastici theologi. De inuidia verò Diuus pater Augustinus ità scribit. *c* Nonnulli dicunt ipsi angelo casum fuisse à supernis sedibus, quod inuiderit homini ad imaginem Dei facto. Porrò hæc inuidia sequitur superbiam, non præcedit: non enim causa superbiendi inuidia; sed causa inuidendi superbia: quare ex Diui Patris Augustini sententia, quam & ego amplector; ex diaboli superbia ortum habuit inuidia contra homines ad imaginem Dei factos. Hinc Spiritus sanctus apertè. *d* Inuidia diaboli mors introiuit in mundum, &c. De odio tandem Seraphicus doctor Diuus Bonauentura, *e* & subtilissimus doctor noster Scotus *f* dicunt, parum variè idem concludentes. Quod Diabolus seipsum inordinatè amans, excellentiam præsumpsit propriam, & æqualitatem Dei, quam assequi non posse cognoscens; cępit ipsi Deo inuidere: qua inuidia Deo, & homini ad ipsius Dei imaginem formato iugiter obstans, & nullatenus consequi potens quod intendebat, in odium est prolapsus ipsiusmet Dei, & desiderio quodam complacentiæ nollet (ah stulte, & insensate Dia-
C bole) nollet, inquam, Deum esse, qui suaptè natura ex seipso necessariò, & æternè semper existit. Et hæ causæ iudicij, & sententiæ contra luciferū, quas omninò easdem reperies in primis qui viderunt huius mundi lucem homi nibus: eadem enim superbia peccasse Adam, & Euam, qua peccauit lucifer in comperto est apud omnes: nempè illos aliqualiter appetijsse Dei æqualitatē. Audierant. n. eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum: & hinc pomum at-

Dona q̄ Deus cō- tulit synagogæ.

b Isai. ca. 14.

Tria peccata per petrauit lucifer.

Primum peccatū Superbia

c De Gen. ad litterā lib. 11.

Secundū peccatū Inuidia.

d Sap. 2.

e 2. sen. d. 5. q. 1.

f 2. sen. di. 6. q. 2.

Tertium peccatū Odium.

Primum peccatū Adæ superbia.

g Gen. 4. Peccatũ Cain Inuidia. Secundũ peccatũ odium. Primum peccatũ Iudæorũ contra Christũ superbia. h Ioan. 11 Secundũ peccatũ inuidia. Tertium peccatũ odium. Per primum cecidit de cęlo. Per secũdũ vermis eorũ non morietur. i Cap. 66. Per tertium in ignẽ deiectus. Adã per primum e paradiso cecidit. K Psa. 48. Per secũdum, Cain profugus extitit. Per tertium æternã pęnam incurrit. Sinagoga per superbiã a dignitate

tigerunt veritum. Inuidia verò, & odiũ in primo eorùm partu statim eluxerunt. Inuidia namque Cain (vt ex diuinis constat literis) g motus fuit contra fratrem Abel, eo quòd respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autẽ, & ad munera illius non respexit. Hinc inuidia motus Cain, iratus vehementer, concidit vultus eius; nec potuit quiescere quousquè in odium pessimum consumata fuerit inuidia, & per dolum educto fratre in agrũ, consurrexit aduersus eum, & interfecit eum, polluto mundo ab ipsius exordio fratricidij sanguine. Easdem itaq; habemus causas, & in lucifero, & in primis mundi hominibus: ijsdem porrò extitit inuoluta synagoga maculis contra Christum. Primò superbia, & dominandi desiderio, sic in concilio congregati, dixerunt apertè. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollẽt locum nostrum, & gentem. Deindè inuidia ibidem. Quid facimus; quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Quib. omnibus vehementer inuidebant. Deniquè ijsdem gradibus cum impio Cain gradientes, in extremum, & pessimum perueniunt odium contra Christum, eius mortem concludentes, ibidem per os Caiphæ dicentis, Quia expedit, vt vnus moriatur homo pro populo. Ecce habemus iam causas in omnibus; sententiam discutiamus. Vos, inquit, sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis. Vnus itaq; principũ lucifer, ob superbiã, qua suprà summũ cęlorũ scandere tentauit: in profundũ cecidit vniuersi, In centro tartari, velut in carcere teterrimo reclusus perpetuò ob inuidiã continuus eũ persequitur spiritualis ignis, remorsus conscientiæ, dicente Isaia. i Vermis eorum non morietur; pp odium in ignẽ deiectus est æternũ, corporalem, quo nomine (qũocunque agat in spiritum) pęnæ oẽs, quas patitur Dæmon, inexplicabiles designantur. Sic primi parentes ob superbiã e paradiso ceciderũt terrestri, & e sublimi statu, & totius orbis dominio; K & facti sunt iumẽtis insipiẽtibus similes, vt ait propheta. Ob inuidiã, Cain iugi percussus est conscientiæ synderesi remordente: quare vagus, & profugus extitit super terram quoad vixit. Propter odium vero, eandem ignis æterni pęnam cũ Diabolo incurrit. Sic synagoga, & synagogæ principes, & dij, vt primi mundi homines, & primus princeps eandem omninò subire debuerunt sententiam, sic ob superbiã a summo eius dignitatis culmine cecidit synagoga, in toto terrarũ orbe contrita, & dispersa manens, omnium nationum vilissima; ob inuidiam; profugi, & vagi, & inquieti semper Iudæi totum peragrantes orbem, Huc, illucque discurrentes; nunquàm in aliquo vno loco stabiles permanent. Propter odiũ deniquè in Christum, eadem ignis æterni pęna, quæ luciferum torquet, & Cain, eos perpetuò tortura expectat, nisi conuertantur. Quare sententiam Christi iustam contra synagogam, & synagogæ Deos, & prolatam, & expletam videmus: nempè, quòd sicut homines moriemini; & sicut vnus de principibus cadetis. Caueamus itaque nobis; & alieno edocti periculo, superbiam horreamus: fugiamus inuidiam: odium omninò absit a nobis. At principaliter omnium illorum originem, & scaturiginem omni cum cautela euitemus: ianè amorem sui inordinatum; hunc enim primariã fuisse originem omnium peccatorum luciferi non minus apertè, quam fundatè, ac subtiliter docet Scotus vbi supra. Quem etiam luxuriam appellat spiritualem, nimirum etenim seipsum amando, & in sui met pulchritudine ac decore inordinatè se complacendo, in superbiam incidit, & cetera consequentia superbiam peccata, vt suprà expressum est. Quod etiam docuit

D

E

docuit apertissimè ante Scotum theologorum omniū pater his verbis. *l* Propriæ potestatis dilectionie correptus, idest, inordinata dilectione sui statim factus a luce veritatis, se auertit superbia tumidus, &c. Similiter & primorū parentum peccati etsi multæ a patribus adducantur rationes; vt, vel minima oblata occasio collocutionis cum dæmone de præcepto non comedendi pomum vetitum: vel ocium, & desidia. Posuerat enim Deus hominem in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illud. Quare ocio torpentem adortus est Sathan, vt D. placuit Ambrosio. Vel infidelitas, non credidit. n. mortem se incursurum. Sic Tertullianus, & Aug. & aliæ ab alijs non spernendæ afferuntur; omnium tamen origo, & scaturigo, & princeps, quæ primos prostrauit parentes, idem fuit amor sui inordinatus, ille sanè, quem vulgò vocant, interesse proprium. Sic Theophylactus, & Diuus Pater Augustinus, vt enim audierunt, Eritis sicut Dij, statim actum est de illis. O interesse, ò interesse, quid non potes, quid non audes? Probè de hoc D. Pater Augustinus ab omnibus receptus, auream illam, nec vnquā satis repetitam protulit sententiam. Duo amores, duas fecerunt ciuitates: amor Dei vsq; ad contēptum sui, ciuitatem Dei, & amor sui vsq; ad contemptum Dei, ciuitatē diaboli. Hoc idem synagogam euertit, vt apertè constat ex supra explicatis. Et quid dico synagogam, vniuersam penitus humanam euertit rempublicā: ea enim lege constituta fuerat a Deo in sui primordio, vt vita corporis immortalis anima esset; animę vita perpetua Deus, vel per gratiam, vel per gloriam. Diuina itaq; lex naturæ insita, vltra expressum præceptum, hoc exigebat, vt corpus animæ, anima Deo pareret, tali iustitiæ ordine; vt, si a Deo dissentiret animus, talionis pœna dissentiret corpus ab anima, sensus a ratione. Rebellauit autem a Deo primorum parentum anima, quare iustè rebellauit ab anima corpus, & sensus. Prima rebellio peccatum fuit. Secunda pœna quædam peccati, & peccatum simul in descendentibus. Complexio namque dehinc, & affectio rebellis a primo, quasi sapor quidam profluxit in omnes, qui indè quasi riuuli a fonte manarunt. Et hoc originale vitium; a patribus, & concilijs vbique cognitum, quod cæterorum malorum animæ, corporisque origo extat: hoc volumina sacra testantur Hebræorum antiquitate, confusione, concordiā, duratione, sobrietate, miraculis, maiestate, diuinitate, cæteris omnibus ante Christum natum præstantia. Ad hoc dubio procul illa magorum a Zoroastre descendentium alludit opinio, omnia sanè corporis mala a malis animæ proficisci: anima verò curata, cætera omnia curari, & vitari mala. Hoc idem Plato in Thimæo quidem innuit; in Parmenide verò apertè declarauit, vt optimè notat decus illud Florentinorum Serenissimæ huius familiæ antiquitus alumnus. *m* Ex quibus omnibus hoc vnum repetamus: hoc vnum firmiter commendemus memoriæ, amorem sui inordinatum ruinam esse mundi totius, & omnium nostrum.

F (margin, beside "mos prostrauit parentes")

Quare illum viribus totis præcaueamus, nè iudicium, & sententiam cum hominibus, & cum vno de principibus incurramus. Idem enim euenit in anima nostra, quod & in synagoga prædiximus secundo loco ostendendum: quod, vt clarius innotescat, hunc sui amorem inordinatum, quem omnium malorum originem asseruimus, aliqualiter discutiamus. De eo quidem Plutarchus ait. *n* Equidem vereor, Paui amicissime, nè nos amor nostri fallat: nec tam infensum in oblocutorum proteruiam, animum, quàm nimium de nobismetipsis meretem præferamus. Hinc enim vehementius ad res quasdā quo-

G (margin, beside "fusione, concordiā")

cecidit. Per secū dum profugi & vagi.

Per tertiū ignis æterni pœna datur.

l Aug. de gen. ad lit. lib. 11.

Amor sui inordinatus peccatum primorū parentum.

prima rebellio peccatū, secunda vero pęna peccati.

Omnia corporis mala a malis animę oriuntur

m Ficinus, de Chr. re. c. 20.

Amor sui inordinatus ruina toti mundi.

Tertium memb.

n opus. de tranq. animi.

Omnium malorũ causa amor sui. quodam cum stupore affici, easque præter dignitatem expetere, & consectari, (vndè simultates inter homines, offensionesque oriuntur) manifestum est. Horum omnium causa est perditus amor sui. Homines enim nimium de sese metiri dùm primas vbique partes sibi magna contentione tribuunt, peruicacia prouecti, nihil intentatum relinquunt. Hinc Dionysius senior non satis habuit se maximum sui temporis tyrannorum esse; At indignum arbitratus, quòd Philoxeno poetæ in poetica, Platoni autẽ esse in differendi facultate secundus, ita percitus illum quidem in latumias demisit: hunc verò in æginam venundatum ablegauit. Scitè igitur Homerus, cùm de Achille dixisset. H

Qualis erat Danaum Martis certamine nemo.

Subdiuit, & illud

Egerit ast alius causas præstantiùs illo.

Megabysus Perses cum in officinam Apellis aliquando conscendisset, loquitari nescio quid de arte pictoria cepit: cuius ineptias non ferens Apelles. Priusquàm, inquit, sermone te proderes, nonnullam de te opinionem præbuisti, auro isto cum purpura silentium honestantibus. Nunc verò etiam offi cinatij pueri, qui pigmenta mihi terunt tuas istas ineptias ridẽt; Stoici quidẽ ludificare nos videntur, cùm sapientem illum suum, quem ipsi sibi fingunt, non modò prudentem esse, & iustum, & fortem constituunt: sed, & oratorẽ, & imperatorem, & poetam, & regem deniquè vocant; atque iidem sibi hæc omnia asciscere non erubescunt: & si sibi tandèm desperanda esse senserint, continuò ægrè ferunt, quòd quàm sit rationi consentaneum, ipsi viderint, &c. Hæc, & similia monstra innumera vtriquè parit inordinatus amor sui, diuinam etiam sibi arrogans vsque ad Dei contemptum, ciuitatem constituens diaboli, vt suprà ex Augustino diximus. O execrandum facinus, creaturam creatori anteferre. Quid verò hæ præstare possint egregium ostendit illud Eliæ facinus in diuinis expressum litteris. o In certamen siquidèm cùm sacerdotibus Baal descenderat, de vero Dei cultu, de quo experimentum, & demonstratiuum signum tradere volens, hæc proposuit vniuerso populo, dicens. Ego remansi propheta domini solus: prophetæ autem Baal quadringenti, & quinquaginta viri sunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cędentes ponant super ligna; ignem autem non supponant: & ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei, & Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: Optima propositio. Dixit ergò Elias prophetis Baal. Eligite vobis bouem vnum, & facite primi; quia vos plures estis; & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cùm tulissent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vsque ad meridiem, dicentes. Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet: transiliebantque altare, quod fecerant. Cumque esset iam meridies, illudebat illis Elias, dicens. Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Clamabant ergò voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfun derentur sanguine. Postquam autem transijt meridies: &, illis prophetantibus I K

Amor sui inordinatus mala parit vsque ad cõteptum Dei.

o 3. Reg. c. 18.

tibus venerat tempus, quo sacrificium offerri solet; nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes; &c. Elias porrò ad maiorem miraculi ostensionem ædificato altari, & super ipsum effusis quatuor aquæ hydrijs, & super holocaustum, & iterum secundò, & tertiò ijsdem hydrijs aquæ effusis; ita, vt currerent aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta esset, eleuatis Elias oculis in cœlum, breuissima oratione ait. Exaudi me Domine, vt discat populus iste; quia tu es Dominus Deus, &c. statim cecidit ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens; quod, cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait, Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus. Et Elias illis. Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Quid nam mysticè (cum in figuris hæc illis contingerent,) hoc significat nobis, nisi, quòd lanceolis, & cultris sollicitudinum, vsurarum, illicitorum lucrorum, libidinum, inimicitiarum, & cæteris huiusmodi superfluis curis nosmetipsos iugiter cruciamus, & lancinamus? Inuocantes (proh nefas) idola nostra, idest, innitentes, & confidentes, vel in diuitijs, vel in opibus, vel in regno, vel in potentia, vel in amicitia, vel in fortitudine, & vnusquisque in eo (vt inquit D. pater Augustinus) quod supra Deum diligit; & in quo magis, quam in Deo confidit, & sperat. O verè insensatos, nonnè hæc omnia muta sunt, & quæ minus possunt, quàm Idolum Baal. Quare zelo plenus, Eliæ voce vos compello, si Baal est Deus, sequimini illum: si autem Dominus noster Christus, creator, & redemptor noster, est Deus, & verus Deus, quare non sequimini illum? Quare in illo non confiditis? Nullam aliam rationem afferre poteritis, nisi amorem inordinatum vestri: ideò enim hæc omnia supra Deum colitis, & magis, quàm in Deo confiditis, quia vos ipsos supra Deum amatis. Vndè probe vobis adaptari potest doctrinalis illa antiquorum fabula, per quam Narcissum sui ipsius desiderio inordinato, & inordinato amore paulatim contabescentem, in florem sui nominis conuersum describunt. Inordinatus enim sui amor vnumquemque diuina spoliat participatione, qua donatus a Deo fuerat, & humana ipsa ratione spoliat, & priuat in rem ipsam propter seipsum inordinatè amatam conuertendo. Caueamus itaque fratres, nè sicut homines moriamur, & sicut vnus de principibus cadamus; ex amore namque inordinato (vt suprà

Cõfidit non inuo luptatib. huius seculi magisquã in Deo.

Amor inordinatus cõuertit amantem in rẽ amatam.

M ostendimus) ipsi corruerunt, & in æternam inciderunt ignis pœnam. Cum verò eadem ob delicta eandem incurrere debeat quisque sententiam: illi verò ex inordinato periere amore, eodem & nos vtique peribimus, nisi nos, & corrigamus, & emendemus. Quod, vt efficacius prosequamur, & exequamur, pro huius hodierni sermonis conclusione hoc vnum breuiter hac in eadem considerare materia, & memoriæ firmiter commendare, Quod (vt colligitur ex vitis patrum,) Sanctus quidam pater dæmoniacum exorcizans, exorcismisque dæmonium cogens ad dicendum, quod nam maius esset in inferno supplicium, respondit. Cor habere sine amore. O condignum supplicium, o pœnam condignam, vt qui se inordinatè amauerint, omni destituantur amore: quod proculdubio intellexit Iob cum ait, p de inferno loquẽs, quod ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, idest, nullus ordinatus amor est ibi, sed odiũ dirum contra Deũ,

Maius supliciũ in inferno est, Cor habere sine amore.

p Cap. 10.

odium

odium contra proximum, odium contra seipsum. O verè sempiternum hor torem, o verè sempiternum horrorem: semper appetere non esse, & semper esse, odio seipsum habere semper, & semper sibi ipsi de necessitate præsens esse. Quodnam isto supplicium maius excogitari potest? Pergite nunc, & vos ipsos inordinatè diligite: & propter modicum temporale interesse, cui magis quam Deo nitimini, perpetuum incurrite in vestri odium, sicut homines morituri, & sicut vnus de principibus casuri in perpetuum, & sempiternum inferni, & vestri horrorem nunquam resurrecturi. Quod Deus optimus maximus per Christi merita auertat, & largiatur vobis cor Deo plenum; quod tunc assequemini, si ordinatè Deum, proximum, & vos ipsos amabitis, vt nunquam recedat à vobis Christus, sicut a synagoga recessit; sed maneat semper vobiscum. Amen. N

FERIA VI. POST DOM. TERTIAM Quadragesimæ. Concio XLVII.

Per donum Dei a Christo Samaritanæ propositum intelligi Spiritum Sanctum probatur, cuius virtus tribus sub figuris declaratur. Est autem in se donum Dei amor reciprocus æterni Patris cum filio; in nobis vero duplex charitatis effectus amor nempe Dei, & Proximi, qui solus nos ad cælestia potest regna deducere.

ALTISSIMVM illud, & mysterijs plenum Christi colloquium cum Samaritana muliere anno præterito super currenti Euangelio explicauimus, & ad tria principaliter totum perstrinximus: nempè ad aquas, sub quarum typo Christus veram aperiens Dei cognitionem, diuinæ gratiæ qualitatem, & valorem, & pretium aliqualiter expressit, voluptatum mundi vanitatem per aquam fontis Iacob designatarum simul ostendens. Secundò, virum, de quo Christus disseruit, esse intellectum nostrum ipsi Christo præsentandum, prius adulterum, vel cum sensibus deseruit, vel fidei errorem loco veræ intelligentiæ amplexatur, mysticè ostendimus, a Christo vera fide, & intelligentia vera formandum. Tertiò deniquè Christi doctrinam de vero Dei cultu, & vera adoratione, in quibus consistat, aperuimus. Hoc mane recurrente nobis, eiusdem Christi Domini nostri cum eadem Samaritana colloquio, duo breuiter expendemus. Primò quid sit donum Dei, de quo Christus ait O mulier, si scires donum Dei, &c. Secundò quid sit in nobis idem donum Dei aperiemus.

Diuisio bimemb.

De primo inquit diuus Pater Augustinus, a quòd per donum Dei Christus hic intelligebat Spiritum Sanctum, quem dare mulieri cupiebat: qui etiam donum in diuinis litteris appellatur a Christi progenitore secundum

1 Memb. a lib. 83. q. 9. 64.

dum carnem; vbi ait. *b* Ascendisti in altum; cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. In quibus verbis apertissimè de Christo ex Dauidis semine, ac stirpe regia orituro, ascensionem vaticinatur, cùm ait. Ascendisti in altum. Et eiusdem ascensionis lætitiam cum subdit. Cœpisti captiuitatem: A nam tunc cœlum primò aperuit Christus, regnum ingrediens simul cum patribus, quos olim captiuos e limbo eduxerat, in seipso illos triumphans, vt Zacharias propheta prædixerat. *c* Et Paulus Apostolus magnificè, & gloriose replicauit. Qui etiam Apostolus Spiritus Sancto plenus vltima Dauidis citata verba: nempè. Accepisti dona in hominibus, quæ difficilia sunt intellectu sic exponendo inuertit. *d* Christus ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quid ais Apostole? Dauid, quem citas, dicit Accepisti dona in hominibus: tu verò eiusdem verbo repetere volens, scribis. Dedit dona hominibus. Quis autem nostrum fratres ignorat, quodnam magnum sit discrimen inter accipere, & dare? Attamen Dauid scribit. Accepisti dona in hominibus: Paulus verò. Dedit dona hominibus. Optimam quidem intelligentiam aperit nobis Apostolus. Accepit enim Christus in se omnem Spiritus Sancti plenitudinem summam possibilem haberi per dona sub numero plurali expressam propter Spiritus Sancti effectus varios, & multiplices; & eadem dona Spiritus Sancti liberaliter Christus largitus est hominibus. Paulus ergò exponendo, & supplendo quod breuiter expresserat Dauid, sic optimè legit. Ascendisti in altum; cepisti captiuitatem: accepisti dona, & dedisti ea hominibus. Quæ ergò in Christo erant vnicum donum: nempè Spiritus Sancti plenitudo, omnia continens dona, ea dedit, & distribuit hominibus. Quod sic etiam innuit Dauid, cum ibi-B dem subdit Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditatis tuæ, &c. idest Tu Christe Deus, qui accedens in altum accepistis donorum plenitudinem, segregabis ea hæreditati tuæ idest distribues hominibus, qui sunt hæreditas tua, guttatim, & segregatim, quasi pluuia videlicet de tua plenitudine alij largiendo vnam guttam vnius doni, & alteri aliam alterius doni: & segregabis pluuiam voluntariam idest liberaliter ex mera tua gratia, nullis concurrentibus nostris meritis. Sic etiam D. Paulus eodem loco citato postquam exposuit versiculum præcedentem Ascendisti in altum: captiuam duxisti captiuitatem; accepisti dona, & dedisti ea hominibus, exposuit sequentem. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, &c. dicens. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, &c. Per dona igitur quæcumque siue distributa, siue distribuenda hominibus a Deo tam Dauid, quàm Diuus Paulus dona intelligunt Spiritus Sancti, qui est primum donorum, in quo; & per quod cætera omnia donantur dona; quod varijs etiam sub metaphoris explicatur in diuinis litteris. At nos breuitati studentes, principes illas tres expendemus, nempe ignis, ventus, & Aquæ. Sub symbolo ignis, & ventus visus fuit Spiritus Sanctus in Sacrosancto Pentecostes die sicut describitur in actibus Apostolorum, *e* quod cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, & factus est re-C pente de cœlo sonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis, & eccè ventus; & apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tamquam ignis, & eccè

b Psa. 67. Christus erat donũ quia i eo erat Spiritus Sãcti plenitudo, & dedit dona hominibus. *c capit. 9.* *d ephes. 4.*

Christus distribuit hominibus dona segregatim.

Sub symbolo ignis ventus, & aquæ declaratur Spiritus Sãcti virtus. *e cap. 2.*

apertè ignis figura. Sub aquæ autem symbolo de Spiritu sancto loquẽs pro-
f cap. 36. pheta Ezechiel, ait. *f* Effundã super vos aquam mũdam, & mũdabimini &c. Et hodie apertè Christus si scires donum Dei, &c. Tu petijsses ab eo; & dedisset tibi aquam viuam, &c. Reuertamur ad ignis simbolum, de quo ait Paschasius. *g* Sed interrogas, vtrum semper Spiritus ex patre procedat? Respondet. Semper cum illo, & semper ex illo: sicut calor ex igne. Philo *h* verò diserrè satis exponẽs illud. *i* Auferam de Spiritu qui in te est; & imponã in septuaginta seniores, ait. Sed caue, putes, hanc ablationem fieri p abscissionem, disiunctionemquè: immò potius qualis ab igne fit, qui, etiã si faces innumeras accẽderis, idem manet; nec tãtillum quidem diminutus. Sic Cyrillus Ierosolymitanus, *K* Quemadmodũ (ait) lumen, vno radij progressu illuminat omnia: ità Spiritus Sanctus eos, qui habent oculos, illustrat. Quod si quis nõ respiciens, illius gratia non potitur; non spiritum Sanctum, sed suam ipsius arguit perfidiam. Et iterum alibi. *l* Si ignis per ferri spissitudinem interius transiens, totũ efficit ignem, & frigidũ fit feruẽs, & nigrum fit lucidũ; & sic ignis, cum sit corpus, in corpus ferri ingreditur, & absque vllo impedimento, vt vides, operatur, quid miraris, si Spiritus Sanctus in animæ interiora ingreditur? D. verò Basilius priorem similitudinem latius explicans, ait. *m* Spiritus Sancti sic omnes participes sunt, vt ipse maneat integer, radij solis in morem: cuius beneficium sic adest ei, qui fruitur, quasi soli adsit: Cum & terram illustret, & mari, & aeri misceatur. Itidem & Spiritus Sanctus vnicuiq; capacium cũ adsit, quasi soli, omnibus sufficientem, & integram gratiam infundit, qua fruuntur quicumque de illo participant. Et præterea, ne dùm sic in omnes Spiritus Sanctus se se diffundit, sufficienter, ac si in vnũ tantũ diffunderetur: verũ etiam quos tangit magnificat, dignificat, & splendidos reddit; & sicut quæ iuxta floridos colores posita sunt, è splẽdore promanante colorãtur & ipsa; sic qui euidenter intendit oculos in Spiritum, ex illius gloria quodammodo transformatur, vt fiat illustrior, dùm veritate a spiritu promanante, vel corde illuminatur. Quo argumento etiã vtitur Paschasius loco citato, exponens illud. *n* Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tamquã ignis: seditq; supra singulos eorũ. Quod verò (ait) in singulos sedisse memoratur, id causæ est; vt intelligatur per plures non fuisse diuisus at mansisse in singulis totus; sicut fieri in ignibus mos est. Hanc enim vt nouimus, habere naturam ignis accensus, vt quanti ad eũ aspexerint, tantis vsum suæ lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, & nihilominus in sui integritate permaneat. Ita Spiritus Sancti virtus, quantumlibet effluat, quantumlibet in plurimos gratia diuinæ largitatis exuberet: sicut probatur habere mensuram in recipientibus; ità in se nullam sentit expensam, Donum itaque Dei, vt ignis ex præfatis patribus, nullam patitur in se ablationem, vel abscissionem, vel disiunctionem, vel discessionem, vel minutionem; sed integer manens, perseuerans, perpetuus, & vnus, & idem, omnes illuminat, illustrat omnes, omnes circumdat, & protegit; omnes pertransit, & penetrat intrinsecus; omnes efficit igneos; frigidos facit feruentes: nigros lucidos efficit; duros, & & solidos liquefacit: rigidos flectit: obstinatos mollefacit; obscuros suo splendore colorat, magnificat, dignificat, splendidos, & ornatos reddit: & vt diuus Gregorius notat. *o* Spiritus Sanctus non simpliciter in igne, sed in linguis igneis apparuit; quia omnes, quos repleuit, D

g lib. de Spiritus Sancto.
h lib. de gigant.
i Num. 11.
Per ignẽ primo designatur.
K Cathec. 16.
l Cathec. 17.
m lib. de Spiritus Sancto.
Spiritus Sanctus in omnes se sufficienter diffundit.
n Act. 2.
Manet in singulis totus, & non diuisus.
Effectus ignis explicãtur effectus Spiritus Sancti.
o Hom. si quis diligit, &c.

ardentes

ardentes pariter, & eloquentes fecit. Idem verò Spiritus sancti donum, vt Spiritus vehemens, excitat, mouet, commouet, impellit, merces ducit, & reducit simul cũ nauibus animarũ, & corporum ad Paradisi patriam, & portum; agitat mare, & aera, simul purificando cordis, & corporis nostri; messes, & segetes promouet, & multiplicat bonorum operum. Vnde Augustinus Spiritum sanctum alloquens, ait. *p* Sanctum semper opus in me spira, vt cogitem: compelle, vt faciam; Suade, vt te diligam: confirma, vt teneam: custodi, ne te perdam. Et D.Gregorius ait. *q* Porrò ad faciendum bonum, quid in nobis bonus Spiritus operatur? Profectò monet, mouet, & docet. Monet memoriam; mouet voluntatem, & docet rationem, nec minimam pa- E leam intra cordis, quod possidet habitaculum patitur permanere. Et D.Hieronymus. *r* Spiritus sapientiæ negligentiam repellit impigrè. Spiritus intellectus diligentiam rationabiliter quærit. Spiritus consilij diuinam prouidentiam prudenter inuenit. Spiritus virtutis instigationes recondit fortiter. Spiritus scientiæ obliuionem lubricam diu esse nõ finit. Spiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget. Spiritus timoris Dei improuidã ignorantiam ardenter decoquit, & bene replet. *ſ* Et D.Bernardus melliflué; Spiritus sanctus, Spiritus rectus, Spiritus dulcis, Spiritus fortis, infirma roborans, aspera planans, corda purificans, & quidquid in hoc sæculo nequam difficile videtur, & angustum, leue facit, & dulce. Denique sub aquæ symbolo repromittitur hodie a Christo mulieri Samaritanæ, vt supra dictum est, cùm ait. Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi. Da mihi bibere: tu forsitan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam, aquam viuam; nam (sicut dicit Diuus Chrysostomus) *t* quemadmodum non est possibile, vt sola terra germinet, nisi susceperit pluuias; ita nec voluntas sine gratia quidquam potest. Et iterum idem. *u* Etenim aquam dicit Spiritum sanctum, vt ablutionem, refrigerium, quibus fruantur animi ipsum accipientes: & tanquam hortum virentem, & fructiferis, & semper florentibus arboribus comantem, ita promptam animam disponit, vt nulla anxietate, nullis Sathanæ insidiis distrahi sinat: sed omnia ardentia malitiæ tela extinguat. F Et Cyrillus Hierosolymitanus concinnè satis ait. *x* Nam, & Paradisum totum fons viuus irrigat, & vna pluuia in vniuersum descendit mundum, quæ alba quidem fit in spinis, rubra in Rosis, purpurata verò in Hyacinthis, ac in diuersis speciebus diuersa, & in omnibus fit omnia, cùm ipsa nihilominus eadem sit, eiusdemque speciei: neque enim seipsam transmutans pluuia, alia, & alia transcendit; sed cuicunque naturæ, se adiunxerit, illi fit incrementum. Sic, & Spiritus sanctus cùm sit vnus, & idem, & non diuisibilis, vnicuique diuidit gratiam prout vult. Vnus itaque, & idem est Spiritus sanctus, vnicum Dei donum: Sed propter varios, & multiplices effectus, quos liberaliter operatur in nobis, varijs sub symbolis, & docetur, & traditur. Qui omnes dona Spiritus sancti verè dici possunt; quia omnes in illo primo Dei dono, & ab illo profluunt, & emanãt. Vnde Ecclesia ab eodem edocta in illo celebri hymno ait. Qui paraclitus diceris, Donum Dei altissimi. Et inde alia prosequitur. Fons viuus, ignis, caritas, Et spiritalis vnctio, vt ab illo altissimi Dei dono manantia. Donum itaque Dei altissimi Spiritus sanctus a Christo Domino nostro in hodierno dicitur Euangelio, cum ait. Si scires donum Dei, &c.

Quid verò in nobis sit iam secundo loco expendamus. Quod facilè colligitur

Spiritu. sanct.º ardenté, & eloquenté facit.

p Epistola ad quẽdã comitem.

q In mora.

Sentẽtiæ Patrũ de Spiritu, sãcti gratia.

r Super Marc.

ſ Serm. 3. Pentec.

Sub simbolo aquæ re promittitur.

t Homil. 32. oper. imperf.

u Homil. 31. in Io.

Sub simbolo aquę mul ta nobis præstat.

x Cathec. 16.

2. memb.

ligitur ex superiùs dictis: namque donum Dei est illud, in quo dona omnia, & omnia bona nobis a Deo donantur. Est autem hoc donū Spiritus sanctus nexus Patris, & Filii: & (sicut docet Augustinus *aa* ab omnibus receptus Theologis,) Patris, & Filii amor, ad quem pertinet societas, qua efficimur G vnum corpus vnici Flii Dei. Sicut enim vnum corpus hominis multis constat membris, & vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo, vt videat, in aure, vt audiat, & sic in cæteris. Ita Spiritus sanctus membra corporis Christi, quod est Ecclesia, continet, & vegetat: & sicut humani corporis membrum præcisum formam quidem, qua membrum esse cognoscitur, retinet; sed nequaquam Spiritus sequitur, quo præter vnitatem corporis viuat. Ita quicunque a prædictę pacis vnitate diuisus est, sacramentum quidem tanquam formam retinet: sed spiritu præter vnitatem non viuit. Est igitur huiusmodi donum in nobis ex Patrum sententia, vnitas vinculum, connexio, pax, dilectio, &, vno verbo, caritas. Et de hac, vt in nobis loquitur Christus, cùm ait. Si scires donum Dei, &c. Est igitur donum Dei in se amor Patris, & Filii: in nobis verò amor Dei, & proximi. Qui igitur Deum, & proximum ordinatè diligit, quocunque sapiente sapientior est, etsi scientiarum omnium ignarus. Qui verò hoc Dei donum non possidet, nec Deum diligit, nec proximum, etsi in omnibus sit scientiis instructissimus: omnium tamen hominū ignarissimus extat. Sapientia enim vera nihil aliud dicit, quàm sapidam, & amore vndique refertam scientiam. Hinc Deus Seraphim, quibus amoris donum tribuitur supra Cherubim, quibus scientiæ donum appropriatur, locauit. O verè donum Dei, O caritas, & amor, quid non potes, quid non efficis in nobis? Est quidem caritas, fratres, & donū hoc Dei in nobis, quemadmodum, si in magni Principis curia (in qua multiplicia, & varia distribuūtur munera, vt tribuni militum, prægustatoris, magistri domus, magistri ærarij, cubicularii, & sic de singulis.) Si aliquis inueniretur minister, qui omnia, & singula curiæ munera perfectissimè, atque exactissimè expleret: nonne hic omnes, & quoscunque Principis ministros excelleret? Sic in Dei Principis, Principum curia, multa sunt munera, officia multa, multi ministri; est Fides, quæ credit; Spes, quæ sperat; Castitas, quę cōtinens est: Temperātia, quæ sobrios facit: Patiētia, quę suffert, & sic de singulis aliis virtutibus. Charitas verò donū Dei altissimi minister est ille excellentissimus, qui in Dei curia perfectissimè, & exactissimè omnia aliarum virtutum explet munera, complet officia, dicēte Spiritu sancto per tubam auream suā. *bb* Charitas patiēs est, benigna est; charitas nō emulatur; nō agit perperā; nō inflatur; nō est ambitiosa; nō quęrit quę sua sunt, non irritatur; non cogitat malū; nō gaudet super iniquitate: cōgaudet aūt veritati. Omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet, &c. O verè donū Dei, o verè donū Dei: hoc est illud, quo se ornatā a suo dilecto sponso sponsa gloriabatur, cùm ait. *cc* Introduxit me rex in cellā vinariā. i. in cellam gratiarū, & donorū per vinū designatorū. Quid I verò inter omnia dona, & gratias, gratiùs hic accepit, digniùs, & splēdidius? Ordinauit (inquit) in me charitatē. Charitas enim ordinata Principē in nobis locum tenet: hac enim retenta omnia manent: sine hac nil remanet. Vnde Apostolus loco citato. Si linguis hominum loquar, & Angelorū: charitatem autem non habeam, factus sum, velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero propheriā, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā; & si habuero omnem fidē, ita, vt mōtes transferam, charitatem autem nō habuero,

aa Lib. de gratia noui testa.

Spiritus sanct' est vnitas, & vinculū quo vnū corpus efficimur.

Similit.

Charitas omnes alias virtutes excellit.

bb 1. Cor. 13.

cc Cant. 2.

Sine charitate nihil in nobis remanet.

nihil

nihil sum, nihil mihi prodest, &c. Quare de illa possumus per simile Pausaniæ egregium facinus in medium afferre. Cupiebat hic Præsileris excellentissimi suæ tempestatis pictoris, pulcherrimam aliquam habere imaginem, quam, vt assequi posset, prausum iuit cum præfato pictore; & illis simul discumbentibus, & comedentibus fecit quendam ex suis familiaribus exclamare. Heus ò Domini tota succensa est pictoria officina: omnes comburuntur imagines: citò, citò accurrite. Quibus auditis vocibus prorupit statim pictor ex intimo cordis. Combusta nè est Amoris imago? Est ne salua? Ex quo intellexit Pusanias, illam pulcherrimam esse omnium imaginum Præsileris: Et hanc petiit, & obtinuit. Sic in Dei officina, etsi damnum aliquod afferat iactura aliqua aliarum imaginum, etsi aliquando pereant aliæ virtutes: dummodo imago seruetur Amoris; dummodo sit salua charitas, omnia in tuto habentur. Illa enim perdita, omnes perduntur: at, illa retenta, etsi aliæ ad tempus perdantur, eius vi quam citius reperiuntur, verbi gratia. Ob capitis dolorem orare nequis? Salua sit charitas, & sufficit. Ob stomaci debilitatem ieiunare non potes? Charitatem habeas, & ieiunasti, & sic de singulis. Quod satis disertè docuit Sophonias, cum ait. *dd* Dominus silebit in dilectione tua, quasi dicat. Et si nullam aliarum exercere possis virtutem, dilige, & omnem implesti: Dominus enim silebit in dilectione tua. Non potes pœnitentiam agere, cilitia ad carnem ferre, nudis incedere pedibus, flagellare corpus, & cętera huiusmodi? Dilige Deum, & proximum, & sufficit: Dominus enim silebit in dilectione tua. Sic Apostolus. *ee* Qui diligit proximum, legem impleuit. Quam legem Apostole? omnem legem absolutè. O donum, ergo, ò donum. Dilige frater Deum & proximum: & Dominus silebit in dilectione tua, te in vitam diligendo æternam. Amen.

K

Si perdatur omnes virtutes, salua tamē charitate hoc solū sufficit.

ee Ro. 13.

DOMINICA IV. QVADRAGESIMAE. Concio XLVIII.

Christus populi ipsum insequentis necessitatem prauidens quinque panibus ordeaceis, ac duobus piscibus tot millia hominum ad saturitatem cibat inuocato prius æterni patris numine; quo nos monet in omni actione diuinum nomen inuocandum esse, ac gratias illi agendas: insuperque proponitur quanta quisque princeps pollere debeat prudentia, & vigilantia, quæ varijs acquiritur modis, vt in secundo concionis membro patet; ac postremo docet quam vtile sit Principibus rerum abundantiam, sed præsertim panis, populis comparare, ac conseruare, cum ex ea subditorum beneuolentia vt plurimum captetur.

INGRESSVS est prima Quadragesimæ Dominica dux noster Christus campum certaminis cum hoste præliaturus principe, vt indè nos præliare, & vincere sub tanti ducis norma possemus. Dominica secunda iam triumphans, quasi regnū assecurus, regni præmium secum præliantibus paruam per stillam ostendit. Dominica

tertia

tertia hostes, & rebelles dęmones de sui regni confiniis eiicere, extermi nare, eliminare cępit. Et erat Iesus eiiciens dęmonium. Hodie tamquam princeps optimus, qui ciuium commodo, & beneficio exactissime studet, rebus iam quasi in pace compositis. Rei publicæ abundantiæ prouidet, copiose pascendo turbam copiosam, quæ ipsum sequebatur. Qua in re tua principaliter explet. Primo vnde cuicumque Reipublicæ moderatori, & principi in prouidendo incipiendum sit. Secundo prudentiam hoc in munere pandit. Tertio abundantiam re ipsa manifestat, & efficit.

Diuisio trimembris.

Primum mēbrū.

a Ho. 79. ad pop.

b Apoc. c. 39.

c Ad Ephes. c. 5.

De primo (vt nedum ad Principes nostros serenissimos, sed & ad omnes cuiuscumque status noster deriuet sermo) Salutariter satis, & erudite notat eloquētiæ flumē D. Chrysostomus *a* super illis uerbis, cum gratias egisset &c. Mensa, inquit, ab oratione sumens initium, & in orationem desinens, numquam deficiet: sed fonte largius omnia nobis afferet bona: absurdum est autem, seruos nostros si quid a nobis accipiunt bonum, nobis gratias agere, & cum benedictione recedere. Nos autē tot bonis potientes, honorem huiusmodi non rependere Deo bonorum omnium largitori per optimo. Sic Tertullianus, *b* & D. Hieronymus, *c* Deo gratias referamus, inquiunt, non tantum pro his, quæ bona putamus, sed etiam pro his, quæ nos coarctant, & contra nostram ueniunt uoluntatem: pro beneficiis etiam Ethnicus gratias agit. Pro aduersis autē gratias agere, proprium hoc est Christianorum, Philo uero Iudæorum disertissimus ait, *d* Nihil esse Deo magis proprium dicimus, quam benefacere. Nihil item creaturæ, quam gratias agere. Vnde Augustinus peroptimè. Quid melius & animo geramus (ait) *e* & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Eo nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. Deo igitur gratias semper Deo gratias. A cultu enim Dei, & a Religione incipere debet omnis cuiuscūque gradus, & conditionis, existat: sed eo magis, quo eminentius, & periculosius: principis munus, vt feliciter, & plene omni ex parte exerceatur. Sic antiqui sapientes ad Dei cultum, & gratiarum actionem uolentes inducere, gratias, & horas Deas confinxerunt, illisque templa extruxerunt; quarum erat munus Ioui summo assistere, ac pro humanis Deo gratias referre, cęlum, & humana gubernare, copiisque instruere homines, vtique sine harum præsidio, nec sibi prouidere, neque gratias agere sufficienter posse asserentes. Propterea capram inter sidera collocatam a Ioue memorant, quod sibi lac præbuerit, in signum gratitudinis; & similiter Nauim Argum translatam quia tot heroas incolumes in patriam reuexerit, & hanc Palladis consilio factam, inquiunt, ut per hæc præfata omnia significarent beneficentiam omnem per gratam esse Diis immortalibus, Deosque illis omnibus fauere quam maxime, qui, & ab eorum cultu munus quodcumque aggrediuntur, Diisque gratias rependunt. Quæ antiquissimi uiri solo naturali fręti lumine suaues per fabulas posteris demandabant. Quid nos igitur diuina reuelatione aucti, & eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi exemplo ducti, & quasi vi adducti? De quo ait hodie Euangelista Iohannes. Cum gratias egisset, &c. & iterum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, &c. Oculis itaque in cælum sublatis, manibusque expansis, gratias egit. Sic Spiritus sanctus Christianorum Christum imitari volentium gratitudinem, talibus expressit verbis, illorum vnumquemque alloquens. *f* Oculi tui columbarum, &c. Quidnam columbæ oculi cum Diuino cultu, & gratiarum actione? Optime

Gratias agere Deo pro aduersis est Christianorū pro beneficijs est etiam Ethnicorum.

d De plā tat. Noe.

e Epis. 77 ad Aure.

A

Sicut Deo nihil magis propriū quam benefacere contra nihil creaturę magis propriū quā gratias agere.

Vnusquisque i suo statu gratias Deo agere debet.

B

Fauent Dei gratias agētes.

f Can. 1.

mè sanè: columba enim vel grana colligens, vel etiam bibens, non se profundat, non se immergit, non oculos ad terram penitus deprimit; sed quasi pitissando bibens, oculos gratiose ad cęlum extollit bibendo: ita, singulo quoq; grano collecto, ad cęlum eleuat oculos. Spiritus sanctus igitur hac vtens cō lumbę metaphora, illos commendat, qui oculos mentis ad cęlū semper habēt intētos, qui a Deo recognoscentes omnia, & singula, in Deū referunt. Similiter; oculi tui colūbarum. Sic D. pater August. Deum alloquens, vt simplex, & perfecta columba, hæc verba effatur. g Sine me loqui apud misericordiā tuam, &c. Quid verò vult loqui? Gratias vtique agere de beneficijs à Deo

g Confess. lib. 1. c. 6.

C acceptis. Incipit autem a conceptione, & formatione sui in materno ventre. Quid ergo? Agit ne gratias matri suæ, quòd illum conceperit, & portauerit in ventre, & quod illum cum dolore pepetit? Absit. Sed in Deum totum id referens, ait. Et susceperunt me consolationes miserationum tuarum, sicut audiui a parentibus carnis meæ, ex qua, & in qua formasti me in tempore: Non enim ego memini, &c. Saltem gratias agit matri, quod ipsum lactauerit vel per se, vel per nutrices? Nil minus, sequitur enim. Et exceperunt me consolationes lactis humani; nec mater mea, vel nutrices meæ sibi vbera implebant: sed tu mihi Domine per eas dabas alimentum infantiæ secundum institutionem tuam. O exquisitam viri erga Deum gratitudinem. Dic Augustine. Nonne saltem gratias habebis matri, vel nutricibus tuis, quia libenter tibi dabant, quod ex se erat? Absit. Sed audite virum. Et nutrientibus (addit) dabas velle mihi date, quod illi dabas. Quid? nonne saltem Augustine gratias reddes matri, quia contentus eras de illo, quod tibi dabat quātum ex se erat mater tua? O virum ineffabilem. Audite, quid concludat. Sequitur enim. Tu etiam mihi dabas, nolle amplius, quam quod dabas: dare enim mihi per ordinatum affectum volebant quod ex te abundabant. Ex te quippè bona omnia Deus, & ex Deo meo salus mihi vniuersa. Quibus in ver-

Ordo & Regula gratiarū actionū.

D bis D. Pater Augustinus expressè docet, nedùm bona omnia, & singula tam externa, quam interna liberalissimè a Deo nobis elargiri, quare de his iugiter gratias ei reddere debemus, sed nec minimā quidem cordis cogitationem ex nobis; vt ex nobis procedere posse, sed penitus a Deo immitti. Vnde optimè ex doctrina ipsius ab omnibus recepta quodcunque opus nostrum siue magnum, siue paruum a cultu, & religione ordiri debemus; & in gratiarum denique actionem terminare. Sic ad Christianorum confusionem Alexander ille magnus tum gentilis, tum inter hostes, & vrgentia constitutus bella, tum religione Iudæorum, & ex consequenti; vero Dei cultui infensus (Tyrum enim obsederat Iudæę finitimam, & in ardua ea, & longa obsidione a Iudęis auxilia petierat, repulsus; quia his vetustius erat cū Dario fędus. Quare cum Tyrum cępisset, iræ plenus, & animo ex victoria facto, mouit in Iudæos vlcisci obstinatus, & prædę, ac cędi omnia destinans, venit ita affectus) attamē cum Iaddus tunc Pontifex diuinitus somnio monitus cum omni populo, candidato cum cętu sacerdotum byssino, ipse in hyacinthina stola thiaram capite, & in ea Dei nomen gerens, obuium se dedisset, specie pacis, atque habitu adeo ferocem, iratumque regem religio mouet obiecta, vt statim & mi-

A Deo omnia bona nobis elargiuntur

De gratiarum actione maximū Alexandri exēplum.

E tis & submissus, ad Pontificem vltro accederet, & ipsum salutaret, & mirabile illud thiaræ impressum adoraret nomen: mirati comites quidam, & indignati, e quibus Parmenio Regem adiit, quid ita hominem adoraret percunctatus, cum ipse iam passim pro Deo esset, respondit, Non illum; sed in illo se adorasse

Honor sacerdotib exhibendus.

autem ista Rempublicam gubernandi,& moderandi,bone Deus, quas varietates, quas difficultates quos recessus, quos habet sinus? Lumen itaque inferendum, præsertim rerum præteritarum exemplo, atque memoria,quam historia comparamus;quæ (si attendis) quid est aliud, quam alter usus? Nam quæ in usu uideo,tracto,facio: in historia lego,haurio, disco & tanto plura,quanto rerum euentuumque complectitur hæc ab omni æuo. Mihi paucis annis experiri licet;& in vna aliqua orbis parte, siue domus

Ars gubernandi difficilis est inter alias artes.

H angulo quales, & quantæ sæculorum omnium res fuerint; quales, & quanti, & quam diuersi rerum exitus, & euentus, quam late, quam variè vniuersa terrarum spacia pateant. Est enim uelut exemplorum speculum historia,in quod si oculos defigis mētis, nil est,quod non discas. Accedit,quod prudentes multi,& usu docti,olim historiam conscripserunt:qui; & sensus quosdam breues,& reconditos,& salutaria inseruierunt monita. Hinc de Lucio Lucullo traditur eo, qui Mitridatem, & Thigranem potentissimos vicit reges,uix aliam imperandi,bellandique peritiam,quam ab historiis attulisse. Et ista igitur præcipue ego principi; quæ non modice etiam a doctrina petunt auxilium;non tamē illa uel arguta,uel subtilium scientiarum: sed Geographiam ego comendo,& Geometriam similiter, & Phylosophiam quam maxime, præsertim Ethicam, & Politicam, & naturalem aliqualiter: quæ scientiæ, & doctrinæ partes enumeratæ, principis animum formant uel ad uirtutum amorem, & pretium, uel ad notitiam celestium, & terrestrium, e quibus magnitudo animi oritur, & simul modestia, vtrorumque collatione breui. Peregrinationem denique, quasi doctrinæ partem, siue vsum breuiter suadeam. Valdè namque tùm ad sui status notitiam, tum ad prudentiam confert. Sic Solon Atheniensis, in quo, & vsus, & historia, & doctrina uiguerunt, cum in

Historia est quasi speculū siue exēplum.

Scientiæ principis animum formant.

I republica fuisset assiduus, in peregrinationibus etiam, & Aegyptum, & Cyprum, & Asiam lustrauit, atque id addiscendi causa: cuius tanta exarsit cupiditate, vt ipse in carmine quodam glorietur quotidie addiscentem se aliquid senem fieri; Quotidie? ità ne? Vtique. Etiam circa ipsam mortem: nam cum langueret, & assidentes amici, aliquid inter se differerent, ille caput sustulit, & ad audiendum flexit: & interrogatus, quo fine tunc, aut fructum? Nobilem illam edidit uocem; vt, cum istud sciero, doctior moriar. O imitandum desiderium: Et quid in vita, aut in uitæ flore faciendum, cum ille hæc in morte? Epaminondæ vero tantum litterarum, studium, philosophiæ doctrina tanta fuit, vt mirabile uideretur (ait Iustinus) K vnde tam insignis militæ scientia homini inter litteras nato. Quod tamen non mirandum;sed cū Diodoro L Siculo sentiendum,qui ipsam hanc scientiam, causam, fuisse vult rerum ab eo præclarissimè gestarum, philosophatus ille,scilicet est,sed Thucididés loquitur,& approbat sine mollitię ac desidia:& habuit ad robur,& ad prudentiam, magistram philosophiam. Pythagoricis enim dogmatibus addictū maximè,& physicæ scientiæ idem Diodorus monet. Prudentiā itaque in quocumque Principe tria hæc maxime firmant, usus, historia, & cum peregrinatione doctrina. Quibus non indigebat Christus a suæ conceptionis instanti gratiæ, doctrinæ, veritatis, & cuiuscumque uirturis plenus: sed pro nostra instructione modo hanc, modo illam exercebat uirtutem.

Peregrinatio ad notitiam & prudētiam cōfert.

K libr. 5. histo.

L lib. 15.

Vsus historia,& cum peregrinatione doctrina, necessaria principibus.

ritem. Quare nedum prudentiam omnia oculis lustrando nos docet: sed, & K
prouidentiam, & rerum abundantiam in principe reperiri oportere. Et ideo
postquam subleuasset oculos, discipulorumque tentasset prouidentiam, &
fidem; ipse, ut omnium princeps, facite, inquit, homines discumbe-
re: & discubuerunt uiri numero quasi quinque millia; & ipse ac-
cepit panes, & distribuit discumbentibus, & similiter ex piscibus quantum
volebant, &c.

Tertium mēbrum Princeps dēt abundantiam ī populis conseruare.

Quod tertio loco præmonstrandum prædiximus: nulla enim in re princi-
pis munus magis elucet, quam abundantiam in populis conseruare; in
cuius typo Elisæus propheta *m* currus dicebatur, & auriga Israel. Si au-
riga, quomodo currus? Et, si currus: quomodo auriga? Principem utrum-
que decet moraliter: auriga enim esse debet præuidendo prudenter futura,
prudenterque dirigendo præsentia. Currus uero abundantia iuxta præui-
dentiam prouidendo. Quid enim prodesset anni futuri penuriam præuidere
ut auriga, nisi frugum abundantia, quasi a curru asportaretur a longe, a remo-
tis etiam, vbi opus fuerit, regionibus? Sic idem Elisæus *n* pulchram per figu-
ram hoc demonstrauit, quando puerum cum baculo misit, qui eo nunquam
restituere potuit ad vitam puerum: sed oportuit ipsum Elisæum incumbere
supra puerū, osque ad os, pedes ad pedes, manusque ad manus applicare; &
inde reuixit puer: quia nō sufficit pro uictu, & abundantia frugum solum ba-
culum, sola uirga uigilans, idest sola præuidentia; sed requiritur applicatio
manus ad manus, &c. idest cum effectu abūdanter prouidere. Quod munus
Christus pro documento principum plenè hodie explet; nā (ut notat Hy-
larius) *o* quinque panes turbæ offerūtur, subrepunt in frāgentium manus a- L
bundantissime quædam fragmentorum procreationes: non diminuitur vn-
dē præfingitur; & tamen præfingentis manum fragmenta occupant non sen-
sus, non uisus tā cōspicabilis operationis profectum assequitur. Est q nō erat:
Videtur q nō intelligitur; solum superest, vt Deus omnia posse credatur, &
frugum abundantiam conseruare semper; nisi principum obstet malitia, vel
ignorantia. Sic Augustinus *p* Vnde, ait, multiplicat de paucis granis
segetes; inde in manibus suis multiplicauit quinque panes: (potestas
enim in manibus Christi erat) quasi semina non terris demandata, sed
ab eo, qui terram fecit, multiplicata. Fecundissimæ namque ac fera-
cissimæ sunt Christi manus. In illas ergo omnia, & singula nostra re-
ponamus, ingenium, opes, vires, potestatem, dignitatem, gubernationem,
administrationem, vt inde multiplicent, & fructificent; alias, ut scitè
præmonuit Augustinus. *q* Nihil inuenerunt uiri diuitiarum in mani-
bus suis; quia nihil posuerunt in manus Christi. In quas illi repo-
nunt, vel qui pauperibus liberaliter largiuntur, vel qui Christi ope,
& uirtute firma fide penitus nituntur. Sic enim de manu Christi refluunt a-
bundanter in manus principum, & inde in populos. Sicut hodie de
manu Christi in Apostolorum manus, & inde in turbas tanta largitate,
abundantia tanta, vt dicat Euangelista. Vt autem impleti sunt, di-
xit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, nè pereant. M
Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim Cophinos fragmento-
rum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerunt his, qui mandu-
cauerant. Sic notant Cyrillus, *r* Euthimius, *s* & Chrysostomus, *t* &
quam

m 4 Reg. 2.

Prouidētia sine applicatione ad paupe-res vana & inutilis.

n 4 Reg. 4.

o lib 3 de Trinitate.

p trac. 24. in Ioan.

Fecūdissimę Christi manus.

q In Psa. 71.

Diuites quia nihil posuerunt in manus Christi ideo nihil inuenerūt in manibus suis.

r lib. 3. in Ioan.

s In Ioa.

t Homil. 41. in Io.

quàm maximè ponderant, quod vulgus hominum temporali vtilitate maximè allicitur, præsertim annonæ abundantia. Cibus enim hic tot hominum corda permouet, vt Christum regem omnino creare vellent, dicente Euangelista. *u* Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, &c. Sic Beda. Turbæ viso tanto miraculo, intellexerunt pium, atque potentem: & idcircò voluerunt ipsum regem facere; homines enim regem habere volunt potentem ad tuendum, & pium ad regendum. Quam pietatem sola ostendit annonæ abundantia, vt hanc sufficere ostendat in Principe ad captandam populi beneuolentiam. Vnde Tacitus. *x* Vulgo vna ex republica annonæ cura. Nullatenus ergo plebs acri fatigetur annona: Vulgus enim (vt Iuuenalis ait) *aa* duas tantùm res anxius optat, panem, & circenses. Et Cicero. *bb* Omnes, qui rempublicam gubernant, consulere debent, vt earum rerum copia sit, quæ sunt maximè necessariæ. Vnde Christus Dominus noster, omnium rectissima norma, & mensura inobliquabilis, panis tantummodo superabundantiam facit, & excessum. Panem ergo solum expeto & ego Serenissimi Principes, pa-

u In Ioã. 2.

Potentia ad tuendum, & pietas ad regendũ, in principe.

x Histor. lib 4.

aa Saty. 10.

bb 11. de offi.

N nis abundantiam pro vniuerso exposco Serenitati vestræ credito populo. Bone Deus, quibus lauernionibus crudeliores non sunt, administri suis pessimis consilijs pane defatigantes populum, & rempublicam vniuersam? O quàm in Principis dedecus, & ignominiam. O quàm in populorum detrimentum, & perniciem. In eo sanè (vt philosophorum ait princeps *cc* vbique receptus) maximè distat princeps a tyranno, quòd tyrannus commodum suipsius quærit, & spectat: princeps verò subditorum. At permittamus ministris in reliquis omnibus debaccari. Cur in pane? Hanc ego ministrorum luem nullatenus possum, quicumque sint illi, non præficiendi igitur, & si quando præfecti, remouendi quam citius. Vnde Tacitus. *dd* Non ne melius officiis, & administrationibus non peccaturos præficere, quam damnare cum peccarint? Ego quidem in hanc Taciti equisque, velisque sententiam: nam, vt rectè Seneca in principem cunctorum culpa redit, qui enim non vetat peccare, cum possit, iubet. Quid verò ista indignius culpa, de qua agitur? Sanè principem ministrorum astu, ac dolo culpatum iri, quòd in subditorum perniciem lacrymabilem, panis in suo statu adsit penuria. Proh sæculum cæcum; nullus hæc isto videt æuo? Vidit olim Ammianus, dicens. Indignũ rege lucrum ex omni occasione odorari; si ex omni occasione; quid ex pauperum Christi pane? Aristoteles quidem inter ea, quæ infamiam ingerunt, & maximo sunt dedecori, cuilibet etiam priuato illud

Panis abundãtiã puideat princeps suis subditis.

cc Polit. 8 c. 10.

dd In agricol.

In principe suo rum Ministrorũ culpa redit.

ee lib. 22.

ff 2 Rhe. cap. 6.

O enumerat his verbis. *ff* Præterea lucra ex paruis assequi vel a turpibus, aut ab impotentibus, velut a pauperibus, vel defunctis. Vnde prouerbium quoque illud est. Vel a mortuo auferre, quoniam ab auaritia, & illiberalitate &c. Quid verò de Serenissimo Principe? Illum decet (inquit) vt omnes sciant custodem, ac dispensatorem, vt communium bonorum, non vt suorum. Et Plinius. *gg* Ita cum ciuibus tuis viuas, quasi parens cum liberis. Et Cicero. *hh* Liberalitate qui vtuntur, beneuolentiam sibi conciliant, & charitatem, quod aptissimum est tum ad quietè viuendum, tum ad regendum. Ad hæc audi tandem Augustum Taciti. *ii* Qui militem stipendiis, populum annona cunctos dulcedine otii pellexit. O bone Deus Princeps Christianus ab Ethnico pietate, atque charitate superabitur? Quid magnum petit, & exquirit populus? Panem tantummodo: & hoc solo refe-

Quanta sit pietas & caritas erga subditos Ethnicorum principum.

gg s. Peli. c. 11.

hh de fi-ni.

ii 1. Annal.

ctus, Christum sibi in Regem eligere quærit, qui cum esset omnipotens, cur solum panem, & panem ordeaceum turbæ prouidit? Necessitati seruiendum esse docuit, non cupiditati; qui namque necessitati seruit, suauissimo seruit
KK Epistola 16. & 111. Domino; qui cupiditati, difficillimo tyranno. Necessitati panis, & aqua sufficiunt: cupiditati nec vel tellus, vel mare. Hinc moralissimus ille Seneca. KK Naturalia desideria finita sunt; ex falsa opinione nascentia; vbi desinant, non habent; sepeli cupiditatem, ne te illa sepeliat: sicuti sepeliuit Lysimachum illum, de quo Plutarchus ait. ll Quòd cùm in Thracia a Dromacheta
ll In apoph. superatus, seipsum, exercitumque propter sitim tradidisset, postquam bibit, captiuus iam effectus; ò, Dii (inquit) quam paruæ voluptatis causa meipsum ex rege seruum effeci? Breuior (credite mihi fratres) est quæcunque temporalis voluptas, quam potus illius Lysimachi: At captiuitas perpetua est, & æterna. Præcauete igitur, ne quando sæpius repetere coacti sitis in cruciatibus æternis. O quam breuissima voluptas me ex æterno, futuro rege, captiuum suo impiissimo tyranno in æternum effecit? Præcauete, inquam, & ponderate animo, quòd panis tantummodo, vel copia, vel inopia saluare potest, & perdere: cętera huc absolutè reficiunt. Et ego Principis munus totum expletum pronuncio, si panem subditis sufficienter prouideat, subditos commendo, & in tuto repono, si panis abundantia (cęteris omissis voluptatibus) sint contenti. Panem itaque nostrum quotidianum sicut dedisti turbæ, Da nobis hodie Christe, & in perpetuum. Amen.

Breuis temporalis voluptas ad captiuitate nõ conducit.

FERIA III. POST DOMINICAM quartam Quadragesimæ. Concio XLIX.

Stupent inscij, Iudæi de doctrina Christi cum illis esset absconditum, quod Iesus potuit addiscere, vel vt caput Ecclesiæ in suis membris, vel vt homo experimentum de omnibus faciendo, vel vt Deus manifestatiue nobis communicando suam doctrinam, cuius vt participes fieri, eamque cognoscere possimus opera patrare debemus non contenti laudibus, & confessionibus, quæ ad honorem Dei labys proferuntur.

HOMINIS ingenium peruicax vaga indoles, peruigil curiositas, quiescit numquam, numquam exsatiatur, etsi congruentissima, & sufficientissima suo consequatur statui, quasi non calefaciat sufficienter ignis, nisi curiosè nimis sciatur, quibus in siluis, & nemoribus quo artificio, & quibus instrumentis ligna sint excisa, quasi argenti, & auri copia mercatoris auditari non satisfaciat, nisi sciat, quibus in venis erutum sit metallum, & quibus formis cusæ, obsignatæque sint pecuniæ,

niæ, quasi non sanet medicina, nisi curiose peruestigetur, quibus in viridarijs, vel montibus plantæ sint collectæ, & qua in officina sint aromata contusa, & commista pharmaca. Sic hodie Christi salutaris doctrina, quæ ignis est penetrans, & ardens vsque ad compages, & medullas, vt vnus dixit prophetarum, *a* Ignitum, inquiens, eloquium tuum vehementer. Et quæ super omne aurum, & lapidem pretiosum incomparabili excellit spatio, eodem dicente propheta. Ideò dilexi mandata tua: super aurum, & topation. Et iterum, confirmante Spiritus Sancto, *b* præclarissimis verbis de Christi loquens doctrina, & præposui (ait) illam regnis, & sedibus; & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius; nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua; & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Quæ deniquè vera est animarum salus; & medicina, quascumque etiam incurabiles sanans infirmitates, eodem attestante propheta regio, cum ait. *c* Misit A verbum suum, & sanauit eos, &c. Et eripuit eos de omnibus intentionibus eorum. Attamen insatiabilem non exsatiat auditorum suorum curiositatem: inuestigant enim curiose nimis, & importunè, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Qua perspecta curiositate Christus, ex malo semper suapte natura bonum eruens, altissimam prodit suæ doctrinæ originem, modumque pandit in ea proficiendi. Nos itaquè, Christi inhærētes vestigijs, e malo bonum eruentes, primò curiosam auditorum Christi indaginē discutiamus illis verbis prolatam. Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Secundo Christi doctrinæ originem altè pronunciatam ab eodem illis verbis. Mea doctrina non est mea. Deniquè modum in ea proficiendi, amplectamur, ibi expressum. Siquis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, Vtrum ex Deo sit, &c.

a Ps. 118.
b Sap. 7.
c Ps. 106.
Diuisio trimembris.
Primum Mēbrū.

De primo mirabantur Iudæi, dicētes. Quomodo hic litteras scit, cū non didicerit? Quem nodum sic soluit Diuus Chrysostomus. *d* Quod ex eo debebat cognoscere Christi doctrinam non esse humanitus, sed diuinitus traditam. D. verò Augustinus *e* ita in Iudæos retorquet curiosam malitiam, quod ex eo conuerti debebant: sed omnes mirabantur; non omnes conuertebantur. Vtinam idem, & auditoribus nostræ tempestatis non contingat; quidquid sit de hoc; ex Iudæorū curiositate, arrepta ansa, quærunt partes, quomodo Christus addiscere potuerit. Et distinguendo soluunt. Nam de Christo loquimur B vel, vt est Ecclesiæ caput, vel, vt homo, vel, vt Deus. Primo distinctionis membro vtitur D. Pater Damasc. *f* illis verbis, quod Christus hominum in sapientia, & gratia progressum, paternæque voluntatis expletionem, hoc est hominum pietatem, ac Dei cognitionem, & salutē, profectum suum duceret, atq; vbiquè quod nostrum erat, sibi adsciceret. Sic Amor præceptoris in discipulum efficit, vt discipuli in scientia profectus proprius existimetur magistri. Sic pater in filium, quem bonis instituit moribus proficere dicitur cum sua institutione proficientem filium reddit. Ità Christus optimus humanæ vitæ magister, hominumque amator, & pater dulcissimus ob eximiam suam caritatem in nos ipsos, hominum in Dei cognitione, virtutisq; opere profectum, suum reputans, didicisse dicitur. Si enim hominum insipientiam suam esse dixit, qui tamen est Dei virtus, & sapientia: etsi membrorum delicta, quamuis peccatum non fecerit, sua esse pronunciauit propter habitudinem, & connexionem capitis ad membra, dicente propheta in

d Hom. 48. in Io.
e Tract. 29. in Io.
Iudæorū mala curiositas.
Christus est caput Ecclesiæ. Homo & Deus simul.
f 3. de fid. c. 22.
Simil.
Propter cōnexionem capitis ad mēbra hominū in sapientiā, & culpā suā esse dixit.

Christi

g Psal. 21. *b Ps. 68.*

Christi persona. g Longè a salute mea verba delictorum meorum. Et iterum b Deus tu scis insipientiam meam:& delicta mea a te non sunt abscondita, &c. Multo potiore iure addiscere in membris dicetur, cum hominibus omnem impertiat scientiam; omnem tribuat doctrinam: numquam verò in delicto, vel insipientia cum ipsis coincidat. Potuit ergò, o curiosa Iudæa, discere Christus, sicut & didicit, & vsque ad finem sæculi discet in suis membris, in hominibus, quos instruit, docet, illuminatque iugiter, vt eorum caput, magister, & pater: Diuus verò Athanasius i Secundo vtitur distinctionis membro, asserens, Christum (vt homo) didicisse experimentaliter. Sic Diuus. Paulus K expresse: Et quidem, cum esset Deus, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Nil etenim poterat noui contingere Christo, quin illud, vel, vt Deus æternè, vel, vt homo temporaliter, statim ab instanti suæ conceptionis clarissimè, ac distinctissimè præuiderit. Quæ igitur optimè sciebat, experiebatur tantummodo, sicut ego bizantinæ ciuitatis optimè teneo formam, situm, vias, palatia, & cætera huiusmodi; numquam tamen expertus sum; si ad illam visendam pergerem nil noui vtique addiscerem; sed experientia, & sensu, quæ iam prius sciebam, comprobarem. Ità Christus dominus noster suæ scientiæ plenitudini summæ nil addebat omninò, nisi experientiam. Addiscebat ergò experimentaliter; & didicit ex his, quæ passus est experientia. Cyrillus denique, & idem Athanasius loco citato, tertio, & vltimo distinctionis membro, Christum vt Deum, didicisse astruunt: nempè suam diuinam sapientiam, qua præditus erat, in lucem hominum proferendo successiuè in dies: quamuis enim æternè vna, eademq; cum patre sapientia præditus esset. Eam tamē, factus homo, paulatim, & per ætatis incrementum hominibus manifestabat; & ità addiscebat idest, proficiebat in homines addiscentes manifestatiuè, quemadmodum si in ciuitatem Pisarum peritus adueniret aliquis in omni disciplinarum genere apprimè doctus, sed paulatim proderet se nunc docēdo grammaticam, nunc Rhetoricam; nunc mathematicā, & sic de alijs: in se vtique talis nil proficeret, sed in alijs suas propalando successiuè scientias. Sic sol in se ipso eandem semper continet fontis lucem: sed paulatim nobis eam impertit, & manifestat in nostro de mane ascendendo emisperio: & ità Christus dominus noster verus iustitiæ sol in mane suæ natiuitatis nobis oriens, paulatim suæ salutari doctrinæ lucem hominibus impertiuit. Potuit ergò addiscere, vt caput Ecclesiæ in suis membris: vt homo exprimentaliter, & vt Deus manifestatiuè.

Christus didicit in membris vt Ecclesiæ caput. — *i de incar. verb.* — *K Hebr. 5.* — *Didicit vt homo experimentaliter.* — *Simil.* — *Christus vt Deus manifestatiuè proficiebat i homines ad discētes.* — *Simil.* — *Simil.*

C

D

Secundū Mēbrū.

Sed suum ipsius iam audiamus responsum, in quo altius, & plenius propositum soluetur curiosorum dubium. Mea (inquit) doctrina non est mea: Super quo Diuus Pater Augustinus quasi admirans ait. Si verbum patris est doctrina patris, quid est tam tuum, quam tu, & quid tam non tuum, quàm tu, si alicuius es quod es? Breuiter ergò dixisse videtur. Mea doctrina non est mea, idest, ego ij se, qui sum verbum patris, & doctrina patris, non sum a me ipso. Sic Cyrillus, & Diuus Chrysostomus loco citato, aiunt. Clarissimè ostēdit, & sui, & patris vnam esse doctrinam. Eadem igitur Christi doctrina, vt Deus, sua erat: quia vna, & cadem erat cum patre; & non sua: quia non a se; sed originaliter a patre, a quo æternè procedit. D. verò iterum Pater Aug. l & D. pater Atharasius m distinguunt de Christo, vt homo est; vel, vt Deus: & doctrinam, quam habet Christus, vt homo, dicūt nō suā, quia non

Christus vt deus mea doctrina qa eadē nō mea, qa a patre. — *l primo de trinit.* — *m de incar. verb.*

E

non a se ipso acquisitam, vel suam, vt Deus: quia idem vt Deus, doctrinam: quã æternè habebat eandẽ cũ patre, sibi communicauerat in tempore homini. Dicebat ergo. Mea doctrina, vt Deus non est mea, vt homo. Sed diuina est, & a me ipso mihi ipsi in conceptionis instanti cõmunicata. Diuus autem Damascenus loco citato, & D. Ambrosius distinguunt de Christo, vt caput est Ecclesiæ, vel vt in membris: quasi dicat. Mea doctrina, vt in membris, quam reuelatam accipiunt fideles, non est mea, idest viribus propriæ naturæ, sed est a Christo capite ipsam reuelante, atque tradente. At fusius, & vberius Christi diuinum responsum secundum Christi doctrinas diuersas discutiamus. Quis mysticè, atque exactissimè distinguit Christi intimus secretarius in sua diuina Apocalypsi, *n* in qua describit, se vidisse librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem, tanto mysterio, quod nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum, de quo multum flebat Iohannes: & dixit illi vnus de senioribus. Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius: & denique vidit Agnum stantem tanquam occisum, qui venit, & accepit de dextera sedentis librum; & soluit signacula
F eius. Quid itaque Liber, quid Leo de tribu Iuda, quid Agnus occisus cũ omnium Orthodoxorum Patrum sensu, nisi Christum designãt? Qui est Agnus occisus ab origine mundi, vt idẽ alibi ait Euangelista; *o* & Agnus Dei, *p* qui peccata super se ipsum tulit mundi, qui est & Leo de tribu Iuda *q* eadem morte, quam perpessus est vt Agnus; intrepidè vincens, mundum, mortem, dæmones, & peccata. Idem (inquam) est liber scriptus æternè intus propter diuina mysteria in Filio Dei carnem assumpturo æternè præuisa, & prædestinata: foris verò propter eadem Christi mysteria foris in tempore, & ad extra (vt Scholastici inquiunt Theologi) aperienda, & propalanda. Quæ reuera nullus alius omninò aperire, & propalare vnquam poterat; nisi idem Leo, & Agnus Christus. Aperuit ergo, & manifestauit mũdo inter alia mysteria multa, sub septem sigillorum typo, septem Christi distinctas doctrinas. Et cum aperuisset, inquit, Agnus vnum de septem sigillis, ecce equus albus, &c. Quidnam equus albus, & candidus, in quo nil omnino vmbræ, vel obscuri apparet, nisi notitiam Christi essentialem, vt Deus, in qua est æqualis Patri, designat? In qua æternè, & infinitè omnia limpidissimè, & clarissimè tàm necessaria, quàm futura quæcunque cõtingentia vnico intuitu cognoscit, & intuetur? Et cùm aperuisset (inquit) sigillum secundum, exiuit alius equus rufus, &c. In quo notitia Christi (vt homo) beatifica designatur. Quæ ideò rufa dicitur; quia ignita est maximo charitatis ardore summè vniens
G Deo Christi animam, intuitiua beata visione à suæ conceptionis instante. Et cũ aperuisset (inquit) sigillum tertium; ecce equus niger, in quo Christi notitia, (vt homo) rerum in genere proprio per species impressas designatur: quæ comparatiuè nigra dicitur in respectu, videlicet ad notitiam Christi; vt Deus. Vel eiusdem, vt Beatus; quæ notitiæ sunt clarissimę, & meridianæ meridiana hac nostra luce clariores: rerum verò omniũ in genere proprio, quã etiã habuit Christus à suæ conceptionis instanti, vespertina appellatur, idest comparatiuè obscura: & hinc per equum nigrũ designata. Et cum aperuisset (inquit) sigillum quartũ: ecce equus pallidus, &c. In quo notitia Christi experimentalis, vt homo, exprimitur per equum pallidum; quia pallores expertus est, liuores, afflictiones, persecutiones, flagella, verbera, passiones, crucẽ, & mor-

Christus vt homo non sua, quia est diuina mea vt Deus. Christus vt caput Ecclesię.

n Cap. 5. & 6.

Christus appellatur Leo, Liber, & Agnus.

o Apocal. 13.
p Ioan. 1.
q Gen. 49

Distinctio, & ordo doctrinarũ Christi.

Notitia essentialis.

Notitia beatifica.

Notitia in genere proprio.

Notitia experimentalis.

& mortem. Et cum aperuisset (inquit) sigillum quintum, vidi subtus altare, animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimoniũ, quod habebant, &c. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, &c. In quo apertè Christi, (vt homo) designatur notitia libri prædestinationis, & libri vitæ, in quo Christus ab instanti suæ cōceptionis cognouit omnes, & singulos prædestinatos, & electos. Hinc dicebat. r Pater, quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quemquam. Et cum aperuisset (inquit) sigillum sextum: ecce terræmotus magnus factus est, &c. In quo Christi notitia de die vniuersalis resurrectionis per terræmotum designatur. ſ Sic enim in die resurrectionis Christi terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cœlo, &c. De qua die vniuersalis resurrectionis, & iudicii vniuersalis, ibidem in apertione sexti sigilli apertissimè descripta, aliàs dixit Christus. t De die verò illa, & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum; nisi solus Pater, &c. Et alter Euangelista addit. u Neque Filius, nisi Pater, &c. Solus enim Christus diem illam nouit; etsi dicat de se ipso, nec Filius scit: sed solus Pater, exponunt omnes, nemine discrepante, non scit ad reuelandum. Et cum aperuisset (inquit) x sigillum septimum, apparuerunt septem Angeli, quibus datæ sunt septem tubæ, in quarum sonitu plagæ innumeræ, & nouissimæ fusius ibi descriptæ; in quibus quidnam designatur, nisi Christi notitia quam distinctissimè habet de reprobis, & reproborum numero, qui omnibus illis plagis æternè cruciandi sunt. Singulis itaque præfatis Christi doctrinis, eiusdem Christi aptando diuinum, & altissimum hodiernum responsum poterat de prima notitia essentiali per equum album signata dicere mea doctrina, iure mea; quia vna, & eadem cum Patre; non est mea, quia non a me ipso, sed à Patre per æternam generationem illam accepi, vt supra ex Augustino, & Chrysostomo dictum est. De secunda etiam beata visione per equum rufum designata per quam omnia Christus, vt homo videt in verbo, poterat dicere, Mea doctrina; quia illa gaudebat. Non est mea; quia non ab homine, sed a verbo acceperat. De tertia quoque notitia in genere proprio rerum per equum expressa nigrum dicere poterat, mea doctrina, quia illa potiebatur plenissimè. Non est mea; quia similiter, vt homo illam a Deo acceperat. De quarta verò experimentali notitia per equum pallidum significata, dicere poterat, Mea doctrina; quia reuera in corpore suo liuores, & pallores tulit; & passiones portauit. Non est mea; quia omnia illa non sua, idest non sibi debita, sed nostra; quia nobis debita, dicente Propheta illo Euangelico. aa Verè languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. De quinta etiam notitia numeri prædestinatorum, & de sexta diei, & vniuersalis resurrectionis, & vniuersalis iudicij, & de septima numeri damnatorum dicere poterat, Mea doctrina; quia reuera hæc omnia limpidissimè, ac distinctissimè cognoscebat. Non est mea; quia sibi a Deo reuelata acceperat.

Margin: Notitia libri prædestinationis. — r Ioã. 18. — Notitia de die vniuersalis resurrectionis. — ſ Mat. 28 — t Mat. 24 — u Marc. 13. — x Apoc. 8. & 9. — H — Notitia de reprobis. — I — aa Isaia 53.

Tertium membrũ. Vultis autem facili metodo, & planissima via tàm celebrem tàm diuinam, tàm altam doctrinam Christi perfectè, & plenè, & cum salute assequi? Audite modũ ab ipso Christo prolatũ. Si quis voluerit (inquit) voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit. Super quo D. Pater Augustinus. bb Si quis (ait) quod dictum est parum intellexerit, audiat consilium Domini, dicentis. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere, cognoscet de doctri-

Margin: bb Tract. 29. in Io.

doctrina, &c. Quis autem nesciat, hoc esse facere voluntatem eius; operari opus eius? Opera quidem necessaria sunt, & ad cognoscendam, & ad cō-
K sequendam doctrinam, & salutē a Christo nobis allatam, & oblatā; nec sola sufficit fides, vel oris confessio, dicente regio vate quoad oris confessionē, & fidem. *cc* Exultationes Dei in gutture corū: & iungente statim. Et gladij ancipites in manibus corū, quoad opera necessariò eliciēda per gladios designata ancipites. i. in prosperis, & aduersis, a dextris, & a sinistris per arma iustitiæ, vt ait Apostolus. *dd* Per gloriā, & ignobilitatē: per infamiam, & bonā famā, vt seductores, & veraces; sicut qui ignoti, & cogniti, quasi morientes: & eccè viuimus, vt castigati, & nō mortificati, quasi tristes: semper autē gaudentes; sicut egētes: multos aūt locupletantes; tanquā nihil habentes, & oīa possidentes: & vnico verbo, gladios ancipites in manibus tenētes. In manib. (inquit expertissimus miles, & rex;) nō in ore. Si quis. n. certaturus aperto marte cū fortissimo inimico, ensem ore teneret: non nè irrideretur, & manifestè se exponeret morti: tales vtiq; deridet idē veteranus miles, & rex. *ee* Eccè loquentur in ore suo: & gladius in labijs corū; quoniā quis audiuit? Et re vera quis vnquā audiuit insaniā talem? talē dementiā? O nos insanos, & dementes cū diabolo certaturos, potētissimo hoste; & tū gladiū non manibus, sed ore gerentes; quia soli fidei confessioni absque operibus innitimur. Non sic Dauid: sed operibus inniti vult bonos Christi milites. Et gladijs inquit, ancipites in manibus eorum. Nè quæso fratres de illorum simus numero, de quibus in figura dixerat olim Sanctissimus ille Patriarcha Iacob moriens. Vox quidem, vox Iacob est: manus autem, manus sunt Esau. De Chri-
L stianis enim nostræ tempestatis, vt plurimum dicere possumus. Vox quidē, vox Iacob est. Adest, adest oris confessio. Adest diuina laus. Viget externus ecclesiarum cultus: Psalmi iugiter audiuntur, & hymni sacri: pulsantur in ecclesijs organa: musicæ innumeræ, & innumeri passim audiuntur concentus, Vox Iacob, vox Iacob: vox fidelis vbique in tota ecclesia: at caue manus; manus enim sunt Esau. Manus pilosæ: opera nempè sordida, contaminata, & iniqua. Opera mortua, & mortalia, adulteria, fornicationes, oppressiones, depilationes, vsuræ, scorta, homicidia, & cetera huiusmodi. Manus Esau, manus Esau. At nonnè memoria tenetis, quòd pelles alienæ diuersissimæque naturæ manus tegebant Iacob? Hinc videbatur Esau manus habere sic vtiquè peccata quæcūque aliena sunt ab hominis genuina natura, & a Christiano milite, cuius proprium est ad sui ducis imitationem gladios ancipites in manibus semper gestare. Mementote quæso fratres Christum Dominum nostrum omni pro nobis plenum doctrina, siuè Deum, siue hominem, illum contemplemur; & mementote illum pro nobis tanqua agnum dirè occisum, vt sigilla nobis doctrinarum suarum aperi-
M ret, & propalaret: vt suam videlicet in nos transfunderet, scientiæ, ac doctrinæ plenitudinem cum plenitudine meritorum mortis, passionis, & sanguinis pro nobis largissime effusi. Mementote, inquam, facillimum esse, hęc omnia adipisci, & assequi. Sufficit enim Dei voluntatem facere velle. Si quis (inquit) voluerit voluntatem eius facere, &c. Gladios ancipites in manibus habere sufficit. Bona opera, Bona opera fratres: Opera enim illorum (inquit Iohannes) & nihil aliud sequuntur mortuos. In die itaque iudicij vniuersalis soli Christo noto, in quo & reprobi, & electi manifestabuntur, quæso habeamus opera, vt cœlorum teneamus regna Amen.

Opera sunt necessaria ad salutem & ad Christi doctrinā cognoscendam.

cc ps. 149.

dd 2. Co. 6

Simil.

ee ps. 58.

in Christiano sūt confessiones & laudes sed opera inutilia & sordida.

FERIA IV. POST DOM. QVARTAM Quadragesimæ. Concio L.

Cæcus natus a Phariseis, parentibus, & alijs interrogatus de causa suæ salutis nobis præfigurat peccatorem ad Deum conuersum a tribus præcipuè vexatum, nempe carne, mundo, & diabolo, designatis a Spiritu Sancto per pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum; qui teterrimi hostes nulla alia ratione debellari possunt, nisi pœnitentiam agendo, & eam quidem sollicitam, toto breuis huius vitæ decursu, ac nullis mundi fallacijs fidem adhibendo.

CIRCA Notum, & a sæculo inauditum cæci nati miraculum anno præterito quasi medicorum collegium a Christo protomedico summo accitum vidimus; in quo proponentibus suam sententiam Apostolis de infirmitate cęci nati, quòd ei contigere potuerit, vel ex delictis primorum parentum, vel etiam auorum, & atauorum, vel a magis remotis prædecessoribus, vel deniquè ex propinquorum, & immediatorum parentum peccatis, aut ipsiusmet cœci nati. Christus Dominus noster verus, & summus animarum nostrarum medicus altiorem petens morbi radicem, concessit quidem probabiles, possibilesque fuisse apostolorum opiniones. At fallere in præsentiarum, & expresè decreuit, neque hunc peccasse cæcum natum, neque parentes eius vel propinquos, vel remotos, sed cæcitatem illi ex gloria contigisse Dei. Neque hic peccauit (inquit) nec parentes eius: sed, vt manifestentur opera Dei in illo, &c. Qua prolata sententia cæcum sanauit natum, lutum super ipsius oculos liniens, & ad natatoriam lauandum transmittens. In quo mysticè ostendimus, lutum significasse peccatum pœnitentiæ lacrymis omnino abluendum; vel Sacramentorum virtute per Siloè aquas designatam; vel omnino peccati stimulo, tedio, fastidio, & ærumnæ æternę succumbendum. Hoc mane cæci iam sanati celebrem pugnam a diuersis, & varijs, eidem illatam personis, mysticè discutiamus. Si autem cæcus illuminatus hominem a Christo iustificatum designat, personæ ipsum impugnantes designabunt illos, qui iustum, vel iustificatum a Christo impugnant. Omnes verò personæ quæ hodiè cæco pugnam inferunt, ad tria reducuntur genera: nempè ad parentes filium illuminatum abnegantes; ad cognatos, & vicinos de illo varia sentientes; & ad Phariseos, & principes illum variè vexantes. Parentes, ex quibus carnem duxit, carnem & significant; vicini, & cognati, cum quibus conuersabatur in mundo, mundum ipsum. Pharisæi verò, & Principes diabolum, & dæmoniorum Principes designant. Tria siquidem ista, càro, mundus, & diabolus hominem iustificatum, & iustum impugnant iugiter; & de quibus Spiritus Sanctus ait. *a* Tres Spiritus odiuit anima mea; & aggrauor valdè valdè animæ illorum, pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum. A

Diuisio bimemb.

a Eccles. 25.

fatuum. Per pauperem superbum carnem intellige; per mendacem diuitem accipe mundum, & per senem fatuum, & insensatum disce diabolum.

De primo ipsemet Spiritus Sanctus explicat seipsum, quòd per superbũ pauperem carnem intelligat, alibi dicens. *b* Quid superbis terra, & cinis? Vbi ad literam carnem sugillat nostram, in terram & cinerem quam citius reuersuram: & re uera quidnam in homine pauperius, quid superbum magis, quàm caro? Quæ à se, & ex se nihil omnino sibi sufficiens habet, atq; omnia sibi necessaria iugiter ab alijs mendicare cogitur, vt sit, vt sentiat, vt viuat, vt operetur, etiam aerem ipsum, in quo respirare possit; tot hominis necessitates quotidianæ, quin & continuæ cibi, potus, indumenti, somni, vigiliæ, & ceteræ huiusmodi, cuiusnam sunt, nisi carnis? Tot curæ, tot mu- *b Eccl. 10.* *1 Memb. persuperbum, & pauperẽ caro nostra designatur.*

B nera, tot exercitia, tot artificia, tot labores, propter quid; nisi propter carnem? Et vniuersa hominis superbia (his non stantibus) vnde trahit originem, vndè oritur, (vt omnibus constat) nisi ex carne? O vere pauperem, & superbam; quid superbis? Quid superbis? cuiuscunque status, & dignitatis existas caro, & cinis? Hæc, fratres, est Dalida illa infida, quæ ab impio Philistæo dæmone suasa, & perniciosissimis consilijs concitata iugiter machinatur mortem Sampsoni hominis iusti. Hæc est Eua, quæ ab eodem stimulata dæmone, pomum concupiscentiæ offert continuò viro fideli. Quod si acceptat, in mortem incidit æternam statim: etsi enim certissimum sit, & exploratissimum tùm ex Euangelio tum ex concilio tridentino, & patribus, baptismum in renatis omne remittere peccatum; certum est etiã post baptismum remanere fomitem carnis rebellem, & concupiscentiam perpetuò aduersus spiritum bellantem. Sic diuus pater Augu. per baptismum, inquit, omnium fit remissio peccatorum; sed in baptizatis quasi ciuile bellum interius remanet; & concilium Tridentinum postquàm docuit, omne peccatũ per baptismum remitti, subdit. *c* Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta synodus fatetur, & sentit. Et infrà. *Post baptismũ remanet fomes carnis aduersus spiritum.* *c Sess. 5.* *d Rom. 6.*

C Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus *d* peccatum appellat, Sancta synodus declarat, ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum sit. Sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Vndè Augustinus. *e* Etiam, quod scribo, mea dicitur manus; & quod loquor, mea dicitur lingua; & mors pallida, &c. Ita concupiscentia non est formaliter peccatum, sed peccatum dicitur, quia venit a primi parentis peccato; & quia impellit ad singulorũ propria peccata. Cur autem in renatis relinquitur? Soluit concilium Tridentinum vbi suprà, dicens. Quæ cum ad agonem relicta sit, non valet nocere non consentientibus; & per Christi Iesu gratiam viriliter repugnantibus: quinimmò qui legitimè certauerit corona itur. Hinc in viris etiam relinquitur perfectis sic idem Paulus *f* aliàs vsque ad tertium raptus cœlum, in hæc verba prorupit. *g* Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati; quæ est in membris meis. Et post raptum præfatum. Datus est (inquit) mihi stimulus carnis meæ, Angelus satanæ, qui me colaphizet. Denique, sicut homo non reperitur immortalis in corpore viuens; ita nec reperitur sine certamine homo post amissum iustitiæ originalis donum: *h* nè altum sapias igitur homo qui- *e Contra 2. Epistolas Pelag. li. 1 c. 13.* *Concupiscentia nõ est formaliter peccatũ sed a peccato venit.* *f 2. cor. 12* *g Rom. 7.* *Etiam in perfectis relinquitur talis concupiscentia.* *h Rom. 11.*

cunque sis,& cuiuscunque gradus,& dignitatis existas: sed time, certa, vigila, in omnibus labora: nullibi procedas incautè; non coronabitur enim (vt supra dictum est ex diuo Paulo,& ex concilio Tridentino) nisi, qui legitime certauerit. Nè desperes itaquè homo, si bella sentis, si certamen experitis: Sancti enim Dei homines vsque ad mortem senserunt, & experti sunt. Quid igitur ais? Non percipis pugnam? Non sentis certamen? Signum est manifestum; quia inimico manum dedisti. Vel enim pugnare necesse est, vel succumbere. Non vincitur autem huiusmodi carnis inimicus facilius, quàm per pœnitentiæ virtutem, quam Sancti Patres ex diuinis literis meritò thesaurum appellarunt. Sic mysticè, ac propheticè Sanctissimus ille Patriarcha Ioseph fratribus suis dixit. Pax vobiscum: nolite timere; Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. O verissima, & dulcissima verba. Pax vobiscum, inquit. Et quomodò vobiscum pax idest cum vobis ipsis: nisi, quia nobiscum, idest cum nobis ipsis erat bellum carnis, concupiscentiæ,& fomitis? Pax ergò vobiscum, idest cum carne, & carnis concupiscentia; sed qua ratione? Qua via? Deus, inquit, vester,& Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris: nempè thesauros pœnitentiæ in corporibus vestris. quæ per penitentiam afflicta, pacem cum spiritu efficiunt, & thesauros reddunt meritorum. Ad quod alludens expertus ille in hoc penitentiæ thesauro propheta regius ait. *i* Conscidisti saccum meum: & circumdedisti me lætitia. Conscidisti saccum: eccè penitentia. Circumdedisti me lætitia: eccè meritorum thesaurus. Sic Diuus Gregorius ait: *K* Qui carnem macerant abstinentijs, & ieiunijs, terram fodiunt, vt celestem inueniant thesaurum, qui hac in vita omninò est inueniendus; alias actum est de nobis. Quemadmodum enim si quis thesaurum, vel pretiosum lapidem Romæ amisisset, quæreretque illum Parisijs. Sic amittere Christum in hac vita per peccatum, & quærere illũ in futuro, perdita res est,& ridicula. In hac ergo vita est quærendus, vt inueniatur post peccatum per salutarem penitentiã, quæ adhuc duplex est: alia solum penalis,& afflictiua: alia verò medicinalis, & sanatiua. Primam incussit Deus dæmoni cum ait. *l* Super pectus tuum gradieris, &c. Hanc eandem (velint, nolint) substinent damnati omnes in futura vita. Secunda verò medicinalis, & sanatiua, & perfectiua solius est hominis in vita præsenti, quæ per singulare priuilegium concessa fuit Adæ loco citato, & posteris eius, vt inuenire hac mediante thesaurum possent incomparabilem. Ita in persona Christi (qui etsi penitentiæ nullatenus obnoxus fuerit, in meritum tamen, & exemplum nostrum duriorem præ omnibus penam sustinuit,& tenuit) ait Propheta regius. *m* Foderunt manus meas,& pedes meos &c. Super quo D. Pater Augustinus metaphoram explicans ait. Quemadmodum fodientes sæpiùs thesauros inueniunt. Sic Corpus Christi flagellantes dirè,& immaniter crucifigentes, quasi terram fodientes, in sacratissimo illo Christi corpore thesauros inuenerunt gratiæ, & meritorum infiniti pretij,& valoris; etsi amentes Iudæi, & insani gentiles thesaurum iam inuentum pro nihilo habentes, in Caluariæ monte dimiserunt: tamen fuit ille expertus, & latro insignis per vulnerum aperturas apertè illum de vicino prospiciens, exclamauit. Memento mei dùm veneris in regnum tuum. Et qui, dum viuens, temporales tantùm, & caducas diuitias, moriens,

Sãcta pe nitentia thesaur appellatur.

i Ps. 29.

K lib. 3. mor.

Duplex penitẽtia afflictiua & medicinalis.

l Gen. 3.

m Ps. 21.

Simil.

In Christi corpore p passione thesaurus gratiæ & meritorũ inuentus est.

D E F

tiens, cęlestes, & perpetuos furatus est thesauros. Ità princeps ille militiæ centurio iure belli thesaurum videns expositum, dixit; verè filius Dei erat iste; vique militari rapuit, vt æternè possideret. Ex isto itaquè infinito ærario Christi, & thesaurorum thesauro per carnis lanciationem, & suffosionem inuento, tradita est nobis norma inueniendi in corporibus nostris per carnis macerationem, & afflictionem thesauros cęlestes, & incorruptibiles ex Christi thesauro pendentes. Sic Diuus Paulus. *n* Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, idest in corporibus nostris. Corpora ergò nostra fodiamus, per pęnitentiam, Ieiunia, vigilias, & alias carnis macerationes thesauros inuenturi nunquam deficientes: ità discipula, & imitatrix illa Christi Catarina Senensis, cum carnis tentationes tanta vi in illam insurgerent, vt penè destituta videretur, ferrea ad carnem catena, aspertimis ieiunijs, indefessis vigilijs, & cęteris huiusmodi macerationibus acerrimum, ac diutinum cum carne certamen habuit. Qua deniquè superata, illi Christus apparuit, eam confortans. Cui Caterina. Vbi eras Domine? Et ille. Aderam, & expectabam certamen tuum. Hinc fratres G colligite nobis in hac vita necessariam esse pęnitentiam, quam tamen maximo cum fructu subimus, per eam omnem thesaurum, & Christum inuenturi, & carnem rebellem, pauperem, & superbam victuri, & profligaturi.

n 2. Cor. 4

Per macerationē carnis in corporibus nostris inuenitur thesaurus gratiæ. Pęnitētia tandem supeditat carnem.

Cum qua non solum est nobis continuum certamen; sed etiam secundo loco vt supra ex Spiritus sancto diximus cum diuite mendace: nempè cum sęculo isto mendacissimo per vicinos, & cognatos cęci nati, qui secum in hoc mundo conuersabantur, designato: Vtinam, vel saltèm veritatem amplexantes cum cęco nato, mundum vincamus, quemadmodum ipse cognatos, & vicinos mundanos vicit: vt enim pulchrè animaduertit Chrysostomus, *o* Hæc est veritatis natura; vt per quæ putatur insidias pati, per hæc fortior fiat. Mendacium enim sibi ipsi quidèm obuiat, & per ea, per quæ lædere veritatem videtur, clariorem eam ostendit: quod, & nunc factum est; & ne quis diceret, quòd vicini, & cognati nihil certum dicebant, Parentes in medium ducuntur: qui maximè suum filium cognoscebant. Qui tribus interrogationibus factis, duas confitentur, quas optimè norunt. Prima scimus, quia hic est filius noster; & secunda. Et quia cę-

H cus natus est. Tertiam verò abijciunt pro maiori veritatis euidentia. Dicunt enim quomodo autem nunc videat, nescimus: Aut quis eius aperuetit oculos nos nescimus; ipsum interrogate: ætatem habet ipse de se loquatur. Vt scilicet nullus alius, sed is idem, qui curatus est, & qui fide dignus erat, hoc confiteretur; sicut confessus est, & substinuit. Sic Theophylus. *p* Imbecilliores (inquit) parentes erant filio; quia testis aderat intrepidus veritatis: & concludit Chrysostomus vbi suprà. Itaquè forte quid est veritas; sicut imbecille mendacium: nam veritas quidem, etsi despectos assumpserit, claros eos facit, & ostendit. Mendacium autem, etsi cum fortibus fuerit, imbecilles eos reddit, & monstrat. Veritatem igitur semper, & vbiquè amplectamur, si fortiores, & potentiores quibuscunque mundi fortibus, & potentibus esse volumus.

Secundū membrū.

Sæculus iste siue mundus mendax est & infidus.

o Hom. 57 in Ioan.

p In Ioan. cap. 9.

Veritas vbique semper est amplectenda.

Et mundum ipsum diuitem quidem, sed mendacem tutissimè superare.

rate. Si enim mendacium, imbecilles, quos apprehenderit, efficit; quisnam mundum timebit mendacem? Cauendus tamen: mundum enim hic accipimus pro vitiosa ea, & misera conditione hominum, quæ spirituali Christi regno aduersatur. Qui plenus est dolis, fallacijs, & mendacijs. Quare nulli omninò hominum huius farinæ fidendum, non solùm inimico, sed neque amico, nec fratri, monent diuinæ litteræ. Sic Hieremias Propheta, *q* Vnusquisq; (ait) se a proximo suo custodiat; & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium; vt iniquè agerent laborauerunt: habitatio tua in medio doli; in dolo renuerunt scire me, dicit dominus. Sic propheta regius. *r* Et labor in medio eius, & iniustitia: Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Et textus Hebræus. Insidiæ in ciuitatibus eorum: & non recedet de plateis damnum. Et iterum alio in loco, *s* nè simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem nè perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Sed quid immoror? Plene sunt vndiquè diuinæ litteræ consimilibus monitis; & meritò quidem: etsi enim aliquandò videatur mundus (diues quidèm, cum omnes contineat ab initio mundi thesauros) suas velle distribuere diuitias, & eas repromittat, ostendat, & ad breue tempus nonnullis porrigat vtendas: fallit deniquè ac decipit omnes. More mimorum, qui in consessu hominum in alicuius manum reponere videntur manifestè adamantem, vel margaritam pretiosam, vel alium quemcunque pretiosum lapidem; ludentes, & illudentes deniquè, illum, in cuius manu gemmam reposuerunt pretiosam; illam enim repetentes, nihil reperitur aliud loco lapidis pretiosi, nisi carbo niger, & deformis. Ità sanctissima illa anima concinnè ait. *t* Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis: mundus enim omnes suas diuitias in aliquorum hominum manus recondere videtur; sed tandèm in morte illas repetens mundus, ab omnibus, (vt constat,) nihil inueniunt omnes viri tales in manibus suis, nisi diuitiarum damna, & detrimenta: nisi carbones deformes, & nigros vitiorum, & peccatorum, quæ ex diuitiarum abundantia contraxerunt: Et nihil inuenerunt aliud omnes viri diuitiarum in manibus suis. Vtinam & tandem post carbones nigros peccatorum non inueniant, & carbones accensos desolatorios, & prunas ignitas, & sagittas potentis acutas: quæ certo certiùs inuenient, si fallacijs, & dolis pleno innitantur mundo dicente Dauide, *u* quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs: o quam rectè Spiritus sanctus odire se dixerit pauperem superbum, idest carnem, & diuitem mendacem, idest mendacem mundum.

Et tertio loco senem fatuum, idest diabolum. senex quidèm, quia ceteras omnes præcedens tempore creaturas, vt inquiunt patres, vnà cum tempore materia prima, & empyreo cœlo creatus; fatuus autem, & insensatus; quia in sui semper immensum damnum, & perniciem immensam à Deo recedens, operatur, & machinatur quidquid moliri tentat. Timendus tamen quàm maximè, per pharisæos namque, & principes in currenti designatus euangelio, contra hominem cæcum natum, & Christi gra-

Margin notes: Quot mala sunt in mundo, idest in cœtu malorum hominum. — *q* c. 9. — I — *r* Ps. 54. — *s* Ps. 27. — Simil. — K — *t* Ps. 75. — Mundi fallacia & dolus in promittendo. — *u* Ps. 119. — Tertium mébrum. — L

sti gratia iam illuminatum, idest contra hominem in peccato originali natum, & per Christi baptisma renatum, vehementi potentia insurgit, omnia mouens, omnia concitans contra ipsum: præsertim verò, & carnem, & mundum, de quibus supra. Hinc nos monet Spiritus sanctus, dicens. x Væ terræ, & mari; quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam; sciens, quia modicum tempus habet. Ponderate quæso fratres rationem omnem, quam hic adducit Spiritus sanctus, iræ magnę ipsius diaboli. Sciens (inquit) quod modicum tempus habet, toto annorum millia, videlicet a casu dæmonis, & initio mundi, vsque ad eius finem modicum appellat tempus. Hinc Diuus Petrus. y Fratres sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, &c. Quasi dicat. Cum modicum tempus contra homines habere se cognoscat, iratus vehementer, velocissimè circuit, irrequietè iugiter se habet, festinans, accelerans, & quærens quem deuoret. Hinc Dominus noster contra hunc senem & insensatum aduersus nos sic festinantem, & rugientem præmunire nos volens, tradit normam dicens. Me oportet operari opera eius; qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo poterit operari: quasi dicat. Carissimi discipuli, & auditores mei expendite quæso; quia modicum vobis concessum est operandi tempus, vnica nempè dies, totus vitæ vestræ decursus; Post quem venit nox in morte, in qua nullus omnino ex Dei decreto poterit meritoriè operari. Hinc Spiritus sanctus aa vrget, & instat, illa repetens verba. Surge, propera amica mea: surge, propera: surge, & veni, &c. Vah, quæ nostrorum desidia in operando, & surgendo; inimicum habent, in faciem oppositum, & obsistentem magna cum festinatione, & ira; & adhuc dormiunt? Animaduertite quæso quia diabolus senex dicitur, & fatuus nedum, quia in se talis existat: sed quia etiam omnes homines senes, & fatuos efficere conatur. Procrastinat enim vnusquisque, senectam expectans, & extremum vitæ spiritum: & si tempus vitæ præsentis, vsque ad finem mundi illis concederetur, procrastinarent ipsi etiam vsque ad mundi extremum suam conuersionem. O miram insaniam: quid nam vos impedit? quid vos retinet? quid vos retardat? fortè retardant vos, & remorantur huius mundi mendacis negotia vana? arbitrantes, quod aliquando terminum, & finem sint habitura? longè opinione fallimini. Et similes estis illi, qui fluuium aliquem, vel torrentem transiturus, turgidum iam, & tumentem pluuialibus aquis; sed possibilem adhuc pertransiri, & ipse in ripa manens, si videret multos transeuntes, illumque monentes. Transi nobiscum frater: noli amplius immorari, nam pluuiæ continuò crescunt, & de montanis abundantiores, & pleniores magno cum concursu aduenient aquæ, impossibiles pertransiri. Quare transi nunc; nè tardes: ipse tamen in sua opinione persistens, longius protrahens suum transitum; denique aduesperasceret, & torrens facta iam nocte, vndique redundaret aquis nonne amentem, senem fatuum, & insensatum huiusmodi omnes iudicarent? Sic vtique vnicuique contingit nostri: est enim vita nostra veluti torrens aquis negociorum inundans: & in quo a principio in infantia, & pueritia vix paruæ apparent aquarum negotiorum stillæ. In adolescentia verò aliquantisper crescunt. In virilitate autem copia incipit vrgere negotiorum; & denique in senectute, vel decrepitate maximus inundat negotiorum concursus, impossibilis pertransiri: & venit nox, & mors, & remanet homo in damnationis, & obstinationis ripa æternè damnatus.

x Apo. 12.

Ira, & indignatio diaboli cōtra homines.

y 1. Pet. 5.

Totus decursus vitæ nostræ tēpus est operandi dies autē mortis nimè.

aa Can. 2.

M

Simil.

N

Sollicitudo quam necessaria in operãdo. ratus. Dicite vos omnes, quandonam maiorem experti estis negotiorum copiam: vel in pueritia,& adolescentia: vel in virilitate, & senectute? Vtiq; dicetis omnes, quod in senectute. Quare surgite iam, & pertransite torrentem, quando minor est negotiorum, & peccatorum copia. Nolite amplius remorari, nolite noctem expectare mortis, in qua obruet vos (credite mihi) negotiorum,& peccatorum copia. Surgite, surgite iam,& pertransite torren-
bb Ps. 123 tem; sic monente propheta *bb* Torrentem pertransiuit anima nostra, idest, quàm citius, quod si secus: forsitan (subdit) pertransisset anima nostra aquã intolerabilem. Intolerabilem asserit duplici de causa; tum quia magna eius copia, tum quia turbida, & inuoluta propter peccatorum, & scelerum multitudinem. O quam confusionem experietur senex in peccatis fatuus,& in-
cc Ps. 48. sensatus in hora mortis? de qua idem propheta ait Regius. *cc* Cur timebo in die mala? iniquitas (respondet) calcanei mei circumdabit me. O infelicem, o fatuum, o insensatum; contra quem magno cum impetu in hora mortis insurget superba caro, fallax mundus, & senex fatuus diabolus insensatum,& fatuum illum ducens ad tartara. Quod auertat Deus. Amen.

FERIA QVINTA POST DOMINICAM Quartam Quadrag. Concio LI.

Infernum quatuor constat partibus, in quarum prima æternè cruciantur obstinati peccatores, in secunda qui purgatione indigent, vt ad cœlestia possint euolare regna, in tertia infantes sine baptismo decedentes, in quarta steterunt sancti patres ante mortem Christi: e quibus locis quando liceat animabus egredi, ac ad vitam redire declaratur, & insuper discutiuntur causæ ob quas solet id euenire.

INter multos, qui tum animam, tum corpus, tum compositum ad tartara deferunt homines, funestissimos portatores quatuor selegimus nos anno præterito super currenti Euãgelio a Spiritu sancto a registratos: nempè infernum, os vuluæ, terram, quæ
a Prou. 30 non satiatur aqua, & ignem, qui nunquam dicit, sufficit; quorum prima duo diaboli potentiam, & libidinem significantia omisimus. De duobus vero vltimis: nempè terra terrenam hominum, & vanam significante conuersationem, & de igne mortem designante latius, & fusius disseruimus. Hodie salutare, ac non minus altum, quam sanctè curiosum se-
Diuisio trimẽbr. ligentes subiectum occasione animæ adolescentis ad vitam a Christo reuocatæ, tria de animabus a corporibus per mortem egredientibus discutiemus. Primum quo immediate pergant. Secũdo quando, & quomodo eis regredi ab vno in alium locum, vel reuerti contingat ad vitam. Denique ad quid reuertantur ipsæ animæ.
Primum membrũ Circa primum discutiendum, quò melius ponderetur, primo videamus extremis labiis, qua ratione animæ in corporibus degant. Inter omnes autem

a do-

a doctissimis viris appositas, aptissima videtur mihi similitudo illa, qua dicunt, animam esse in corpore veluti in carcere. Sic poeta ille noster vernacula cecinit lingua.

Anima in corpore velut in carcere remanet.

La morte è fin d'vna prigione oscura

b Sap. 9.

A Sacræ verò literæ millies ad hanc alludunt metaphoram ob varia corporis cum carcere symbola. Sicuti enim carcer grauis est, & molestus his, quos detinet; ita corpus animæ, dicente Spiritu sancto *b* Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. In carcere multoties manicis ferreis, & catenis obstringuntur detenti. Sic anima in corpore his similia patitur, hoc prædicante patientissimo illo virorum. *c* Posuisti in neruo pedem meum: obseruasti omnes semitas meas, &c. Et alibi apertius. *d* Circumdedisti me carcere, &c. Preterea sunt quædam, vt plurimum in carceribus perangustæ fenestræ, p quas vix parũ, & subobscurum ingreditur lumen: ita in corpore quasi perangustæ fenestræ sunt sensus externi, per quos subobscurum ingreditur cuiuscunq; rei & veritatis ad animam lumen: sic affirmante philosophorũ principe ab omnibus recepto, quod nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. In carcerem quicunq; ingreditur, ad principis, vel iudicis ingreditur, & egreditur præceptum: tamdiuq; ibi manet, quamdiu ab ipso iudice, vel principe liberetur. Sic anima ad solius domini præceptum ingreditur in corpus, & egreditur de corpore, tamdiuq; in eo manet, quamdiu a domino liberatur. Quod breuiter & cõcinne expressit Dauid, dicens. *e* Et domini domini exitus mortis. Deniq; varij sunt è carceribus detentorum exitus: quidam enim omnino liberi, & absoluti exeunt ad propria cum gaudio reuertentes quidam pecu-

c Iob. 13.

d Iob. 7.

Simil.

Simil.

Anima ad solius domini præceptũ egreditur de corpore, & ingreditur i corpus.

B niaria, vel afflictiua, & corporali maiori, vel minori plectuntur pena, vel exilij ad certum, & determinatum tempus, vel ad triremes, vel relegantur in aliquem locum determinatum, & cætera huiusmodi. Nonnulli etiam vltimo afficiuntur supplicio: nempè corporali morte. Sic è corporibus egredientes animæ ad varia transmittuntur loca, variamq; subeunt sententiam. Quædam enim omnino liberæ, & absolutæ statim è corporibus egredientes, ad propria tendunt, ad cęlestem, & beatam patriam, ad quam conditæ sunt. Nonnullæ ad certum exulant tempus, & in determinata relegantur loca, quæ etsi in gratia decedant; non tamen benè purgatæ, & ad beatam patriam aptæ; purgandæ sunt omnino, antequam cęlum scandere possint. Nonnullæ denique extremo afficiuntur supplicio: nempè æterna inferni plectuntur pena. Qua sic expressa similitudine ad primum redeamus intentum: quod vt distinctius noscamus, quod videlicet in loca, & in quæ animæ de corporibus egredientes pergant, vel relegentur altius repetendum. Constituunt quippe scholastici omnes communi omnium consensu quatuor animarum è corporibus egredientium sinus speciales tam ante Christi aduentum, quam post Christi passionem, & in cęlum ascensionem. Ante Christi aduentum, sinum constituebant vnum pro damnatis: alterum pro purgandis: tertium pro infanti-

e Psal. 67.

Simil.

Animæ post separationẽ a corpore, ad varia transmittuntur loca.

Quatuor animarũ receptacula ante Christi aduentũ.

C bus absque baptismo decedentibus: quartum pro iustis, qui tunc temporis moriebantur: qui nunc vacuus extat, & quorum sufficientia, & ordo, siue situs, penès genera sumitur pęnarum, cum sint hæc loca pęnalia: pęnæ verò per culpas metiendæ. Peccato enim omnino irremisso ob finalem peccatoris impenitentiam pęna debetur ęterna: peccato verò mortali remisso tantum quoad culpam (vt aiunt, & non quoad totam pęnam, pęna debetur tẽporalis

Ordo, & distinctio secũdum peccatorum variationẽ.

Qq & atro-

& atrocior(cum sit debita ob actuale, personale, & proprium hominis peccatum) quam pro originali tantum debeatur culpa, quæ non est personalis, & propria: Originali verò culpæ, æterna quidem ex diuino decreto debetur pęna, sed leuior & mitior, eo, quod ob alienum personale actuale peccatū; licet ob propriū originale debeatur. Hinc sola pœna damni æterna, ob talem debetur culpam. Denique ante Christum, cum ianua esset clausa Paradisi; omnibus, & singulis ex Adam prognatis, pœna debebatur sola damni; sed adhuc mitior, & leuior: quia tantum temporalis, & cum spe futuræ gloriæ, his videlicet, qui sine omni decedebant peccato. Omnis itaque pœna, aut est tantum damni (vt aiunt) aut simul, & damni, & sensus. Et rursum vtraque vel temporalis, vel æterna. Cum ergo maior sit pœna damni, & sensus, quā pœna damni tantum: & præterea maior sit incomparabiliter pœna damni, & sensus æterna, quàm temporalis, huic infimus debetur locus, & sinus; nempè infernus, quem in centro terræ constituunt omnium infimum. Post hanc verò sequitur pœna damni, & sensus temporalis, cui secundus post infernum debetur locus sanè purgatorium, ex quo colligunt omnes ferè Theologi animas purgatorij eodem igne inferni torqueri, quo & torquentur damnati. Hoc tamen discrimine, quod illi æternè; purgantes verò temporaliter tantummodò torquentur. Ità Beda *f* specialiter ex quadam visione docet, purgatorium inferno esse contiguum. Cæterum, cum maior sit pœna damni æterna, quā temporalis, tertius debetur huic pęnæ locus post purgatoriū, qui est puerorū limbus, in quo pueri cum solo peccato originali decedentes perpetuo sunt detinendi. Vltimo denique loco pęnæ solius damni, & temporali, supremus & penes terræ superficiem debetur locus, qui est sanctorum patrum limbus, in quo reseruabantur iusti vsque ad Christi aduentum, & passionem. In infimo ergo terræ centro existit infernus. In supremo verò terræ sinu sanctorum patrum limbus: puerorum verò, & purgantium sinus, mediam occupant regionem. Hinc dixit Patriarcha Abraham diuiti in inferno existenti, inter nos, & vos magnum chaos firmatum est: purgatorium sanè & limbus puerorum. Quasi diceret. Vltra distantiam, quæ inter nos, & vos versatur eo magis distinguimur, quod vos pęnam damni, & sensus æternam subire per definitiuam sententiam omnino debeatis: nos vero sola pęna damni, & ea temporali detinemur hoc in loco. Quare impossibile est, vt vel hinc ad vos transmeare possimus, vel illinc ad nos aliquis prorsus transeat, sed firmatum est magnum diuini decreti chaos, quo vos æternè puniendi estis. Nos vero tantum abest, quod pęnam subeamus æternam, quod immo æterna potituri sumus gloria. Notandum præterea, quod isti quatuor sinus vno continentur ambitu, in quo distincti sunt circuli, & sinus secundum illius ambitus latitudinem, & capacitatem. Quod colligitur ex verbo Græco in Lucam. *g* Vbi enim nostra vulgata æditio habet magnum chaos, ex textu Græco habetur magnus hyatus: ex quo patet nil solidum esse interiectum inter locum damnatorum, & sinum Abrahæ; sed in eadem voragine fuisse animas vtriusque loci, distantes tamen inter se maximo spatio, vt supra expressum est. Inter hos autem enumeratos sinus, purgatorium multiplex adhuc exitit. Primò illud commune ex sententia omnium scholasticorum infra viscera terræ inferno ipsi vicinum, de quo supra. Est autem aliud purgatorium speciale multiplex, & varium, secundum dispositionem diuinæ iustitiæ pro morientium demeritorum diuersitate, in quo post hanc vitam

tam

Marginalia: In limbo sanctorū patrū sola pœna damni. — In Inferno damni & sensus. — In purgatorio dāni & sensus, sed temporaliter. — *f* Lib. 5. hist. c. 13. — In limbo puerorū pęna dāni. — D — Nota diligenter. — *g* Cap. 16. — E — Multiplex purgatoriū.

tam purgantur animæ, quæ non plenè purgatæ decedunt; quo sic purgatæ, cęlum ingredi valeant, in quod nihil coinquinatum ingredi potest. Cum autem (vt dictum est) huiusmodi purgatorium sit multiplex, aliquod reperitur mitissimum, quasi carcer senatorius, & honoratus, vt patet ex Beda h ex quadam visione referente, quod cuidam animæ, quæ ad corpus redijt, ostensum fuit (vltra infernum, purgatorium commune, & regnum cęlorum) quoddam quasi pratum florentissimum, lucidum, odoratum, amęnum, in quo degebāt animæ, quæ nil patiebantur, sed tantum detentæ ibi manebant; quia nondum visioni beatæ erant idoneæ: cui vt sint aptæ; purgatissimæ, atque purificatissimæ omni terrenarum rerum odore, vel vmbra existere debent. Diuus vero Gregorius i scribit, quod anima Paschasij in thermis purgabatur puteolanis, cumque Sancto Germano Episcopo apparuisset, eius precibus extitit liberata. Petrus item Damianus scribit, Beatum Seuerinum Episcopum Coloniensem apparuisse cuidam presbytero eiusdem Ecclesiæ, seque illi significasse in quodam flumine torqueri grauiter, eo, quod horas canonicas non distinctis temporibus soluisset; sed mane diluculo soluisse omnes horas canonicas simul coaceruatim, vt posset deinde tota die negotijs vacare imperij, quibus præsidebat. Nec arbitrandum præterea, quod ibi puniantur animæ, vbi peccauerint, sed pro diuinæ iustitiæ decreto; namque Paschasius Diaconus Romæ in electione summi Pontificis peccauerat; purgabatur autem in thermis puteolanis; & Sanctus Seuerinus in Curia Imperatoris deliquerat, & purgabatur in flumine. Cæterum quascunque alias pęnas cuiuscunque specialis purgatorij longè inferiores esse pęna illa purgatorij communis, quod inferno contiguum esse diximus, nullum ambigentem inuenio; quin communis est opinio, pęnam illam esse longè maiorem quacunque alia in hac vita reperiri possibili. Sic Augustinus, Gregorius, Anselmus, Beda, & cæteri patres; & quod caput est, in nonnullis animabus pęnam illam vsque ad iudicij diem extendi refert Beda vbi supra. Etsi enim communi omnium consensu sentiendum sit per missæ sacrificia in altaribus priuilegiatis oblata, & per quodcunque aliud opus, cui a summo Pontifice concessa est plenaria indulgentia pro defunctis animabus regulariter, & de potentia ordinaria eas liberari animas, quibus hæc applicantur: tamen quidquid sit de potentia Dei absoluta, & quid sibi Deus reseruet in thesauris suorum iudiciorum absconditis, neque curiosè indagandum, nec temerariè asserendum. Hinc non est inutile; sed valdè commendandum, vt a suffragijs pro mortuis nunquam cessemus, etsi nonnulla, quibus plenaria iuncta sit indulgentia, illis pluries applicauerimus. Vt autem vnde digressa est, reuertatur oratio, exploratum sit iam animas omnes hinc migrantes in quatuor ante Christi aduentum migrasse loca: nempè secundum morientium diuersitatem; vel in infernum, vel in purgatorium, siue commune, siue speciale: vel in puerorum limbum, vel in sinum sanctorum patrum. Post Christum verò, & eius mortem, & ascensionem in cęlum tribus manentibus ijsdem omnino receptaculis; nempè inferno, purgatorio, & puerorum limbo; solum sanctorum patrum sinu prorsus vacuo, & inani effecto eidem successit Cęlum empireum, & beata patria; aperta iam per Christum Paradisi ianua. Hæc igitur sunt loca, in quæ migrant animæ post hanc vitam.

h lib. 5. hist. c. 13.

Exempla de animarum purgatione.

i lib. 4. dialog. c. 9.

K Epist. ad Desid.

F

De potētia ordinaria quo modo liberantur animæ.

G

Quo verò ad secundum discutiendum de regressu animarum, siue de vno — 2 memb.

vno in aliud receptaculum, siuè ad hanc vitam. Quoad primum certum est, & in confesso apud omnes, quòd ex inferno, & puerorum limbo nullus datur animarum regressus, in aliud quodcunque receptaculum; sed perpetuò ibi manent: namque in inferno ad perpetuos damnatæ sunt carceres propter mortalem culpam, nulla est illarum vel redemptio, vel remissio. Pueri vero, qui sunt in limbo, ad perpetuum damnati sunt exilium propter culpam originalem diuino, & incommutabili decreto, ex purgatorio verò quocunque siue communi, siuè speciali, ante Christi aduentum, postquam purgatæ fuerant, in sanctorum patrum sinum transibant: post verò aduentum Christi ex purgatorio quocunque, vt purgatæ existunt, migrant immediatè in cęlum empireum. Ex limbo etiam sanctorum patrum in Christi morte migrarunt omnes, & cum Christo cęlum conscenderunt. Sic enim decebat; namque limbus patrum pro solo temporali exilio vsque ad Christi aduentum deseruiebat. Purgatorium verò quodcunque pro sola temporali pęna est constitutum. Regressus porrò animarum ad hanc vitam duplex esse potest, vel ad breue tempus, & per quasdam apparitiones, vel iterum ad conuiuendum nobis. Primo modo animas ex omnibus receptaculis, excepto puerorum limbo, regredi posse, Deo iubente, vel permittente, omnes fatentur. De limbo quidem Sanctorum patrum apparuisse animas refert diuus pater Augustinus; *l* & constat etiã clarissimè ex diuinis literis, *m* vt de anima Samuelis suscitata per mulierem habentem pytonem; & de anima Moysis, *n* quæ in monte Thabor apparuit in Christi transfiguratione. De cęlo etiam empireo post Christi ascensionem apparuisse animas beatas innumera sunt exempla apud Eusebium, *o* & apud Augustinum vbi suprà, & apud Sulpitium in vita Sancti Martini, & apud Theodoretum *p* & apud Gregorium magnum, *q* & in septima Synodo. *r* Ex purgatorio autem sunt etiam exempla apud eosdem patres locis citatis: ex inferno denique illud extat memorabile in vita beati Brunonis de quodã parisiensi doctore, qui in ipsa ecclesia dum exequiæ pro eo fierent, sublato, ex feretro, capite, clamauit. Iusto Dei iudicio accusatus sum: & sequenti die iterum similiter sublato capite clamauit. Iusto Dei iudicio iudicatus sum. Tertio deniquè die iusto Dei iudicio (dixit) condemnatus sum. Sunt & alia exempla, quæ breuitati studens omitto. At inquies. Nonne statim post mortem fertur sententia? Vtique beatus Leo *ſ* communiter receptus, docet sententiam ferri statim in ipso mortis articulo: ex quo colligitur, animam illam illius doctoris parisiensis iam in inferno ex diuina sententia extitisse; sed pro nostra instructione, & ad salutem terrore diuina prouidentia tres illas celebres apparitiones publicè demonstrasse. Regressus postremò ad hanc vitam iterum conuiuendum constat clarissimè ex diuina scriptura tam in veteri, quàm in nouo testamento, ex mortuis ad vitam reuocatis, ab Elia, Eliseo, diuo Petro, diuo Paulo, D. Francisco, & a Christo ipso, qui plures mortuos suscitauit, & hodiè adolescentem viduæ filium. At omnes hi, vel ex limbo Patrum, vel ex purgatorio ante Christi aduentum, post quem omnium, qui suscitati fuere, absolutè ex purgatorio regressæ sunt animæ, Nulla vnquam, vel ex cælo, vel ex puerorum limbo, vel ex inferno, sic absolutè ex communi pactum consensu tenendum.

Nullus animarũ regressus ex inferno & puerorũ limbo.

H

Duplex regressus animarũ, ex purgatorio, & limbo sãctorum patrum.

l lib. de cur. pro mort. agẽ. c. 15. & 16

m 1. Reg. 28.

n Matt. c. 17.

o Hist. ca. 5.

p c 34.

q lib. 3. Dial. cap. 24. & 25.

I

r Act. 4.

De celo Empireo post Christi ascẽtionem aparruerunt animæ.

ſ Epistola 99. ad rusticum.

3 Memb. At inquies. Nonnè fit eis præiudicium, quæ ex purgatorio quomodocũquè reuocantur, cùm iam sint in termino, & futuræ gloriæ securæ, si reuocentur

centur

centur ad vitam, in qua viatrices existẽtes, iterum peccare possunt, & damnari? Hoc tertio loco erat a nobis videndum. Ad quid videlicet reuocentur animæ ad præsentem vitam: & quoad illas, quæ ad iterum viuendũ reuocantur, motam difficultatẽ soluit Abulensis *t* doctissimè, & congruentissimè dicens, Quòd omnes tales in gratia ex diuino decreto confirmatæ sũt; *t in 4. reg. 9. 57.*
K ita, vt amplius peccare nequeant: & ita nullum fit eis præiudicium; quin & maximum consequuntur priuilegium tum, quia exilium durum, & pœnale (secundum diuersitatem purgatorij, in quo existunt, vt suprà dictum est) illis commutatur in exilium dulce, ac suaue præsentis vitæ: tum, quia proficiunt operando, & maiorem in dies acquirunt gratiam, meritum maius & inde maiorem gloriam. Quò verò ad illas, quæ ad breue tempus apparent, manifestũ est, quòd si ex cęlo, vel ex inferno pro nostra semper instructione, atque salute regrediuntur. Si verò ex purgatorio, tum pro nostra instructione, tum pro earundem animarum regredientium consolatione, liberatione, vel refrigerio, suffragia a nobis expetentes, apparent. Nec enim ita facile à tam graui purgatorij communis pęna soluuntur animæ, vti ex multis constat exemplis: nam scribit D. Gregorius, *u* se pro quodam suo monaco triginta exsoluisse missas, quibus expletis, ex illius apparitione didicit liberatum. Beatus verò Anselmus, *x* per integrum annum sacrificijs instirit quotidianis pro quodã suo amico defuncto; & tandẽ in fine anni ex eius apparitione didicit liberatum. Suprà etiã diximus ex Beda nonnullas animas vsque ad iudicij diẽ in purgatorio permansuras. Quidquid sit de hoc, illud suffragij genus, quod in altaribus priuilegiatis cum plenaria pro mortuis indulgentia Deo offertur, maximè laudo. Post quod, amplectendum illud ad imitationem diui Gregorij missarum triginta pro quacunque anima, cuius consuetudo iam inoleuit in ecclesia Dei, & cętera quæcunque opera, tum eleemosynas, tùm ieiunia, & similia pro mortuis exercenda iugiter, commendo, atq; suadeo. O si pęnarum illarũ, vel tantum odorem, vel etiã vmbram a longe videremus: & si animas defunctorum in tormentis illis exclamãtes, & dicẽtes (vt monet ecclesia *aa*) Miseremini mei, miseremini mei sal

Animæ quæ reuocantur ad vitã amplius peccare non possunt.

Animę aparent à nobis suffragia expectãtes.

u lib. 4. dial. c. 55.
x li. 1. vita ipsius.

L tẽ vos amici mei, audiremus; quot orationes, quot preces, quot suffragia pro illis quotidie funderemus, & offerremus, nemine suadẽte? o quot peccata vitaremus, quin & absolutè, gratia cõcurrente Dei, oẽ cauẽremus peccatũ, nẽ in pęnas illas nõ dico inferni; sed nec purgatorij vllaten᷒ incideremus. Quare fratres nõ discimus alieno periculo? certi, quòd cũ simus adulti, oẽs, qui ĩ hac versamur aula, non puerorũ sinum, sed vel infernum, vel beatã patriam, deniq; ineuitabiliter petere debemus: & certi, quod in nostra situm est potestate (dum sumus in hac vita) eligere, quo tendamus, nullum post hanc vitam remedium, nulla penitus in nobis electio. Nunc itaque nobis prospiciamus, ad quod vtilimam videtur mihi viarum illam eligere, quam suadebat sanctus vir Tobias, dicens. *bb* Panem tuum, & vinum tuum super sepulturã iusti constitue, &c. Est. n. sancta (vt inquit Spiritus sanctus *cc*) & salubris cogitatio pro defunctis exorare; vt a peccatis soluãtur. Sancta (inquit) quia sanctos reddit exorantes, illisq; est saluberrima: & inde defunctorum animas de pęnis liberat purgatorij, quod est illas a peccatis soluere. O, si nunc strenuus ille vir Assamonæus viueret, quando per indulgentias plenarias, & missarũ suffragia facillimo negocio a purgatorij pęnis animę liberantur defunctorũ. Quidnam intentatum relinqueret, vt pro illis omnia hæc suffragiorum genera iugiter exsoluerentur? Quàm verò acriter, & potenter sua charitas in

aa Iob. ca. 19.

Oblationes sunt offerẽdę pro defunctis.
bb c. 4.
cc 2. Mat. 12.

anti-

antiquo testamento ante Christum natum erga defunctorum animas collatione facta duodecim millia dracmas argenti mittens Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium nostram arguit negligentiam, & desidiam; quin & ingratitudinem erga fratrum, propinquorum, & coniunctorum animas in illis forte pęnis diritissimis versantes purgatorij? Et (quod pessimum est) quot hæredes, quot filij, pia legata pro parentum animabus defunctis exsoluere negligunt, vel omninò reluctantur? Audiant hi conciliũ Carthaginense quartum in quo fuere biscentum quatuordecim sacri episcopi, quod sic habet. *dd* Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut cum difficultate reddunt tanquàm egentium necatores excommunicentur. O grauissima verba, & tanta digna concilio, necatores appellat animarum iam defunctarum egentium: & parum dixit. Nam & grassatoribus, & prædonibus longè sunt peiores: nam animas iam ligatas, destitutas, & se defendi prorsus impotentes, enecant, & occidunt, oblationes illis debitas de proprijs earum substantijs, illis immaniter denegantes. Et, vt videant hi tales, quòd a Spiritu Sancto immediatè huiusmodi hæc emanat veritas, & exaggeratio: audiant & aliud concilium *ee* sub Sanctissimo illo Leone primo celebratum; in quo sic habetur. Qui oblationes defunctorum retinent, & ecclesiis tradere demorantur, vt infideles ab ecclesia sunt abiiciendi; quia vsque ad exinanitionem fidei peruenire certum est, hanc pietatis diuinæ exacerbationem; quia, & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi ergo tales, quasi egentium necatores neque credentes iudicium Dei, habendi sunt. Poteratnè Spiritus Sanctus amplioribus verbis hanc exagerare impietatem? Mementote quæso fratres, quòd illius Christi discipuli, & auditores estis, qui solis viduæ mulieris motus lacrymis, adolescentis animam è pœnis liberauit purgatorij. Exemplum enim dedit nobis vt quemadmodum ipse fecit; ita, & nos faciamus; quin & per ipsius gratiam, & virtutem (O christianam dignitatem, & maiora præstemus: ipse namque adolescentem filium ad vitam reuocauit præsentem; nobis vero hanc tribuit dignitatem, & facultatem, vt suffragiorum vi purgatorij animas ad cęlestẽ, perpetuam, & beatam reuocemus vitam. O negligentes, o desides, o nos ingratissimos, si tanta præditi dignitate, & facultate, illa continuò vti renuimus, Animas fraudantes, & enecantes fratrum propinquorum, & parentum defunctorum. Vtinam vel deniquè, si non adolescentes, senio saltem surgamus, & viam suffragijs defunctorum animabus ad beatam sternamus patriam, eandem nobis simul, & semel aperientes quam ingredi nobis concedat qui viuens inter nos; mortuos reuocauit ad vitam, & qui viuens, & regnans in æternum ad æternam nos vocat, & expectat vitam Amen.

M

dd Cano. 95.

Perutilis exageratio de animarũ suffragiis

ee Cõc. Valẽse can. 4

Oblationes defunctorũ detinentes sunt tanquam infideles abiiciendi.

FERIA

FERIA VI. POST DOM. QVARTAM Quadragesimæ. Concio LII.

Christus in diuinitatis suæ solio ita nos amore prosequutus est, vt difficillimum ac penè impossibile existat ipsius in nos effectus commemorare; quod & ostendit humanitate velatus; cum pro nobis (cæteris ommissis) etiam mortem subire non neglexerit.

MYsticum historiæ Lazari decursum anno præterito duo in stadia perstrinximus; nempè ipsius Lazari in infirmitate, & morte progressus, & Christi vehementes erga Lazarum affectus, in primo peccatorem languentem, & paulatim labentem contemplati sumus carnis fulcimentis, & titillamentis, deindè per lethale peccatum (occultum tamen) morientem; deniquè per habitum, & malam famam publicè fœtentem. Ex quo in secundo stadio vehementissimos Christi affectus, & amabilissimos ergà peccatores etiam sic fœtentes collegimus: eos namque etiam in tali statu primò amat, & amando mouet, & vocat; deindè fremit vehementiùs videlicet cõmouendo, & perterrefaciendo, & deniquè lachrymas fundit, & sanguinẽ, passiones, idest pro peccatoribus assumptas, eis offerendo, & exhibendo; in quibus passionibus, a nobis omnibus distat, & quòad obiecta, & quòad ingressum, & quòad progressum, & quòad congressum: voluntariè enim & ordinatissimè in summo eas pro nobis amore languens, & moriens perferre voluit, vt fusiùs; & latiùs tunc explicauimus. O vtinam Serenissimi Domini, vel saltem huiusmodi salutares Christi affectus, & amabiles erga nos, in nos, & in præcordia nostra, & nostra viscera impressionem faciant, & salutarem, & amabilem. Circa ipsos namquè versando, etiam hodierno sermone, Diuisio
& ex ipsis vnum, & præcipuum seligendo, Christi sanè ineffabilem erga nos bimẽbr.
amorem, in duo ipsum distinguamus: contemplando amorem ipsius ergà nos, vel, vt Deus est; vel, vt homo existit.

Primum innuisse videtur ipse Christus dominus noster, cum ait in currenti Euangelio. Nonnè duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulat in die, non Primum
offendit; quia lucem huius mundi videt. Vbi se diem nostrum, & nostram membrũ.
appellat lucem; quemadmodum enim solis, & lucis beneficio innumerabi-
A lia ex terra, aere, & elementis omnibus reportamus bona, sic a Christi amore Simil.
tanquam a lucis fonte in nos emanant, & diffluunt omnes beneficiorum, & gratiarum innumerabilium radij, & riuuli. Sic Diuus Pater Augustinus explicat, dicens. Horas duodecim, duodecim appellat Apostolos, vt se diem *a tract. 49*
ostenderet, quæ horæ illustrantur a die, vt per horarum prædicationem cre- *in Iohan.*
dat mundus in diem, a quo videlicet omne expectat, & recipit bonum, quasi Christus
dicat. Me ergò sequimini diem, & lumen de lumine omnium bonorum lar- lux &
gitorem, si offendere non vultis, & vobis ipsis obesse. Vndè sequitur. Qui dies ap-
ambu- pellatur.

ambulat in die nõ offendit, &c. Est itaq; Christus, vt Deus iustitiæ, bonitatis, & amoris sol plenissimus, qui lucem, & solem ob magnam cum sole isto cęlesti similitudinem se appellat; est enim ille sol (inquit Ambrosius) *b* oculus mundi, iucunditas diei, cęli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ, planetarum princeps, viuentium gaudium, facula mundi, naturæ sigillum, vitæ dator, effectuum fons, Dei statua: sed Christus verius est patris imago, & similitudo expressissima, speculum sine macula, candor lucis æternæ; effectuum tùm naturalium, tùm gratuitorum fons, efficiens, & indeficiens; vitæ naturalis, & gratiosæ, & gloriosæ, temporalis, & æternæ largitor; veteris, & noui testamenti; quin Dei, & hominis sigillum permanens, & verbum, in quo duæ subsistunt naturæ humana, & diuina; mundi non facula, sed lux immensa; viuentium in hac, & in futura vita perpetuum, & perenne gaudium; non planetarum tantùm, sed cœlestium, terrestrium, & infernorum summus princeps; creaturæ cuiuslibet præstantia summa; & naturæ omnis gratia tum gratis data, tùm gratum faciens; cœli non istius visibilis tantùm; sed & empyrei pulchritudo eximia; diei æternitatis iucunditas ineffabilis, & mundi totius oculus infinitus, infinitè nobis prospiciens; in nos, & in nostram salutem, & beneficium vbiquè, & semper intendens. O Miser Idolatra igitur exclamat Diuus Ambrosius: nàm, si adeò tibi gratus existit, ac tantæ æstimationis iste sol naturæ, quid tibi esse debuerat sol iustitiæ Deus? Si Deum reputas illum, qui vigintiquatuor horarum spatio suum circa orbem absoluit cursum, quid illum, qui semper indeficienter totum sua luce mundum implet? Si hunc adoras, qui modò splendet, modò non apparet: quarè non illum, qui semper omnem hominem illuminat, venientem in hunc mundum? Si ei flectis genua, cuius visum terra occupat, quare non magis illum, qui cęlum fecit, & terram? Quomodo enim Deus erit, qui de loco in locum est mobilis, qui determinatæ est magnitudinis, qui loco circumscribitur, qui in tempore operatur, qui prædicamento clauditur, qui patitur eclypsim, qui superiora habet agentia, a quibus dependet, qui alterius mouetur motu, & mille tales habet limitationes, & defectus? O Dei bonitatem (inquiunt Gregorius Nissenus, & Theodoretus) quanto enim excellentiores condidit Deus creaturas, tantò manifestiores in eis defectus indidit, nè falleretur homo. Hinc ignis, modica extinguitur aqua; aliàs omnium elementorum agilior, & actiuior, hinc pulcherrimus aer multimodè variatur, obscuratur, atque turbatur. Hinc mare potentissimum, & vastissimum fragili præmitur ligno, semperquè amarescit, & terra omnium fructuũ seminarium, nunc hiatus ostendit, nunc eruptiones ferentes, & sulphureas; nunc sterilis arescit; cęlum in se ipso spectabile valde, ac admirabile; statim obnubilatur, quasi omni amissa pulchritudine, stellæ occidunt, & sol cum ipsis obscuratur, deficit, ecclypsim patitur, & cetera, vt suprà. Vt indè cognosceremus solis esse solem, & cœli cœlum, & omnium creaturarum, vno verbo creatorem. Inter omnes tamen insensibiles creaturas sol expressiùs Deum repræsentat: vnicus enim est sol, vnus Deus. Mundum sol suis influxibus regit: Deus mundum suis affectibus implet; sol inter planætas primus, & prima existit omnium inferiorum causa cum ceteris concurrens: Deus absolutè prima omnium superiorum, & inferiorum, & independens causa. Sol omnem domum non clausam sua luce ingre-

b In Exa. lib. 4. c. 1.

Similitudo inter Christũ, & Solẽ.

B

Exageratio cõtra Idolatras.

C

Sol Deũ represẽtat.

ingreditur, & penetrat Deus omnem animæ domum, & pectus non obturatum sua ingreditur, & penetrat gratia. Solis virtute omnia lucent cælestia, illuminantur terrestria: Dei virtute omnia subsistunt, & viuunt cælestia, & terrestria. Sol in se summè visibilis, parum à nobis propter nostri sensus imbecillitatem: Deus in se summè noscibilis; sed parum a nobis intelligibilis, propter intellectus nostri debilitatem. In Sole reperitur fęcunditas, lux, & calor: in Deo Pater fęcundus, Filius, qui est lux mundi, & Spiritus sanctus, qui est amoris calor. In Sole fęcunditas, lux, calor vnum constituunt Solem: in Deo Pater, Filius, & Spiritus sanctus vnus est Deus. Denique qui Solem habet, habet lucem; qui sine Sole est, in tenebris ambulat, & offendit; quia lucem huius mũdi nõ videt; sed qui habet Christum Deũ, vt hodie Christus dicit, habet lucis gratiam, ambulat in die, non offendit; quia lucem veram huius mundi videt, qui non habet Christum Deum, ambulat in nocte peccatorum, & offendit; quia lux gratię, non est in eo. Concinne itaque istam conspicatus Christi cum Sole similitudinem illuminatus Propheta regius *c* sic cecinit. In Sole posuit tabernaculum suũ: & ipse, (idest Christus) tanquam spõsus procedens de thalamo suo. Sed ne longius vagetur oratio, ob id principaliter se appellat Christus Lucem, & Solem; quia est omnium bonorũ largitor, & donator clarissimus, lucem beneficiorum, & gratiarum millenis, & millenis radiis in nos iugiter diffundẽs, mille inexplicabilibus modis amorẽ suum nobis communicare volens; amorem, qui omnem excedit humani ingenii captũ: nec valet oculus mẽtis in tantam se figere amoris Christi lucem, vt Deus est. Tùm, quia eius obiectũ, quo nos amat, est infinita diuina essentia, ex quo infinitus est eius amor in nos ad extra, secundùm suum beneplacitum terminatus. Tùm, quia nulla vrget creaturę necessitas, vt ametur a Deo; sed ex suæ bonitatis plenitudine nos amat. Tùm, quia nullam ex creaturis quibuscunque vtilitatem prorsus expectat; sed liberalissimè amat nos, solo vtilitatis nostrę intuitu. Hinc Diuus Pater Augustinus altissimè quidem ait, Deum non creasse ab æterno mundum; sed in tempore, vt inde cognosceret homo; quia Deus absque creaturis ab æterno in se ita beatus, ac perfectè, plenè, & infinitè extitit, sicut, & modo, postquam creaturas produxit; extat. Tum denique inexplicabilis est Christi amor in nos, vt Deus; quia nullum prorsus in nos præuidit meritũ, quo nos amaret; sed gratis ex mera sua liberalitate, & bonitate nullis nostris pcedẽtibus meritis, inexplicabiliter, & infinitè nos amare voluit. Quod Spiritu sancto edocta cognoscẽs spõsa, inquit, sponsum Christum alloquẽs. *d* Meliora sunt vbera tua vino. Et textus Grecus sic habet. Meliores sunt amores tui vino. Vbi per vinũ intelligit amorem nostrũ humanũ: per vbera verò (ex textu Græco expresse) amorẽ Christi vt De⁹. Quasi dicat. Meliores sũt, o Christe spõse, amores tui erga homines vino amoris humani propter præfatas rationes, ad quas alludens Hieremias, ait. *e* Si filius honorabilis mihi Ephraim; si puer delicatus; quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius; vbi Deus introducitur, sic loquens de fidelibus per Ephraim significatis; ex quo, i. in nũc ęternitatis locutus sum de homine, adhuc recordabor eius. i. ęternè, non temporaliter; quia meliores sunt, o Christe sponse, amores tui vino. Est amor humanus mutabilis; vt vinum, quod in acetum, vel vappam de facili conuertitur; sed Christi amor, vt Deus; quia æternus, stabilis est, & perseuerans, & immutabilis; adhuc (inquit) recordabor eius, idest immutabiliter, æternè; quia meliores

D (margin)

E (margin)

c Psal. 18

Christus dicitur Sol, & lux, quia est omnium bonorũ largitor, & donator.

Amor Dei erga nos infinitus, & quare.

d Cant. 1

Melior est amor Christi erga nos quàm amor noster erga Christũ.

e cap. 31.

sunt amores tui,o Christe sponse, vino. Amor humanus amantem,effeminatum reddit, vilem, timidum, imbecillem. Amor verò Christi, vt Deus, amantem,& amatum,fortem efficit,virilem,strenuũ,intrepidũ; quia meliores sunt,o Christe sponse, amores tui vino. Amor humanus, etsi cōtendat aliquando, vt in moribus, vel indumentis personæ amatæ sese accommodet; non diu tamen, vel immutabiliter in iisdem perseuerat: Verbum verò Dei,ex quo nostram assumpsit humanitatem,& carnem, perpetuò eam retinuit,nunquam dimittens, & nunquam in perpetuum dimissurus: quia meliores sunt,o Christe sponse, amores tui vino. Amor humanus aliquando imaginem personæ amatę secum fert,& ob oculos ponit. Verbum verò Dei, nostram assumens imaginem in seipso iugiter ante oculos habet diuinos; indissolubiliter vi vnionis hypostaticæ sibi colligatam,& vnitam: quia meliores sunt, o Christe sponse, amores tui vino. Quid plura? Pater meus Seraphicus in hanc semel cōtemplationem actus, dum vallem peragraret Spoletanam,ingenti fletu,crebrisque suspiriis,& lugubris vocis acceribus, vallem totam replebat, ac nemora conuicina, quibus auditis quidam rusticus, ac pietate in eum motus, percunctatus est, cur sic Pater fleret; cui Seraphicus. Quomodo (inquit) possum a fletu desistere,si mundum hunc vniuersum Solem,Lunam,Stellas,& omnia,quæ in cœlo, quæ super cœlo,& quæ sub cœlo propter homines creauit Deus, & propter me ipsum; & vlterius, his non cōtentus, Filium suum vnigenitum misit in mundum,& carnem assumere,nasci,peregrinari,pati,cruci affigi,& pro nobis dirã sustinere mortẽ voluit:& tñ his nõ obstãtibus tãta correspõdet homo ingratitudine:tãta obsistit ingratitudine peccator. Quis nõ fleret,quis nõ fleret? O dolorũ dolorẽ.

F.

Contemplatio diui Frãcisci de amore Dei erga nos.

Secundũ mẽbrũ.

Hac eadem nos contemplatione carissimi Christi amorem cũ Seraphico Patre nedum,vt Deus;sed etiã secundo loco,vt homo,cōtemplemur. Filius enim Dei æternus amorẽ nobis proportionatũ volens perfectẽ gignere, ac nutrire,carnem assumpsit nostram, filius factus hominis. Sic multi dixerunt Philosophi amorem proportionis esse filium. Cùm itaque immensus, infinitus, æternus esset Dei Filius coangustauit (vt ita dicamus) & coarctauit se intra nostræ carnis terminos, temporalis factus, finitus & eiusdem nobiscum mensuræ quoad assumptam humanitatem. Quod nobis pulchram per figuram descripsit Eliseus, cùm Sunamitidis filium iam vita functum, ad vitam reuocauit; inquit enim sacer textus, *f* quod Propheta,cum esset vir plenæ, ac iustæ mensuræ coarctauit, & coangustauit se, tenellisque ac paruis pueri membris ita se coaptauit, & proportionauit,quod posuit (inquiunt diuinæ litteræ) os suum super os pueri, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super puerum, &c. Sic Dominus noster coarctauit se,& coangustauit,vt Deus existẽs infinitus, & immensus,homo fieret similis nobis, se nobis proportionans, & coaprãs,vt inde amor incalesceret,quod etiam nouit Diuus Paulus,cùm ait. *g* Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram: nempè Verbum Dei infinitum, & incomprehẽsibile in carne abbreuiauit humana, in qua immẽsum tamen, & infinitum retinens erga nos amorem pro nobis pati, & mori voluit, mortem,& pęnam nobis debitam sustinens. O amorem,& charitatẽ erga nos inexplicabilẽ. *h* Referunt quidẽ historię de quodam Panopionis seruo, q̃ cũ ad dominum suũ iam proscriptũ occidendũ milites in reatinam villã venisse cognosceret, cõmutata cum dño veste, permutato etiã annulo, cum postico

G

Deus factus est homo,vt esset similis nobis.

f 4. Reg. 4

g Rom. 9.

h Valer. Max. li. 6.c.8.

clam emisit, se autem in cubiculum, ac lectulum recepit, & vt Panopionem occidi se passus est. Dignam certè æterna memoria fidem, & futuris sæculis admirabilem domino suo seruans; cui Panopion amplum faciendo monumentum, quantum seruo deberet, pietatis testimonio, & grato titulo declarauit. *Amor serui erga dominū suū.*

H Pudeat itaquè nos Christianos pro quibus non seruus aliquis; at dominus, & rex noster, rex gloriæ, rex virtutum, rex omnipotens pro nobis verè seruis, & seruis ingratis, & proditoribus, nostræ carnis indumenta assumens, in culparum nostrarum cubiculum se recipiens, sanè peccata nostra super se ferendo pati, & mori voluit, vt nos liberi euaderemus. *Christus pro nobis liberè mori voluit.* O vtinam, vel saltèm si non cum Panopione monimentum externum; in nobis ipsis æternum cordis tanto beneficio dignum, Christi passioni, & morti monimentum extrueremus. Et iugiter in cor nostrum, & in nostram etiam carnem, & membra nostra per iugem, & piam cogitationem Christi passionem, & mortem iugiter portaremus: monente Diuo Petro, & dicente; Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini, &c. *1 p. Pet. 4.* Referunt siquidem Græcorum historiæ, quòd cum Dei, quem coli vellent, simulachrum finxissent, vt ostenderent amorem, quo ipsos prosequeretur, mocta non nulla in simulachri membra sic distribuere. Sanè in pedibus, Moror. In manibus, Largior. In bracchijs, Amplector. In corde, Amo. In capitis parte anteriori, Recordor. In posteriori, Obliuiscor. *Dignissimum simulacrum dei apud Græcos.* Quæ omnia, & singula quasi vaticinantes de Christo domino nostro, clarissimè descripsisse quis non videt? Quis non fatetur? O Christe Sancte, verè animarum nostrarum amor. Continuo certe in pedibus impressum portas, Moror. Moraris

I enim quoties me peccantem es puniturus, ad pœnitentiam diutius me expectans. In manibus, largior, video, nam regna cœlestia mihi etiam renuenti largiri anhelas. In brachijs extentis, Amplector, clarè video; nàm me pœnitentem, & reuertentem amplecti semper es paratus. In corde, Amo, conijcio; totius tui sacri corporis diris pro me passis vulneribus, amorem cordis intimum latissimè demonstrantibus. In capite, & in fronte, recordor, lego; nam, cum sæpius ego salutis meæ sim penitus oblitus, me reuocasti, mei miserans recordatus mei, & in posteriori capitis parte obliuiscor descriptum certè concludo: nam si peccata mea innumera, & infinita scelera oblitus non fuisses, millies in infernum damnatum viuum aperta voraginis terra me conclusisses. O Christi amorem immensum, & quis nostrum fratres hæc videns, hæc manu tangens, de Christi erga nos inexplicabili amore; amore non liquefiet? Et cum sponsa, velit, nolit, non exclamabit, amore langueo? Et quod caput est, nedum amat nos Christus sibi amicos existentes, & gratos. Sed peccatores ingratos, languentes, mortuos, & in peccati habitu fœtentes, quod in Lazari symbolo, & mystica resuscitatione clarè ostendit: quemadmodum enim lazarum semel resuscitauit fœtentem: ità quotidie spiritualiter innumeros fœtentes peccatores, ad gratiæ vitam reuocat. *Lazari resurrectio est symbolū peccatoris conuersionis.* Nec enim sufferre potest animæ cuiuscumque ab ipso pretiosissimo redemptæ sanguine, nedum mortem, & fœtorem sed neque languorem, & deformitatem. Sic diuæ Catarinæ Senensi (vt aliàs diximus) animæ in peccato existentis, deformitatem ostendit, quo mirari desisteret, si pro animarum peccatis tam diram sustinuit passionem, & mortem, vt animas redderet pulchras. Pulcher-

Animæ in gratia pulchritudo. rimæ namquè fiunt animæ quamtumcunque a peccatis deformatæ per Christi gratiam. Sic Stephanus (vt aliàs præmonuimus) etsi a lapidibus corporaliter deformatus, vigente tamen in eo Christi gratia, & corporis externam ex lapidibus fœditatem vincente, lapidantes ipsi (inquiunt diuinæ litteræ) intuentes eum, viderunt faciem eius, tamquam faciem Angeli. Sic Pauli, & Barnabæ ità resplendebant, & quasi diuinitatis radios emittebant: quod viri Licaonici dicebant, leuantes vocem suam, *K* dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem; Paulum verò Mercurium; sacerdos quoque Iouis tauros, & coronas ante Ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. O Christi amorem, amoris effectum. Est siquidem omnium antiquorum sententia, & consensu, amoris obiectum, pulchritudo, & bonitas. Christus itaquè, vt homo, nos amare prorsus volens, & amore indignos reperiens; quia per peccata deformes, & prauos effectos, per suam gratiam, & bonos, & pulchros reddit; & simul, & semel amaros amantes. Nullum enim efficacius medium ad amorem alliciendum, quàm ipse amor. Sic Diuus Pater Augustinus receptus; vis amoris est amor. Et Gregorius Nanzianzenus melliflué: scripta lex a natura (ait) vt amati amemus. Et Seneca quemdam ad amicum scribens. Vis (inquit) vt breuiter modum, quo ab omnibus amaberis, te doceam? Hoc tribus agam litteris, Ama; sic omnes, & Sacri, & prophani auctores; quo stante, quanam punitione (dicite fratres) digna erit execrabilis, pariterque intolerabilis ingratitudo nostra, cùm a Christo domino, & redemptore nostro, & vt Deus, & vt homo existit, æternè, ac temporaliter plenè, ac perfectè amati, nedum non rependamus amorem; sed odium immane, & immanem impietatem? O quàm verè dicere possum Marthæ, ac Magdalenæ verbis, carissimi fratres: & de vobis, & de me ipso: Domine ecce, quos amas, infirmantur in culpis venialibus, at grauissimis, & frequentissimis. Domine, ecce quos amas, mortui sunt in culpis mortalibus innumeris. Domine ecce, quos amas, quatriduani sunt; iam fœtent. Suscita nos omnes tuo merito, vt homo: tua gratia, vt Deus: tua virtute ex alto, vt tecum viuentes in perpetuum simus. Amen.

K Actuũ. 14.

K

Medium ad amorē aliciendum ē amor.

L

DOMINICA PASSIONIS.
Concio LIII.

Deus tripliciter nobis loquutus est, corde scilicet, operibus, & ore, quod vltimum vt explere posset humanis se se vestiuit membris: omnibusq; his in loquendi modis semper veritatem edidit; quibus (proh nefas) nostræ tempestatis acerrimè arguuntur homines, qui ne dum veritatem colunt, sed eam quasi horribilem draconem aufugiunt, omnipotentis Creatoris iram in se concitantes, ad cuius aures nihil infensius peruenire potest, quàm mentientis hominis iniquissimæ voces.

DVPLI-

DVPLICI face anno prætetito in currenti euangelio comparuit Dominus noster Christus illuminare intendens omnem hominem in hunc mundum venientem, omniumque oculis obiecit vitam, & doctrinam, verba, & innocentiam, exempla, & monita, suamque sanctam ecclesiam dupplici hac institutione instituit, monitis, & exemplis, vt illis erudiremur tanti magistri luce irradiati; hęc sequeremur tanti ducis imitatione suffulti: licet nos auditores ingrati, ad hæc prorsus immoti, ad illa inepti obstinato animo voluntariè persistamus, quemadmodum latius, & fusius, tunc vidimus.

Hodie super eodem euangelio quasi e vita, & doctrina Christi salutarem instillantes liquorem, & ex illis, quæ in nostri exemplum fecit, & ex illis, quæ in nostri eruditionem docuit, veritatem elicientes vnam; de hac erit nobis hodie sermo. Circa quam primo Christi enunciationem de illa videbimus. Deinde quare ab hominibus impugnetur. Tertio, quænam impugnantibus punitio immineat. Diuisio trimembris.

De primo ait Christus. Si veritatem dico vobis; quare non creditis mihi? Quòd iure optimo dicere poterat: nullatenus.n. vel mentiri, vel decipere, vel decipi poterat; nam (sicut ex diuinis colligo litteris) quatuor dantur in vniuerso linguę: nempè humana de qua inquit Apostolus. *a* Si linguis hominū loquar, &c. Secundo angelica, de qua subdit ibidem Paulus, & angelorum. Primum Membrū Quatuor genera linguarū in vniuerso.

A Tertia diabolica, de qua Spiritus sanctus, *b* imitaris (inquit) linguā blasphemā. Quarta diuina, de qua Propheta Regius in persona Dei ait: *c* lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Ex quibus angelica, vt imitatrix Dei semper veritatem loquitur: bona semper, & ad bonū semper suadens, excitās, & alliciens. Diabolica verò sēper mēdax, mala sēper, sēper blasphema; & ideo à Spiritu sancto blasphemę titulo describitur. Humana tertio loco quandoq; verax, quandoq; mendax, quandoq; veritati, quandoq; mendacio innititur: quandoq; bona, quandoq; mala, quandoq; Deum, quādoque Diabolum imitata. Diuina porrò, vt veritatis fons, veritatē semper, & salutarē nobis, & opportunā vbiq; loquitur: & de qua sic Apostolus Paulus scribit. *d* Multifariè, multisq; modis olim Deus locutus est patrib. in prophetis, &c. Locutus est, enim per locutionē internam, & externam, per figuras, per typos, per cęlū, per elementa, per mixta, per angelos, per miracula, portenta, & prodigia, & vno verbo multifariè (vt inquit Apostolus) multisq; modis: sed præcipuè sicuti homines triplici loquuntur modo: nempè corde, ore, & opere, vt manifestū suppono. Sic Deus primò lucutus est corde dicēte propheta in Dei persona. *e* Eructauit cor meū verbum bonum.i. plenè perfectum inquiunt Patres: & de quo intimus ille secretarius ait. In principio erat verbū & verbum

a 1. Cor. 13.
b Iob. 15.
c Psa. 44.
d Hebr. 1

Triplici modo loquuntur homines

e Ps. 44.

B erat apud Deū: & Deus erat verbū. Quare si verbum Dei est ipsemet Deus verè dici potest. Eructauit cor meum verbo bonum, idest plenè perfectum. Verbum verò nostri cordis valdè est imperfectum. Primò.n. verbum Dei æternum est, sicuti Deus eadem prorsus æternitate gaudens. Verbum verò nostrum est duratione, ac tempore post nosipsos. Non.n. statim in ventre materno concepti: vel etiam nati vsum habemus rationis, quo verbū cordis internū formare possimus. Præterea Dei verbum est ipsi Deo consubstantia-

Discrimē inter verbum, cordis Dei & inter verbum cordis hominis.

le

le eiusdem prorsus naturę numero, ęternæ, & infinitæ. Nostrum vero cordis verbum, etsi internũ: distinctissimæ tamen est nostræ, cum nos substantia simus intellectualis; Verbum uero nostrum spirituale accidens. Vlterius Dei uerbum ex eo, quod eiusdem cum Deo nostræ infinitæ est perfectionis: nostrum uerò, cùm sit accidens, nobis imperfectis est imperfectius. Deinde Verbum Dei cum per se sit subsistens, secunda persona sanctissimæ Trinitatis existit: nostrum uerò Verbum, cum sit accidens, nec subsistit, nec subsistere, potest: sed ipsum formanti inhæret. Vlterius Dei uerbum est cum Patre fęcundum fęcunditate illa amoris, qua Spiritum sanctum simul, & semel vnico producunt principio: Verbum uero nostrum extat vndique sterile, nil vl- C
terius producere potens. Denique Verbum nostrum est imperfectum, finitum, & limitatum. Hinc, ut aliquid explicemus, multis (ut liquido constat) indigemus externis verbis, quia multis indigemus internis, vt aliquid vel semiplene, & imperfectè concipiamus. Dei autem uerbum perfectissimum est & ideo vnicum, quo æternè omnia intelligit, & seipsum plenissimè, & omnia comprehendit, & cui nullum unquam mendacium subesse potest. Quare de verbo cordis interno, & æterno idest de seipso iure optimo dicere poterat Christus. Si veritatem dico, &c. Secundo etiam modo loquitur Deus operibus, vt præmonuit Dauid rex dicens, de ipso Deo. *f* Dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt: Dicendo .n. creauit cęlum, & terrã, & omnia, quæ in eis sunt. Hinc Ioannes. *g* Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quo etiam in genere loquendi tripliciter differt a nostro, Nos enim indigemus in operibus nostris subiecto formato iam, & producto, in esse naturali compositi ex materia, & forma cõsistente. Deus uero nullo indiget præexistente subięcto; sed ex nihilo omnia fecit, & creauit omnia ex nihilo, ut Moyses docuit, *h* & tradit fides. Præterea nos multis indigemus in quocumque opere instrumentis coniunctis nobis, adiunctis, aggregatis, mediis, & ceteris huiusmodi. Deus uero seipso sufficientissimus absque omni medio, vel instrumento immediatè de nihilo produxit omnia, & producit quando sibi complacet; ex mera liberalitate, & bonitate: non autem ex necessitate secundis causis communicans actiones non nullas. Denique nos in operando indigemus tempore, ac temporis fluxu, & successione, mutatione, ac motu: Deus vero in instanti operatur, absque ali- D
qua temporis successione, vel mora, immobilisque manens, vt diuinus cecinit Boetius, Dat cuncta moueri. Hinç iure omnes acclamant diuinæ literæ, Dei perfecta sunt opera. Vidit Deus omnia, quæ fecerat; Et erant ualde bona, &c. Quare, cùm nullus mendacii defectus in Dei operibus extare possit iure optimo dixit Christus. Si ueritatem dico, &c. Tertio etiam modo, videlicet ore loqui voluit nobis Deus. At cum Dei naturæ simplicissimæ, ac perfectissimæ vti lingua, labiis, ceterisque instrumentis repugnet. (O amorem Dei erga nos uerè ineffabilem) nostram assumere uoluit carnem, similis nobis factus, vt nostro humano loqui posset more (vt inquit Iohannes,) Verbum quod erat apud Deum, & quod erat ipsemet Deus caro factum est; & habitauit in nobis, &c. Et de quo Diuus Paulus postquam dixerat loco citato. Multifariè, multisque modis, locutus est patribus in prophetis. Nouissime uero (subdit) locutus est nobis in filio, &c. Et propheta Baruch de ipso Deo similiter. *i* Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, &c. Hinc ver-

Secundo modo loquitur Deus.

f Ps. 32.

g Ioan. 1.

Triplex differentia inter opera nostra, & Dei opera.

h Gen. c. 1

Tertio modo loquitur Deus.

i cap. 3.

verbum Dei perfectum plenum, infinitum, æternum: Dei perfectum opus,
E Dei verbum, Dei verbum iunctum est verbo nostro. Quare in Christo rectificatum est verbum nostrum redditum est perfectum, plenum gratiæ, & veritatis, vt ait Iohan. Quapropter Christus nedum, vt Deus: sed etiam, vt homo dicere potuit. Si veritatē dico vobis, quare non creditis mihi? Cuius veritas latè patuit vniuerso: etsi enim ad posteros, nullos transmiserit commentarios more humano, quemadmodum Plato, & Aristoteles, & quamplures alii ediderunt philosophorum; attamen eius doctrina diuinitus tradita, veritate plena, totum statim repleuit orbem. Ita etiam (etsi longè inferiori interuallo) Pythagoras, & Socrates nihil in vita scriptitarunt. Vnde tamen nobilissimi crediti sunt Philosophorum? ex dictis quidem, ex vitæ institutis, ex præceptis (inquantum humana fragilitas ferre potuit) veritate plenis. Age dum ex iisdem Christum Dominum nostrum spectemus. Ex his nempè quæ dictitauit, actitauit, docuit, summa, & perfecta, diuinaque veritate plenis. Num comparabis Platonis, & Socratis discipulos cum discipulis Christi? Illi enim labore multo, multisque commentariis pauca quidem, & ea nec multis persuadere potuerunt: Christi vero discipuli simplices, & ignati mundum vniuersum ignorantiæ tenebris, & intolerabilium errorum plenum, statim luce doctrinæ, & veritatis Christi irradiarunt: hi namque soli, quod nunquam potuit Platonis, & Socratis Philosophia Sogdianos parentes alere docuit, nec in posterum interimere. Persas reuereri matres, earumque cōnubijs
F abstinere. Scythæ mortuos iam sepeliunt, non colunt, & vniuersæ protsus nationes diffuso iam doctrinæ Christi lumine, etsi perfectè eam non sint assequuti: illò tamen peruenere, vt omnia idola penitus in vniuerso terrarum orbe abiecta sint, & abolita, omnibus vnum cœli Deum credentibus, & colentibus. Deniq; Plato, qui fons videtur totius purioris philosophiæ humanæ, vnicam Reipublicæ formam describens, nulli vel nationi, vel vrbi, vt illa vteretur, persuadere potuit, vt supramodum seuera. Christi autem doctrina euangelica disseminata per orbem, barbaras quascumque nationes peruertit, vt immitē, efferatamq; vitā exuerent, euangeliiq; iugo colla submitterēt. Hinc Platonis, vel cuiuscunq; alterius Philosophi leges, vnus, vel alter forsitan est amplexatus. Christi verò doctrinā hominum millia, & millia toto pectore hauserunt, eiq; totis inhæserūt virib. Sed quid immoramur in veritate luce ipsa meridiana clariore? Christi veritas vniuersum docuit orbē, omnes depulit errores, oēs fugauit ignorātiæ tenebras, omnes mitigauit immites, &
G efferatos mores, omnes disseminauit claras virtutes, omnia expulit vitia, omnia profligauit idola, verumque introduxit plenum perfectum, & salutarem Dei cultum. Hinc iure optimo dicere potuit. Si veritatem dico vobis; quare non creditis mihi? fuerat quidem Christus in toto veteri testamento (vt D. Hieronymus perbellè adnotauit) liber satis apertè descriptus: at litteris, & elementis Hebraicis absque punctis, quę puncta (vt probè norunt Hebraicę linguæ periti) vocalium loco deseruiunt. Hinc difficillimè, & perpaucis huiusmodi liber sine punctis intelligebatur, & legebatur. In Crucem verò actus Christus Dominus noster, eique ibidem additis lanceæ, clauorum, & spinarum punctis liber clarè descriptus, & facillimus intelligi, in nouo extat nostro testamento. Vnde ignarus miles punctis additis, nouit, & legit statim. Verè filius Dei erat iste. Latro etiam, & malus, & ignorans in aperto libro punctis repleto, clarè legit. Memento mei Domine dum veneris in regnum

Veritas & doctrina Christi sine studio, ac diligentia patuit vniuerso.

Christus in veteri testamēto erat liber scriptus Hebraicè sine punctis in nouo cū punctis.

gnum tuum. Et inde nulla est vel simplex muliercula, cui Christi ueritas illicò nō innotescat. Iure igitur meritò dicere, potuit Christus; Si ueritatē dico uobis; quare non creditis mihi? Mirum sane, quod Christi veritas plane diuina christiana pectora æuo nostro tam perdifficile ingrediatur. Si quidē interrogatus Pythagoras, quid facerent homines, vt Deo similes essent respōdit. Diligāt ueritatē: ueritatē loquantur. Sic vates ille regius Deū alloquēs; & magno spiritu percunctans, ait. K Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte Sancto tuo? Et ex Diuino oraculo respondet. Qui loquitur ueritatem in corde suo: Qui non egit dolum in lingua sua. H

Sine vllo timore homines diligunt veritatē.

K Ps. 14.

l Psa. 11.

Nostrum uerò in prophetiæ lumine præsentiens æuum, exclamauit, l Diminutæ sunt veritates a filiis hominum: vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt. Et alius Euangelicus propheta hoc idem uaticinatus ait. m Corruit ueritas in platea: & æquitas non potuit ingredi. Et facta est ueritas in obliuionem. Quasi dicat propheta. In futuro noui testamenti sæculo adeò clara, & aperta ueritas erit, quod ei refragari nullus omnino poterit. Sed, vt quouis modo ab ea se occultent, voluntarie illam obliuiscentur data opera, & ex industria, obliuioni Christi veritatem tradent, vt nostris auditoribus dicere possimus. Si veritatem dixit vobis; & vos docuit Christus: quare non creditis illi? Et respondere vtique poteritis. Quia post tergum dimisimus perpetuæ traditam obliuioni: impossibile namque fatemur eam præ oculis habere, illiq; plene non assērire. O cęcos igitur, & cęcos voluntarios ueritatis impugnatores.

m Isaia. 59.

Multi obliuiscūtur veritatem.

Secundū Mēbrum

n Plutar. de for. & virtu. Alex. lib. 1.

Exageratio cōtra Dei veritatem impugnantem.

o 3. Reg. 22.

Quare sic ueritatem impugnatis? Rectè quidem respondere possitis, quod olim Antigonus senex, cuidam Sophistæ commentariolum de iustitia in scriptum porrigēti respondit. n Stolidus es, (inquiens) Qui, cum me uideas, alienas vrbes uexantem: nihilominus apud me sermonem de iustitia habeas. Sic & vos: stolidus es, mihi dicere potestis: qui, cum uideas nos aperte ueritatem impugnare, de veritate sermonem habeas. At non est mea: sed Christi veritas, quam vobis ingero: & de qua ipse ait. Si veritatem dico uobis; quare non creditis mihi? Et iam satis aperte respondistis; quia nolumus. Veritas itaque suapte natura, statim quodcumque ingreditur pectus: nec repelli potest, nisi ab obstinatis: ita obstinatus, & impius ille Achab: o cum sanctus ille propheta Micheas de profectione in Syriam interrogatus, respondit, Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorem, &c. Quibus, & aliis verbis, ut ibidem; significauit ipsi Achab, quod nedum non esset Siriam subacturus; sed & in prælio ipso periturus. Iratus rex, veritati diuinitus reuelatæ impie resistens ait. Tollite Micheam, & mittite uirum istum in carcerem: & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Missus est itaque Micheas in carcerem ueritate libera manente, mortuo in bello rege Achab, cui Micheas prædixerat: cōminatusq; fuerat hisce uerbis. Visurus es in die illa &c. Sic uobis repugnantibus Michee verbis dico. Visuri estis in die illa: nempè in die mortis, & iudicii, qualenam sit scęlus, veritati obstinate obsistere. Nec velle omnino audire, quod signum est apertissimum certæ perditionis. Ita pater eloquentiæ Romanę ait p Cuius aures occlusæ sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est: sunt enim tales illi animalibus similes, de quibus refert Albertus Magnus, quod naturaliter habent in auribus fel amarissimum. Sic veritatem odientibus, omnia, quæ audiunt, amara sunt quasi absynthium, quasi fel I

p lib. de amicitia.

Qui verū audire nequit, desperanda est ei salus.

fel in auribus habeant, per quod veritas quamuis dulcissima pertransiens, amaritudinem inducit:& sic displicet audientibus, eosque odio implet. Et sic ipsorum culpa, vt ille dixit olim Ethnicus. q Veritas odium parit. Sunt quidem pulcherrimæ duæ, gloriosæque matres, e quibus duo sceleftissimi oriuntur partus. Veritas,& amicitia, è quibus, improborum culpa oriuntur, contemptus ex amicitia: odium ex veritate. Hinc fortè prouenit, quod in principum curiis veritas non reperiri, sed adulatio dicitur: principis namque odiũ omnes pro viribus declinant: gratiamque, omnibus siue licitis, siue illicitis modis, captare conantur. Quod Seneca odoratus, ad principum statum alludens, quibus nil deesse videtur, ait. Vis, dicam, quidnam desit habentibus omnia? Qui dicat veritatem. Sic strenuus quidam consiliarius cuidam nostri æui principi iactanti se in omnibus affluere. Caue(inquit) princeps, ne, quod summe necessarium est tibi desit, idest qui veritatem tibi manifestet. O verè maximam Principis illius miseriam, ad quem veritas ingredi nequit propter quod illum ruere necesse est. Sic olim in Baltassaris potentissimi Babiloniæ Regis florentissima curia mille eruditissimis viris prædita, cùm sacra templi vasa in prophanissimo conuiuio in Dei omnipotentis manifestum contemptum afferri iussit, r nullus inuentus est, qui Regem admoneret, vel aliqualiter aduerteret, ne tam impium scelus contra Deum committeret: sed cum præcepissent iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabucdonosor pater eius de teplo, quod fuit in Ierusalem, statim nemine reclamante, allata sunt vasa aurea, & argen-
L tea, quæ asportauerat de templo Dei, & biberunt in eis rex, & mille optimates eius, & vxores, & concubinæ illius. Cùm itaque, nullus in tota illa curia, & in toto in ea conuocato regno repertus fuerit, qui veritatem regi indicaret, necesse fuit è cœlo illi veritatem reuelari, & inquit sacer textus, quòd in eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manu scribentis: tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum,& compages renum eius soluebantur: & genua eius ad se inuicem collidebantur,&c. Et denique eadem nocte Rege Baltassare interfecto, euersum est funditus regnum ipsius,& datũ est Medis,& Persis, ex eo solum, quòd veritatem nullum docentem habuit. Caueãt itaque sibi principes: ex eo.n. illorũ cõuellitur status; Reipublicæ totius dissipatur bonum, corrumpitur iustitia, tollitur abundantia, pax non adest, abest tranquillitas, regnumque totum ruit, ædificationi Turris Babel simile effectum, in qua petebatur calx, porrigebatur lapis, & pro lapide, lignum, & e-conuerso. Sic princeps multoties expetit veritatem, quærit uirtutem, vult iustitiam, abundantiam, pacem; ministri verò,& curiales porrigunt,& subministrant mendacia, vitia, discordias, penuriam,& cætera huiusmodi. Quod si diuina quædam res est veritas, Ethnicis etiam consentientibus Philosophis, ex qua ceu fonte (auctore Platone) Deo pariter, atque hominibus, omnia
M proficiscantur bona. Cauendũ est maximè Principi(vt Plutarchus monuit) f nè adulator(qui diis omnibus est hostis, tũ verò Maximè Apollini Pythio: semper.n. illi repugnat oraculo. Nosce teipsũ.) id inserat in Principis animũ, vt fallat seipsũ, ignoretq; sua ipsius bona,& mala: bona quidẽ mutila reddẽs, & imperfecta: mala verò prorsus inemendabilia. Hęc Plutarchus. Qui in sententia ibidẽ plura habens, colligere uoluit, quòd ex veritate omnia bona: ex

q Terent.

In principũ curijs adulatio, & non veritas reperitur.

Ad Principes nõ ingreditur veritas.

r Dani. 5.

Carẽtia veritatis euertit Principem.

Diuina res est veritas.

f De discrim. adul. & ami.

Adulator est diis omnibus hostis.

veritatis uero odio, omnia proficiscuntur mala. Quidnam dixisset, si vnum cognouisset Deum, hominem factum, ore humano diuinam promentem ue-
Io. 14. ritatem, de seipso dicentem. *t* Ego sum via, veritas, & vita. Et nostri æui homines tam obstinate illam impugnantes, vt dicere sit coactus hodie Christus. Si veritatem dico vobis: Quarè non creditis mihi?

Tertium mẽbrũ. Supplicium vtique decerneretis sicut & nos decernendum tertio loco duximus, veritatem impugnantibus: quod quidem finaliter impœnitentibus, illud idem est supplicium inferni, quod primo ueritatis impugnatori, & mendacii patri æternè debetur. At in præsenti vita, cum multa sint mendacibus apposita suppliciorum genera, & ueritatem impugnantibus diuinam, illud solum breuiter attingamus, quod ex euangelio currenti colligitur. Illud sane, quod contra principes sacerdotum, & Iudæorum turbas exercet Christus; nempe abscondit se, & exiuit de templo. O ruinam, o perditionem: Christum amittere, Christum a nobis abscondi. Iudæi quidem illius tempestatis cæci, & amentes pro nihilo ducebant, Christum amittere, Christum ab eis abscondi: sed re uera maius est omnibus in hac uita possibilibus nobis tradi sup- N
u cap. 6. pliciis. Quod fortè innuit Isaias, *u* Quando Christum descripsit quasi pro tribunali sedentem, dicens. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & plena erat domus a maiestate eius: & ea, quæ sub ipso erant, replebãt templũ: & Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alę alteri, quas ita distribuit. Duab. (inquit) uelabant, in hoc Dei p[r]ouidẽtiã, & Christi celerem beneficentiam erga nos ostendens. festinat. n. clamans: volat; nos iugiter uocans internis, externisque uocationibus sanguini sui pretiosi pro nobis effusi meritum interponens, gratiamque diuinam suam nobis offerens & largiens: & mille inexplicabilibus modis ad salutem nostram operandam volat. Duabus uero (ait) uolebant pedes eius, in hoc describens Christi pedes quasi alligatos, & inuolutos, velatos, & cruci affixos, vt per eos Christi longanimitatem diutius nos peccatores ad pœnitentiam tandem reuertentes inexplicabili patientia expectantem designat. At denique nobis obstinatis cum hodiernis Iudæis existentibus, & ad lapides per nostram duritiem accedentibus, hoc nos punit supplicio, quod abscondit se; Et duabus (inquit Isaias) velabant faciem eius: & iure merito faciem suam velat, & se abscondit Christus a nobis, quando ueritati sic obsistimus, illam sub mendacio velantes & abscondentes. Vt illud sit nobis pœna, quod fuit & culpa; nempe veritatis absconsio: vt qui veritatem odio habuimus temporaliter, veritate ipsa priui perpetuo existamus. Alia etiam ratione abscondit se Christus nos punire uolens; quemadmodum videlicet, si pater ardentissime, plenisque uisceribus proprium, & unicum amans filium, inuenit et ipsum filium odio plenum, & obstinatione contra patris gloriam, famam, & vitam, totis viribus machinantem: quem etiam filium de hoc monuisset sæpius, & sine O fructu: denique ingratum, & incorrigibilem occidere decernens, claudi iubet per famulos quæcumque ostia, & quaslibet fenestras per quas uel minimum quid luminis ingredi posset, & inde filium colligari, vt propriis occidat manibus densis in tenebris, nè illum omninò videat, vt non commoueatur aliqua ratione, uel pietate, illum prospiciens; & ita ab interfectione cesset, Sic dominus noster Iesus Christus nos plenis visceribus, vt proprios amans filios, quos etiam sæpius monuit, & correxit, contra Christi gloriam, & uitam pro viribus machinantes, denique supplicium de

Marginalia: Christus velat & abscõdit faciem suam a psequentibus veritatem. — Secunda rõ abscõdit se qua vult seu re nos punire.

de nobis sumere decernens, claudit misericordiæ suæ ostia, & pietatis fenestras, ne vlla tenus nos videat proprios filios sanguine suo redemptos, & indè pietate erga nos commoueatur. Sed abscondit se, vel sufferre nequiens nostrum spectare supplicium. O Christi amorem, & pietatem, ò Christi humanitatem erga nos. Sed quid nos rebelles, contumaces, & obstinati? Si veritas ipsa Dei filius, patris perfectum verbum de cęlo in terram descendit, non, vt olim in patribus multifariè, multisque modis: sed apertè oretenus locutus est nobis, & docuit nos omnem veritatem plenè, atque perfectè; quare non credimus? quare non audimus? Vtinam vel audiamus antequam die mortis præoccupati, abscondat se Christus a nobis, quod extremum esset supplicium. Rogemus itaque omnes; & nostra sit omnium hæc vox vna. Christe lux vera, via, & veritas: veritatem, & voluntatem tuam fac nos audire semper; & veritate numquam destitui, vt in æternum, & te, qui es veritas ipsa, fruamur in beata patria, vbi nullum est mendacium, assentatio nulla: sed plena, & perfecta veritas in gloriosa curia. Amen.

FERIA II. POST DOMINICAM Passionis. Concio LIV.

Christum omnium gratiarum firmissimam sedem fluuium esse hic ostenditur, ac cum cum diuersis fluminibus conuenire explicatur; clamareque dicitur, vt præmonstret, quanta cupiditate misericordiam suam quibuscumque peccatoribus elargiatur.

CHRISTVM in Euangelio currenti anno præterito inuenimus fontem aquis copiosissimis sapientiæ salutaris, & gratiæ redundantem, & indeficientem, qui in aquæductum ad nostram salutem sua voluntate super Crucem effectus, & indè in fluuium conuersus aquæ viuæ; ex ligno Crucis fructus nobis contulit Spiritus sancti, & noua ecclesię sacramenta virtute tanta, & tanta efficacia, vt per ea credētes in Christum fide uiua, quemadmodum dicit scriptura, noui efficerentur fontes, e quibus flumina iterum fluerent aquę viuæ in totum terrarum orbem in vitam animarum æternam. Hodie porrò iterum clamante Christo. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat & seipsum denuo fontem declarante, quo abundantissimè, & copiosissimè fluunt, & emanant in nos doctrina, monita, instituta vitæ, merita, sacramenta, gratia, gloria, bona æterna omnia, & omnia bona etiam temporalia, nè in tam vasto aquarum sinu submergamur: duo tantum è fonte promanantia se Diuisio
A ligemus, idest mysteriorum notitiam, & peccatorum misericordiam. De bimembris.
vtrisque namque dicit. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

Primum mẽbrũ. Quoad primum altissimam Christi propositionem altius repetendo, fontem seipsum appellat Christus, è quo Sanctissimæ Trinitatis mysteriorum notitia in fideles emanat, quod mystice descripsit Moyses, vt aduertit peroptime Seraphicus doctor Bonauentura *a* in illis uerbis fluuius egrediebatur de loco voluptatis, *b* qui inde diuiditur in quatuor capita: nomen vni Physon; nomen secundi Gyon: nomen tertii Tygris: nomen quarti, Euphrates. Paradisus porrò Christus est, de quo Spiritus sãctus sponsã alloquẽs, ait *c* Emissiones tuæ paradisus. Quasi dicat sponsa vnico partu uirgo remanens & magna existens, mater, Paradisum emittes omni arborum genere excultũ; & omni deliciarum fructu plenissimum: idest omni gratiarum & uirtutum copia in Christo plenissimè residentem. Ita mysticè exponit Guillermus, illa verba. Emissiones tuæ, o Maria, Paradisus: nam vnicus tuus fructus est, qui ab efficacitate salutis dictus est Iesus; sed in vno illo fructu multiplex est fructus: in vno Saluatore omnium Iesu, plurimos Maria peperit, ad salutem: pariendo vitam, multos peperit ad vitam eo ipso, quod mater est capitis, multorum membrorum mater est: quod vnico verbo concinne satis expressit Spiritu sanctus, dicẽs, Christum Paradisum emissionum. Paradisus itaque Christus, a quo in ecclesiam emissiones quæcumque, & in præsentiarum primò egreditur Physon, quod interpretatur oris mutatio: æternam enim verbi productionem significat, nam, quemadmodum ab ore nostro per quandam oris motũ, & mutationẽ, verbũ procedit nostrũ: sic a patre æterno nõ quidẽ per motum, & mutationem, sed per æternam productionem ex memoriæ fecundæ ore procedit verbum. Quæ processio pro nostra intelligentia, vt infirmitas, & imbecillitas adiuuetur intellectus nostri; per oris mutationem, quæ in verbi nostri prolatione contingit: exprimitur. Physon itaque filii productionem significat, per fluuium etiam explicata peroptimè a Daniele propheta, cũ ait. *d* Antiquus dierum sedit; & fluuius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius: vbi per antiquum dierum, patrem intelligit; qui & si eadem cum Filio, & Spiritu sancto æternitate gaudeat: antiquus tamen dicitur propter signa Originis, propter quę ipse a nullo est nec factus, nec creatus, nec genitus, vt cecinit Athanasius. *e* sed fons est totius Trinitatis, a quo fluuii, emanãt Filii, & Spiritus sancti. Vnde sequitur propheta. Et fluuius igneus. i. filius igne Spiritu sancti sęcũdus: quia vna cũ patre ipsũ producit; & ideo fluuius est, nõ fons hoc in sensu: quia nõ est a seipso, sed a patre procedit. At igneus (vti diximus) quia vna cũ patre ignẽ Spiritus sãcti producit. Rapidusque additur vt eadẽ triũ personarũ denotetur æternitas: quia nõ post aliquod instans, vel filius procedit a patre, vel vna cũ patre producit Spiritũ sanctum. Sed in eodẽ æternitatis instãti filius producitur, & producit, cũ solo discrimine, signorum originis: quia filius a patre; Spiritu sanctus a patre, & filio procedit. Peroptimè itaque rapidus a propheta dicitur, vt vnico uerbo, & processio significetur, & æternitas. Deinde Gyon è Paradiso egredi ponitur, qui arena interpretatur, in quo sanè productio designatur creaturarũ, quæ iure merito arenæ comparantur propter earum multitudinem, & varietatem. Ad quod alludens Spiritu sanctus, ait. *f* Arenã maris quis dinumerauit? Idest, creaturarum multitudinem in speciebus, & indiuiduis nullus nouit, nisi Deus. Gyon igitur è Paradiso egreditur; quia creaturæ omnes tam in esse cognito, & ideali, quàm in esse reali existentiæ, vel subsistentiæ, tam ęternè, quam temporaliter a Christo, in quantum Deus vna cum Patre, & Spiritu sancto pro-

Marginalia (left): *a* In Pro. super 4. lib. sent. — *b* Gen. 2. — *c* Cant. 4. — Per fluuium de Paradiso egrediẽtem sancta Trinitas designatur. Christus Paradisus nũcupatur. — Verbi Dei productio per Physon. — *d* cap. 7. — *e* In Symbol. — Filius Dei fluuius igneus, & quare. — Per Gyõ productio creaturarũ. — *f* Eccl. 1.

Marginalia (right): B (beside "Quæ processio pro nostra intelligentia"); C (beside "rum originis: quia filius a patre").

productæ sunt. Præterea Tygris de eodem egrediebatur Paradiso; quod sagitta interpretatur, per quam Verbi signatur incarnatio. Sicut enim in pharetra lignum debile forti vnitur ferro. Sic in incarnatione carnis nostræ infirmitas diuinitatis infinitę fortitudini coniuncta est. Quod incarnationis mysterium per sagittam expressit Elisęus Propheta, g quando venit ad eum Ioas Rex Israel, flens coram eo, auxiliumque deprecans: cui Elisæus. Affer arcum, & sagittas. Quibus allatis, dixit ad Regem. Pone manum tuam super arcum: & superposuit Elisæus manus suas manibus Regis, & ait. Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Elisæus. Iace sagittam; & iecit. Et ait Elisæus. Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam. Quibus omnibus circunstantiis incarnatio Verbi expresse describitur. Quid enim prophetæ manus, super manus Regis peccatoris designant; nisi Verbi potentiam, carnis nostræ infirmitati in incarnatione præsi-

D dērem? Quid fenestrę orientalis apertio, nisi Verbi egressum ex ęterno Patris oriente, ad mundum illuminandum? Quid denique sagitta ex arcu proiecta; nisi Verbi incarnationem per arcum potentiæ, & voluntatis Dei effectam? Quæ dicitur sagitta salutis Domini: nempè credentibus in Dominū. Et sagitta salutis contra Syriam, idest contra dæmones, & rebelles, & obstinatos peccatores, quos per Verbi incarnationem deiecit, & expulit Deus, dicente Christo ipso. h Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, &c. Sagitta igitur Verbi incarnationem designat. Postremò Euphrates egrediebatur ex eodem Paradiso, quod frugifer interpretatur: nam a Christo in Ecclesiam copiosissimus, & abundantissimus emanat iugiter quasi frugifer passionis, meritorum, & gratiæ fluuius. Dicit ergo Christus in Euangelio cur-

E renti ad Iudæos. Si quis sitit mysteriorum Dei, & Sanctissimæ Trinitatis notitiam, veniat ad me, & bibat suum exsatiet desiderium: potabit enim fluuios aquæ viuæ processionis Verbi a Patre: & processionis Spiritus sancti a Patre, & Filio per Physon declaratæ: & productionis creaturarum per Gyon designatæ; & incarnationis Verbi per fluuium Tygris expressæ: & passionis, & mortis Christi per Euphratem enunciatæ. At vos Iudæi obstinati; & increduli vbi ego sum per huiusmodi mysteria verè, ac realiter; non potestis venire per fidem: nam, vt inquit Augustinus. i Non dixit, vbi ego ero; sed vbi ego sum. Semper enim ibi erat Christus, quo fuerat rediturus: & sic rediit, vt nos nō relinqueret nobiscum futurus. Erat enim Christus secundùm visibilem carnem in terra, & secundùm inuisibilem Maiestatem in cęlo, & in terra; sicut & modo secundùm carnem est in cœlo: & secundùm eandem Maiestatem in cœlo, & in terra. Volebat autem (inquit Chrysostomus) k per hoc terrere Iudæos, quasi illos monens, quia ipse cęlum tendere volebat, non per communem mortem (vt inquit Theophylus, l & communi modo; sed sic, vt voluntariè iret, & non maneret in morte: sed resurgens, ad Patrem pergeret, de ipsis conquesturus: quasi sic missum opprobriis affecerunt; suppliciis a Patre omnino afficiendi. Probabile est autem (subdit Chrysostomus ibidē) Iudæos Christū quæsisse, sicut illis hic prædicit Christus, pręcipueque dum ciuitas eorum caperetur; & tunc meminisse Christi, & miraculorum eius, & horum, quæ illis prædixit, & inde pręsentiam eius quæsiisse, & nequaquam inuenisse. Vtinam fratres, & nos non ita quæramus Christum, vt vel serò, vel importunè, & indebitè quærentes, ipsum non inueniamus. Insitum quidem est a natura summum bonum, & summam

quærere

Per Tygrin Verbi Dei incarnatio.

g 4. Reg. 13.

Mysterium incarnationis quomodo p sagittam declaratur.

h Ioā 12.

Christi mors, & passio p Euphratem.

i Tract. 31. in Io.

k Homil. 49. in Io.

l In Ioan. cap. 7.

Deus est summũ bonum, omnia alia bona sunt vmbra.

quærere quietem, quam omnes naturaliter maxima animi contentione quærunt, sed quare tam perpauci illam inueniunt? quia non quærunt verum bonum: decipiuntur in apparenti, vel in sibi præstituto, & præfixo bono: & tantummodo vmbram summi, & veri boni amplecti (o quàm frustra) quærunt. At quis vnquam vmbram amplecti volens, illam vel præsensit, vel tenuit? omnia porrò temporalia hæc bona, quæcunque sint illa, & cuiuscunque conditionis, & pretij; summi, & veri boni Dei, sunt vmbra: quare illam nec amplecti poteris, nec stringere quicunque sis. Ita quærit summum bonum, & quietem summam, auarus in pecuniis, ambitiosus in honoribus, & dignitatibus, libidinosus in lasciuiis, gulosus in epulis, & in ventre, & sic de singulis bona quærentibus temporalia, qui nunquam, non dico summam; sed, nec minimam inuenient quietem. Sic peroptimè Diuus Pater Augustinus. Quærite (inquit) quod quæritis, idest quietem summam: sed vbi quæritis, non inuenietis, idest in bonis temporalibus; quæsiuit sponsa *m* in lectulo, idest in huius vitæ delitijs; nec inuenit. Quæsiuit in plateis, & vicis, idest nundinis, emporiis, mercationibus, diuitiis, & non inuenit: nam quid in huiusmodi? non defecit (inquit Dauid) de plateis eius vsura, & dolus. Quid in Curia? Quid in Senatu? dicite vos experti. Oh (exclamat Augustinus) bone Iesu intus eras; & ego quærebã te foris. *n* Quærite igitur, quærite Deum in anima vestra, in vobisipsis: & viuet anima vestra. Et iterum per prophetam. *o* Quærite (inquit) me: & viuetis. Quærite bonum, & non malum. Quærite primum regnũ Dei, ait per Euangelistam. *p* Sed alibi expressè. *q* Peruenit (inquit) in vos regnũ Dei. Et iterũ expressius. *r* Ecce. n. regnũ Dei intra vos est. Et loquitur ibi Christus de se ipso, vbi sit inueniendus. Præmittit. n. & subdit. Dicent vobis ecce hic, & ecce illic; sed nõ venit regnũ Dei cũ obseruatione: & nolite ire; neque sectemini: ecce. n. regnũ Dei intra vos est. O bone Iesu, o bone Iesu: verè intus eras; & ego q̃rebã te foris. Quærite fratres intra vos: redite (vt inquit Isaias) *s* præuaricatores ad cor. Redite pũaricatores ad cor; & ibi Christũ inuenietis. G

m Canti. 3.

Vbi quærẽdus est Deus.

n Psal. 68

o Amos c. 5.

p Mat. 5.

q Matth. 12. & Luca 11.

r Luc. 17.

Intra nos quærẽdus est Christ^us^.

s cap. 46.

2. memb.

Inuenietis misericordiam, quam secundo loco inueniendã prędiximus in Christo fonte, & clamante primùm, vt mysteria ipsius addiscantur, cùm ait. Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Postquam verò peccatores, & incredulos redarguit, illisque comminatus est, ad patrem se iturum: & quod illum non essent inuenturi, ad pœnitentiam vocat, & misericordiam, iterum clamans. Vnde subdit Euangelista. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Scenophegiã enim erat (inquit Chrysostomus) *t* quæ per septem dies agebatur: vltima verò erat celeberrima secundum legem; quod innuit Euangelista, cùm ait. In nouissimo autem die magno festiuitatis, &c. Recessurus autem clamabat; quia semper antequàm destituat peccatorem, & ab ipso recedat, clamat, & reclamat: & clamat, vt audiatur (inquit Theophylus) vt misericordiam suam cõmunicet, & pietatis fontem aperiat, vel nolentibus. Quam pietatem etiam (inquiunt Chrysostomus, *u* & Augustinus) Iudæi dispersi de nobis, & in nos copiosè diffundendam non intelligentes prędixerunt: quod, videlicet ad nostram salutem Dñs iturus esset ad gentes, non præsentia corporis sui; sed mittens ad nos membra sua, per quæ nos effecit membra sua. Numquid (inquiunt) in dispersionem gẽtium iturus est, & docturus gẽtes? Vtique (respondent præfati Patres) sed ea conditione, q̃ neminem vult necessita- H

t Homil. 50. in Io.

Clamat Christus vt misericordiã suã cõueniret voluntariè acceptãtibus.

u Homil. 49. in Io.

cessitare: sed, si quis vult, hunc ad misericordiã, & pietatem vocat, si ergò sitimus, veniamus, inquit Augustinus, non pedibus, sed affectibus; nec migrando, sed amando. Euangelista porro Ioannes pietatis Christi inexhaustũ pelagus describere volens, illa subdit ponderanda verba. In nouissimo die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. In nouissimo, quia omnium Dei operum nouissima semper est, & quæ nũquã deficit Dei pietas, & misericordia. Die, quia nũquàm occidit. Magno, quia maior est alijs operibus, dicente Dauide. *aa* Et misericordia eius super omnia opera eius; festiuitatis; quia semper læta, & festiua occurrit nobis pietas. Stabat, quia longanimiter, & diutissimè stat, non discedens sed ad misericordiã peccatores expectans. Iesus; qui saluator interpretatur, & dulcissimum est salutis, & pietatis nomen. Et clamabat: In quo clamore inexplicabilis irrumpens affectus pietatis Christi designatur, dicens. Si quis sitit; vt neminem prorsus a pietatis patente fonte excludat, & omnes pietatis indigentes ostendat, dicente Apostolo. *bb* Omnes peccauerunt; & egent gloria Dei, idest. Dei misericordia', inquit diuus pater Anselmus. *cc* Veniat (denique concludit) ad me, & bibat; vt se pietatis inexhaustum, & indeficientem ostendat fontem. O Dei pietatem, o Dei misericordiam: magna quippè sunt opera domini; sed hæc omnia præcellit. Hæc enim fratres implet cęlũ, terrã replet, iterũ dicente Dauide. *dd* Domine in cęlo misericordia tua: & veritas tua vsq; ad nubes. Iustitia tua, sicut montes Dei: iudicia tua abissus multa: Vbi propheta Dei iudicia terræ superficiẽ non vult excedere: sed in infernũ per abissum multã designatũ recondit. Etsi.n. semel in fine mundi super terra iudiciũ fiet vniuersale, ad breue tamen tempus hoc erit, & statim in profundum abissi detrudentur iudicia: iustitiam verò montes nõ vult excedere orbis terrarũ; veritati autẽ, quæ hic accipitur pro accusante, & reclamãte veritate ad iudiciũ, & iustitiam, vsq; ad nubes pertingere concedit. Misericordia verò cęlos penetrare vult. In cęlo (inquit) misericordia tua: & iterũ. Misericordia domini plena est terra. Et reuera, fratres, perijsset totũ, quod Deus fecerat, nisi præuenisset misericordia: culpa, & vltio, quidquid in hunc mundũ veniat, auferebant; quia fragilitas tẽdebat semper ad lapsum: & cogebat ad vindictã semper iudicantis censurã. Sic Angelus *ee* de cęlo eijcitur. Sic de paradiso *ff* exulat homo. Sic mundus *gg* diluuio deletur. Sic gentes *hh* confunduntur linguis; dantur *ij* gladio. Sic exurũtur *KK* incẽdio diuino vrbes. Sic ex Aegypto *ll* educta plebs in Eremo, occidebatur. Sic terra *mm* hians vorat homines.

K Et sic multis alijs in locis occulebãtur Dei iustitia peccantes. Hinc est, quòd progenitor Christi fontẽ pietatis prophetiæ intimis præuidens oculis, ad misericordiã recurrit totus; quia de sua iustitia nullã habebat fiduciã. *nn* Miserere (inquit) mei Deus: secũdum magnã misericordiam tuã. Et iterum. *oo* Quoniã misericordia tua domine magna est super me. Et quomodo magna? Quoniã eruisti (subdit) animam meam ex inferno inferiori. Christus ergò pietatis fons, totũ reddit per misericordiã, quod per iudiciũ deperierat. Hæc est Christi magna, profunda, lata, & alta misericordia, quæ iudiciũ omne in diem seruans vnũ, vt in abissum detrudat, homini totũ vitæ tẽpus, ad pœnitẽtiæ deputauit inducias: vt, quod de vitijs infantia suscipit; de peccatis rapit adolescentia; de sceleribus inuadit iuuẽtus: de impietatibus absorbet virilitas: totũ corrigat vel senectus. Et de peccatis vel tunc pęniteat, quandò sentit se nõ posse peccare. Et tunc saltem reatũ deserat, quando illũ deserit iam reatus: faciat de necessita-

x Tract. 32. in Io.

Quanta dei pietas & misericordia erga peccatores.

aa Ps. 144

bb Rom. 3.

cc super epi. ad Roma.

dd Ps. 35.

Dei misericordia replet omnia.

Nisi prę uenisset misericordia oia quæ fecerat deus periissent.

ee Isa. 14.

ff Gen. 3.

gg Gen. 7.

hh Gen. 11.

ij Gen. 14.

KK Gen. 19.

ll Exod. 19.

mm Num. 16.

nn Ps. 50.

oo Ps. 85.

Quod p iudicium deperierat Christus totũ reddit p misericordiã.

necessitate virtutem; & moriatur innocẽs, qui totus vixit in crimine. Nec tamen ità fidendũ diei extremo, vt reliquum vitæ tempus in peccatis ducatur. D.n. Hieronymus ab Adriano Papa relatus, asserit, quod vix ex centummillibus, qui in peccatis vitã degunt, in morte saluatur vnus. Hinc D. Pater Augustinus hac de re disserens ait. Si peccator infirmus, te vocet sacerdos: nùm pergas? Vtriquè. Si peccata vult confiteri: nùm audias? Etiam: si absolutionem petat: nùm largiaris? libentissimè. Si deniquè interroget: nùm saluabor? Dices, nescio. Dices, nescio. Proh miseros, & infelices, rerum summam huc reducimus, ad vnum nescio? Et adeò parũ nostram æstimamus felicitatem, & salutem, vt prorsus ignoremus? Quæso, fratres, mysteria Christi edocti a Christi perenni fonte, ab eodem vocati; dùm magnus pietatis dies est. Venite, venite, si vel indigentes, & in peccatis arefacti, misericordiam, & pietatem scititis. Venite, venite, & dũ dies est pietatis festiuus, antequam veniat mortis nox, bibite, & inebriamini carissimi Christi pietate, vt euadatis iudicium; & nullatenus reducatis rerum vestrarum omnium summam ad vnum nescio; Et pergite ad pietatis fontem in pace. Amen.

Ad vnũ nescio reducitur nostræ salutis certitudo.

FERIA III. POST DOMINICAM PASSIONIS. Concio. LV. De Sacratissima Virginis Annunciatione.

Gabriel Archangelus corporeo circundatus velo ad Verbi incarnationem requirit assensum Mariæ Virginis, quæ humilitate plena tandem annuere non est dedignata: circa quod mysterium multa meditatione digna contemplantur, & considerantur.

SACRATISSIMA Nobis hodiè Gloriosæ Virginis Annunciationis recurrit dies, super qua prætèrito anno regiã coronã a Gabriele Archangelo, Reginæ Angelorum, & hominum capiti mirificè coaptatam stellisq; duodecim ex eiusdem Archangeli dictis refulgentem expressimus, quatuor sibi succedentibus sermonibus. Hodiè tàm diuini tam alti mysterij secretissimum arcanum vnico vel extremis labiis attingendum erit sermone. In quo ne mysterii magnitudine in tàm arcta temporis breuitate obruamur, non omnia, & singula percurrenda nobis erunt; sed quædam, vel recondita magis, vel magis nobis salutaria, verbi gratia quisnam fuerit ad tam sublimem Dei legationem ad virginem Angelus transmissus. Secundo qua forma aduenerit. Tertio quid virgo dubitarit. Quarto, & vltimò, Quid tandem sit conclusum.

Diuisio quadrimẽbris.

Primum Mẽbrũ.

De primo, si ponderemus, quàm celebris, quàm insignis fuerit legatio, qua lisq; mysterii, omniũ in terris visorum, excellentissimi; statim eliciemus Deũ totius orbis conditorẽ, & monarcham in causa maximè nobili nobilissimum designasse nunciũ, qui nempè tanti Domini legatus esset dignus, cui sua tàm grauia, & arcana consilia cõmunicaret. Quarè nõ cuiusuis Angeli, sed nobilissimi hæc legatio fuit. Sic Magnus Gregorius, *a* dignũ, inquit fuerat summũ A

a Num. 3. in Euang.

Gabrielis Archangeli dignitas & excellentia.

venire

venire Angelum, qui omnium summam annunciabat. Et Dionysius Areopagita *b* Gabrielem diuinissimum appellat. Et Damascenus *c* Angelorum vocat antesignanum. Et Deuotissimus Bernardus, *d* Non arbitror, ait, hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Diuus porrò Thomas putat, Gabrielem ex Archangelorum fuisse ordine, ad quos annunciare summa pertinet, ac inter Archangelos summum constituit. Quam sententiam sequitur Doctissimus Caietanus ibidem, & Abulensis; *f* & D Bernardus expressè ait. *g* Puternus Angelis præesse Archangelos, qui non nisi ob maximas, & præcipuas mittuntur causas: ex quibus magnus ille Archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam ob causam vtiquè, qua maior esse non potuit. Idem apertè docet Diuus Gregorius loco citato, & alibi. *h* Cum quibus arbitror sentiendum, etsi nonnulli teste Diuo Thoma, in supremo Seraphinorũ choro, illum collocent. Appellatur porrò huiusmodi Archangelorum summus legatus ab Euangelista Luca Gabriel; quod nomen D. Hieronymus interpretatur vel confortauit me Deus, vel fortitudinem Dei, à verbo Hebræo גבר Gabar, quod significat confirmare, & roborare, vt sanè tantæ legationi congrueret etiam nomen: Sic Diuus Gregorius loco citato ait. Per Dei fortitudinem nunciandus erat qui virtutum dominus, & potens in prælio ad debellandas aereas veniebat potestates: & indi-
B cabat nomine ipso nuncius, fortudinem Dei ad redimendum hominẽ opus fuisse: nequè enim vel hominum, vel Angelorum fortitudo ad peccatum debellandum erat satis. Proculus porrò Cyzicenus nomẽ Gabrielis, ait, significare Deum, & Hominem; quia (inquit enim) quem annunciabat, Deus erat, & homo, rei miraculum nominis notione anticipat. Pagninus verò interpretatur hoc nomen Gabriel vir meus Deus, Gheber enim est vir, el verò Deus. Petrus verò Damianus, *K* Valdè ingeniosè Gabrielem asserit, virginis fuisse custodem, dicens. Throni Salomonis duo sunt leones, Gabriel Archangelus, & Iohannes Euangelista. Quorum alter dexteræ virginis: alter sinistræ custos deputatus est; Gabriel namquè mentem: Iohannes carnem peruigili sollicitudine seruauerunt. Quam sententiam amplectitur Vdalricus *l* his verbis, nempè. Si priuilegiata sit persona, potest de ordine Archangelorum habere custodem, sicut Gabriel extitit virginis custos. Abulensis autem loco citato erudite distinguit, dicens, Virginem duos habuisse custodes Angelos; alterum Angelici ordinis nobilissimum, qui per totam virginis vitam: alterum Gabrielem ex secundo ordine Archangelum summum, qui, a conceptione Christi vsque ad passionem illam custodierit. Quibus sic constitutis, dubium est, num superiores Angeli incarnationis mysterium à Deo acceperint. Deindè Gabrieli tradiderint virgini deferendum iuxta illud Dio-
C nysij; Diuina lege, & ordine sancitum est, vt per prima secundis diuini fulgoris radius influat; vel Gabrieli a Deo immediatè traditum; Respondet Diuus Bernardus *m* Gabrielem prætèr consuetudinem, & ordinariam Dei legem à Deo ipso nullius Angeli interuentu mysterium immediatè accepisse: quoniam inusitata, omnibusque sęculis inaudita tanti ponderis legatio inusitatum legandi modum postulabat. Et propter hoc asserit in Euangelio positum, Gabrielem a Deo missum. Idem sentiunt Dionysius Carthusianus, *n* Clictoueus, *o* & Chrysostomus *p* apud metaphrastem. Contrà verò existimant omnibus Angelis magna cum lætitia tàm lætam

Gabrielis Arcãgeli dignitas & excellentia.

b De cælesti hier. c. 4. & 8.
c Oratione 2. de Assumpt.
d Hom. 1. super missus est.
e 3 par. q. 30. art. 2. ad 4.
f Matth. 18. q. 60.
g lib 5. de consi. c. 4.
h Homil. 34 in Euang.
i Concil. Ephesin. to. 6. c. 7.
K Orõne. 1. de Nat. virg.

Archangelus Gabriel & Ioannes virginis custodes

l Apud Dio. Carthus. in 2. p q 11. dist. 2.
m Hom. 1. super missus est.
n In Luc. cap. 1.
o Lib. de annun. c. 2.
p Oratione de Ann.

legationem patefactam fuisse Petrus Damianus, *q* & Simon Cassianus *r* sic scribens. Mirantur omnes cęlestes Gierarchiæ, quòd ad huiusmodi legationem cęlestis egrediatur nuncius, eorumque suspenduntur altis considerationibus mentes.

Secundū membrū Sub Humana effigie venit ad virginem.

Quidquid sit de his opinionibus, cùm vtraque sit probabilis, certum est, Gabrielem de secundò ordine Archangelorum supremum in tàm insigni legatione a Deo conditore, ac monarcha mundi ad virginem transmissum lega tum forma venerit (quod secundo loco videndum erat) vulgata est sententia, humana effigie, ex aere assumpto corpore visum virgini Gabrielem. Addit Augustinus, *s* corruscātem apparuisse, tribuens virgini sequentia verba. Venit quidam Christi magnus parranimphus, non patriarcha primus, aut propheta egregius, sed ille Gabriel Archangelus facie rutilans, veste corruscans, ingressu mirabili, aspectu terribili, &c. Idem prorsus docent verba illa, quibus Ecclesia Sancta vtitur in responsorio officij de Annunciatione Virginis, videlicet & expauescit virgo de lumine, &c. Sic insolito lumine splendescentem, & in humanā effigie affirmant Simon Cassianus loco citato, & Laurentius Iustinianus, & Albertus magnus *u* Angelum Gabrielem apparuisse virgini, & ab eius tabernaculo tenebras depulisse, eamquè intus insolito fulgore irradiasse; maximus porrò hic splendor eam decebat legationem, ex qua totius orbis splendor est ortus. Si enim tęminis illis euangelicis fulgentes apparuerunt Angeli: ità, vt præ magnitudine splendoris vultum (vt asserit Euangelista) *x* declinarent: cur non virgini magis, ac magis refulgens apparet Angelus? legati humani pretiosa, & clara induunt ie veste, cùm regem ad quem mittuntur, sunt allocuturi. Quare non magis cęlestis legatus noster supremam allocuturus reginam, radianti, & claro se ornauit amictu? Hoc itaquè pro comperto habeatur; sed illud existit dubium. An virgo non solùm corpus refulgens; sed pulcherrimam etiam viderit Angeli substantiam? Super quo Diuus Thomas ait. *aa* fuisset quidem nobilior apparitio, si ipsum Angelum virgo intellectuali visione in sua substantia vidisset. Sed hoc non patiebatur status hominis viatoris, quod Angelum per essentiam videret; &c. Ex quibus colliges, Diuum Thomam existimasse virginem non solum non vidisse Angeli essentiam; sed nequè videre potuisse quod quidem illi de ordinaria Dei lege concedendum est. Cęterùm ex priuilegio quis negabit, hominem non essentiam solum Angeli; sed etiā ipsius Dei cernere posse? Quod priuilegium virgini concessum fuisse affirmat Albertus Magnus loco citato, dicens. Fuit in virgine animæ suæ, ac spirituum per species proprias cognitio, quam habuit dispositiuè per naturam, completiuè per gratiam; & secundùm hanc vidit Angelos, & animas, & dęmones. Auctor quoquè illarum quæstionum ad Antiochum, quæ magnò tribuuntur Athanasio, ait. *bb* Sola Sancta Deipara Virgo nudam essentiam Gabrielis Archangeli, vti existit, contemplata est, &c. Quod si opponas, quid igitur opus fuit assumpto corpore, si virgo Angeli taliter intuebatur essentiam? Respondeo cum alijs hanc sententiam sequentibus, consentaneum fuisse rationi, vt Deum incarnandum Angelus quodammodo in carne per assumptum corpus nunciaret. Et prætereà, nedùm virginis anima in tàm insigni legatione lætificanda erat: sed totum exhilarandum corpus modo conuenienti. Vndè, & visus Angeli refulgente splendore, & ol-

Margin notes: *s* Sermo. 14. de Natiuitate. *t* Sermo. de Annūciat. *u* Super missus est. Gabriel apparuit virgini & ab eius tabernaculo tenebras depulit. *x* Luc. 24. *aa* 3. p. q. 30. art. 3. Ex priuilegio virgo Maria essentiā Angeli vidit. *bb* q. 12. Quare Angelus per assūptū corpus nunciauit.

D E F (right margin section letters)

& olfactus, mirifico, & suauissimo diffuso odore; & auditus magnæ legationis verborum tenore, quam maximè, (vt par est credere,) læati, & iucundati sunt. Et forsitan admirandæ legationis ministrum Gabrielem multi alij comitabantur Angeli absque assumptis corporibus. Quorum omnium substantias beatissima virgo magna cum lætitia videre potuit. Quidquid sit de hoc; certum est, Gabrielem Archangelum ex communi patrum sententia forma, qua suprà expressum est, apparuisse virgini; & qua non solebant Angeli apparere, sicut Diuus Ambrosius asserit: nec eo loquendi modo vti, quo Gabriel Angelus est visus. Vnde Ambrosius. *cc* Salutationis nouam formam virgo mirabatur; nusquàm enim erat lecta, vel audita, &c. Et Origenes idem sentiens ait. Quasi peregrina eam salutatio terruit. Laurentius quoquè Iustinianus loco citato, Turbata est (inquit) non ex angelico aspectu, quasi insolito; quippè quæ iugiter visitabatur ab Angelis; sed ob excellentiam diuini præsagij, quod propria merita præcellere videbatur. Sic non de Angeli apparitione; sed tùm de maximo splendore, tum de insolita salutatione, & nusquam audita, vel lecta turbatam fuisse virginem asserunt. Simon Cassianus iam citatus, & Græcus Anonimus in catena Diui Thomæ, & Diuus Bonauentura *dd* in meditationibus de vita Christi, & Lyranus *ee* in Lucam ex eo vnanimiter in hanc sententiam conspirantes; quia solitis Angelicis apparitionibus Virgo assueta erat; nec inde turbanda. Quare longè aliter apparuit Virgini Gabriel, quam Sampsonis matri, *ff* vel Danieli Prophetæ: *gg* De sua enim apparitione ait Daniel. Vidi, & ecce vir vnus vestitus lineis: & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quasi chrysolitus: & facies eius velut species fulguris: & oculi eius, vt lampas ardens: & bracchia eius, & quæ deorsum sunt, vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius, vt vox multitudinis, &c. Angelus portò, quem his coloribus describit Daniel, Gabrielem fuisse affirmant Iohannes Cassianus; *hh* Theodorettus, & Carthusianus, & alij. *ii* De quo etiam subdit Daniel: Non remansit in me fortitudo; sed & species mea immutata est in me; & emarcui: nec habui quidquam virium. Et audiui vocem sermonum eius; & audiens iacebam consternatus super faciem meam: & vultus meus hærebat terræ, &c. O bone Deus, quàm mirum terrorem Gabriel Danieli incussit? Procul à Virgine terribilis hæc Angeli forma; procul huiusmodi horror: Non est enim quemadmodum Danielis immutata species virginis: nec emarcuit: nec vires amisit. Turbata est (ait Bernardus *KK*) sed non perturbata. Daniel audiens, iacebat consternatus: & vultus eius hærebat terræ. Audiens virgo eundem Gabrielem, erecto corpore, & animo, & modestia pleno vultu stabat. Et quod turbata est, verecundiæ fuit virginalis, quòd non perturbata fortitudinis quòd tacuit, & cogitauit prudentiæ: Sic Ambrosius, & alij. *ll* De sua verò apparitione ait Sampsonis mater. Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis, &c. In quem locum Cardinalis Caietanus ait. *mm* Non apparuit sub viri amabilis; sed timendi specie Angelus: quia mulieri iuueni apparebat. Nec decebat eam trahere ad sui amorem; sed reuerentiam. Et Abulensis ibidem. Ista est condictio bonorum angelorum; quia communiter se ostendunt ter-

(Margin letters: G beside "tam fuisse virginem asserunt"; H beside "sua verò apparitione".)

cc In Luca c.1.

Quibus caussis turbata est virgo in salutatione.

dd Cap.4

ee Cap.1.

ff Iud.13

gg Dani. 10.

Aspectus & apparatus Gabrielis describitur a Daniele.

hh collat. 8.

ii In Daniel. c.10.

KK Hom. 3. super missus est

Virgo turbata sed non perturbata.

ll In Luc. c.1.

mm In Iud. c.13.

Apparuit Angelus nō sub viri amabilis specie sed timēdi.

terribiles nō ad terrendū;sed ad reuerentiam ostendendam,vt appareat dignitas honoris eorum. Etsi itaque (vt Abulensis, & Caietanus dicunt) terribiles apparere soleant Angeli hominibus: Virgini certè non terribilis; sed amabilis potius, & hilaris visus est Gabriel. Etenim non matri Sampsonis; sed matri apparebat altissimi Dei, cuius tantæ matris non captabat Angelus reuerentiam; sed contra illi maximam deferebat. I

Tertium memb.

Et hinc facilè demonstrari potest tertium a nobis propositum explicandū scilicet,quod non ex angelica apparitione turbatur, vel dubitat Virgo. Quid itaque timet?dicat in primis Gregorius Nissenus illis verbis. *nn* Audi purę virginis vocem, Angelus partum denunciat; & illa virginitatem amplectitur.Interdicta mihi est (inquit) viri consuetudo, vt virum cognoscam fieri non potest,quo pacto hoc mihi continget? At si nuptiarum causa sumpta erat à Ioseph;quomodo Angelum de partu prædicentem quasi de re noua, & insolita obstupefacta, auersata esset, cùm prorsus speraret se quoque aliquandò matrem esse futuram? Sed quoniam Deo dicatam, & consecratam carnem veluti sanctum quoddam donarium, intactam seruari oportebat: propterea, inquit, etiam, si Angelus sis ac de cœlo veneris: etiam si supra homines sit,id,quod appareat,attamen, vt virum cognoscam,fieri nō potest.Quomodo mater ero absque viro? Iosephum enim sponsum quidem noui:virum autem non cognosco.Hæc Nissenus.Diuus verò Bernardus clatius hunc nodum soluit, sic interpretatus verba Virginis. *oo* Quomodo fiet istud?, cum sciat Dominus votum esse ancillæ suæ non cognoscere virum? Quo ordine igitur placebit ei, vt fiat istud? in eandem omnino sententiam, (Virginem, videlicet, virginitatem suam Deo vouisse) veniunt venerabilis Beda, *pp* & Diuus Pater Augustinus, *qq* qui pariter concludunt, Virginem ante desponsationem voto virginitatis se obstrinxisse;& post desponsationē virginitatem voto seruasse. Dubium est autem,an prima fuerit,quæ virginitatem seruarit, & voto confirmauerit. Super quo D.Bern.expresse ait *rr* Tu Virgo: non dicam præceptum virginitatis; sed neque consilium, nec exemplum habebas;nisi,quod vnctio docebat te de omnibus;& sermo Dei viuus prius tibi factus est magister,quam filius. Idem sentiunt venerabilis Beda citatus, Albertus magnus, *ss* D. Antoninus, *tt* D. Bonauentura, *uu* Rupertus Abbas; *xx* Qui omnes concludunt, Virginem Deiparam primam omnium sine præcepto, consilio, vel exemplo virginitatis munus Deo obtulisse: & ideo canit Ecclesia(vt notat etiam Abulensis *aaa*) Sola sine exemplo placuisti Domino. Et magis clare Viguerius in institutionibus theologicis *bbb* sic scribit.Ideo dicitur Deipara virgo virginum, quia fuit prima inter mulieres, quæ virginitatem diuina inspiratione vouit. Quam ob rem de illa dicitur.Sola sine exemplo placuisti Domino. Fuit enim inuentrix ordinis virginum,& angelicæ vitæ:ideo rectè nominatur Virgo virginum,& virginum abbatissa, & regina.Confirmatur præterea præfatorum auctorum sententia; quoniam in veteri lege omnes generationi studebant. Isq; fęlix,& Deo gratus æstimabatur,qui liberorum abundaret copia. Sic diuinæ literæ, *ccc* Non erit (inquiunt) apud te sterilis vtriusque sexus. Et iterum. *ddd* Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui, sicut nouellæ oliuarum,in circuitu mensæ tuæ.Et iterum. *eee* Ecce hæreditas Domini: filij merces fructus ventris. Et alibi sæpius prolem commendant: etsi id non præcipiant. K

nn Orat. de Christi natiuit.

Qua ratione dixit quomodo fiet istud.

oo Hom. 4. super missus est

Maria virgo inter mulieres prima virginitatē vouit.

pp In Lu. cap. 1.
qq Lib. de sat Virg. cap. 4.
rr Homi. 3. super missus est.
ss Super missus est cap. 82.
tt 4. p. ti. 15. c. 20. §. 10.
uu Lib. 1. pharet.
xx In cantic. c. 3.
aaa In 4. reg. c. 18.
bbb Cap. 20. §. 9
ddd Psal. 127.
eee Ps. 56.
ccc Deut. 37.

piant. Hinc omnes veteris teſtamenti fœminæ coniugia maximè appetebant: virginitatem verò minimè colebant; ſterilitatemque maximã exiſtimabant pœnam, & ignominiã: fœcunditatẽ verò decus, atque ſolatium. Id illę, a filia Iepthe *fff* effuſę lacrimę cõprobabãt, quòd in virginitate videlicet mori L cogeretur abſque prole: a patre enim immolanda duorum menſium ſpatio, virginitatem, ſuam deploraſſe legitur. Exemplum itaque non habuiſſe Virginem, ex his facilè conſtat: etſi enim virgo fuerit Elias, diuo Ambroſio auctore *ggg* Similiter Ierem. & Eliſeus, & Sibillæ virgines fuerint, vt ſcribit Diuus Hieronymus. *hhh* Et præterea Ioſue, & Melchiſedech, vt aſſerit Diuus Ignatius; *iii* & Danielis corpus, ait Damaſcenus *KKK* virginitate obduratum, ita vt Leonum dentes illi infigi nequiuerint: & tres pueros id per virginitatem adeptos, vt eorum corpora igni confici minimè potuerint. Et præterea in Iudæa eſſenorum collegium fuit, qui vitam in caſtitate traducebant: inter quos veriſimile eſt, multos virginitatem ſeruaſſe illibatam. Et inſuper Diuus Ambroſius *lll* aſſerit, fuiſſe virgines templo deputatas. His (inquam) omnibus non obſtantibus, concedimus cum Gregorio Nanzianzeno, & cum alijs ſuprà citatis patribus, nonnullos viros in veteri teſtamento, vel fortè etiam fœminas virginitatem perpetuò coluiſſe. Cui etiam tunc temporis honos habitus eſt. Sed voto ab aliquo ex illis illuſtratam eſſe non liquet. Primum itaque virginitatis votum feciſſe Deiparam certiſſimè nouimus, ſicque intemeratam Virginem virginum reginam eſſe, virginumque exemplar, & primam fœminam, quam virginitatem perpetuam, tùm ſeruaſſe, tùm coluiſſe conſtat. Admirandi igitur, & clariſſimi ordinis virginum M vexillum, in eccleſia, Dei genitrix extulit, vt ſequẽtium agminum virginum anteſignana, dux, princeps, mater, & exemplar extaret perpetuum. Beata igitur (vt ait Eliſabeth *mmm*) quæ credidit, Fidem eximiam Angeli præſtitit legationi, concipiendum altiſſimi filium credidit, & firmiter, & perfectè credidit: ſed quonam modo concipiendus eſſet, & dubitauit, & quæſiuit. Sic docent Patres Ambroſius citatus, Diuus pater Auguſtinus, *nnn* D. Bernardus, *ooo* Theophilatus, *ppp* & alij. Hinc Angelus non confirmauit virginem in fide: nec enim confirmatione indigebat; ſed reſpondens, modum aperuit, & expreſſit, dicens. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quod explicans Diuus Gregorius *qqq* ait Quia vmbra non aliter exprimitur, niſi per lumen, & corpus. Virtus altiſſimi Virgini obumbrauit: quia in eius vtero lux incorporea corpus ſumpſit. Ex qua obumbratione omne in ſe refrigerium accepit mentis; quaſi dicat. Virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideſt, ſplendor ille patris, & lux increata corpus ex te aſſumet: & quemadmodum lux corpori coniuncta opaco obumbrat; Sic æterna illa lux corpori coniuncta, ſe obumbrabit, mirumque tibi vmbra ſua refrigerium præſtabit. Sic exponunt venerabilis Beda, *rrr* & Diuus Bernardus: *ſſſ* Qui etiam ſic aliter explanat. Obumbrabit tibi, ideſt, ſic obumbrando teget modum, quo de ſpiritu ſancto concipies, & occultabit, quatenùs tibi tantum notus habeatur, & ſibi. Sic autem obumbrauit, & celauit, (addit Euſebius) *ttt* vt principes ſeculi huius, ipſa de Spiritu ſancto, & Sancta virgine conce-N ptio lateret. Denique ex communi ſentẽtia, ſic explicãda ſunt Angeli verba, Concipies Virgo, non ex viro, ſed ex Spiritu ſancto: ipſe in te ſuperueniet: & vir-

fff Iud. c. 11.
ggg li. 1. de virg.
hhh li. 1. ad Ioui.
iii Epiſto la ad Philadelph.
KKK li. 4. de fi. c. 5.
lll lib. 1. de virgi.
Multi ſeruauerũt virginitatẽ ſed nullus vouit virginitatẽ.
mmm Luc. 1.
nnn In li. nu. q. 11.
ooo Hom. 4. ſuper miſſ. eſt.
ppp In Luc. ca. 1.
qqq. lib. 33. mor. ca. 3.
Quomodo Spiritus ſanctus obũbrauit Mariam.
rrr Hom. de Annũ.
ſſſ Hom. 4. ſuper miſſ. eſt.
ttt li. 10. de dem. cap. 8.

tia in inſtanti eſt peracta. Sic Damaſcenus citatus, Non paulatim (inquit) ta citiſque incrementis figura corporis eſt abſoluta; ſed vno, eodemque momẽ
Q to perfecta. Sic D. Baſilius, KKKK Euthymius, & Theophilatus *llll* colligunt ex illis verbis. *mmmm* Quod in ea natum eſt. Chriſti conceptum illico perfectum fuiſſe, & non per interualla, paulatim formatum: ſed repentè, quantùm ad formationem corporis, perfectum. Compactum igitur, organiſquè diſtinctum eſt corpus Chriſti temporis pũcto, eodemque anima informatum, & a verbo aſſumptum diuino. Neque enim vllo, quamuis breuiſſimo temporis ſpatio, aut corpus, aut anima verbi vnionem præceſſerũt. Sic magnus Leo. *nnnn* Partum (inquit) virginis integrè cogitemus, vt carni, animæquè conceptæ, virtutem verbi nullo temporis puncto defuiſſe credamus: nec priùs formatum, atque animatum templũ corporis Chriſti, quod ſibi ſuperueniens vendicaret habitator. Sic apertiſſimè docent D. pater Auguſtinus, *oooo* & Damaſcenus. *pppp* Et hinc patres omnes, atque ſcholaſtici doctores concludunt, quòd ex eo, quo Sanctiſſima illa Chriſti humanitas in virgineo vtero a verbo nũquàm fuit ſeparata; ſed in primo inſtãti cũ illo coniuncta, veriſſimè virgo Maria Deũ cõcepit, & genuit. Etenim in primo illo cõceptionis inſtanti Chriſtus cõceptus, Deus erat, & Homo: quod, ſi nõ fuiſſet virgo non Deũ; ſed hominẽ tantum concepiſſet. Dei itaq; genitricẽ anima, & mente, vt exemplar, & compendiũ virtutũ, & gratiarum omnium reuoluamus, & recolamus. Siquidem celeberrimus ille pictor Zeuſis (vt Plinius refert *qqqq*) tabulã facturus Agrigentinis in tẽplo Iunonis dicandã, Virgines quinque ſelegit, ſibique ad exemplar eas propoſuit, vt quòd in quaque laudatiſſimum eſſet, id pennicillo imitaretur. Chriſtiani potrò, qui pulcherrimam virtutis imaginem non Iunoni, ſed Chriſto, & Virgini dicandam pingere conantur, non Agrigentinas Virgines, ſed cęlorum incolas, & diuos ante oculos, vt exemplaria proponere poſſunt: quodque in ſingulis laudatiſſimum eſt, id in animum, atque mores transferre. At ſi breuiori, &
R faciliori negotio omnes virtutes, vnico in exemplari ſibi imitandas proponere volunt; Deiparam Virginem virtutum omnium epilogum, & compendium præ mentis oculis iugiter habeant. Sic D. Ambroſius, *rrrr* ſit vobis (inquit) tanquàm in imagine deſcripta virginitas, & vita beatæ Mariæ: de qua, velut ſpeculo, refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis; Vbi omnium virtutum imaginem pulcherrimam, virginem veluti fulgentiſſimum ſpeculum ob oculos ponit. vt his gemmis ornata virtutum virgo, mentis, & corporis decore præfulgida ſpecie ſua, & pulchritudine ſua intendat, proſperet, procedat, & regnet. Intendat nobis inuocantibus. Proſperet nos imitantes. Procedat nos ſubſequentes attrahens, & regnet cęleſtibus ciuibus cognita, terreſtribus propitia, & infernorum furijs infenſa. In hac verò Angeli legatione (vt D. Bernardus *ſſſſ* notat) duæ virginis emicant, & excel-
S lunt virtutes: nempè virginitas, & humilitas. Nos ergò, & has præcipuè imitemur; & primo virginitatem, ſiuè caſtitatem vnicuique gradui conuenientem, & proportionatam, quam ſemper armatam oportere incedere monet diuus Hierony. *tttt* Vt opera carnis truncare, voluptateſque ſuperare poſſit. Vndè, & gentilis error deas virgines fingit armatas. Ita quem locũ inter cęleſtia Zodiaci ſigno virgo tenet, eundem inter homines viuens caſtus homo, caſtaquè fœmina tenere debet. Virgo inter Leonem eſt, & librã; caſtus homo ſi caſtitatem vult ſeruare, vt ſit perpetua, & incontaminata, omni-

In inſtanti Chriſti conceptio facta.

KKKK *Oratione de hum. Chriſti generatione*

llll In luc. ca. 1.

mmmm Matt. 1.

nnnn Ser. 8. de natiui.

oooo De fid. ad pe. ca. 8.

pppp li. 2. fid. ca. 2.

qqqq lib. 35. c. 9.

Maria virgo eſt epiloga & compendiũ omnium virtutũ.

rrrr li. 2. de virgin.

ſſſſ Ho. 2. & 3. ſuper miſ. eſt.

In Maria excellũt virginitas & humilitas.

tttt Epiſtola 140 ad princ.

Virginitas inter fortitudinẽ & tẽperantiã eſt conſeruãda.

omninò illi incedendum est inter leonem, & libram, idest, vt semper fortitudine, & temperantia sit munitus, & vndiquè vallatus: exigit enim castitas leonem, idest, fortitudinem peruigilem, a qua custodiatur; & libram, idest, cibi, potusque temperantiam, necnon in vestibus, amicitijs, conuersationibus, colloquijs, & aspectibus quibuscunque miram, & circunspectã sobrietatem. Sic Spiritus sanctus ad hoc alludens ait. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt de fortissimis Israel vniuscuiusque gladius super femur suum, &c. Quid itaque Salomonis lectulus floridus designat, nisi casti hominis floridum castitate animum, & castitate floridum cor, & munitum? sexaginta verò fortes iugem custodiam, & fortem adhibendam designant. Hanc vero deniquè nil seruare magis poterit, quàm humilitas: nam in vitis patrum pluries legi plerosque Sanctos viros nulla vi potuisse a carnis tentationibus liberari, nisi sola humilitate, suam nempè fatentes imbecillitatem, & imperfectionem, & suam castitatem in Domini manus resignantes, victoriam statim retulere. Itaquè & nos maxima cordis humilitate ad virginem humilitatis matrem recurramus: eique nedùm castitatem, sed totum vitæ nostræ statum commendemus, numquam enim deficit cuicunque illam inuocanti qualibet de re, quod vnico comprobemus exemplo ex libro, qui scala cœli intitulatur, deprompto, in quo sic legitur. Quædam nobilis mulier, sed pauper duas habens filias perpulchras, & iam nubiles; quarum virginitates pro uiribus custodierat: deniquè necessitate pressa, ad quandam virginis imaginem, & altare illas deducens, virgini eas obtulit, sic dicens. O domina istas meas filias virgines, & mundas tibi offero; &, cum eas nutrire amplius, nequeam, quidquid iuris in eis habeo, tibi renuncio, & commendo. Egredienti itaque de ecclesia occurrit perpulcher iuuenis, qui Angelus fuisse creditur, matri libras centum elargiens. Quibus modestè ornauit filias, & pauit. Qua de causa cùm a vicinis, & notis infamiam paterentur, quasi virginitatem vendidissent, illis collacrymantibus, & Virginem Mariam deprecantibus; quadam solemni die in medio totius populi confidentibus, & verbum Dei audientibus, Angelus apparuit candidis indutus vestibus, totoque concernente populo, duos rosarum fasciculos duabus puellis tradidit, dicens. Has mittit vobis rosas Maria virgo, Domina, & Regina nostra in signum apertum, & clarum testimonium virginitatis vestræ vniuerso populo. Quibus dictis, disparuit. Eia mater, & virgo Sanctissima, millies dixi, & millies repetam iterum; quòd numquam te inuocantibus defuisti. Hanc itaque Deiparam Virginem, virtute, & gratia plenam inuocemus carissimi, siue pro castitate, siue pro humilitate, siue pro quacũque alia virtute obtinenda, & conseruanda, siuè pro corporis, & animæ sanitate, siuè pro nostra, & omnium salute, & felicitate tum æterna, tùm temporali, certissimi, quòd quidquid petierimus impetrabimus. Amen.

Maria virgo maximè diligit obseruantes virginitatem.

FERIA QVARTA POST DOMINCAM Passionis Concio LVI.

Prædestinationis per immensum pelagus aliqua ex parte percurrendo ipsius affertur definitio, & diuisio, eamque in manum Dei tantum esse dicitur,

c m

cum nulli alio hoc præstare munus liceat, ac tandem qui sint prædestinati significatur, quod nonnullis argumentis prosequi quisque potest.

MARE illud prędestinationis vastissimum anno prę
terito ingressi fuimus super currenti Euangelio,
super quo tribus distinctis prædestinationis gradi-
bus: nempè illorum, qui ex priuilegio Dei spe-
cialissimo sic prædestinantur, quòd reprobari, &
damnari nequeant. Secundò eorum, qui sinè
baptismate, vel aliquo correspondente auxilio ex
hac vita decedunt. Tertiò deniquè illorum om-
nium Christianorum, qui communi quadam re-
gula sufficientissimum ad salutem habent auxilium, de quibus specialiter
locutus est hodiè Christus in reprobos, & electos, quasi in duos ordines
illos distinguens; & vnicuique ordini tres gradus assignans. In primo, tàm
reprobis, quàm electis sufficientia exhibet media. In secundo reprobi re-
nuunt: electi accipiunt, & assentiunt obedientes. In Tertiò tandem re-
A probi damnantur: electi æternam capiunt salutem. Hæc susius, & latius
anno præterito. Hodiè, cùm necessaria valdè, & valdè salutaris huius-
modi prædestinationis materia existat, de eadem loquentes; primò, quid sit Diuisio
prædestinatio discutiamus: deinde quisnam sit prædestinatis. Tertiò qui sint trimēbr.
prædestinati, quòd hilari fronte suscipere debetis, cùm nullus vix reperia-
tur, qui hoc desiderio vehementer non ardeat.

Quoad primum prædestinationis nomen duplicem sibi vsurpare signi- 1. Memb.
ficationem consueuit, vel enim significat lato vocabulo pręscientiam, & prę Prędesti-
cognitionem Dei, qua omnium electorum salutem ab æterno præuidit, & nationis
præcognouit. Vel magis propriè actum significat diuinæ voluntatis, quo nomē du
Deus ab æterno determinat, & decernit omnium electorum salutem: si- plex.
militer præscientiæ nomen duplex habere consueuit significatum: latè
namque illam accipiendo, significat indifferenter omnium tam electo- Præscien
rum, quàm reproborum præscientiam, & præcognitionem Dei æternam. tiæ no-
Pressius verò, & secundùm quod regulariter accipitur, solummodò dam- men du-
natorum præscientiam denotat. Et hinc regulariter præsciti pro damnatis plex.
accipiuntur. Prædestinatio itaquè propriè sumpta nullatenus est præ-
scientia, vel præcognitio quomodocumque sumpta. Hæc enim ad actum
intellectus pertinet diuini, quo Deus præuidet, & præcognoscit. Præde- Discri-
stinatio verò, de qua loquimur, est diuinæ voluntatis actus, quo Deus mē inter
æternè prædestinat, & præordinat electos ad salutem, & gloriam sempi- præscien
ternam. Quòd igitur Deus præcognoscat, & præuideat, me saluan- tiam &
dum, hæc non est prædestinatio; sed præscientia, & præcognitio, ad in- prædesti
tellectum pertinens diuinum; quod autem velit, & decernat me saluan- nationē.
dum, in hoc est prædestinatio, de qua loquimur. Quæ adhuc iuxta Duplex
B Theologorum Scholasticorum placitum est duplex videlicet volun- prædesti
tatis antecedentis, & consequentis. Prima voluntate Deus vult omnes natio.
(vt exclamat Apostolus *a*) saluos fieri. Secunda verò solum illos vult sal-
uari, qui sua diuina decreta, & sanctam suam legem obseruant. Hanc *a* 1. Thi. 2
auream distinctionem limpidissimo Spiritus haustu pręcinit regius vates, *b* *b* Ps. 88.

Vu cum

cùm ait. Disposui testamentum electis meis: iuraui Dauid seruo meo vsque in æternum præparabo semen tuum. Quibus in verbis voluntatem Dei antecedentem, & sedem regni electis præparantem, & disponentem apertissimè docuit. De voluntate verò consequenti, quę in effectu electos in regni sedibus collocat, vel ab eis excludit; subdit infrà clarissimè. Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint: & mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorũ. Vbi nullo interpretis adminiculo habetur expresè, quòd illi voluntate consequenti sunt prædestinati; & regnum cum effectu accipiunt, qui legem Dei non derelinquunt: & iustitias eius non prophanant; sed in iudicijs eius ambulant: & mandata illius custodiunt. Sic vos o Serenissimi Principes vasallis omnibus, & omnibus subditis prodesse vultis, omnes abundantia, iustitia, & pace, & bonorũ omnium copia felices voluntate antecedenti, omni paterna sollicitudine, & beneuolentia efficere curatis. Sed voluntate consequenti illos tantummodò sic felices efficitis, qui felicissimi status, leges, & decreta seruant. Sed illos, qui ea transgrediuntur, nedùm præfatis bonis priuatos vultis: sed & extremo iuxta Regni leges, & decreta, afficitis supplicio. Quare itaquè si quoscumque subditos beatos, & felices vultis: nonnullos tamen extremo afficitis supplicio? Certè non ob aliam rationem, nisi, quia, & in vobis, qui Dei optimi maximi in terris munus expletis, voluntas extat antecedens, qua sic omnes felices vultis; & voluntas extat consequens, qua rebelles, & contumaces supplicijs afficitis: & probos, & obseruantes cum effectu felices redditis. Deus igitur sic voluntate antecedenti omnes prædestinat; omnes vult saluos fieri: vocat omnes ad regnum; omnibus dat sufficientia media: omnibus regnum parauit æternum. Sed voluntate consequenti in illud eos tantummodò cum effectu introducit, qui legem eius diuinam, & diuina eius mandata obseruant. Rebelles verò, & contumaces, & finaliter impęnitentes extremo, æternoque afficit supplicio. Sic rex magnus, vel magnus monarcha prole, ac successione destitutus, si aliquem in filium, & hęredem, & regni successorem sibi adoptaret: ea tamen conditione, vt patris adoptantis virtutes, moresque imitaretur, & præcepta seruaret obediens. Sin autem, sed a paternis degeneraret moribus, & institutis, regno, & successione priuatus, eo ipso existeret, supplicio vlterius afficiendus. Ità pater noster cœlestis etsi plenissimus perfectissima prole, ex infinita tamen sua bonitate, & liberalitate nos in filios adoptauit, & regni successores, & cohęredes: & elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in caritate, *c* qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ. Elegit (inquit) nos; adoptauit nos: prædestinauit nos, eccè voluntas Dei antecedens. Secundum propositum (inquit) voluntatis suæ. At (subdit) vt essemus sancti; & immaculati in caritate. Ea videlicet lege nos elegit: vt seruemus mandata eius; & in præceptis eius in conspectu illius in caritate, ideſt, in amore Dei, & proximi. Sic intimus ille Christi secretarius ait. *d* Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios Dei fieri: eccè Dei voluntas antecedens; sed his, qui credunt in nomine eius (subdit) qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; sed ex Deo nati sunt: & eccè voluntas Dei consequens, quasi

Margin notes: Exemplũ de voluntate antecedenti, & cõsequenti. — C — Simil. — D — *c* Ephes. 1. — *d* Ioa. 1. — Voluntate antecedenti omnes christianos Deus adoptat in filios.

quasi dicat. Voluntate antecedenti Deus omnes, qui recipiunt Christum per baptisma, adoptat in filios: sed voluntate consequenti illis tantum regnum
E tribuit, qui credunt fide viua, qui non carnis, vel sanguinis, & mundi placita sequuntur; sed, vt verè ex Deo nati, Dei voluntatem in omnibus exequuntur, & faciunt.

Ex quo secundum propositum a nobis patet: si enim ex Dei voluntate prædestinatio pēdet, cum sit eiusdem voluntatis diuinæ actus, constat, quia solus Deus est prædestinans. Christus ergo, vt Deus, omnes prædestinat electos. Est enim prædestinatio (vt ex superioribus colligitur) ad vltimum finem præordinatio: Ad vltimum verò finem prædestinare non potest, nisi primum agens. Deus itaque, & finis vltimus omnium, & primum omnium agens, ad seipsum, vt ad beatitudinis obiectum, præordinat electos omnes, dicente Dauide *e* hac de re expressè; gratiam, & gloriam dabit Dominus. Et hodie Christus de prædestinatis loquens ait. Et ego vitam æternam do eis. quod fusius, & clarius clara illa tuba Spiritus sancti *f* distinxit, dicens. Deus, quos præsciuit, & prædestinauit. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Vbi ponit Dei prædestinantis distinctissimos gradus; & primò præscientiam illam communem latè sumptam, de quā
F supra, secundum quam Deus omnes prauidit saluandos. Qua Dei præcognitione supposita sic prauisos ab æterno prædestinat: & sic, quos præsciuit, & prædestinauit. Sic verò prædestinatos ab æterno vocat in tempore: & quos prædestinauit, hos & vocauit. Vocatos verò, & vocationi assentientes, iustificat, & quos vocauit, hos & iustificauit. Iustificatis denique vsque in finem in iustitia perseuerantibus, gloriam largitur æternam: & quos iustificauit, illos & glorificauit. Quibus in verbis, supposita Dei præscientia, quatuor distinguit Apostolus gratiæ gradus. Prædestinauit: & ecce Dei gratia nullis præuisis meritis nostris; cùm adhuc *g* nati non essemus, nec aliquid boni, vel mali egissemus; nos ab æterno præueniens. Vocauit: & ecce gratia operans in tempore. Iustificauit: & ecce gratia, nobis consentientibus, cooperans. Et denique magnificauit, vel glorificauit: & ecce consumata gratia, quæ est æterna gloria. Iisdem gradibus prædestinationem apertè distinxit, in Deo prædestinante, propheta regius *h* dicens. Saluum fac populum tuum Domine, & ecce gratia præueniens, & prædestinans, sine qua nullus omnino saluari potest. Sequitur propheta, & benedic hæreditati tuæ: & ecce gratia operans, & vocans. Sed quia hoc non sufficit ad salutem, subdit. Et rege eos per gratiam cooperantem, & perseuerantem vsque in finem. Et denique concludit. Et extolle illos vsque in æternum: Et ecce consumata gratia, & exhibita æterna gloria a Deo prædestinante, vocante, iustificante, & glorifi-
G cante. Taceat itaque scelestissimus Pelagius, qui prædestinationis causam totalem liberum arbitrium posuit nostrum, reclamante Dauide, reclamante Apostolo vbi suprà, reclamante Deo ipso in tota sacra, & diuina scriptura sua, & reclamante apertissimè Christo, & dicente. *i* Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Solus itaque Deus est prædestinans in omni gradu; lapsus est quidem etiam hac de re Theologorum pater aliquandò, dicens. Prædestinationem nostram ex nostra pendere fide: sed millies retractauit se, cognoscens, & apertè docens, præ-

Secundū memb. Solus Deus est prędestinās, & Christus, vt Deus.

e Ps. 83.

f Rom. 8.

Gradus, & ordo prædestinationis.

g Rom. 9.

h Ps. 27.

Quadruplex gratia pręueniens, operās, & pseruans & consumata.

Error Pelagij de causa prędestinationis.

i Io. 6.

destinationem omnem ex Dei gratia,& ex diuinæ voluntatis proposito absolutè pendere. Nisi Deus ergò prædestinet, nullus omninò saluari potest, quòd miram, per metaphoram expressit euangelicus propheta vibratæ, & directæ, in scopum sagittæ. Quemadmodum enim sagitta suaptè natura, si dimittatur, suæ facultati,& viribus; deorsum descendit, & centrum petit: Directa vero a manu,& sagittario tendit ad alta,& scopum attingit. Sic nos quasi sagittæ nostris viribus dimissi, & derelicti, deorsum labimur, & ad centrum tendimus: a manu verò Dei, idest à diuina voluntate per diuinæ prædestinationis arcum directi, beatitudinis scopum attingimus alta, & cęlum ipsum petentes. Sic Isaias. *k* In vmbra (inquit) manus suæ protexit me: Et posuit me, sicut sagittam electam. Hinc à Dauide plenè cognita huiusmodi veritate, quòd solus Deus prædestinare potest, prorupit, dicens. *l* Nec enim in gladio suo possederunt terram: & brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua,& bracchium tuum: & illuminatio vultus tui. Et vndè hoc? fortè ex præuisis prædestinatorum meritis? Absit. Sed quia (inquit) complacuisti in eis. Ex beneplacito itaquè Dei absolutè pendet prædestinatio, hoc idem confirmante Christo, & dicente. *m* Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Et deinde sono tubæ hoc idem publicante Apostolo per totum terrarum orbem, & dicente. *n* Non volentis, nequè currentis; sed miserentis est Dei. Non itaquè Catarinæ, vel Cæciliæ virginitas præuisa, vel præuisum martirium: Non Diui Patris Francisci præuisa pœnitentia, & austeritas: non cuiuscumque viri sancti præuisa merita prædestinationis causa extitere; sed ipsa Dei voluntas, Dei beneplacitum ipsum: quoniam (inquit Dauid) complacuisti in eis. Ità pater (ait Christus) quoniam sic placitum fuit ante te. Nec se vera decebat alium quemque prædestinare posse: nisi solùm Deum, qui absque personarum acceptione, & nulla motus passione, vel respectu ex mera sua liberalitate, omnes prædestinat, omnes vocat, & pauperem, & diuitem: & nobilem, & plebeum: & vassallum & principem. Omnes, omnes (inquam) cum Apostolo vult saluos fieri.

Solus Deus nos prædestinat. Simil.

k Cap. 49

l Ps. 43.

H

m Mat. 11

n Rom. 9.

At, dicetis mihi, iam scimus ergò tertio loco, qui sint prædestinati: quia omnes; vtiquè fateor de voluntate Dei antecedente. Cęterùm, vt prædestinatio sit efficax, & voluntate Dei consequenti; requiritur (vt suprà expressum est) obedientia nostra: nostra requiruntur opera, sic monente Diuo Petro; *o* & dicente. Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Taceat itaquè impius Lutherus, liberum arbitrium penitus euertens, quasi nullatenus concurrat cum Dei gratia vocante, excitante, & mouente. Nec enim illi assentimus, nec Pelagio adhæremus, sed viam incedimus regiam prædestinationis; causam totalem: solam Dei voluntatem liberam, nullis nostris præuisis meritis ponentes. Et cum hoc assensum liberi arbitrij, eiusquè concursum cum bonis operibus requiri, vt certam nostram prædestinationem, vocationem, & electionem (vt ait Diuus Petrus) faciamus. Nec enim præscientia Dei nos necessitat. Quemadmodum, si quis ex eminenti hac arce videret eminùs venientem velis plenis nauem, portum recto petentem tramite: visus eius nullatenus esset causa, nedum necessaria; sed nec minima, talis aduentus, & directionis nauis. Sed econuerso, quia nauis ità portum recta petit: idèo

Tertium membrũ.

o 2. Pet. 1.

Confutãtur Hæretici de libero Arbitrio cõcurrẽti cum gratia.

I

Dei præscientia nõ necessitat. Simil.

ideò quis eam videt; sic Deus æterna sua præscientia non dirigit in salutis portum: nec sua præscientia necessitatem aliquam inducit. Sed electos, quasi portum salutis petentes, præuidet velis gratia plenis. Nec etiam prædestinatio necessitatem inducit: sed cor aptat, & præparat, & præparatum dirigit gratiæ vento iugiter implens, sic dicente Dauide. *p* Viam mandatorum tuorum cucurri (videlicet quasi nauis) cùm dilatasti cor meum per gratiæ diuinæ ventum. Dirigit itaquè prædestinatio Dei; sed cum hoc, si viam mandatorum illius percurras. Sic substantia quælibet creata seipsa quidem subsistat: verumtamen accidentibus illam consequentibus, nulla vi expoliari penitus potest verbi gratia, a qua nequit aqua consistere, nisi sit

p Psal. 118. Prædestinatio dirigit, & præparat & nō necessitat.

K fluida, transparens, & cætera huiusmodi. Ignis nequit esse ignis, nisi sit & calidus, & splendens. Sic prædestinatio sua vi ex voluntate Dei manet. Verumtamen, vt consistat efficax, accidentia quædam illam consequi debent: nempè bonorum nostrorum operum concursus, Sacramentorum frequentatio, diuinus cultus, officia diuina, diuina sacrificia, orationes, ieiunia, eleemosinæ. Sic Moyses a principio orbes descripsit celestes. Igitur inquiens. *q* Perfecti sunt cœli, & terra, idest, quoad substantiam. Subdit. Et omnis ornatus eorum, quoad accidentia requisita: ita cœlestes viri perfecti sunt ex Dei prædestinatione, quoad substantiam ipsius. Sed ornatus requiritur operum, vt sit efficax; & clarius, & concinnè satis Dauid. *r* Omnis gloria eius (inquit) ab intus: ecce prædestinationis substantia. At, circumdata (subdit) varietate: nempè operum bonorum, numerositate quoad accidentia. Deniquè concilium Tridentinum *f* apertissimis verbis hanc doctrinam sic firmat. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, & excitatum, nihil cooperari Deo excitanti, & mouenti: ita, vt etiam possit dissentire, si velit, anathema sit. Cui me conformans,

q Gen. ca. 2 Opera nostra sunt quasi ornamentum prædestinationis.

r Dau. ps. 44.

f Sess. 6.

L constantissimè assero, quòd etsi Deus tibi reuelaret, quòd de numero sis prædestinatorum: & indè tu bona derelinquens opera, peccata perpetrares, non de numero electorum, sed reproborum esses. Verba sunt hæc Dei per Ezechielem prophetam, *t* dicentis. Etiam si dixero iusto, quòd vita viuet: & confisus in iustitia sua, fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur; & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Vbi clarissimè Spiritus sanctus docet, quòd etsi Deus ipse reuelaret alicui, quòd saluabitur: attamen damnaretur, nisi Dei legem seruaret, & in eius diuinis præceptis ambularet. Christus equidem Dominus noster in Euangelio currenti de suis electis, idem videtur docere, cum ait. Oues meæ, idest, qui sunt iam electi, & prædestinati, ideo saluabuntur; quia vocem meam audiunt, & sequuntur me, idest, legem meam, & mea præcepta seruanda; & hinc ego vitam æternam do eis; & non peribunt in æternum. Cui doctrinæ non inconcinnè aptare possumus id, quod semel Archidamus Agesilai, referente Plutarcho, *u* ait videlicet. Ouis quidem semper eandem emittit vocem; sed homo multas, & varias, quousque id, quod visum est, perficiat. Sic nos de electis dicere possumus, quod, cùm sint Christi oues, eandem semper emittunt vocem, perpetuum vitæ retinentes tenorem: in lege Dei semper ambulantes, eisque diuinis præceptis obtemperantes. Contra verò damnati, & reprobi variam, & diuersam emittunt vocem modo videlicet accedentes ad Christum per legis Euangelicę obseruantia, &

Cooperatio liberi arbitrij necessaria.

t ca. 33. Iustus, & prædestinatus potest damnari.

u In Apophth. versi. Archidamus.

Ouis proprietas, & conditio.

tia, & modo recedentes, per transgressionẽ, & peccata. Principem igitur nodum soluentes, ex primis radicibus, prædestinati sunt illi, & electi voluntate consequenti, qui legem Dei seruant, & custodiunt. Doctores tamen cõmuni consensu nonnulla tradunt prædestinationis signa: namquè certitudine
Primum signum prædestinationis. fidei absque Dei speciali reuelatione, minimè haberi potest de ipsa certa, & infallibilis veritas. Primùm itaquè signum a Christo domino nostro expresse in currenti traditur Euangelio; quod est libenter, & cum lætitia, & fructu, audire verbum Dei. Oues (inquit) meæ vocẽ meam audiunt, & sequũtur me: & econuersò signum erit reprobationis nolle audire verbũ Dei, vel cũ tædio, & sine fructu ipsũ audire. Veram etenim ouis pastoris vocẽ audiens,
x Psal. 118. semper ipsum sequitur; nec ab eo vnquàm discedit: & si discesserit aliquando; perditionis & damnationis est apertissimum signum, dicente Dauide. x Erraui, sicut ouis, quæ perijt. Gaudeant igitur qui verbum Dei cum gustu & fructu audiunt, & seruant. Timeant verò qui illud abhominantur, & reijciunt: nàm signum est, eos mortis æternæ portas ingressuros, illis iam pro-
aa Psal. 106 pinquos, hoc eodem attestante Dauide, aa cùm ait. Omnem escam abhominata est anima eorum: appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Secundum prædestinationis signum ex alia ouis proprietate elicitur: nam, sicut il-
Secundũ signum. la in omnibus est vtilis, & viua, & mortua, in lana, pelle, prole, lacte, & carne, ità electus vbiquè Reipublicæ bonus, vbiquè vtilis, sit sacer, sit prophanus; sit in Religione, sit in sæculo, sit prælatus, sit subditus, sit princeps, sit vasallus: est vbiquè optimus. O quàm bona, o quam bona ouium electorum vbiquè, & semper conditio. Nàm viuentes ædificant bonis operibus, & exemplis: mortui verò bonorum exemplorum memoria. Contrà verò reprobi, & damnati vbiquè inquieti, discoli, & insolentes, & sibi, & Reipublicæ inutiles, in quocunque statu, & gradu ponantur; hos Deus
Tertium signum. conuertat. Tertium ex ouium proprietate prædestinati signum est, quòd, etsi ouis reperiatur optimis in pascuis: audiens tamen vocem pastoris illam clamantis, quæcunque statim dimittit pascua, pastorem vbiquè sequens. Ità prædestinatus etsi reperiatur in huius sęculi peroptimis, iudicio suo, pascuis, vel diuitiarum, vel voluptatum quarumcunque: audiens tamen Christi pastoris veri, & boni vocẽ, statim dimittit diuitias, pecunias, mercaturas, voluptates, &c. Sic Franciscus, sic Matthæus, sic Magdalena, sic mille. Contra verò reprobationis apertum signum est nolle huius mundi pascua omninò relinquere: sed cùm peccato ea mordicùs retinere; & sic non restituere aliena; non dimittere scorta, non remittere iniurias, & mille talibus præpeditus perniciosissimis pascuis. O miseros, & infelices, iam ex hoc signo apertè, & manifestè reprobos. Vultis nè scire nolentes talia sæculi huius derelinquere pascua, quænam tandèm vos expectent? Audite Da-
bb Psal. 48. uidem bb dicentem. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. O quàm diris, acerbissimisque morsibus mors æterna inferni, in in-
cc Cap. 50 ferno æternè reprobos depascet. Audite Ieremiam cc dicentem; Grex perditus factus est populus meus. Et vndè prophera? Transierunt (inquit) de monte in montem (idest in huius sæculi pascuis:) & obliti sunt (ait) cubilis sui, idest cœli pascua æterna a Christo repromissa, derelinquentes, in infernum de monte in montem peccatorum præcipitantes; ibi æternè, vt gregẽ perditum, & damnatum: mors depascet eos. O vanam,

nam, vel hodie saltem Christi vocem audiatis æternam vitam, & pascua beatitudinis æterna suis ouibus repromittentis, quid pascua huius mundi? quid voluptates? quid scorta? quid vsuras non dimittitis? quid procrastinamini? quid expectatis? Certe nil aliud, nisi, vt in inferno mors æterna vos depascat. Audite casum, & alieno discite periculo. In vitis legitur patrum de quodam; qui dæmoni se tradidit viuens cum pacto, vt dæmon sibi omnia traderet concupita, & per tres dies ante mortis horam illam sibi prænunciaret. Quibus a dæmone seruatis, & iam vicina infelicis hominis morte post tres dies futura, diabolus adstitit, dicens. Amice, recordare, quod post tres dies mecum eris: & statim hominem conturbauit, in ipsum magnum inducens lethargum, insensatumque omnino reddens. In fine verò tertiæ diei expergiscens, quasi a morte, adstantes interrogauit, quot diebus ita iacuisset immobilis. Et audiens, quia tribus diebus ita manserat, exclamare cœpit. Eia, sum damnatus, eia sum damnatus: & sic eiulans expirauit. Horam ergo mortis nullatenus expectetis fratres; ne & vos depascat in æternum. Et pergite in pace. Amen.

Exageratio cōtra obstinatos, & impenitentes.

FER. QVINTA POST DOMINICAM Passionis. Concio LVII.

Magdalena suos cognoscens errores contritione ducta ad pedes discumbentis Christi se lacrimabunda confert, ibique suorum peccatorum veniam a benignissimo nostro redemptore obtinere contendit; qua in re docet peccatores modum adeundi rerum cunctarum gubernatorem ad veniam consequendam; insuper vero varia conuersionum genera explanantur.

Ciuilium omnium nationū mos obtinuit, quod claustra domus non prorumpat extraneus, conuiuij secretum non præsumat non inuitatus intrare, cibos paratos defessis reficiendis ignotus non tentet; familiares, & domesticas domesticis, & familiaribus exhibitas mensas inter domesticos parietes peregrinus exturbare non audeat. Vt quid ergo hæc mulier ignota; immo & male nota, hoc mane onusta luctibus, plena lacrymis, clamosa planctu, ianitore nescio, & nullo alio conscio, ipsoque ignorante domus domino, domus aditus percurrit omnes; totas pertransit ministrorum cateruas, ipsum conuiuij penetrat secretum, & lætitiæ domum, domum lamentationis, & planctus efficit? Heu fratres, non quidem inuitata venit illa, sed vi attracta. Non venit præsumens, sed assumpta: non rogata, sed iussa. Ille namque

fecit

fecit eam ſibi ſiſti, qui cœleſti ſententia iuſſit abſolui. Nec vacua omnino tanto adſtat conuiuio; ſed apponit & ipſa pergratam ſuam Christo menſam. Fercula namq; compunctionis aptat. Panem doloris infert: potum lacrymarum intermiſcet, & in Chriſti delicias totam cordis, & corporis pulſat ſimphoniã. Organi planctus dat clamorem; citara per ſuſpiria modulatur longa; gemitus aptat in fiſtulam, & dum pectus dolens percutit, facit placitura Deo cymbala perſonare. O Magdalena vera penitentium norma, exemplum verum A
noſtris adſta hodie votis, vt, ſi non dignè, ſaltem non indignè de tuo lugubri; ſed pergratiſſimo parato conuiuio Chriſto dicamus. Circa quod fratres non omnia fuſius, & latius; ſed extremis tantum labijs quaſdam attingentes circumſtantias, ad principales tres, cæteras reducamus. Primo, vndè mota fuit Magdalena, talem ad publicum mærorem. Secundo, in quemnam ſitum ſeſe ante Chriſti præſentiam aptauit. Tertio & vltimo, quaſnam actiones ibidem peregerit diſcutiamus.

Diuiſio trimemb.

Primum memb.

De primo inquit Euangeliſta. Mulier, vt cognouit. Et quidnam cognouit? ex quo ſic mota eſt in penitentiã, & in lacrymas tota reſoluta? Quod erat (inquit idem Euangeliſta) in ciuitate peccatrix. Hinc re uera omnis conuerſionis, & penitẽtiæ ſumpſit exordium. Hinc abſolutum totum pendet negociũ: cognitio ſui ipſius namq; neceſſaria eſt, quo moueatur ad penitentiam peccator quicunq; Nec.n. conuerti poteſt, qui errorem ſuum, a quo tanquã a conuerſionis termino auerti debet, ignorat; ſicut nec ſanari quærit, nec vult, qui ſe infirmum non cognoſcit. Neceſſaria ſit igitur ad conuerſionẽ peccatoris, ſui ſtatus cognitio, & exquiſita põderatio: Difficillima n. eſt. Quare (vt Plato & Platonici oẽs affirmant) ſacrũ erat illud antiquis oraculum delphicũ. Noſce te ipſum: & Philippus Alexandri magni pater magnus inter alios puerũ habuiſſe dicitur, cuius nullũ aliud erat munus, niſi hoc vnicũ, vt quotidie ſemel ſe pſentaret regi, dicens. Philippe homo es: Noſce te ipsũ. Huic ergo ſui ipſius cognitioni maximè incũbendũ, inſiſtendũ maximè, & conſcientię propriæ examẽ vnicuiq; conuerti volenti, diſcuſſe omnino peragendum. Sic vates Iſaias *a* de anima peccatrice conuerti volente, ait. Meditata eſt in ſpũ ſuo duro per diẽ æſtus: idcirco ſuper hoc dimittitur iniquitas domui Iacob; & iſte B
oĩs fructus, vt auferatur peccatũ eius, cũ poſuerit oẽs lapides altaris, ſicut lapides cineris alliſos, non ſtabũt luci; & delubra. Vbi expreſſe propheta cõuerſionis totũ negociũ ſui ipſius cognitioni, & conſcientiæ exacto examini tribuit. Meditata eſt (inquit) aĩa peccatrix in ſpũ ſuo duro. Quid.n. peccatore iã inueterato, & obſtinato durius? Idcirco & duro indiget ſpiritu, quo peccatorum durities perrumpatur, & conteratur. Hinc peccatorum dolor completus a Patribus, & Thologis, contritionis nomen ſortitus eſt. Quæ contritio non niſi per Dei gratiam perfici poteſt, ex patribus iiſdem, & concilijs. Hinc Iſaias addit. Per diem æſtus, ideſt aduenieute ſpiritus ſancti gratia, per ignem per lucem, per diem, & æſtum ſignificata, fit ſpiritus durus, dura conterens peccata, & inde oritur dolor perfectus, qui contritio dicitur: & indè conuerſio. Vndè ſequitur propheta. Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob; nempè ex peccatorum contritione. Et iſte (ſequitur) omnis fructus, vt auferatur peccatum eius, videlicet per penitẽtiam: & cum poſuerit omnes C
lapides altaris, ſicut lapides cineris alliſos, ideſt peccata; veluti lapipes, dura; (ex quibus quaſi altare propriæ voluntatis, & voluptatis ſibi cõſtruerat) demolitus fuerit: & quaſi cineres diſperſerit, & fugauerit, in cõtritionis feruore

Cognitio ſui neceſſaria

a Cap. 27.

Conuerſionis ordo.

& æſtu

& æstu combustos, allisos, & dispersos. Et ideò concludit. Non stabunt luci, delubra idest idola propria, quæ sibi præstituerat, & præfixerat peccator. Nõ stabunt amplius, nec stare vllatenus poterunt, eo cõuerso. Vultisne huius rei clarum, & expressum exemplar? Oculos in nostrã conijcite Magdalenã, quæ vt cognouit, quòd erat in ciuitate peccatrix, vt peccata discussit, & ponderauit, eaquè meditata fuit in spiritu suo duro, validissimæ contritionis per diẽ æstus diuinæ gratiæ a Christo illi infusæ, dimissa sunt ei peccata multa; quoniam post contritionis validissimum spiritum, dilexit multum. Et posuit omnes lapides præteritorum peccatorum, quasi lapides cineris allisos: nec steterunt amplius in ea luci, & delubra; nam oculos iam lasciuorum idola in lacrymarum fontes resoluit, iisdem Christo soli dans tributa: capillos olim amantium fortissimas catenas in Christi abstersorium pergratum cõuertit: os impudicum, quasi in spongiam ex Christi pedibus pulueres sugentem aptat. Deniquè totam in Christi obsequium se componit, qui se totam carni, mundo, & diabolo consecrarat: nec amplius in ea steterunt dæmonis luci, & delubra.

D Sed antequàm ad hæc distinctius descẽdamus, situm, quẽ sibi elegit Magdalena, ad hæc peragenda Secundo loco a nobis videndũ, & imitandũ discutiamus. De quo, prius quoad Christi personã refert Euangelista, quòd accubuit. Quã Christi positionẽ eiusdẽ Christi spiritu ducta ex industria multa selegit Magdalena. Nõ enim (ponderat Sanctus Petrus Chrysologus *b*) ad stantẽ Christum, non ad sedentem venire audet peccatrix: nàm, cùm stat Deus, corripit, castigat, punit: cum sedet, quasi pro tribunali seuerè iudicat: prostratus verò, prostratis coniacet, & commiseretur, & cum decumbẽtibus decumbit vt eos, & subleuet, & extollat. Hinc ad accumbentẽ venit Magdalena, vt cognouit, quod accubuit (inquit Euangelista) venit. Quã sic fratres, carissimi, & carissimæ sorores animaduertite, quod olim stabat Deus in veteri testamento seuerè puniens, & castigans, & vlciscens. Vndè a synagoga vltionũ dominus intitulatur, dicente Dauide. *c* Deus vltionum dominus: Deus vltionũ liberè egit. Aliquandò verò sedebit pro tribunali, seuerissimè, & irreuocabiliter iudicans, tùm in hora mortis nostræ, tùm in vniuersali Iudicio. Nunc fratres, nunc sorores prosternit se nobiscum, vt nos erigat; nobiscum accumbit, vt accumbentes excitet, cruci affixus pro nobis manet expectans, vt ad illum vel accumbentes veniamus, Magdalenæ imitati vestigia, quæ ad accumbentem venit Christum, talique situ se locat (inquit Euangelista) quòd erat stans retrò secus pedes eius. Stans; iam erecta per Christi gratiam. Stans quæ iam decubuerat, non amplius casura, & stans retrò: nàm Christum quasi victimam, & sacrificium pro peccatoribus immolandum præferebat, & ante se ponebat: & ideò stans retrò. Præthereà Christi facies Christum

E iudicem denotat, & ostendit, dicente propheta. *d* Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Et iterum. *e* Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Magdalena verò non Christum iudicem; sed patrem quærebat; & ideò stans retrò, vlterius protectorem, & aduocatum suæ causæ ad patrem Deum præire, & præferre uolebat, vt illud *f* verificaretur. Protector noster, aspice Deus: & respice in faciem Christi tui. Ideò stans retrò. Prætereà metuebat valdè iræ diuinæ saggittas, in eam peccatorum nocturnis tenebris intendentes, & Christum, quasi scutum opponebat memor illius Dauidici repromissi.

Secundũ Mẽbrũ.

b Serm. 93.

Christi variæ positiones.

c Ps. 93.

Christi facies iudicẽ designat.

d Ps. 33.

e Ps. 14.

f Ps. 83.

Christus quasi scutum defendit peccatores.

repromissi. *g* Scuto circũdabit te veritas eius videlicet Christus. Nõ timebis a timore nocturno, & ideò stans retro. Præterea peccatorum grauissimo præmebatur onere; nec illud ferre poterat amplius iam oppressa. Quarè illud super Christi dorsum deponere volebat, vt dauidicam propheriam verificaret in persona Christi dicentem supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c. Ideò stans retrò. Vel etiam ipsamet ouis iam fatigata, & lassa ex peccatorum itinere, & facta (vt Iob *h* prædixerat) sibimetipsi grauis. A pastore supra dorsum ferri quærebat, iuxta eiusdem pastoris parabolam, qui centesimam ouem, quam perdiderat, dimissis nonaginta nouem in deserto, sedulò quærens, cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudẽs. Ità Magdalena, vt ouis, quæ iam perierat, super Christi veri pastoris humeros, ad ouile ferenda imponi quærebat. Ideò stans retrò, vel iam gratia præuenta Christi, & in prędestinatorum, & electorum sorte aggreganda, in libro vitæ describi volebat: et memor, quòd in huius typo in superhumeralibus summi sacerdotis, nomina describebãtur duodecim tribuũ Israel, in veri summi sacerdotis Christi superhumeralibus describi volens, inter electos, numquam amplius in perpetuum oblireranda. Ideò stans retro. Denique clauem Dauid, quæ infernũ claudit, cœli regnũ aperit, a Christi humero pendentem, videbat, iuxta illud Isaiæ *i* vaticiniũ. Dabo clauẽ Dauid super humerũ eius. Eamq; apprehendere, vt sibi regnũ adaperiret, quærebat. Ideò stans retrò. Et nedùm retrò; sed secus pedes (subdit Euãgelista) quemadmodùm si viator ex itinere fessus, calore, & sitis ardore intus arefactus, omnique remedio carẽs, in aperta, & arida campania, virentẽ offendens plãctã suauissimis, & pergratissimis fructibus onustam, ad illã accurrens, velociter, & ad ipsius pedẽ positus, & sub vmbra illius quiescit, fructusq; indè colligit, quo se reficiat, & sitim extinguat, & refrigeret. Sic Magdalena perq; diutius in huius mundi campestria, gratiæ Christi arida, & indigens Christum, quasi in plantã cœlestibus, diuinisq; fructibus onustam eminus videns, ad illam velox accurrit, ad pedesque se aptat, vt sub vmbra illius se refrigeret, & ex gratiæ fructibus se reficiat, cum sponsa, *K* dicens. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi: & fructus illius dulcis gutturi meo. Et ideò secus pedes. Vel etiam memoriæ retinebat, scriptum esse a regio vate de Christo. *l* Super aspidem, & basiliscũ ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem: ideò ipsa secus Christi pedes se collocat; quasi diceret. Aspis ego sum, diuinis obturata vocibus, Basiliscus, qui solo oculorum intuitu, quamplurimorum occidi animas. Leo per sæculi superbiam, pompam, & fastum. Draco, qui peccatorum fętore, ciuitatem iam totam infeci: & ideò ad pedes me loco tuos, vt super me aspidem, & basiliscum ambules: & me leonem, & draconem conculces; vt me videlicet per malam famam in tota ciuitate fętentem, in bonæ famæ odorem per vitæ sanctitatem conuertas, ex superba, & fastosa, humilem, & submissam efficias. Et basilisci oculos per lasciuos intuitus, in lacrymarum conuertas riuulos, & aspidis aures, ianuas vitæ apertas efficias. O quam salutare igitur carissimi secus Christi pedes manere, vt diuus monet Gregorius, *m* dicens. Contra pedes Domini stamus, quando in peccatis positi, eius itineribus renitimur. At, si ad veram peccatorum pœnitentiam conuertimur, iam retrò secus pedes manemus: quia eius vestigia sequimur, quem impugnabamus: vt Christi vestigijs cum Magdalena iunxi viam percurramus vitæ, qui viam cucurrimus mortis.

Sed

[Margin notes: *g* Ps. 90. — Peccatores supra dorsum Christi deponũt culparũ onera. — *h* Iob. 7. — Super humeros Christi salus vita & protectio nostra. — *i* Isai. 27. — Simil. — *K* Cãt. 2. — *l* Ps. 90. — Secus pedes domini debet manere peccatores, & non contra pedes. — *m* Hom. 33. in Euang.]

F

G

Sed cursum hic iam sistamus.

H Et ad tertium videndum transeamus: nempè actiones, quas Magdalena hic peragit; de quibus Euangelista lacrymis, inquit, cępit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat; & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Primùm igitur lacrymis cępit rigare pedes eius. Super quo Diuus Gregorius citatus ait. Quia oculis terrena concupierat, hos iam per pœnitentiam conterens, amare flebat, & lacrymis cępit rigare pedes eius. O gratiæ miraculum: peccatricis petram repente vides in lacrymas conuersam. Qua de re quatuor inuenio in Scriptura sacra conuersiones principales. Prima *n* fuit mulieris in salis petram. Secunda *o* quasi primæ, succedens, petræ in aquam per Moysis manum. Tertia verò secundam similiter continuans, aquæ in vinum iussu Christi; in gratiam Virginis Matris, in nuptiis Canæ Galileæ. Quarta denique eiusdem Christi virtute diuina, & diuina institutione; vini in sanguinem suum, in vltima cœna. Ex quibus quatuor conuersionibus, prima solummodò ex malitia fit hominum, qui ad instar vxoris Loth in petram conuertuntur, malitia propria. Vtinam, vel saltem non in petram durissimam, & marmoream per peccati duritiem,

Tert um mébrū.

n Gen. 19
o Exo. 17.

Quatuor principales cōuersiones.

I & obstinationem conuertantur; sed in petram salis, quæ facillimè in aquam vertitur. Quodlibet enim peccatum lethale, dubio procul peccatorem gratia Dei priuat, & quasi insensatum ad opera gratiæ reddit; & sic metaphoricè in petram conuertit. Sed, si adsit sal, remorsus conscientiæ, sal timoris Dei remordentis, excitantis, & reuocantis, facilè peccator in aquam resoluitur lacrymarum. Sic Magdalena, olim petra, hoc mane vertitur in lacrymarum aquam: & lacrymis cępit rigare pedes eius. Neque hic sistit gradum; sed prætactas continuando mysticè conuersiones, ex aqua, oriente ex Dei timore, & ex remorsu conscientiæ, conuertitur in vinū amoris Dei, & sponsi animarum nostrarum Christi: & dimittuntur ei peccata multa (dicit hodie Christus) quia dilexit multùm. Denique communi omnium Christianorum priuilegio conuertitur in sanguinem Christi, qui sumptus dignè, consensu omnium Orthodoxorum Patrum, non ipse in sumentem conuertitur; sed sumentem in se ipsum conuertit. O quoties Magdalena (vt in eius vita legitur) per angelicas manus in deserto illo Massiliensi in sacrosancto Eucharistiæ sacramento sanguinem sumpsit Christi, in eundem conuersa. Hæc, & tu sequere vestigia: a lacrymis incipe o peccator, & easdem peragrabis diuinas metamorphoses, quas & Magdalena: sed quid agis o diua? Christi pedes, qui astra calcant, rigare audes? En, respondet, iam (vt vidisti) mutatur ordo rerum: transfor-

In statuā salis per malitiam conuertitur peccator.

Cōuertitur Magdalena in vinum amoris Dei.

Cōuertitur in sāguinem Christi, & quomodo.

K mantur naturæ. Naturæ quidem lex perpetua est; & ordo rerum id exposcit, vt pluuiam terræ cœlum det semper. Sed ecce nunc rigat cœlum terra: terrea enim peccatrix cœlum cœli Dominum irrigat: immò & super cœlorum cœlos, vsque ad ipsum cœlorum conditorem, & Dominum imber humanarum prosilit lacrymarum; vt illud adimpleatur Dauidicum, de fletuum aquis. *p* Et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini. O quanta lacrymarum vis; gehennam extinguunt: terram diluunt: terrenas abstergunt maculas: terrenum fęcundant fructibus gratiæ cor: cœlum rigant: cœlorum portas vi sua adaperiunt; & cœlorum Dominum mirè lætificant. Sunt quidem lacrymæ vbique effi-

p Psalm. 148.

Lacrymarū efficacia, & virtus.

 caciss.mæ

cacissimæ peccatorum voces, quas infallibiliter audit Deus, ad quas to-
q Ps. 38. to, his perdoctus, recurrit affectu Dauid, *q* dicens. Auribus percipe la-
crymas meas. Quid non potuere eiusdem Dauidis, Ezechiæ, Petri, &
Lacrymarum dignissimũ poculũ. Magdalenæ lacrymæ? Nullæ hominum viatorum gratiores Deo deliciæ la-
crymis afferri possunt. Hinc inter pocula, & conuiuia omnibus his Christo
gratiores affert Magdalena, & exhibet lacrymas, vt illud eiusdẽ verificetur
Dauidis. *r* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Vbi Diuus Hierony-
r Psa. 55. mus legit. Posuisti lacrymas meas in ventrem tuum. Ecce igitur peccator,
quæ nam pocula, quæ fercula expectet, & exposcat a te Christus. lacry- L
s cap. 16. mis enim pascitur; inebriatur lacrymis, dicente *s* Isaia propheta in persona
peccatoris conuersi. Inebriabo te lacryma mea Nesebon, & Eleale. Per
Nesebon autem, & Eleale interpretatur Christus: nam Hesebon mæroris
congregationem significat. Christus porrò mærores omnes, & omnes lan-
t cap. 53 guores nostros (vt idem prædixit Isaias *t*) in seipsum congregauit, & tu-
lit. Eleale deinde adscensio interpretatur. Adscensionis verò in cœlum,
Peccatorũ lacrymis inebriatur Christus. & cœlestem patriam quis auctor, nisi Christus? dicente Apostolo. Quod
autem adscendit quid est, nisi, quia & descendit primum in inferiores par-
tes terræ? Qui descendit ipse est, & qui adscendit supra omnes cœlos, vt
impleret omnia, &c. Dicit ergò Isaias hoc totum, in persona peccatoris, vt
cum eo dicas & tu peccator ad Christum conuersus: inebriabo te Christe
lacryma mea; inebriabo te ò Hesebon, ò congregatio mœroris, & languoris,
meorum, & totius mundi peccatorum. Inebriabo te (inquam) peccata per
u Ioan. 1. lacrymas versando, *u* qui tollis peccata mundi; & his libenter inebriaris.
Inebriabo te, ò Eleale, ò adscensio, & adscensionis auctor, vt, per te, ad te in
cœlum conscendam. Sic Magdalena, Christum lacrymis inebriauit: nec his
contenta; capillis (inquit Euangelista) capitis sui tergebat. Diutius enim M
sæculi tempestatibus iactata, veluti è procelloso eruta mari, & ad Christum,
quasi ad portum salutis peruenta, seipsam quasi nauiculã, ad Christi pedes,
vt ad stabiles, & firmas columnas, proprijs ligat capillis, quasi funibus. nun-
quam in posterum inde dissoluenda: & quæ vndas insurgentes euaserat sæ-
culi sese ad Christi pedes reuoluit crinibus, vt in peccatricis caput è Christo
fonte, purgandis criminibus, reflueret gratiæ vnda; & nouo fonte mulier in
nouum baptisma suorum diluet illuuiem peccatorum, vt illud verificetur
aa Ps. 67. Dauidis regium, quòd videlicet Dominus hac in eadem actione confringe-
Magdalena sacrificauit verticẽ capilli, quia ꝗ est peccatorum causa fit adminiculũ gratiæ. ret capita inimicorum suorum, videlicet lethalium peccatorum in Magda-
lena, & sacrificaret verticem capilli, perambulantis olim in delictis suis, con-
uertendo eam de profundo vanitatum mari huius sæculi: & mysterioso re-
gressu, a qua eadem, quæ per oculos egressa Magdalenæ peccatorum sar-
raginem trahebat secum totam, ex contactu pedum Christi, diuinam sumẽs
virtutem, per capillos in caput reflueret Magdalenæ, noua baptizandi for-
ma, illam sanctificans, & ab omnibus emundans maculis: & ideo lacrymis
rigabat, & capillis tergebat. Congruè namque (vt ait Diuus Gregorius
citatus) capilli, quos ad compositionem vultus exhibuerat, in obse-
quium aptantur Christi; vt, qui peccatorum causa extiterant, sint &
gratiæ adminiculum. Vnde hac peracta actione; quasi reconciliatio- N
nis certa, & salutis osculabatur (subdit Euangelista) pedes eius: præ-
cesserant enim intercedentes lacrymæ, vt oscula sequerentur deuota:
vt

vt quemadmodum lacrymæ satisfactionis fuerant initium; ita oscula reconciliationis essent initium. Quare pro actionum complemento, concluditur ab Euangelista: Et vnguento vngebat; quia (vt inquit Gregorius ibidem) sicut, quæ ore superba dixerat, illud in vestigia fixerat Saluatoris. Ita, quæ vnguentum sibi pro suæ carnis odore, & delicijs lasciuè nimis exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta, & numerum peccatorum ad numerum conuertit virtutum, vt ex ea totum Deo seruiret in pœnitentia, quod in ea Deum offenderat in culpa. Sic igitur meretrix facta est honesta, & sancta magis, quàm virgines: & hæc, quæ ab Euangelista sunt dicta, exterius tantummodo agebantur, quæ verò interius reuoluebantur, multo feruentiora, quis dicere sufficit, nisi solus Deus, qui hæc intimè inspiciebat, quæ & solus efficiebat? Et ecce iam fœtor peccatricis, qui totam fœdauerat ciuitatem, conuersus est in suauitatis odorem, effuso sensibiliter materiali vnguento; & spiritualiter per totum terrarum orbem, diffuso sanctitatis, & pœnitentiæ sacramento. Qua nobis constituta norma, quis nostrum fratres quacunque peccatorum illuuie circumdatus, emergere statim non curabit? Quicumque sit ille, Magdalenam proponat sibi: Magdalenam toto inuocet corde, clamans, & dicens. O Magdalena sancta miserere mei fragilis peccatoris; vt quæ carnis fragilitates experta es: pietate multa commiserans, multam impetres & mihi gratiam, quam vobis omnibus concedat Christus, suauissima illa voce. Vade in pace. Amen.

FERIA VI. POST DOMINICAM Passionis. Concio LVIII.

Adeo fuit necessaria Christi mors vt sine ea iratus semper in nos extitisset æternus Pater, omnisque salutis spes deperiisset; quibus adduntur nonnullæ aliæ rationes idem pariter persequentes: deinde autem occasione concilij Iudæorum quattuor damnantur mundi consueta concilia, in quibus nihil aliud intenditur, quam præsentium vtilitas, cæterorum vero pernicies.

RECVRRENS nobis hodiernum concilium, compendium fuit, & quasi epilogus antiquorum in diuina scriptura conciliorum, quæ maiori vnquam respersa fuerint impietate, ac iniquitate. Superauit namque ambitiosum Absalonis a cum Achitofele consilium, parentem proprium de regno eiicere quærentis: Excessit inuidiã pessimam fratrum Ioseph in ipsum: magisque impiũ fuit, quàm illud Iezabelis cõtra Nabothem: & hoc ex parte impiorum Pontificum, & Sacerdotum antiquæ Synagogæ. Ex parte vero Dei

a 2. Reg. c. 16.

Opt.Max.eandem hodierni concilii ab æterno sententiam decernentis,concilium extat potentia diuina,diuina sapientia,& bonitate Dei plenissimum: vt in præteriti anni sermone perstrinximus. Hodie (Serenissimi Domini) duo ex præfato Euangelio tantummodo seligentes; Primò perpendamus; quam fuerit,ex Spiritus sancti sententia, expediens Christi mors; Secundò, quam variè,quam iniquè, & aliquando malignè, & impiè;concilium Caiphæ imitantes, concilia sua concludant mundani homines.

Diuisio bimembris.

Primum Membrū

Et quidem ex parte Dei quā fuerit Christi mors expediens,declarat Euangelista Iohannes,cum ait de Capha Pontifice.Hoc autem a semetipso non A dixit; sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus esset pro gente;& non tantum pro gente: sed,vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Congruebat ergo totius mundi saluti,vt Christus moreretur. Mundum enim totum redimere nemo congruentius poterat, quam Christus per mortem suam, qui & Deus erat & Homo. Nec enim simplex homo satisfacere poterat. Nec Deus, vt Deus mori, & ideo, vt peroptimè notat modernus quidam Doctor, Euangelista Spiritu sancto instructus,non iungit hæc duo vnus homo: sed verbo (moriatur) interiecto. Sic describit. Expedit,vt vnus moriatur;& indè subiungit, Homo. Quasi dicat. Expedit, vt moriatur vnus Deus: sed quia, Deus,nec mori potest, nec pati, vnus ille homo fieri debet, & sic mori vnus Deus, qui sit homo. O vnum, ò vnum, sine quo numquam Dei filii,qui erant dispersi, congregati fuissent in vnum. Quod ponderandum præmonuit Isaias, dicens. *b* Attendite ad Abraham, patrem vestrum,& ad Saram,quæ peperit vos; quia vnum vocaui eum, & benedixi ei,& multiplicaui eum. Attendite (inquit) ad Abraham:nam ex illius semine iuxta Dei promissa oriturus erat Christus.Ex quo inquit. Vnum vocaui eum, idest vnum Dei filium: & benedixi ei, vt filio dilecto,in quo mihi bene complacui; & multiplicaui eum. Quomodò verò poterat Filius Dei multiplicari? Certè non aliter, quàm per hypostaticam vnionem, per quam eo sensu multiplicatus fuit Dei Filius: quia per carnis assumptionem Deus,& Homo extitit.Quia ergo vnus,vt Deus,mori non poterat,additur, B & multiplicatur mortalis homo,& expedit, vt vnus moriatur homo. Hinc ex eodem Abrahæ semine Dauid in persona Christi expressè ait,Deum Patrem alloquens. Sacrificium,& oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Et textus Caldæus legit. Corpus autem aptasti mihi. Est ergo sensus. Scio æterne pater,quòd sacrificia, & holocausta,quæ tibi offerunt homines, diuersorum animalium, in templo Ierosolymitano nequaquam iram tuam diuinam placare possunt: nec pro mundi satisfacere peccatis: Ego verò, vt Deus, mori nequaquam possum, nec simplex homo satisfacere poterat: & idcirco,vt per gratum habeas sacrificium,& ad mundi totius salutem,& redemptionem sufficiens; corpus aptasti mihi super Crucis ara tibi sacrificandum;& sic expedit,vt vnus moriatur Deus, qui sit homo. Sic a primordio pulchram per figuram prædixerat Deus. *d* Congregentur aquæ in locum vnum: nam peccata omnia,& omnes iniquitates, vniuersi prorsus orbis, & omnes Dei patris iræ, & pœnę pro satisfaciendis præfatis culpis, in vnum Christum congeri,& congregari debebant:& ideo de illis per aquarum copiam significatis,mysticè ait Deus. Congregentur aquæ omnium pęnarum, & passionum in locum vnum, idest in vnum Christum, & appareat arida, idest sancta Ecclesia,purgata,& ab omni peccatorū colluuie extersa. Vnum præ-

Necesse erat vt moreretur vnus Deus, q esset homo.

b cap.51.

c Psa.10.

Solū sacrificiū corporis Christi poterat iram patris placare.

d Gen.1.

Totius mūdi peccata in vnū Christum congeri debebat.

C præterea efficere intendebat Christus Dominus noster homines omnes cum Deo Optimo Maximo, eorum conditore, & conseruatore, orante ipso alibi, & dicente ad patrem. *e* Non pro eis autem rogo tantum: sed & pro eis, qui credituri sunt, &c. Et concludit, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Fuerant quidem homines cum Deo a primordio vnum per gratiam, amicitiam, & adoptionem; sed separauit, & diuisit peccatum, orto inter Deum, & homines dissidio magno. Pugnabant homines culpis, & offensis. Debellabat eos Deus minis, terroribus, & flagellis. Christus igitur iterum eos vnire volens, in seipsum omnes Dei sumpsit iras; omnia hominum scelera & peccata: & sic iterum fecit homines arctiori vinculo vnum cum Deo, exclamante Apostolo, & dicente. *f* Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, soluens inimicitias in carne sua, &c. Nullus porrò alius poterat istam concludere pacem: & ideo expedit (inquit Spiritus sanctus) vt vnus moriatur homo pro omnibus, quo omnes fiant cum Deo vnum. Hac verò pace à Christo composita, damnandus erat omnino proditor magnus, qui hanc inter Deum, & homines magnam disseminauerat discordiam. Quisnam igitur talis fuit disseminator? Certè nullus alius, quàm peccatum. Quomodo verò peccatum mulctari, vel puniri poterat, cum omnium Theologorum consensu nihil sit? Miro equidem artificio: sicuti quando insignis proditor, vel rebellis, vel hæreticus, vel hæresiarcha non potest à Principe haberi, vt puniatur: saltem ad ostensionem iustitiæ in odiumque iniquitatis; hominis tam nefandi confingitur statua, & in ipsam veluti in propriam rei personam omnes exercet iustitiæ punitiuæ actus, eam comburens, vel quocumque afficiens

D alio supplicio. Sic Deus cum peccatum nihil esset: nec puniri, ex consequenti posset, eius quasi statuam (O Dei immensam bonitatem, & pietatem) proprium effecit filium: in eumque omnem peccato debitam exercuit iustitiam: sic dicente Apostolo. *g* Nam, quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, &c. Et ideo expediebat, vt vnus pro omnibus moreretur homo: vt omnium in eo damnarentur peccata. Et expletum est illud, quod prædixerat Deus Noe: dicens. *h* Arcum meum ponam in nubibus: & erit signum fœderis inter me, & inter terram, quemnam igitur arcum posuit Deus, tanquam signum efficax, & infallibile præfatæ inter se, & homines pacis, nisi illũ quẽ in persona Christi expressit eiusdẽ regius genitor, dicẽs. *i* Posuisti, vt arcum æreum brachia mea. Bracchia itaq; Christi ad modũ arcus pro statuẽda præfata pace, in cruce extẽdẽda erãt: & sic expediebat, vt vnus moreretur homo ꝓ populo. Præterea D. Paulus hæc de Christi morte disserens, multas enumerat rationes, propter quas Christi expediebat mors. *K* Sanguis (inquiens,) Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit gratum Deo; & mundauit conscientiam

E nostram. Ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti; & ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redeptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Et infra subdit. Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari: ipsa autem cælestia melioribus hostiis, quam istis. Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplariam verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Et infra. Nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destructionem peccati per hostiam

[Marginal notes: *e* Io. 17. — Christus per mortem suã fecit homines vnum cũ Deo. — *f* Ephe. 2. — Similit. Mirabili artificio Deus puniuit peccatum. — *g* Rom. 8. — *h* Gen. 9. — Christi corpus in Cruce erat arcus siue signũ fœderis inter Deũ & homines. — *i* Psa. 17. — *K* Heb. 9.]

stiam suam apparuit,&c. Et omnia hæc per testamentum suũ firmauit Christus: unde superius dixerat D. Paulus. Vbi enim testamentũ est, mors, necesse est, intercedat testatoris,&c. Quibus in verbis has innuit rationes; primo, quod propter mundandam conscientiam nostram, peccatorum colluuie pollutam, expediens fuit Christi mors. Emundauit (inquit) conscientiam nostram. Secundo, ut opera nostra, quę sine Christi ope mortua fuissent, viuificarentur; ibi ab operibus mortuis. Tertio vt per opera sic viuificata viuificāti & viuenti Deo, digne seruire possumus; ibi, ad seruiendum Deo viuenti. Quartò, vt mediator existeret, sufficiens, efficax, & perpetuus inter Deum, & Homines Christus; ibi. Et ideo noui testamenti mediator est. Quinto vt redimeret, & suppleret omnes antiqui testamenti, & præteritorum seculorum defectus, & præuaricationes: ibi; in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento. Sexto ut repromissionem Abrahæ factam, & semini eius adimpleret; ibi, repromissionem accipiant, qui vocati sunt. Septimo vt essemus eiusdem Christi filii veri Dei, æterni regni cohæredes æterni ibi: eternæ hæreditatis. Octauo vt cælestia, & cęlum ipsum sua mundaret hostia, & proprio sanguine; ibi; ipsa autem cęlestia melioribus hostiis, quam istis. Nono vt in ipsum cęlum sic sanguine Christi paratum, & ornatum rectè ingredi valeremus; ibi; sed in ipsum cęlum. Decimo vt pro nobis in cęlestibus post mortem, & resurrectionem perpetuus existat intercessor: ibi: vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Vndecimo vt omne funditus euerteret, ac destrueret peccatum; ibi: ad destructionem peccati. Et iterum sic, & Christus, semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccatā. Duodecimo, & vltimo, vt suum pactum, & testamentum nobiscum de æterno regno, de adoptione filiorum in ipsum, & de perpetua beatitudine, perpetuo stabiliret, atque irreuocabiliter firmaret; ibidem; Vbi enim testamentum est, mors, necesse est, intercedat testatoris, &c. Et ideo expediebat propter has enumeratās rationes: vt vnus moreretur homo pro populo. Præterea in perpulchra illa figura non poterat Naaman Syrus a sua lepra mundari, nisi prius in limpidissimis Iordanis aquis ablueretur. Sic, ut nos a peccatorum lepra mundaremur in pretiosissimo Christi sanguinis lauacro nos ablui oportebat, dicēte Apostolo vbi supra. Et sine sanguinis effusione, non fit remissio. Et ideo oportebat, vt vnus moreretur homo pro populo. Vlterius, quemadmodum in magni Principis nuptiis, nonnulla celebrantur in gratiam solius sponse, & familiarium eius, inter domesticos parietes, priuata festa. Deinde vero in totius populi cōsolationem, & gaudium, publica, & manifesta: sic Dominus noster in gratiam suæ sponsę Virginis Matris Mariæ, & familiarium eius pastorum, & regum magorum, qui ab oriente venerunt, & ipsorum Angelorum, quasi priuata peregit festa inter domesticos Bethlem parietes. Magis munera exhibētibus, & pastorib. munuscula præbentibus, & angelis suauissimè cantantib. Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis; Sed vltra hæc priuata publica in totius populi gaudiũ oportebat fieri festa: & ideo in apertis cāpestribus extra ciuitatē super eleuatum Caluariæ montem insignia illa exhibuit solemnia: vt illud impleretur Dauidicum. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ. Et ideo expediebat, vt unus moreretur homo pro populo. Denique hanc Christi mortem pulchram perfiguratam delineauit Deus, quando Assyriorum rex contra exercitum regis Israel præliaturus erat, quod tale dedit suis præceptũ.

Marginalia: Rationes p p quas expediebat Christi mors. — F — Oportebat nos mundari pretioso sanguine Iesu Christi. — Similit. — G — Psa. 73. — H

m Non

m Non pugnabitis contra minorem, vel maiorem quempiã: nisi contra regem Israel solum; quod & effectum est; nam ingruente prælio, & dirigente milite quodam sagittã: Regem Israel percussit, & occidit: & omnis populus eius reuersus est in domum, & patriam suam, saluus. Sic diurno iam existente bello inter Deum, & homines, Deus iræ suæ, ac diuinę iustitiæ sagittam in regem solum Israel Christum direxit, percussit, & occidit. Et inde populus omnis in patriam suam cęlestem, vnde ceciderat, saluus æternè reuerti potest. Et ideò expediebat, vt vnus moreretur homo pro populo. Sed vtinã, vel saltem hac morte Christi proficiamus, & ne mulieres illas imitemur, quæ limpida, vrentes aqua, ad proprias abluendas maculas, & sordes, eã; (postquam lotæ fuerint) in publicas proiiciũt conculcandam uias. Sic & nos, Christi sanguine pro nobis effuso mundati, & abluti ab omni peccatorum labe; ne quæso, Christi sanguinẽ quasi conculcandum proiciamus ingrati ne illa per os Dauid *n* amara Christi querela de nobis verificetur, dicentis. Sicut aqua effusus sum, &c. Et ne cum impiis Pontificibus, & Pharisęis in impia, cum ipsis, conueniamus, iniqua, & vana concilia.

m 3. Reg. c. 22.

Figura mortis & passionis Christi.

Similit.

n Ps. 21.

I Hoc autem secundo loco explicandum proposuimus. Super quo, propheta regius *o* quasi normam tradens omnibus nobis, vigilanter nos admonet, a quibus nam conciliis omnino abstinendum: inquiens. Non sedi cum Concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo: vbi quatuor præmonet præcauenda concilia. Quorum primum concilium est vanitatis, in quod ingrediuntur vt plurimum ditiores, & nobiliores in pompis, indumentis, ornamentis, omnis generis luxu & ceteris vanitatibus, magno cum excessu, mundo seipsos ostentant, & venditant: & inde, cum sint arbitri Reipublicę, & sępius ministri principum, uel propria ui, & facultate, vel perniciosissimis consiliis, annonæ intolerabilem inducunt penuriam, qua ni ferè opprimunt plebem, & inferioris ordinis homines; ita, vt eò perueniant, quod vix, & magna cum pęna, & labore panem cum aqua, ad sui victus, & sustentationem ex quotidianis operibus acquirant: O vere vanissimum optimatum concilium, quo sic vniuersum opprimunt populum. Et quod in conciliũ uertitur iniquorũ, malignitate plenissimũ, & impietate immanissimũ: ita, vt de talibus vere dici possit, q̃ omnia quatuor a Dauide Sancto damnata concilia, simul ingrediuntur, propter vanissimas mundi vanitates. Et sederunt diutius perseuerantes cum concilio vanitatis. Et cum iniqua gerentibus per annonæ penuriam vniuersæ ingressi sunt: & cętui malignantium per vsuras, & populi oppressiones aggregati, in impietatem per manifestam oppressionem peruenerunt. O vanitas vanitatum, O vanitas vanitatum: tot malorum impietatum; & iniqui-

Secundũ Mẽbrum

o Psa. 25.

Quatuor Mundi Cõcilia damnantur.

K tatum fons, & origo. Nonnè carissimi experientia didicistis, & sensibus vsurpatis vestris, hunc vanitatis excessum nostro æuo causam esse præcisam, totalem, & adæquatam penuriæ omnis, omnis iniquitatis, & impietatis, & cuiuscunque populorum oppressionis? Quid tandem, a populis expectatis? Nũquid memoriæ tenetis prodigiosũ illud, & memorabile impii Baalã factũ? Habebat impius hic propheta asinã sibi perutilẽ, & mãsuetã cuius opera sibi pgrata quotidiè vtebatur. Quadã verò die (vt inquiũt diuinæ litteræ) *p* stetit Angelus Dñi in via cõtra Baalã, q insidebat asinæ: & cernẽs asina Angelũ stãtẽ in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat p agrũ. Quã, cum verberaret Baalam, & vellet ad semitã reducere, stetit Angelus

p Num. 22.

in angustijs duarum maceriarum, quibus vineç cignebantur, quem videns asina, iunxit se parieti; & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam:& nihilominus Angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram, nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cumque vidisset asina stantem Angelum, concidit sub pedibus sedentis, qui iratus vehementius, cedebat fuste latera eius, Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est:& inter L
cętera, hæc dixit. Nonne animal tuum sum, cui semper insedere consueuisti, vsque in præsentem diem? dic, quid simile vnquam fecerim tibi? At ille ait. Numquam. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam: & vidit Angelum stante in via euaginato gladio: adorauitque eum pronus in terram. Simile quid, accidit vobis Domini: populum enim vniuersum inferioris ordinis quasi iumentum possidetis, cuius opera, & labore iugiter vtimini: quotidie verò non semel, vel tertiò: sed multoties perseuerantes, illum penuria, & oppressione varia percutitis: ita, quòd in angustiis duarum maceriarum in locum angustum, vbi, nec ad dexteram, nec ad sinistram deuiare possit, reductus iam sit, idest inter maxima necessitatis extrema quotidiani laboris ex vna, & penuriæ intolerabilis ex alia parte, iam, quomodo viuat, nescit: & sub pedibus vestris cadere est necesse. Cauete ne tandem angelus illi os adaperiat. Cauete (inquam) ne Deus iratus denique, in vos desęuiat. Vtinam, vel saltem Angelum, idest verum, & iustum, & æquum, & rationi consonum apertis mentis oculis videatis, quo & vanitatis, & impietatis concilia cauere possitis, & mortis Christi, vt a Spiritu sancto conclusæ, fructum capiatis æternum. Amen.

Opprimuntur pauperes de inopia.

FERIA TERTIA HEBDOMADAE sanctæ. Concio LIX.

Diuersi enudantur communicationis gradus, quos omnes sacrosancto Eucharistiæ sacramento conuenire demonstratur, cum omnium sit miraculorum compendium, in hoc autem diuinum mysterium varij insurrexerunt hæretici, quorum futilea argumenta reprobantur, ac denique quantam digne illud sumentibus vtilitatem pariat significatur.

QVAMQVAM de sacrosancto Eucharistię sacramento, Serenissima Domina, & à meipso, anno præterito, & ab alijs, etiam hoc anno, plura sint dicta: intolerabile tamen videtur, & indecorũ; quòd in toto quadragesimali cursu ab vno quoque concionatore saltem semel de præfato sanctissimo Sacramento, sermo non habeatur. Quoties enim etsi diuerso stylo, sono diuerso, & diuersa voce: consęno tamen sensu, mysticum hoc resonat mysterium, mira pascit auditores dulcedine, auditumque delectat fidelium.

Quam-

Quamuis igitur a doctissimis viris per quam suaui methodo in hesterna concione doctissime, ac salutariter de illo sit dictum; delectat verumtamen aliquando inter musica, & excellentissime pulsata instrumenta, fistulam audire pastoralem, & rudem. Hinc audeo & ego vario quidem modo; sed vno, & eodem Spiritu celestem hodie de eodem sanctissimo Eucharistiæ Sacramento depromere doctrinam: certus, quod non minus libenter, nec minori cum voluptate (quisquis sit, qui dicat) propter Sacramenti magnitudinem, & excellentiam excipietur. Super quo diuina Christi aspirante gratia, duo perstringemus. Primum tanti Sacramenti mysterium; deinde eiusdem copiosum fructum. Diuisio bimembris.

A De primo altius repetendum, quod in hoc sacramento Deus optimus maximus maximum fecit suæ bonitatis excessum: ita, vt uix maiorem, secundum nostræ intelligentiæ captum, possit efficere. Deus etenim, vt summum bonum omnium philosophorum consensu, summè sui ipsius est communicatiuum. Duplicitet vero communicari potest Deus, vel ad intra, vel ad extra, vt Scholæ verbis vtar. Et prima communicatio intima Deo, æterna est, perennis, infinita, perfecta, secundum quam persona prima (idest Pater) communicat eandem naturam diuinam, eandem numero diuinam essentiam, perfectam, infinitam, & pelagum omnis perfectionis, personæ secundæ: nempè Filio. Et in secundo signo originis Pater, & Filius eandem prorsus naturam diuinam Spiritui sancto communicant. Et in iisdem signis originis a personis producentibus communicantur personis productis, vltra naturam diuinam præcise consideratam, omnes diuinæ perfectiones: vel formaliter ab essentia distinctæ (vt Scotistæ docent) vel quacumque alia distinctione, in quibus perficitur, & absoluitur diuina tota communicatio ad intra. Plures porrò sunt gradus communicationis diuinæ ad extra. In primo enim communicatur natura diuina quoad essentiam præcisè: at non infinite, nec perfe-

Primum Membrũ

Dupliciter communicatur De°. Primacõ municatio.

B ctissimè; sed limitatè valde, ac per participationem eo modo, quo asserunt omnes, quæcumque, & singula quæ sunt, per participationem tantum entia esse. In secundo vero gradu diuina communicantur creaturæ attributa: nempè bonitas, potentia, sapientia, intellectus, uoluntas, & cetera huiusmodi: sed limitate similiter, & quandam per participationem: & sic omnia entia bonitatem participant, maiori, vel minori participatione. Multæ prætera creaturæ participant potentiam: Angelus uero, & homo intellectum, & voluntatem, scientiam, & sapientiam, & quæcumque alia rationem consequentia. Vlterius in tertio gradu communicatur Angelo, & homini diuina gratia, quæ habitus est infusus, & spiritualis qualitas, quæ ornat spirituales creaturas pergratas Deo illas efficiens. Hanc homines in statu innocentiæ statim cõcepti in materno vẽtre consecuti fuissent. Post vero peccatum, non nisi per baptisma illam consequuntur. Deindè in quarto gradu est communicatio gloriæ cęlestis, quæ cõsumata est gratia per apertam diuinæ essentiæ, & claram visionem. In quinto denique ac postremò, & supremo gradu, communicatur etiam diuina persona, quæ ad intra quidem communicari nequit. Si enim communicaretur statim rueret Sanctissimæ Trinitatis mysterium. Producitur itaque ad intra a persona producente distincta. Communicatur autem nequaquam. In quinto ergò communicationis gradu ad extra exceditur quæcumque tam ad extra, quam ad intra communicatio. Communicatur enim homini in Christo non limitate, & finite: sed perfectissimè, & infinitè eadem natu-

Gradus communicationis ad extra.

ra diuina, quæ communicatur filio, & Spiritui sancto. Et eadem attributa C diuina infinita quò ad primum, & secundum gradum. In tertiò verò, & quarto communicatur non ad mensuram gratia, non ad mensuram gloria; sed gratiæ, & gloriæ plenitudo summa, dicente intimo illo Dei Secretario de homine Christo. *a* Et vidimus gloriam eius, gloriam, quasi vnigeniti à patre: plenum gratiæ, & veritatis. Summa itaque gratia, & summa gloria in sacro materno virginali ventre homini Christo communicata fuit. In quinto denique gradu eidem homini in Christo communicata fuit & diuina persona Filii, & Verbum caro factum est, inquit idem Iohannes. Quæ personæ communicatio ad intra fieri nequit, vt superius dictum est. In hoc ergo gradu omnium communicationum eminentissimo nedum aliæ concurrunt eminenter communicationes: puta naturæ diuinæ diuinarum perfectionum gratiæ summæ, ac summæ gloriæ possibilis communicari creaturæ. Verum & homo is, cui communicatur sic persona diuina per hypostaticam vnionem, est creator, iustificator, & simul glorificator. Nec enim communicatur hic Deitas, vt fruitionis, vel beatitudinis obiectum: sed ipsa Filii persona cum Patre, & Spiritu sancto creans, conseruans, iustificans, & glorificans; & omnia illa, vno verbo, faciens, quæ fiunt; & sine quo factum est nihil, vt idem testatus fuit Euangelista Iohannes. At in sanctissimo Eucharistiæ sacramento humanus dilatetur animus eleuetur mens, extollatur ingenium, subueniat fides: namque in eo omnis communicationis modus exceditur, vt etiam anno præterito in feria secunda huius hebdomadæ Sanctæ varia methodo, sed eodem spiritu, & sensu aliqualiter demonstratum est. Nec enim plenè D humano stylo, vel mille sermonibus explicari potest: sed sola fide cum silentio contemplari, & admirari. Veruntamen ex munere mihi imposito eiusdem sacramenti gratia suffultus, & firmæ innixus fidei, aliquid breuiter de eo concludendum. In ipso igitur (vt prælibauimus) inexplicabili diuino artificio omnes præfati diuinæ communicationis eminentissimi continentur gradus tam largiori Dei optimi maximi liberalitate: tam latiori, & longissimo interuallo maiori, quam in prima communicatione Verbi incarnati. Quod ibi vnico tantum homini Christo præfati communicationis gradus collati sunt. In hoc verò tremendo, venerabilissimo, & admirabili Sacramento iidem penitus communicantur hominibus omnibus, gradus. In isto namque natura communicatur diuina, diuina attributa, persona diuina, & diuina gratia, nedum inhærens; sed & subsistens, cum plenitudine gloriæ: & vlterius Christi glorificata humanitas. O verè miraculorum miraculum: o gratiarum gratia: o communicationum communicatio. Hinc sancta Ecclesia veritatis magistra Spiritu sancto illustrata, huius sanctissimi Sacramenti collationē appellat communicationem: innuere volens per anthonomasiam, quod hæc omniū communicationum eminētissima sit cōicatio. Et nedum in re: sed ēt in modo. Quemadmodū.n.si excellēs pictor, non in ampla, & latissima tabula: sed in paruulo quadrangulo, magnam pingeret ciuitatē, exactissimè illam omnib. partibus absolutā ante oculos ponens, incōparabiliter maior ipsius appareret industria, & maius artificiū. Sic Deus in parua panis buccella quin & in minimo buccellę fragmento, omnē cōicationis diuinę abbreuians modum eminentissimū totius mūdi, & omniū tam visibilium, quàm inuisibiliū, quæ in ipso continentur, cōmunicationem,

a Ioan. 1.

In sacramēto Eucharistię omnes communicationis gradus continentur.

In Eucharistia est communicationum cōmunicatio.

Similit.

E nem, superauit & seipsum Deum (si fas est fari) excessit. Et diuinæ suæ potentię, & artificii diuini summam, hoc in sacramento ineffabili ostendere voluit diuitias quidem potentiæ suæ, sapientiæ, & artificii diuini ostendit, extendendo cœlos, illosque Sole, Luna, & Stellis ornando; distinguendo elementa: multiplicando myxta, & cętera huiusmodi. Maius quid ostendit, cum hæc omnia in vno compendiauit homine; adhuc maius esse fecit, quando hominem Verbo vniuit diuino; illud tandem quo maius excogitari humana mente non potest, effecit, quando in sacrosancto Eucharistiæ sacramento præfata omnia comprehendens, nobis omnibus communicauit hominibus. Quem artificii diuini progressum extremis labiis attigere Prophetæ, vt Ezechiel, cùm ait. *b* Sume tibi laterem; & describes in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem: & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra: & pones arietes in gyro, &c. O bone Deus, quomodo tam varia, & magna, & multa, in vnico describi possunt latere? Quasi dicat per Prophetam Deus. O stulti, & tardi corde maiora his videbitis: nedum enim in vnico latere, præfata describentur; sed in vnico bucellæ panis fragmento, cœ- *b cap. 4.*

F lum, & terra, & omnia, quæ cœli ambitu continentur, & quem cœli capere non possunt, non per picturam descriptus, sed verè, & realiter, & sacramentaliter continebitur. Compendium equidem vniuersi in homine, quem ex eo microcosmum Græci appellant, miratus est Propheta regius, dicens. *c* Mirabilis facta est scientia tua ex me. At cum ad Eucharistię sacramenti contemplationem peruenit, sese continere amplius nequiens, prorupit in sententiam illam admirabilem. *d* Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus. Et in quonam;o verè Propheta regie, omnium suorum mirabilium compendium, & memoriam fecit Deus? Escam (subdit) dedit timentibus se. Et quam escam, omnia continentem Dei mirabilia; nisi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum? Hinc alius Propheta exclamans ait. *e* Notas facite in populis adinuentiones eius. At quænam omnium diuinarum adinuentionum, hac Sacramenti Eucharistiæ admirabilior? Mirabilis quidem fuit baptismi adinuentio, de qua prædixerat ibidem Propheta. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. At cum ad sacramentum Eucharistiæ peruenit, exclamauit, vt supra. Notas facite in populis adinuentiones eius. Et sese magis declarans subdit infrà. Cantate Domino; quoniam magnificè fecit. Et in quonam fecit magnificè? De- *c Psalm. 134.* *d Psalm. 111.* Sacramẽtum Eucharistiæ est compẽdium mirabilium adinuentionũ Dei. *e Isai. c. 12.*

G clarat Dauid citatus. Memoriam (inquiens) fecit mirabilium suorum: escam dedit timentibus se. Et idem Propheta Isaias se magis explicat, cùm subdit. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel. At quomodo magnus in medio tui, & in medio cordis tui, & pectoris tui, & animæ tuæ, o Christiane; nisi per Eucharistiæ sacramentum? Vnde Gregorius Nissenus Isaiam explicans, ait de hoc Eucharistiæ sacramento. O Diuinum bonitatis inuentum, per quod (vt Dionysius annotauit Areopagita) Deus amoris extasim verè est passus: & metamorphosim verè ineffabilem. De qua tamen lumine fultus prophetico Isaias, alibi ait. *f* Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, idest in monte Ecclesiæ faciet Dñs cõuiuium omnis pinguedinis, & & summæ pinguedinis bonitatis diuinæ. Et cõuiuiũ medullatorũ; Medulla enim medium tenet intimũ omniũ rerũ. Medulla itaque omnium diuinorũ: Per sacramentum est Deus magnus in medio cordis nostri. *f cap. 25.* Est conuiuiũ ois pinguedinis.

myste-

mysteriorum, omnium Dei mirabilium, & omnium diuinarum communicationum est hoc sanctissimum Sacramentum. Et ideò conuiuium medullatorum. Medulla etiã, quia Dei veritas Ecclesiæ reuelata medium tenet semper: diaboli verò mendacia suis membris hæreticis, & apostaticis extrema quærunt. Ita olim Priscianus affirmat Christum purum Deum: ecce vnum extremum. Hebion affirmat purum hominem: ecce aliud. Iohannes verò Euangelista cum Ecclesia; Aquila volans, medullam cedri, huius mysterij obtinet, edocens Christum Deum pariter & hominem. Et Verbum (inquit) caro factum est. Nestorius item ponit in Christo duas personas: ecce H vnum extremum; & purum ponit hominem ex sancta Virgine Maria natum, aliam carnis personam constituens: ecce aliud extremum. Concilium vero Ephesinum vnum ex quatuor principalibus sub Celestino primo cum Ecclesia vniuersa medullam tenet mysterij, & duas perfectas confitetur in Christo naturas, diuinam, & humanam in vnica filii diuina persona. Et Virginem; Dei, & hominis genitricem asserit. Item olim Arrius blasphemabat in Deo plures substantias, & diuersas, separans a Patre Filium: ecce vnum extremum. Et Filium minorem asserebat Patre: ecce aliud extremum. Concilium verò Nicęnum magnum sub Sancto Siluestro Papa cũ Ecclesia medullam amplectitur mysterii, vnam, & indiuiduam docens diuinam substantiam in pluribus personis. Et Filium Patri coæqualem, & consubstãtialem, & homousion conscribi debere, idest eiusdem cum Patre substantiæ Filium. Sic etiam Pelagius nostræ salutis causam totalem libero tribuit arbitrio, gratiam funditus euertens: ecce vnum extremum. Lutherus verò, quasi nostro æuo è contra liberum euertens arbitrium totalem gratiæ tribuit salutis causam: ecce aliud extremum. Concilium verò Tridentinum in Spiritu sancto legitimè congregatum, medullam explicans mysterii, regia incedens via, primùm tribuit gratiæ locum: secundum verò arbitrii libertate; & sic de I singulis Ecclesiæ dogmatibus, hæretici semper extrema quærunt: Ecclesia verò medullam amplexatur. Et ita in Eucharistię ineffabili sacramẽto. Nonnulli, etiam Christi tempore, putarunt eius corpus dentibus præmendum, & mandendum, vt communis quædam caro. g Quomodo (inquiunt) potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Ecce vnum extremum. Quamplurimi verò nostri æui sacramentarii hæretici asserunt impiè, nec veram carnem, nec verum Christi corpus in Eucharistia nobis tradi; sed tãtùm significatiuè, & figuratiuè: ecce aliud extremum. Ecclesia verò vniuersa cum Concilio Tridentino, & omnibus (a Christo nato) Patribus: medullam tenet, & verum Christi corpus cum sanguine, anima, & diuinitate nobis tribui in Eucharistiæ sacramento docet, verè, ac realiter; & non tantùm figuratiuè, & non carnaliter, & sensibiliter (vt alii putarunt rudes) sed sacramentaliter, & inuisibiliter, & vno verbo, ineffabiliter. O Conuiuium medullatorum, o conuiuium medullatorum, nimis vrgent: (confessus est etiam aliquando inimicus Lutherus) verba illa Christi. Hoc est enim corpus meum, quæ semel a Christo prolata, eandem semper omnino retinuere vim, & virtutem, in Sacerdotis ore, debita intentione, prolata. Sic olim semel protulit Deus illa verba. Producat terra, &c. Et semper eandem vim terra singulis annis producendi retinuit, nunquam exhausta. Quisnam igitur ambigere poterit de verbis clarè prolatis ab illo Dei verbo, cuius verbo facta sunt omnia cœlestia, terrestria, visibilia, & inuisibilia?

Variè hæretici eorum opiniones de Christo, quæ oẽs confutantur.

g Ioan. 6.

lia? Quisnam iterum ambigere poterit de modo, si verbum Dei inuisibi-
K le, inuisibilem sibi vniuit hominem inuisibiliter? Nonnè potuit qui sub-
stãtias aspectui nostro visibiles opposuit, simulque inuisibiles ab aspectu no-
stro aliàs reposuit, seipsum Christum modo visibilem præbere; sicuti quan-
dò in terris visus est; & cum hominibus conuersatus est. Et modò se inui-
sibilem nobis tradere in Eucharistiæ Sacramento, postquàm ab oculis dis[c]ar-
uit nostris, in cœlum assumptus, & ad Dei patris dexteram eleuatus? O Chri-
ste Sancte sic me salua, & vniuersam hanc salua multitudinem: sic me (in-
quam) salua; & vniuersam hanc salua auditorum multitudinẽ. sicuti re vera
ad dexteram patris residens, nec illam derelinquens quotidiè millies in ma-
nibus, in ore, in pectoribus, & in deuotis versaris animabus inuisibiliter per
Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.

Secundũ Mẽbrũ.

Vtinam fratres & digno cum fructu animarùm nostrarum, & rei dignita-
ti correspondente suscipiatur a nobis; quod est secundum a nobis explican-
dum. Licèt autem multiplex, & inexplicabilis tanti Sacramenti fructus exi-
stat (vltra gratiæ gratum facientis collationem:) breuiter tamen duo nota-
bimus panis corporalis proprietatibus correspondẽtia. Sicut enim panis pri-
mò corporeus corporaliter nutrit, Secundo roborat. Sic panis iste cœlestis,
quàm maximè nutrit spiritualiter animam, illamq; munit, & roborat. Quod
multæ antiqui testamenti concinnè satis declarant figuræ. Sic Ionatas *h* mel
L gustando contra Philistym pugnaturus, & nutrimentum recepit, & tanta
præditus est fortitudine, quod solus castra inuertit, & euertit Philistinorum.
Sic miles ille de castris Madian contra Gedeonem *i* Iudicem Israel pugnan-
tibus, commilitonis quoddam somnium audiens, in quo sibi videbatur quasi
subcinericius panis ex ordeo, volui, & in castra Madian descendere, cum-
que peruenisset ad tabernaculum, percussisse illud, atq; subuertisse, & terræ
funditus coæquasse; tale somnium sic interpretatus est clarissimè. Nõ est (in-
quit) hoc aliud, nisi gladius Gedeonis. Tradidit enim dominus in manus eius
Madian, & omnia castra eius. Quid nam auditores hoc significat? Si panis,
quomodo gladius? Figurabat vtique hoc Sanctissimum Eucharistiæ Sacra-
mentum, quod panis est; dum nutrit, & gladius cum aduersus hostes munit,
ac defendit. Quod intelligens Gedeon refert sacer textus illam adorasse. Cum
que (inquit) audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit.
Quid adorauit, nisi Christum in Sacro Sancto Eucharistiæ Sacramento in
pane illo ordeaceo, & gladio præfiguratum? Sic Spiritus Sanctus conuiuiũ
descripturus ait. *k* Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & po-
suit mensam: & mittit ancillas suas vocare ad arcem. Quid quæso conuiuio
cum arce? Quid compotationibus, cum prelijs? Quid vino cum lancea? Quid
bombardis cum acu mulierum? & quid tandem vniuersæ militiæ cum ancil-
lis? Nisi, quia nutrimentum, & robur, fulcimentum, & fortitudo huius sacri
conuiuij ancillis animarum nostrarũ reparati describitur? Sic Abrahæ *l* post
pugnam, & victoriam, quã contra quatuor illos obtinuit reges, occurrit Mel-
chisedech, panem, & vinum offerens: eoquè Abraham reficiens, & muniens,
ad idem, quod supra, pulchram, & manifestam per figuram apertè demon-
strandum. Vndè propheta regius *m* breuiter Parasti (ait) in conspectu meo
mensam (eccè nutrimentum) De hac enim loquitur mensa Eucharistiæ. Et
indè sequitur; Aduersus eos, qui tribulant me: & ecce munimen, & robur.
Denique propheta Elias *n* in huius figura panem illum subcinericium co-
medens,

Duo sũt proprietates panis.

h 1. reg. 14.

i Iud. 7.

Sacramẽtum Eucharistia nutrit & roborat siue defendit.

k Prou. 9.

l Gen. 14.

m Ps. 22.

n 3. regũ. 19.

medens, nutritus est suauissimè; tantamquè induit fortitudinem, quòd in fortitudine cibi illius (inquiunt diuinæ literæ) ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb. Quanta igitur promptitudine, deuotione quanta, quanta frequentia hoc suauissimo, & fructuosissimo Angelorum pane vesci debemus nos Christiani? certissimi, quòd cum Ionata, & Gedeone substantialiter, & suauiter nutriti, castra expugnabimus Madianitarum, & Philistinorum infernalium hostium, certi; quod ancillæ animarum nostrarum huc vocantur a Christo, & ad conuiuium, & ad arcem, vt nutriantur, & muniantur. Certi; quod mysticus Melchisedech, summus, & supremus sacerdos Christus seipsum cœlestem panem in cibum, & munimen tradet nobis: vt cum propheta regio exclamare possimus. Parasti, parasti per tuam summam pietatem, & inexplicabilem bonitatem, ò Christe, in conspectu nostro mensam: aduersus omnes, qui tribulant nos: nempè aduersus mundum, carnem, & dæmones, vt victoriam inde cùm Abraham reportemus. Et cum Elia per quadragenarium vitæ nostræ tempus ad montem Dei cęlestis patriæ lęti perueniamus, perpetuò mansuri, & tecum gauisuri. Et dum etiam viuimus (fratres, vt a figuris ad figuratum descendamus, & hunc vel vnico exemplo, sermonem concludamus; Rudolphum Austriacum, (qui fluctuans per dissidia, Romanum imperium stabiliuit, & gentem fatalem sceptris, regnisque propagauit, ob oculos ponamus. Quo namquè merito; quo præclaro facinore hoc perfecit? non alio sanè, nisi huius Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ magna, & ea notissima veneratione, atque exhibita cum inexplicabili pietate, reuerentia, & deuotione. Ille inquam Rodulphus in modica versans fortuna, nec, nisi comes Habespurgensis venatum fortè (vt nobilitas illa, & nostra etiam solet) cùm æquo exiuerat; pluuius extabat dies, viæquè fractæ, ac sordentes: Et eccè occurrit sacerdos venerabilem, & Sacro sanctam hostiam ægro de more collaturus, extremum Christianorum solatium: occurrit autem pedester, cuius aspectus pium Rudulphi pectus perculit statim; & sine cunctatione aliqua non nihil indignatus equo desilijt, dicens. Me vehi, te, qui Seruatorem meum portas pedibus incedere fas erit? Absit. Indecorum enim, & simul impium duco. Conscende igitur hunc meum equum præ, & ego (vt par est) sequar. Iussio, non preces erant. Paret sacerdos; & iste capite reuelato, vt humilis famulus sequitur: Ad ipsas ægris ædes deducit, ab his eodem habitu reducit. Iamque domi, & apud se Sacerdos receptus, officio attonitus, & mente a Deo mota vale abeunti Rodulpho dixit, eiquè simul imperium, sceptra, & regna, & posteris eius prædixit; Quam prædictionem alij Sueuleam vatem confirmasse referunt; & alij sequentis noctis somnio ipsum edoctum asserunt. Vndè vndè prædictio; vndè vndè vaticinium. Euentus certissimus, longa, & florentissima experientia comprobatus: quem sensibus vsurpamus, nostro æuo, clarissimum. Et certum est ab hac tanta digna Rudulphi pietate in Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ortum duxisse. Quodnam (Serenissimi domini) eo Austriaco maius, vel clarius quæramus exemplum? Illud vnum pro omnibus, vobis eadem dignis prole sufficiat, eiusdem pietatis imitatoribus: fatalemque gentem sceptris, & regnis propagaturis, & in æterno regno æternè victuris. Quod concedat vobis, & omnibus fidelibus, panis ille cœlestis,

Aduersus mundum carmen, & diabolũ parauit nobis De⁹ hãc mensam.

Mirabile exemplũ de veneratione huius Sacramẽti.

N

O

lectis, quo nunc Sacramentaliter fruimini; claré, ac à facie ad faciem in patria illa cœlesti eodem fruituri. Amen.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE

Concio sexagesima de Passione Domini.

Sacra Passionis Christi domini nostri commemoratio vtilis admodum, ac abundantissimi fructus cuique animæ in eius meditatione versanti existit; qua ratione ducta Sancta Mater Ecclesia data opera eam nobis quolibet anno proponit considerandam; circa quam varia hac in concione proponuntur, quibus explicatur quomodo res acta fuerit; quæque speciali indigent lumine, ac ornatu, enucleantur, atq; decorantur.

CHRISTI, Domini nostri Passionem, & mortem recolendam iugiter nobis: præsertim verò singulis annis, hodierna recurrente die, in signum gratitudinis tanti, & inexplicabilis beneficij: nec non in salutem animarum nostrarum proponunt diuinæ literæ: hortantur patres orthodoxi: commendat, quin & præcipit Ecclesia spiritu sancto illustrata. Hinc mos inoleuit in eadem, vt vel saltem hac hodierna die singulis annis concio tota conuocetur fidelium ad meditandam, recolendam, & deplorandam Christi Seruatoris nostri Passionem, & mortem. Ità olim hortatus fuit nostri æui credentes in Spiritu præuisos propheta ille, qui præ omnibus de Christi Passione vaticinatus est, dicens. *a* Deduc quasi torrentem lacrymas: neque taceat pupilla oculi tui; per diem, & noctem non des requiem tibi. Quam hortationem quilibet fidelium plenè obseruare deberet: nam inde salus nostra vniuersa, & totius mundi redemptio: quod si per totum vitæ nostræ tempus per diem, & noctem (vt propheta hortatur) id explere negligimus; hoc mane saltem omnibus in toto terrarum orbe super ea lacrymantibus fidelibus, collacrymemur, & nostrum, quia pergratissimum præstabimus Christo nostro saluatori obsequium: tum, quia, nisi illud præstabimus, grauem incurremus iacturam, & periculum graue perditionis æternæ. Sic tales comminante ingratos Dei spiritu. *b* Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis meis. Et tandem, quia salutaris valdè, ac perutilis: quin, & necessaria est nobis ad salutem præfata Passionis Christi meditatio, sic docente Gentium Doctore, *c* seipsum normam, & exemplar constituente in illis verbis. Adimpleo ea,

a Tren. 2.

A

b Leuit. 23.

c Colos. 1.

quæ desunt passionum Christi in carne mea. Quid ais Apostole sancte? Num Christi passio in aliquo defecit, quominus pro totius mundi salute satisfecerit; quia te iactas adimplere in carne tua; quę desunt passionum Christi? Optimè sanè; deficit enim omnibus applicatio: etsi .n. non solū pro vniuerso mundo: sed & pro infinitis, si reperiri possent, sufficientissima sit Christi passio: nulli tamen prodesse potest, sic decernente, & statuente eodem Christo: nisi applicetur, vel per Sacramenta præsertim necessario per baptisma, vel per alia post baptismum sacramēta, & media. Inter quæ non infimū tenet locū, non dico carnis macerationes, ieiunia, vigiliæ, labores innumeri, quos pertulit Apost. Paul. & martyria diuersa; sed solummodo passionis Christi meditatio. O ingratissimos itaque nos, si cum Apostolo adimplere possumus ea, quæ desunt passionum Christi per solam eiusdem passionis meditationem: & illud etiam perficere negligimus, vel obstinato animo renuimus. Ne igitur in huiusmodi intolerabilis ingratitudinis baratrum, & inde in sibi correspondentem pœnam incurramus, Christi passionem, & mortem vel saltem hoc mane omnium adstantium conspirantibus votis meditemur. Quod vt suauiori cum gustu perficere possitis, meminisse oportet, quod passiones vniuersæ in diuina scriptura sæpius aquarum nomine designantur, vt ibi. *d* Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. & alibi. Sed, cætera omittentes, & solum deuotioni, ac pietati innitentes, ad rem nostram aptissima est mirabilis illa in nuptijs Canæ Galileæ aquarum præparatio, partitio, mensuratio, & in vinum conuersio. Docet enim Euangelista *e* sex ibi positas hydrias aquis plenas, quæ Christi iussu in vinum optimum sunt conuersæ: nam Christi passiones per aquas designatæ, in vinum gaudij fructus, & lætitiæ vniuersæ Ecclesiæ conuersæ sunt; quin & in iuge conuiuium nuptiarum, conuerso inde per eumdem Christum vino in sanguinem ipsius pratiosissimum, & in eiusdem passionis memoriam a Sacerdotibus in sacrosancto Altaris sacrificio iugiter oblatum dicente Christo. *f* Hoc facite in meā commemorationem. Sex verò fuerunt hydriæ, non sine magno mysterio; nam sex in principalibus locis Christi passio est adimpleta Primò, ab egressu cœnæ vsque ad hortum inclusiuè. Secundo ab egressu, & termino orationis Christi in horto prolatæ vsque ad occursum turbarum, & Iudæ antesignani, qui venerat illuc cum lignis, facibus, laternis, & armis. Tertio ab horti egressu, vsque ad domum Annæ, & Caiphæ inclusiuè. Quarto in domo Pilati, & Herodis vicissim. Quinto in solo palatio Herodis, vsque ad sententię prolationem. Sexto, & vltimo in baiulatione crucis, vsq; ad montem Caluarię, in quo vltimus terminus Christi passionis, & mortis. Singulę verò hydrię præterea continebant metretas binas, vel ternas: nam singulis in locis patiebatur Christus in termino a quo, in termino ad quem, & in via; quod omnium deuotioni contemplandum omitto, hydrias aquarum passionum Christi pro nostra hodierna concione aliter distinguendo: Considerando nempè in prima hydria quis passus est. In secunda, quid passus est. In tertia a quibus est passus. In quarta pro quibus. In quinta quo tempore. In sexta quo loco. Singulę verò hydrię, continent metretas binas, vel ternas. In prima enim passus est Christus quoad animam, & quoad Corpus; Et ecce metretas binas. In secunda passus est cordis odia, oris iniurias, & manuum tormenta varia: Et ecce metretas ternas.

Omnib. necessaria est passionis Christi meditatio.

d Psal. 68.

e Ioa. 2.

f Luc. 22.

B

C

nas. In tertia passus est a synagoga, & a gente, a Iudæo, & a Gentili, & eccè metretas binas. In quarta passus est (o Christi inexplicabilem bonitatem) pro iisdem Gentilibus, & Hebræis, à quibus patiebatur: & eccè metretas binas. In quinta passus est continuatè nocte, ac die iuxta illud. *g* Fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis: Et eccè metretas binas. In D sexta deniquè passus est in tribus principalioribus locis suprà enumeratis videlicet in horto, in palatio Pilati, & in Caluariæ monte. Quia verò deuota quælibet anima contemplari poterit ex vna proposita reliquas hydrias: quia omnes permixtæ sunt, & singulæ in singulis, (vt liquidò constat,) continentur, verbi gratia contemplando quisnam patiatur simul, & semel vagari poterit contemplando pia mens. Quid patiatur, à quibus, & pro quibus, & quo tempore, & quo loco. Ideò pro maiori animarum vestrarum gustu, vt propria, passionem Christi, meditatione hauriant, prolixitatem vitando, nè tædio, & impedimento sit, reliquas permixtas hydrias vestræ committens, adeo què commendans, deuotioni, & contemplationi primam principaliter vobis propinabo: reliquas obiter tangendo, vel silentio penitus inuoluendo, & de prima duas pro faciliori haustu proponο eiusdem hydriæ metretas videlicet quæ Christus passus sit quoad animam in prima; & quæ item quoad corpus, in secunda. De prima (inquiunt Euangelistæ) *b* cœpit pauere, tædere, contristari, & mæstus esse. Quibus in verbis quatuor designantur dolorum præ- E cipua genera, quos Christus in horto voluntariè assumpsit, & admissos ad mortem vsque retinuit videlicet, pauorem, tædium, tristitiam, & mestitiam: quia enim peccata, pro quibus Christus patiebatur, priùs in animo committuntur internè, quàm foris exeant in opus: ideò voluit dominus noster, perfectissimus redemptor, prius voluntariè percipere dolores, cordis, & animi, quàm corporis: & indè incipere voluntarium sacrificium pro peccatis, vndè peccata ipsa exordium sumunt. Nullum enim committitur peccatum cuiuscunque generis, nisi ortum habeat a corde, & ab animo, iuxta illud receptissimum. Non est peccatum, nisi voluntarium. Radicem igitur morbi petens Christus, a passionibus, & doloribus animi exorditur: & primus, quē assumpsit, dolor internus, fuit pauor, & formido quædam grauissimarum pœnarum sibi imminentium: quas omnes perfectissimè ante mentis oculos habebat; F ac si realiter existentes intuitiuè illas omnes, & singulas videret, atque experiretur. Atque adeò funestæ mortis, quam natura supra modum semper exhorret, mortisque generis cum omnibus circunstantiis, tàm diris, & displicentibus, iam sibi instantis, Pauorem prætendebat maximum, & maximum horrorem. Quemadmodum enim in ipsa hora passionis & mortis, quam actualiter sustinebat, minimus dolor corporis nullatenus fuit vnquàm absortus à maiori; sed omnes, & singulos, ac si seorsum, & separatim sufferret, perfectè sentiebat, vt indè magis (o Christi amorem ineffabilem) pro nobis pateretur. Sic in horto perfectissimè apprehendere voluit omnes, & singulas imminentes grauissimas pœnas, imminentem funestam mortem, mortis genus, & circunstantias omnes ex quibus natura suæ derelictæ facultati; pauere cœpit, & pauorem, formidinem, & horrorem admisit maximum. Et sic primus dolor internus, cui successit secundus: nempè tædium; nàm illum tædebat rerum omnium, quæ sunt in hac vita, cum se præuideret, deserendum, derelinquendum, & prodendum, non solùm ab omnibus hominibus; sed a magis caris, & electis discipulis, quibus prædixerat in itinere ad

g Ps. 71.

Diuisio bimemb.

b Mat 36 Mar. 19.

Primum membrū. Quatuor Christi interni dolores.

Primus dolor pauor, & formido.

Secūdus dolor tædium.

quæ desunt passionum Christi in carne mea. Quid ais Apostole sancte? Num Christi passio in aliquo defecit, quominus pro totius mundi salute satisfecerit; quia te iactas adimplere in carne tua; quę desunt passionum Christi? Optimè sanè; deficit enim omnibus applicatio: et si .n. non solũ pro vniuerso mundo: sed & pro infinitis, si reperiri possent, sufficientissima sit Christi passio: nulli tamen prodesse potest, sic decernente, & statuente eodem Christo: nisi applicetur, vel per Sacramenta præsertim necessario per baptisma, vel per alia post baptismum sacramẽta, & media. Inter quæ non infimũ tenet locũ, non dico carnis macerationes, ieiunia, vigiliæ, labores innumeri, quos pertulit Apost. Paul. & martyria diuersa; sed solummodo passionis Christi meditatio. O ingratissimos itaque nos, si cum Apostolo adimplere possimus ea, quæ desunt passionum Christi per solam eiusdem passionis meditationem: & illud etiam perficere negligimus, vel obstinato animo renuimus. Ne igitur in huiusmodi intolerabilis ingratitudinis baratrum, & inde in sibi correspondentem pœnam incurramus, Christi passionem, & mortem vel saltem hoc mane omnium adstantium conspirantibus votis meditemur. Quod vt suauiori cum gustu perficere possitis, meminisse oportet, quod passiones vniuersæ in diuina scriptura sæpius aquarum nomine designantur, vt ibi. *d* Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. & alibi. Sed, cætera omittentes, & solum deuotioni, ac pietati innitentes, ad rem nostram aptissima est mirabilis illa in nuptijs Canæ Galileæ aquarum præparatio, partitio, mensuratio, & in vinum conuersio. Docet enim Euangelista *e* sex ibi positas hydrias aquis plenas, quæ Christi iussu in vinum optimum sunt conuersæ: nam Christi passiones per aquas designatæ, in vinum gaudij fructus, & lætitiæ vniuersæ Ecclesiæ conuersæ sunt; quin & in iuge conuiuium nuptiarum, conuerso inde per eumdem Christum vino in sanguinem ipsius pretiosissimum, & in eiusdem passionis memoriam a Sacerdotibus in sacrosancto Altaris sacrificio iugiter oblatum dicente Christo. *f* Hoc facite in meã commemorationem. Sex vero fuerunt hydriæ, non sine magno mysterio; nam sex in principalibus locis Christi passio est adimpleta Primo, ab egressu cœnæ vsque ad hortum inclusiuè. Secundo ab egressu, & termino orationis Christi in horto prolatæ vsque ad occursum turbarum, & Iudæ antesignani, qui venerat illuc cum lignis, facibus, lanternis, & armis. Tertio ab horti egressu, vsque ad domum Annæ, & Caiphæ inclusiuè. Quarto in domo Pilati, & Herodis vicissim. Quinto in solo palatio Herodis, vsque ad sententię prolationem. Sexto, & vltimò in baiulatione crucis, vsq; ad montem Caluarię, in quo vltimus terminus Christi passionis, & mortis. Singulę verò hydrię præterea continebant metretas binas, vel ternas: nam singulis in locis patiebatur Christus in termino a quo, in termino ad quem, & in via; quod omnium deuotioni contemplandum omitto, hydrias aquarum passionum Christi pro nostra hodierna concione aliter distinguendo: Considerando nempè in prima hydria quis passus est. In secunda, quid passus est. In tertia a quibus est passus. In quarta pro quibus. In quinta quo tempore. In sexta quo loco. Singulę vero hydrię, continent metretas binas, vel ternas. In prima enim passus est Christus quoad animam, & quoad Corpus; Et ecce metretas binas. In secunda passus est cordis odia, oris iniurias, & manuum tormenta varia: Et ecce metretas ternas.

nas. In tertia passus est a synagoga, & a gente, a Iudæo, & a Gentili; & eccè metretas binas. In quarta passus est (o Christi inexplicabilem bonitatem) pro iisdem Gentilibus, & Hebræis, à quibus patiebatur: & eccè metretas binas. In quinta passus est continuatè nocte, ac die iuxta illud. g Fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis: Et eccè metretas binas. In sexta denique passus est in tribus principalioribus locis suprà enumeratis videlicet in horto, in palatio Pilati, & in Caluariæ monte. Quia verò deuota quælibet anima contemplari poterit ex vna proposita reliquas hydrias: quia omnes permixtæ sunt, & singulæ in singulis, (vt liquidò constat,) continentur, verbi gratia contemplando quisnam patiatur simul. & semel vagari poterit contemplando pia mens. Quid patiatur, à quibus, & pro quibus, & quo tempore, & quo loco. Ideò pro maiori animarum vestrarum gustu, vt propria, passionem Christi, meditatione hauriant, prolixitatem vitando, nè tædio, & impedimento sit, reliquas permixtas hydrias vestræ comm. trens, adeo què commendans, deuotioni, & contemplationi primam principaliter vobis propinabo: reliquas obiter tangendo, vel silentio penitus inuoluendo, & de prima duas pro faciliori haustu propono eiusdem hydriæ metretas videlicet quæ Christus passus sit quoad animam in prima; & quæ item quoad corpus, in secunda. De prima (inquiunt Euangelistæ) h cœpit pauere, tædere, contristari, & mæstus esse. Quibus in verbis quatuor designantur dolorum præcipua genera, quos Christus in horto voluntariè assumpsit, & admissos ad mortem vsque retinuit videlicet, pauorem, tædium, tristitiam, & mæstitiam: quia enim peccata, pro quibus Christus patiebatur, priùs in animo cômittuntur internè, quàm foris exeant in opus: ideò voluit dominus noster, perfectissimus redemptor, prius voluntariè percipere dolores, cordis, & animi, quàm corporis: & indè incipere voluntarium sacrificium pro peccatis, vndè peccata ipsa exordium sumunt. Nullum enim committitur peccatum cuiuscunque generis, nisi ortum habeat a corde, & ab animo, iuxta illud receptissimum. Non est peccatum, nisi voluntarium. Radicem igitur morbi petens Christus, a passionibus, & doloribus animi exorditur: & primus, quê assumpsit, dolor internus, fuit pauor, & formido quædam grauissimarum pœnarum sibi imminentium: quas omnes perfectissimè ante mentis oculos habebat; ac si realiter existentes intuitiuè illas omnes, & singulas videret, atque experiretur. Atque adeò funestæ mortis, quam natura supra modum semper exhorret, mortisque generis cum omnibus circunstantiis, tàm diris, & displicentibus, iam sibi instantis, Pauorem prætendebat maximum, & maximum horrorem. Quemadmodum enim in ipsa hora passionis & mortis, quam actualiter sustinebat, minimus dolor corporis nullatenus fuit vnquàm absortus à maiori; sed omnes, & singulos, ac si seor sum, & separatim sufferret, perfectè sentiebat, vt indè magis (o Christi amorem ineffabilem) pro nobis pateretur. Sic in horto perfectissimè apprehendere voluit omnes, & singulas imminentes grauissimas pœnas, imminentem funestam mortem, mortis genus, & circunstantias omnes ex quibus natura suæ derelicta facultati; pauere cœpit, & pauorem, formidinem, & horrorem admisit maximum. Et sic primus dolor internus, cui successit secundus; nempè tædium; nàm illum tædebat rerum omnium, quæ sunt in hac vita, cum se præuideret, deserendum, derelinquendum, & prodendum, non solùm ab omnibus hominibus; sed a magis caris, & electis discipulis, quibus prædixerat in itinere ad

Marginalia: g Psal. 71. — Diuisio bimemb. — h Mat 26 Mar. 14. — Primum membrū. Quatuor Christi interni dolores. — Primus dolor pauor, & formido. — Secūdus dolor tædium.

Mat. 26 / Marc. 14. hortum post cœnam, omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, scriptum est enim percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis, &c. Principium ergò huius tædij in Christo ortum duxit a discipulis, qui fuga sibi consulentes, omnes, vel eum dereliquerunt, vel in fide nutarunt, vel ore negarunt, vel impiè prodiderunt. Ideò prædixerat Christus omnes vos: quasi dicat omnes; ne vnus quidem pro me stabit. Vos, quos tantis cumulaui beneficijs. Vos, quos, præ omnibus, caros habui. Vos, quos præ omnibus mihi elegi in discipulos, & sectatores. Vos, quos mundi arbitros iam destinaui. Vos, quos mihi assessores, & regni G participes, & iudices prælegi. Vos, vos, inquam, nedùm me derelicturi estis, & fuga vobis consulturi; sed insuper scandalum patiemini; quia peccabitis, futuri a me alieni: & nemo prorsùs vestrum huius passionis tempore vel stabit mecum, vel a peccato vacuus erit. Hæc mente recolebat Christus in horto, quæ prædixerat, & ex quibus tædium sentiebat, quasi nauis in alto constituta mari, ab omnibus derelicta socijs, & asseclis, quibus cum in consertua (vt aiunt) nauigabar, orta iam tempestate sola in medijs fluctibus. Ità Christus ab omnibus destitutus, præsertim verò a discipulis derelictus, in quibus magis K confidebat, in medijs passionis fluctibus (vt olim prædixerat Dauid in persona ipsius, illis verbis. Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me) vehementissimè tædere H cepit. Inter omnes verò, qui huic tædio in Christo maximam dedere causam, discipulos, tres fuere præcipui videlicet Iohannes, Petrus, & Iudas Iohannes quidem: nam, cum intimus, & cœlestis iam constitutus fuisset secretarius Christi, ex quo supra Christi pectus recubuerat, & cœlestia indè hauserat, & diuina secreta Christo dilectissimus; tamen, his non obstantibus, aufugit. Siuè ille fuerit adolescens, qui sequebatur eum amictus syndone super nudo; &, reiecta syndone, nudus profugit ab eis. Quem Theophilatus, & alij quemdam è uicina domo tumultu excitatum, & de strato exurgentem, arbitrantur linteo solo tectum. Alij verò Iacobum fratrem domini eum fuisse astruunt, & nonnulli Iohannem euangelistam: quidquid sit de hoc, certum est, Iohannem etiam aufugisse. Tædium verò hausit Petrus, qui præ ceteris omnibus discipulis, Christi Vicarius cum plenitudine potestatis iam designatus in terris fuerat, qui & se mori iactauerat potiùs, quam Christum derelinquere; nedùm tamen dereliquit: sed, & cum iuramento, & detestatione ter abnegauit anathematizando. Tertius denique impijssimus discipulus etsi non magis carus; magis tamen tædium hausit, quia magis deliquit: nam vniuersæ passionis Christi, & funestissimæ eius mortis causa fuit impia, & sordida: proditor enim tanti magistri per inauditam proditionem tradidit inimicis magistrum, & dominum suum. Et I hoc est, quod prædixerat, & ponderauerat Christus vbi suprà, cum ait. Omnes vos scandalum patiemini in me: quasi diceret. In me magistro vestro, & domino. In me, qui pro vobis pati uoluntariè elegi. In me, Deo vestro, & redemptore vestro. In me, ex cuius dictis, & factis, verbis, & operibus, doctrina, & miraculis, stabiles, & fundatos in omni euentu, omninò esse oportuerat. Ex his igitur considerans Christus tædium quoddam præsentiens & in hac uita nil stabile prorsùs videns, illum tædere cœpit, tædiumquè pro maiori meritorum copia, & vitæ ipsius præsentis, & cuiuslibet rei in hac vita vehemens

Marginalia (left): mil. — Psal. 68. — [...]es discipuli p[...] què hau[...] fuit T[...]um. — Mat. 26 / Marc. 14.

vehemens admittere voluit. Et indè tertio loco tristitiam, quæ in ter-
tio gradu maiorem ingerebat Christo animi dolorem. Oriebatur enim Tertius dolor Tristitia.
ob grauia, tam iudæorum, quàm gentilium peccata ex peccatorum ipsorum
impœnitentia, & ingratitudine maxima ob exiguum eorum numerum, qui
tantæ passionis fructus participes futuri erant ob eorum perfidiam, & obsti-
nationem. Si enim vnus, vel alius ingratus extitisset, nec fructum tantæ
oblatæ passionis percepisset, magis tolerabile fuisset: sed, cum ferè innu-
meri nullum indè fructum percepturi essent; cùm tamen pro omnibus *m Isa 53.*
sufficientissimè Christus esset passurus, & satisfacturus, vt prædixerat va- *n Ezec. 29*
tes. *m* Posuit in eo iniquitates omnium nostrum. & alius textus legit. Incur
rere fecit in eo iniquitates omniũ nostrum, & tamen hoc non obstante, alius
K propheta ait. *n* Oẽ caput decaluatũ, & omnis humerus nudatus; & merces
nõ est reddita ei, O quàm dura, & intolerabilis est eius operarij tristitia, qui
sua defraudatur mercede. Cũ ergò tantis Christi operibus nulla ferè merces
reddatur: omnib. decaluatis manẽtibus, & nudatis humeris. i. sine fructu, &
gratia passionis Christi; maximam indè, & inexplicabilẽ tristitiã perferebat;
quia merces, qui eramus nos, à nobis ingratis nõ est reddita ei. Et quarto de- Quartus dolor Mæstitia.
niquè mæstitiã passus est Christus in horto: nempè grauissimam animi an-
xietatem, & consummatum tristitiæ gradum, orientem tùm ex omnibus præ-
fatis iterum in summo gradu admissis voluntariè: tùm, quia nullũ sibi a toto
cœlo, & orbe refrigerij locum prospiceret: tùm præsertim; quia perurgebat
iussio patris, quẽ sibi quodammodò aduersum præsentiebat, & ab illa hora *o Mat 27*
vsq; ad mortis finẽ Christũ hominẽ propriè humanæ virtuti derelinquen- *Marc. 15.*
tẽ. Vndè exclamauit in cruce. *o* Deus meus, Deus meus vt quid dereliqui-
sti me? Hæc. n. eadẽ in Horto mẽte recolebat, & meditabatur, vt cõtẽplatiui
dicũt: ex quib. tristitiæ, ac mestitiæ summũ admisit; quasi diceret Patri. Pater
ꝙ Iudas me traditurus sit, nõ adeò me premit; quia & latro est, & loculos ha
bẽs, & proditor: ꝙ Hebræi cõtra me falsis testimonijs, & affectata sententia
sint insurrecturi, nõ adeò me vrget, quia mendaces, & obstinati sunt, inui-
L dia, & ambitione vehemẽter acti; ꝙ gẽtiles me sint crucifixuri adeò sunt ex
cusabiles, ꝙ ignorãt quid faciant. Et in vniuersum quidquid homines acturi
sint; quia tandẽ caro sunt, mirũ, si opera exequũtur carnis, Tu verò pater *p Ps. 83.*
mi, qui vnũ, & idẽ semper es mecũ: tu, inquam (vt verbis vtar prophetæ *p*
illius, e cuius regia stirpe carnẽ; & me ipsũ hominẽ assumpsisti) Repulisti,
& despexisti: distulisti Christũ tuũ. Auertisti testamentũ serui tui: prophana
sti in terra sanctuariũ tuũ. i. Repulisti nõ exaudiens quòad hoc, vt calix tran
seat passionis adeò amarus: Despexisti, quasi nil ad te pertineret. Distulisti
protrahẽdo in lõgius meũ dolorẽ, pauorẽ, tædiũ, tristitiã, & mæstitiã. Auer
tisti testamentũ serui tui; quia me tuũ pactũ, & testamẽtũ tuũ semp iternum,
sempiternũ fœdus humano promissum generi, vt Messiã, & Regẽ, auertisti
quasi seruum, seruire me faciẽs diris in tormentis, ob peccata hominum: &
prophanasti in terra sanctuariũ tuũ: quia corpus meum sanctificatum, tibi-
que indissolubiliter vnitum per hypostaticam vnionem deijci in terram, &
perperam pertractari, & flagellari permisisti a prophanis. Et vlteriùs, Distru
xisti oẽs sepes eius. i. diuinã omnem custodiam, qua meam humanitatẽ pro-
tegere cõsueuisti. Et posuisti firmamentũ meũ formidinẽ. i. meipsum fortitu
dinẽ summã per vnionẽ hypostaticã mihi cõicatã, in formidinẽ vertisti sic,
ꝙ omnia præfata non multo post futura, quasi præsentia præ oculis habens;

Omnia futura & præsentia præuidebat Christus & lamentabatur in persona Dauid.

incępi

incępi iam pauere, tędere, contristari, & męstus esse. Diripuerunt enim me omnes transeuntes viam idest direpturi sunt pro libito, & libidè vniuscuiusque me, quasi vineam sine sepe, transeuntibus expositam. Et futurus sum in opprobrium vicinis meis, & familiaribus meis, & notis meis. Exaltabis dexteram (saltèm ad tempus) me deprimentium: & lętificabis omnes inimicos meos, dum vitam diris in tormentis, ac turpi in morte agere me videbunt. Auertes adiutorium gladij tui: nedùm legionem Angelorum; sed, nec minimum Angelum in adiutorium meum mittens: nec mihi in bello auxiliaturus es tàm duro, & per difficili: destrues me ab emundatione per sordes, & inquinationes, & consputationes hominum impurorum. Et meam sedem in terram collisurus es, purpura indutum, proprijs exutum vestibus, arūdinem pro sceptro, & spinas pro corona laturum. Denique minorasti dies temporis mei, me in ętatis flore morte percutiens atroci, meque omni perfudisti ab hac vsque in mortis horam confusione. Hęc fratres, quæ plenè, ac perfectissimè etsi futura, quasi pręsentia, pręuidebat Christus, & meditabatur, summum ei ingerebant animi dolorem: pauorem summum, summum tædium, tristitiam summam, & summam męstitiam. Hęc igitur & vos cum Christo animo recolite, vt passionum eius fructum percipiatis per meditationis applicationem animo reuoluentes: quòd pręcipua ratio, propter quam Patriarcha ille Sanctissimus Abraham filio percunctanti de victima, noluit propriam indicare victimam, & mortem; ea fuit, ne diutiùs affligeretur; sed solùm, instante iam tempore mortis, exemplò filio reuelauit mortem, quando iam Angelus liberator descendit; vt ferè simul, & semel esset reuelatio mortis, & releuatio. Christus verò dominus noster per totum vitæ tempus mortis tàm diræ, ac omnium eiusdem circunstantiarum, iugem dolorem sufferre voluit: sed hic iam in horto fręna laxauit, passionibus internis, vt tota vi ingrederentur ad maius pro nobis meritum; & sic pro nobis voluntariè (o Christi amorem dulcissimum) cępit pauere, tædere, contristari, & mæstus esse.

Secundū membrū Quibus internis mentis passionibus, & doloribus, corporis indè successere tormenta, quæ in secunda hydriæ merreta nobis propinanda erant. Non omnia; sed quæ nobis maiori vel facilitate, vel pietate occurrent: & cùm simus in horto, maximum corporis arguere dolorem possumus indè: quia (vt Lucas narrat Euangelista) q factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Ex qualitate namquè, & quantitate sudoris huius, quis non colliget maximas Christi passiones, & angustias? Nec enim erat sudor humanus, & assuetus; sed sanguinis. Nec paruæ quantitatis; sed in tanta copia, ꝙ per corpus defluens terrā rigare potuit. Principium itaquè dedit passioni prodigiosa sanguinis effusio, maximo cum Christi dolore: sicut & finem ex corpore iam mortuo non minus prodigiosa effusio sanguinis, & aquæ: vt indè colligas diuinam naturam Christo, eo tempore, id solùm contulisse; vt diutiùs omnes dolores, eosquè acerbissimos tàm animi, quàm corporis perferret, quibus humana natura, si sola fuisset, omninò succubuisset. Quid prætendebat prodigiosa hæc sanguinis in horto effusio? (ex singulis .n. Christi artubus emanauit sanguis) tū, vt singula Ecclesiæ mēbra, de quorū numero sumus nos oēs, ex singulis membris effuso sanguine ablueret, & Christi corpus mysticū totū, per totū Christi corpus verū mundarum existeret tūm, vt quisq; nostrū, vt Christi membrum, cōdoleat, & defleat lacrymas

q Cap. 22.

pretioso

M N O P

pretioso Christi commiscendo sanguinis rum, vt pro se quisque aliquam guttam sanguinis illius tam largiter effusi, ad abluenda propria colligat peccata: tùm denique, vt amorem ineffabilem Christi meditemur omnes, qui tam liberaliter tot per fontes, quot habet membra sanguinem suum pretiosum ad nostram nobis propinat salutem. O quantam inde in tenerrimo Christi corpore debilitationem, vt nostram fulciret debilitatem. O quàm mysteriosè in terram sanguis profluxit; vt omnes terrenas nostras ablueret sordes: magisque mysteriosè non simpliciter fluit; sed currit: Decurrentis in terram, inquit Euangelista: vt intelligas peccator, accelerandum, & currendum tibi esse, vt sanguini decurrenti occurras, quo particeps eius fias. Nisi

P enim in hac vita decurrenti occurras Christi sanguini, in morte illius fructu, o quanta cum pęna, priuatus euades. Quod conquerebatur Ezechiel dicens, r multo labore sudatum est; & non exiuit de ea nimia rubigo eius. O ingratam peccatorum conditionem: animas enim sugillat hic propheta hominum illorum, qui, nec sanguine Christi, per sudorem, tanto cum labore, emisso, proficiunt: sed in peccatorum inueterata manent, corrodente animas, rubigine. Christo quidem in Adam prædictum fuit mystice. *f* In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Nam Christus in sudore sanguinis vultus sui, & totius corporis, animabus tanquam propria mercede loco panis potiri debebat. O ingratas ergò illas, quæ impiè nimis renuunt panis fieri, panis illius cęlestis, qui pro nobis panem se fecit, & sanguinem. *t* Mementote fratres, quod tabernaculi Mosayci cortinæ purpureæ, bisque tinctæ erant: nam animæ nostræ tabernaculi cœlestis futuræ cortinæ bis tingi, vt sint aptę in purpura sanguinis Christi debent, & eccè iam primam illis in horto tincturam sanguinis imponit: & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, mox aliam, & aliam superimpositurus similiter pro-

Q prij pretiosi sanguinis tincturam, & in Pilati palatio, & super Caluariæ monte. Siquidem in sua passione progressus est Christus quemadmodum nostri solent coloni, qui summo mane ad vineas egredientes, vel quæcumque laboriosa opera propter frigus antelucanum, caputio cooperti incedũt: deindè paulatim, oriente sole, subcrescente die, ipsisque ex laboribus, & operibus incalescentibus, incipiunt emittere sudorem; deindè magis, ac magis solis ardore simul cum opere instante, caputium exuunt super arborem deponentes: omnemque fere vestem expoliant seminudi operantes. Ità noster agricola Christus, vt in Euangelio Matthæi *u* de seipso idem pulchram per parabolam, ait. Exijt summo mane conducere operarios in vineam suam: nempè in aurora diei nascentis noui testamenti, quando verbũ caro factum est, & ex vtero auroræ (vt regius propheta *x* cecinit) genitus ante luciferum nostra processit humanitate quasi caputio, & indumento coopertus. Opus verò aggressus, in horto incipit iam largum emittere sudorem. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram;

R subcrescente vero amoris eius erga nos, & charitatis ardore in meridie: nẽpè in medio humanæ vitæ, in ætate triginta trium annorum, caputium, & indumentum tandem exuit humanitatis nostræ, super Crucis arborem illud suspendens quoad corpus; quod propriè indumenti habet rationem, anima interim ad inferos descendente suo functura munere, & ad corpus gloriosum gloriosa reuersura. Interim sudare iam incipit (vti præfati sumus) in horto Gessemani; & hic primus corporeus dolor in hac passionis nocte;

r c. 24.

f Gen. 3.

t Exo. 26.

u Ma. 20.

x Ps. 111.

nec

nec mirum: onere namquè multorum, & grauissimorum præmebatur peccatorum. Sicuti graui sub Sarcina premitur aliquando baiulus: namque, si
x Ps. 37. Dauid sola sua propria peccata grauissimum reputauit onus, dicens. *x* Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quid sentiendum, quid arbitrandum, non de solius Dauidis; sed totius mundi peccatis preteritis, præsentibus, & futuris, quæ super Christi dorsum omnia incubabant? Hinc vbi nos legimus verba illa Moysis pec-
aa Deute. c. 32. catorem alloquentis. *aa* Deum, qui te genuit, dereliquisti. Alius textus habet: Deũ qui te genuit, debilitasti. Namquè peccata Christũ (si fas est fari) debilitarunt, qui Deus erat, & homo: & ex peccatorum graui Sarcina factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Secundus corporeus dolòr Christi ortum habuit a caterua illa militum, quam contra Chri-
bb Matt. 26 Marc. 14. stum Antesignanus conduxit Iudas, de quo Euangelistæ. *bb* Iudas ergo cùm accepisset cohortem; & a Pontificibus, & Pharisæis ministros, venit illuc cum lanternis, & facibus, cum gladijs, & fustibus, & armis. Tria itaque principalia produxit instrumentorum genera, faces, lanternas, & arma di-
cc Gen. 3. uersa. *cc* Numquid fratres, hæc sunt illa tria, quæ protoparenti nostro alio in horto repromisit Satan sub serpentis forma? Promiserat enim scientiam, immortalitatem; & diuinitatem. Eritis (inquit) scientes: eccè scientia. Nequaquàm morieminì: eccè immortalitas. Eritis, sicut Dij: eccè diuinitas. Nimirùm cum Christus perfectissimus esset redemptor, his tribus protoparentum nostrorum inordinatis affectibus, in sua passione satisfacere debebat: & ideò pro scientiæ inordinato appetitu in horto: eccè in horto faces, quæ in lumine scientiæ Symbolum retinent; pro immortalitatis appetitu in horto: eccè in horto lanternæ contra Christum, quæ vndique munitæ, & circumseptæ, nè extingui possint, immortalitatis figuram gerunt; pro diuinitatis appetitu in horto: eccè in horto arma contra Christum diuersa, in quibus potentia Dei omnipotentiam, & diuinitatem significans, relucet. O mendacem dæmonem: eccè qua nam pro illis tribus promissis contra Christum parantur. At quid immediate primis nostris parentibus illa tria pepererunt falsa promissa? Siquidem loco Scientiæ intolerabilem ignorantiam incurrerunt, quam genus experitur humanum; Immor-
dd Heb. 9. talitatis loco, mors est ingressa; *dd* & statutum est indispensabile omninò se-
ee Ps. 48. mel mori omnibus hominibus: & diuinitatis loco *ee* Homo, cũ in honore esset comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ità hodiè infelices, & miseri hebræi in facibus quærunt scientiam, & cognitionem Christi: & econuersò adeò excæcantur, quod & post repetitam interrogationem, & confessionem Christi, dicẽtis ego sum. Et post signum traditum à Iuda osculante, non agnoscunt Christum; sed oportet, vt idem iterum, atque iterum manifestet seipsum, & se illis voluntariè tradat. Quærebant in lanternis Reipublicæ immortalitatem: & eccè funditus euersa, & penitùs extincta est hebræa respublica. Quærebant denique in diuersis armis potentiam: & eccè debilissimi ad minimam Christi voculam, cadunt retrorsum; & sic manent eorum successores vbiquè debiles, & impotentes absque armis, absque principe, & duce omni bellandi peritia
ff tract. 112. in Ioan. & materia priuati: manent comminuti, & dispersi, excæcati, & velamen super faciem habentes. Hinc Diuus exclamat Augustinus. *ff* Vbi nunc militum cohors; vbi terror, & munimem armorum? vna vox

turbam

turbam odiis ferocem, armisque terribilem sine telo vllo perculit, re- pulit, strauit. Deus enim latebat in carne; & cum sempiternus Dies ita membris occultatus humanis, cum lanternis, & facibus quæreretur, occidendus a tenebris, quid iudicaturus faceret, qui iudicandus hoc fecit? Et nunc vbique per Euangelium dicitur Iudæis. Ego sum. Ipsi, verò, expectantes Antichristum, cadunt retrorsum.. Caueamus & nos (inquit Diuus Gregorius) *gg* ne cum reprobis cadamus retror- sum: non videntes quo cadamus; sed cum electis in faciem cadamus; vt humiliari,& illuminari; quo tendimus, videamus. Sed vnde digres- sa est reuertatur oratio. Primum corporeum dolorem, & in nostrorum protoparentum,& totius mundi satisfactionem præsensit Christus ex so- lo visu antesignani Iudæ cum feroci turba, facibus, lanternis, & armis munita. Secundùm verò, cum accesserunt iam cohors, & tribunus, & ministri Iudæorum,& manus iniecerunt in Iesum:& tenuerunt, & liga- uerunt eum vt supracitati referunt Euangelistæ. Et Augustinus vbi su- pra. Ligauerunt (inquit) eum, a quo solui potius velle debuerunt; sed non sine mysterio. Siquidem in horto primum commiserat furtum A- dam, pomum contrectando alienum inuito Domino. Quare in hor- to pro tali, vult satisfacere furto Christus: & ideo ad ipsum, tanquam ad latronem de nocte veniunt: & tanquam latronem ligauerunt: & de- inde cum latrone Barabba comparatum Christum præelegere morti, & postremò inter latrones crucifixerunt: vt indè colligere possimus, quod pro magno illo primo latrone patiebatur Christus. Interim illum ligant, a quo totus debebat solui mundus, mille ligatus, & præpeditus culpa- rum vinculis, dicente Dauide in persona totius Ecclesiæ. *hh* Funes pec catorum circumplexi sunt me: & iterum pro tota Ecclesia gratias referen te, & dicente. *ii* Dirupisti Domine vincula mea: tibi sacrificabo ho- Z stiam laudis. O bone Iesu, ò dulcissime Iesu quàm verè nostra vincula omnia, & singula super teipsum tulisti: vt nos omnes liberos, & solu- tos possideres, dicente Ezecchiele. *KK* Et tu fili hominis: data sunt super te vincula; & ligabunt te. Te (inquit) ligabunt: non autem nos: quia pro nobis ligatus, nostra dirupisti vincula. Vtinam vel nos fratres nobis ipsis vincula indissolubilia non multiplicemus, quæ maio- rem Christo dolorem ingerant: multos alios corporeos, & penè innu- meros perpessus est Christus dolores, quos vestræ meditationi, & deuo- tioni contemplandos omitto. Et in his vinculis paulisper immorans, vt ea vel hac sacrosancta passionis Christi die soluere nitamini,hortor:pro- pter hoc enim ligatur Christus; vt nos omnes & liberos, & solutos effi- ciat. Propter nos homines enim, & propter nostram salutem (vt canit in symbolo Ecclesia) descendit de cœlis: & incarnatus est, crucifixus,& mortuus. Et (ne præfixum terminum transgrediamur) innumeris vincu- lis ligatus. Si igitur data sunt super Christum vincula omnia quare nos cum possimus facili negotio, & nostra super ipsum ea exposcentem de- ponere vincula,illa currentes non deponimus? Mementote fratres,quòd Christus pro nobis haustu suo hydrias aquarum,pœnarum omnium ver- tit in vinum copiosissimi fructus nobis propinandi per applicationem, sola eiusdem passionis meditatione. Meditemur itaque & per totum vi-

gg Homi. 9. super Ezech.

hh Psal. 118.

ii Psalm. 115.

KK ca. 3.

ne tempus: ſed præcipuè hac tota die totam Chriſti paſſionem, omnes mente percurramus hydrias, & præſertim quis paſſus ſit, & quæ paſſus ſit; quia in anima pauorem, & tædium, triſtitiam, & mæſtitiam. Et cœpit pauere, & tædere, contriſtari, & mæſtus eſſe; & in corpore ſanguineum ſudorem horridum inimicorum, & armorum aſpectum: & manuum iniectiones, & vincula, vt nos a vinculis abſolutos dimitteret in pace. Amen.

Finis Secundæ Partis.

SACRA CONCIONVM CENTVRIA QVADRIPARTITA,

Tres in Quadragesimas, & vnicum in Aduentum.

SERENISSIMAE CHRISTINAE LOTHORINGIAE, MAGNAE ETRVRIAE DVCIS MATRIS ad imperium diuersis in Aulis, & Ecclesijs,

Centum distinctis diebus lingua vernacula proclamata publicè à Reuerendo Patre, F. OCTAVIANO SPATHARIO *Incisa Min. Obseruant. Serenissimorum Etruriæ Theologo, Confessario, & Ecclesiaste.*

Nunc primùm ab eodem latinitate donata, & in lucem edita. Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, præfatorum Serenissimorum debitum honorem, cęterorum exemplum, & lectorum publicam vtilitatem.

Sub tutela, & auspicijs Gloriosæ MARIAE *semper Virginis, & Seraphici* P. FRANCISCI.

PARS TERTIA.

SEMPER



AMICA.

VENETIIS, Apud Baretium Baretium. MDCXI.

De Licentia Superiorum, & Priuilegijs.

SACRA CONCIONVM CENTVRIA

PARS TERTIA.

Sub Anno Domini M DC IX.

ET NVMERVM CONCIONVM, duorum præteritorum Annorum continuando.

FERIA QVARTA CINERVM.

Concio LXI.

Mundum à Principibus, & vniuersis ex puluere ortum habentibus derelinquendum locum thesaurizandi non esse ostendendo, & cinerem in peccatorum corda spargens ad thesaurizandum in cœlo (vbi tria omnes opes diglutientia non sunt) reuocando; veram Pœnitentiam (de qua per pulchrè docet) verum modum thesaurizandi ostendit.

OMNIBVS quidem rebus (Serenissima Domina) D. O. M. diuina sua prouidentia congruentissimum coaptauit locum: vt, piscibus aquam, plantis, & herbis terram: metallis, ac thesauris eiusdem terræ viscera, & venas: auibus aerem: stellis cęlum: Angelis empyreũ, & sic de singulis creaturis. Homini solummodo nullum a primordio proprium, & permanentem constituit, & assignauit locum: & iure optimo, nam, cum ex corpore constaret cui terra conueniens erat; & ex anima, cui solum conuenit empyreum: illum vt corporeum in terris constituit, sed quasi peregrinum, & aduenam: vt in corpore suas exerceret vires. At denique illũ, vt spiritalẽ, ad empyreũ

a Psal. 30 direxit, Deo perpetuo permansurum. Hinc prorupit Dauid *a* vice omnium.
Locus hominis qualis. Posuisti in loco spatioso pedes meos: quasi diceret. Non dedisti homini a primordio angustum, & solum elemẽtarem locum, sed spatiosum, & amplum, & extensum valdè a terrestri Paradiso vsque ad empireum celum. Hinc sancta Ecclesia in hodierno sacrato Cinerum ritu pro loco momentaneo, & A
temporali homini in quantum corporeo assignato, ait. Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Pro loco verò, ad quem tendere, & in
Diuisio bimẽbr. quo permanere perpetuò debet, vti spiritalis, intonat euangelium. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Ex vtroque autem colligitur loco necessitas ineuitabilis constituta nobis a Deo vilipendendi, & floccifaciendi terrã, & omnia terrena: & solum, & præcisè thesaurizandi in cęlo: nam æquè nos cogit ista dimittere, cùm dicitur. Memento homo; quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et solum ad cælestia aspirare, cùm subiungitur. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo; quia nullo alio in loco securitas. Duo igitur breuiter perpendamus. Necessitatem thesaurizandi in cœlo, &
Primum membrũ modum.
Quoad primum. Nullũ, vt arbitror, eo memoriali maius, dignius ullũ, nullum altius, excellentius nullum, nullum salutarius, quo ecclesia in hac sacra feria quarta Cinerum vtitur: illo videlicet Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Est enim a Deo ipso optimo maximo in princi B
b Genes. 3. pio mundi prolatũ, quasi totius humanæ stirpis, propaginis, & vitæ, totiusque disciplinæ inconcussum, & necessarium principium. Et ideò homini primo post ruinam extremam, quasi vnicum, & singulare remedium traditum, cui dictum. Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quasi diceret illi Deus. Caue, ne tu cum tota tua posteritate vllo vnquàm tempore hac in præsenti confidas vita, quam necessariò amissuri estis, & in puluerem, de qua sumpti estis, reuersuri. Quid itaquè homo contradicis Deo, sic apertè monenti, & clarè docenti? velis enim nolis, hinc migraturus necessariò, quia puluis es,
c Cap. 45 & in puluerem reuerteris. Audi minantem Isaiam. *c* Væ, qui contradicit fa-
Non est contradicendũ Deo. ctori suo testa de Samijs terræ. Vbi propheta pulchrã per metaphoram sugillat nobiles, & sanguine claros: principes, & reges, qui in claritate sanguinis & stirpis confisi obliuiscuntur se terreos, & in terram reuersuros. Sunt enim vasa samia perlucida, transparentia, pulcherrima visu, & delectabilia: at deniquè terra sunt sic nobiles cuiuscunque dignitatis existant inter ceteros homines magis culti, ornati magis, quasi vasa videntur Samia: veruntamen terra sunt; & sicut ceteri homines terrei, interimendi: ideo propheta concinnè ait. Væ, qui contradicit factori suo, qui videlicet dixit primo parenti. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Cui contradicit qui quasi se immortalem reputat eo quod sic Samiũ vas idest ceteris hominibus transparentius, & clarius; sed tandem testa est: puluis est, & in puluerem necessariò reuersurus. Quid igitur contradicis homo factori tuo, te iactans comitem, vel marchionem, vel ducem? erras enim contradicens factori
Simile. tuo, qui dixit tibi. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Nauta enim inter
Mundus mare agitatum fluctib. fluctus maris, tempestatesque, ac procellas errabundus agitatur ignorans polum, & polarem stellam, nesciens quò tendat naufragio, & submersioni valdè est proximus. Sumus autem nos omnes in hoc mundo quasi in mari magno innumeris agitati fluctibus, & tempestatibus; de quo Dauid. *d* Hoc
d Ps. 103 mare magnum, & spatiosum manibus, &c. In quo erramus & perdimus polum,

polùm, & stellam polarem, quandocunque obliuiscimur, quia puluis sumus in puluerem reuersuri. De quibus iterùm Dauid. *e* Alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero, loquuti sunt falsa. Nam ex vtero, & vulua non traxerunt omninò, nisi terram, & puluerem. Ad quam puluerem, & terram etiam tendunt: errant autem, & alienantur: contradicunt factori suo; loquuntur falsa, quando sic viuunt peccantes, quasi numquam morituri. Et seipsos, quasi Deos immortales colunt, & prædicant. O dementiam, qua maior audiri nequit. Si quis ad siluas, & nemora pergens inde in ciuitatem, & domum suam, abietem, vlmum, vel aliquod huiusmodi lignum asportaret, & in eo statuam, vel idolum formans, de superfluis igne consecto, maiorem ligni partem in cinerem redigeret; quænam eius esset dementia, illud idem colere, & adorare lignum quasi Deum, cuius maiorem partem, in cinerem redactam, sub oculis cerneret suis? Nescierunt (inquit Isaias) *f* neque intellexerunt: obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo; non recogitant

C in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant. Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes, coxi carnes, & comedi; & de reliquo eius idolum faciam, ante truncum ligni procidam? O stupor, o stupor: pars eius cinis est: & cor insipiens adorauit illud. Nonne pars hominis cinis est, cùm ex corpore constet; & sibi constet idem corpus in cinerem reuersurum: & tamen cor insipiens adoret illud, quasi Deum. Sic Nabuchdonosor, sic Alexander Magnus, sic peccatores omnes seipsos, quasi Deos immortales, colunt, & ignorant: quia pars eorum cinis est. Verumtamen insipiens cor eorum adorat illud. Et vnde hoc? nisi quia puluerem in pedibus ponunt: sicuti Nabuchdonosor sua in statua puluerem in pedibus constituit; & ideo ruit. Non sic Ecclesia; sed super capita suis imponit, & in memoriam imprimere conatur, cùm per Sacerdotes cinerem capiti imponens, ait. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. De adamante dicunt nonnulli, quòd sanguine frangatur hirci; sed errant: sola enim (experientia teste) frangitur Adamas Adamantis puluere. Sic hominis peccatoris, & obdurati cor adamantinum est. Quare non nisi eiusdem Adamantis puluere frangi potest. Hinc Ecclesia omnis veræ disciplinæ magistra, vt adamantina frangat peccatorum corda, non nisi eorumdem puluere vtitur, dicens. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ita olim Sertorius ille Romanus (referente Plutarcho) *g* Dux militiæ strenuus aduersus Characitanos pugnans, qui populi sunt iuxta fluuium Tagum, arces, & ædificia possidentes inaccessibilia, cumulum fecit pulueris, & cineris admixtum, flanteque Aquilonari vento in aerem spargi à militibus iussit in Barbarorum transmittens ædificia, in Septentrionem foribus aduersa; & ita Barbarorum oculis citò offusa caligo est; & citò, suffocante anhelatione, correpti sunt, asperam

D multoque commixtam puluere haurientes auram. Itaque, cùm ægrè duos dies sustinuissent, tertiò deditionem fecere; & quos viribus superare non potuit Sertorius: pulueris consilio sua sub potestate redegit. Ita peccatores in arces peccatorum se recipiunt (ait Clemens Alexandrinus) è quibus nulla maiori vi educi possunt victi, nisi pulueris memoria: ideò Ecclesia hoc vtens bellandi genere, cinerem spargit, dicens.

e Ps. 57.

Qui sunt illi qui factori cõtradicunt.

f cap. 44.

Peccatores adorant corpora sua ac si non essent mortalia.

Exemplũ adamantus.

g In vita Sertorij.

Pulueris memoria vtilissima.

dicens. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. O quam potens, o quam efficax remedium, si, flante aquilonari Spiritusancti gratia, in intima se recipiat præcordia huiusmodi pulueris memoria: necessitate, enim compulsi, deditionem facere oportet: uelimus, enim nolimus, in puluerem reuerti debemus. Sic Pharao alias obduratissimus, & nullo signo, uel portento ex multis, quæ illi opposuit Moyses, motus; denique, cum filium suum primogenitum mortuum vidit, cum vidit signum pulueris, propriam tangens carnem in filio, statim commotus, dimisit in manu Moysi populũ Dei. Memento igitur homo, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris: vt hoc tibi efficacissimum adhibeas remedium; & consilium sequaris Christi, dicentis. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demoliuntur, & vbi fures effodiunt, & furantur, quo in monito (inquit Rabanus *h*) tria ponit pericula secundum tria diuitiarum genera: metalla, enim Erugine, vestes tinea demoliuntur, sunt autem alia, quæ neque tineam nec æruginem timent; sicut lapides pretiosi: & ideo ponit generale detrimentũ, idest fures, qui omnia diuitiarum genera rapiunt. Et ideò cuiuscumque sint generis, necessario hac in vita detrimento subijciuntur. Vel (vt inquit Diuus Chrysostomus *i*) omnia bona mundi triplex tollit interitus; aut enim a semetipsis veterascunt, ruunt, & tabescunt; aut, ipsis dominis luxuriose viuentibus, consumuntur, & dissipantur, aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel calumnijs, vel aliquo iniquo modo diripiuntur. At quid, si omninò aliqui seruant? etiam & male seruatas diuitias, etsi non corporaliter, spiritualiter tamen perdidisti: quia nõ tibi proficiunt ad æternæ saluris usum, dicente Christo. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Quasi dicat (inquit Chrysostomus *K*, & si nihil priorum detrimentorum eueniat, non paruã sustinebit iacturam inferioribus affixus; & eorum seruus effectus: & a cœlestibus cadens & nihil excelsorũ cogitare potens, terrenis undique toto corde infixus; quæ omnia (inquit D. Hieronymus) non solum de pecunia, sed etiam de cunctis, quæ possidentur sentienda sunt. Gulosi enim Deus venter est, lasciui thesaurus est, libido, & sic de singulis. A quo, enim uincitur vnusquisque, illi deseruit. Vt quid ergo (subiungit D. Chrysostomus ubi supra) aspicit in cœlũ, qui nihil repositum habet in cœlo? Vñ dupliciter peccat. Primo, quia mala congregat. Secũdo quia cor habet in terra cęlestia perdens: & ex contrariis causis dupliciter benefacit qui thesaurizat in cęlo. Da itaque eleemosynã, & additionẽ accipient diuitiæ: etenim illis elargitis, quæ in cœlis sunt apponentur: quod, si non dederis, pereunt & hic, & in cœlo. Quæ autem stultitia hic relinquere, vnde exiturus es: & illuc non præmittere, quò es iturus? Ibi, ibi tuã colloca substantiã, ubi habes patriam; & hanc agnosce tibi necessitatẽ impositã: sola enim cœlestia (inquit D. Hilarius) *m* æterna sunt; nec furto subtrahenda, nec aliqua inuidiæ rubigine excidenda. Necessario itaque fratres thesaurizate vobis thesauros in cęlo. Cęlum autẽ hoc in loco (inquit D. Augustinus *n*) non corporeum acceperim; quia omne corpus pro terra habendum est. Totũ uerò mundum contemnere debet qui thesaurizat in illo cœlo, de quo scriptum est. *o* Cœlũ cœli domino: & in quo semper noster manebit thesaurus. Permansurum ergo qui vult habere thesaurũ, nullatenus in terra; sed necessario thesaurizare debet in cœlo. E F

At quinam thesaurizandi modus? Modus fratres intra nos est: sicuti per pulchre sanctissimus ille innuit patriarcha Ioseph *p*, cum ait fratribus suis: Deus

Pericula Thesaurizandi in terra.
h In Math c.6.
i Hom. 15 oper. imper.
K Homil. 21. in Matt.
Varij peccatorum Thesauri.
l In Math c.6.
m Cano. 5. in Math.
Necessario Thesaurizandũ est in cęlo.
n De ser. Domini in mon. lib. 2. c. 21.
o Ps. 113.
Secundũ Membri
p Gen. 43.

Deus vester, & Deus patris vestri dedit uobis thesauros in saccis vestris. Quod explicans D. Gregorius, Per thesaurum in saccis exponit pœnitentiæ thesaurum in saccis carnis nostræ, & nostri corporis. O miram Dei bonitatem in hac eadem carne, ex qua omnis oritur culpa, possumus modum constituere, quo pretiosissimum eliciamus inde thesaurum. Deus (inquit) vester, & Deus patris uestri dedit uobis thesauros in saccis vestris, quos vtinã agnoscamus, vtinã eruamus: in nostra enim situ᷑ est potestate de istis nostræ carnis saccis quoscũq; defodere thesauros; q etiã nouit diuinus ille, ac patientissimus Iob, cũ in persona peccatoris Deum alloquens, ait. *q* Peccaui: q̃d faciã tibi o custos hominũ? Quasi dicat. Nullus est redimẽdi modus
G nisi unicus, quo statim inuẽto, subdit; loquar in amaritudine animæ meæ. i. penitentiã agã: & pęnitẽtię thesauro peccatũ quodcumq; redimã. Quin talis est pęnitẽtiæ thesaurus vt p ipsũ nedũ ad gratiã, vnde cecidit peccator, resurgere, potest; verũ & ad lõge maiorẽ. Sic Innocẽtius III. ait. Datur spes peccantibus, vt possint per pęnitentiã nõ solũ ad priorẽ, verũ etiã ad longe maiorẽ iustitiã redire. Sic posse ad maiorẽ gratiã redire peccatorẽ p pęnitẽtiã cõcedit Scotus, *r* & Guillermus OKã, *s* & Gabriel Biel *t* & alii. Quibus omissis perquã cõcinnè hoc idẽ docuit serenissimus ille regius propheta, dicens. *u* Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorũ: & honorabile nomen eorũ corã illo. Perniciosã quippe vsurã cõmittit peccator, quotiescũq; peccat: pro minima, enim tẽporali uoluptate subiacet acerbissimæ pęnæ æternæ, & pro minima & incõstãti humana gratia amittit perpetuã diuinã. Cũ vero a peccato p pęnitentiã redit ad gratiã iterũ salutari vsura, & mortẽ æternã cõmutat in æternã vitã, & æternã pęnã in gloriã æternã: & ideo inquit Psalmista. Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorũ: & honorabile nomẽ eorũ corã illo. Hoc idem innuit Christus, *x* quãdo seruus ille nequã introducitur sic alloquẽs dominũ. Quia homo austerus es, tollis q non posuisti; & metis q non seminasti: nã in quocũque peccato a nobis cõmisso duo reperiũtur: nẽpè substratum peccati, siue substãtia ipsius actus, & deformitas ipsa, seu carẽtia iustitiæ debitæ. Deus igitur cõcurrit ad primũ, nõ ad secũdũ; concurrit ad actũ, nõ ad carentiam, vel deformitatẽ: & ideo non ponit peccata; non seminat iniquitates. Cum vero peccator per pęnitentiã resipiscit, Deus concurrit principaliter ad peccati deletionem, ad gratiæ infusionem, & ad meritorie operãdum. Et sic ex malo bonum elicit, ex peccato gratiam, ex iniquitate iustitiam, ex pęna gloriam, & damna quæcumque facit lucra: & hoc est quod dicitur. Tollis quod non posuisti: & metis quod non seminasti. Non solum hoc, sed, peccatum ad nihilum reducit peccatorem, & ferè ad non esse: & hinc est (inquit Cirillus Alexandrinus) quod nulla fit in sacra scriptura de Caim generatione mentio: quia, sicuti de peccatore ma-
H nans, quasi ad nihilum redacta; & apertius Dauid, quod per experientiam didicit, loquens ait. *aa* Ad nihilum redactus sum: & nesciui. Et iure meritò; nam, cum Deus sit omne bonũ, dicente ipso de seipso ad Moysem. Ego ostẽdam tibi omne bonum, Bonum verò; & ens conuertuntur: peccatum autem priuat nos Deo; ergò priuat nos omni bono, & omni uero esse. Quare debet quilibet peccator cum Dauide sancto exclamare. Ad nihilum redactus sum: & nesciui. Per pęnitentiam verò iterum redit peccator a non esse ad esse, & ad perfectius esse, dicente propheta. *bb* Si impius pęnitentiam egerit, uita uiuet, & non morietur. Quin ad esse diuinum resurgit, dicente alio

pro-

Modus Thesaurizandi.

q Iob 7.

Pęnitentia est Thesaurum.

r in 4. d. 22 q. 1.

s in 4 q. 8

t in 4. dis. 14. q. 3. a. 3.

u Ps. 71.

Ex vsuris redimit peccator animam suam, & quomodo.

x Luc. 19.

Quomodo Deus concurrit ad peccatum & q̃uo ad gratiam.

Peccatũ ad nihilũ reducit peccatorem.

aa Ps. 72.

bb Ezech. c. 18.

cc Psal. 81. Propheta. *cc* Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Sic vestem, vel ex industria, vel ex accidenti scissam, industrius artifex concinno magisterio, scissuram restaurando, mirificè ornat auro, argento, margaritis, lapidibus pretiosis. Ita, scissa iam per peccatum anima, per pęnitentiam restauratur, & diuinis cęlestibus gratijs omni pretioso lapide pretiosis magis, ornatur, & splendet. Ità olim Dauid scissam per homicidium, & adulterium animam resarciuit per pęnitentiam, dicens. *dd* Miserere mei Deus. &cæt. Et hinc longe magis ornatam reddidit. Quod exultans predicauit, dicens. *ee* Conscidisti saccum meum, idest per peccatum: & circumdedisti me lætitia, scilicet per pœnitentiam, & gratiam. Ità palatium quodcumque, vel temporis iniuria, vel quocumque alio accidente dirutum, iterum ædificat quicumque potens moderno artificio, concimmè distribuens, & compartiens mansiones quascumque, & ornans tùm picturis, tùm sculpturis; & appendens vel trophea, vel spolia, vel familiæ insignia. Ità diruto per peccatum animæ ædificio, per pœnitentiam reędificatur longe amplius gloriosius, & ornatius per diuinam gratiam, dicente Spiritu sancto. *ff* Si reuersus fueris ad omnipotentem ædificaberis, dabitque pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. O Dei miram, & ineffabilem bonitatem. Si reuersus fueris homo per pęnitentiam ad Deum, dabit tibi Deus pro terra tua, pro tua carne, idest pro tuis terrenis, & carnalibus peccatis, silicem, idest virtutem firmam, & constantem, humilitatis fundamentum, fidei parietem, ad cœlum vsque pertingentem, charitatis aureum operimentum, & cum charitate omne virtutis ornamentum. Quid plura? Dabit pro silice torrentes aureos, torrentes aureos, idest omne virtutis pretiosum ornamentum. O vim pęnitentiæ, o pęnitentiæ virtutem. Thesaurizate, thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Modus igitur thesaurizandi facillimus est in carne nostra, ex qua per pœnitentiam, quemlibet eruimus thesaurum. Et hic generalis thesaurizandi modus, vltra quem sunt multi speciales, quorum nonnullos in currenti epistola, & Euangelio registratos extremis tantummodo attingemus labijs: vt illum Epistolæ, in quo Ioel *gg* ait. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, &c. Vbi innuit cordis contritionem, & dolorem de præteritis culpis, cum ait. Scindite corda vestra. Carnis mortificationem, cùm dicit. In ieiunio: & alia pęnitentiæ genera, cùm subdit. In fletu, & planctu: & Dei amorem, qui est omnium prædictorum condimentum, cum ait. Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. O quot nobis ad salutem viæ. Abeant gigantes cum sua Turri Babylonica; cœlum expugnare volentes. Abeat Nabuchdonosor, qui in aurea statua insipidè nimis deificari conatus est. Abeat Icarus, qui ausu temerario, & iuuenili caducis pennis cœlum petere tentauit: Et in vniuersum abeant omnes, qui absque Christi fide vel superbè, & arroganter nimis, vel insipienter, ac stultè cęlestia, & diuina tentarunt. Nos, nos Christiani mille vijs, modis mille thesurizare in cęlo cęlestes possumus thesauros; & ieiunijs, & fletibus, & cordis cõtritione, & Dei amore ex totis visceribus nostris; a diebus .n. Ioannis Baptistæ (inquit Christus regni cœlorum Dominus *hh*) Regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Quasi dicat. Tanta est vis pœnitentiam agentium, ex quo Ioannes Bapti-

Marginalia: Per pœnitẽtiam redit peccator. — dd Psal. 50. — ee Psal. 29. — ff Iob 22. — Pęnitentiæ virtus. — gg cap. 2. — Exaggeratio. — hh Matt. 11. — I — K

Baptista baptismum prædicauit pœnitentiæ, vt nullatenus regnum cœlorum illis resistere possit: sed ianuas quibuscunque ritè pœnitentibus aperire statim, ac patefacere cogitur. O itaque nos desides, & amentes, si illi vim inferre desistimus, vel remoramur; quòd, si cæteræ pœnitentiæ partes nonnullis graues appareant, vel primam saltem a Ioele monstratam adeant: nempe, dolendo de præteritis, & amando ex toto corde Deum. Conuertimini (inquit) ad me ex toto corde vestro: quod etiam monet Spiritus sanctus in Canticis, illis verbis ad sponsam directis. *ii* Venter tuus, sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Quidnam ventri cum tritico, & econtra? Et quid tritico cum liliis interserris, & iniectis ingeniosè, ac industrè? Multum sanè quòad mysterium. Venter enim hic nostrum designat cor: quemadmodum enim in ventre materno concipitur proles, & inde paritur. Sic in corde nostro concipiuntur quicunque actus, siue meritorii, siue demeritorii, vt concipiuntur peccata iuxta Apostolum Iacobum, dicentem. *KK* Concupiscentia, cùm conceperit, parit peccatum; Peccatum verò, cùm consummatum fuerit, generat mortem. Ecce conceptus, & partus ex corde. Et clariùs Christus: *ll* de corde (inquit) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, &c. Sic pariformiter de corde actus procedunt meritorii: & ideò venter vocatur a Spiritu sancto. Dicitur autem sicut aceruus tritici: quia, sicut in aceruo tritici innumera sunt grana: sic in corde nostro quacunque die, hora quacunque, & quolibet momento concipi possunt, & ex eo parturiri innumeri actus meritorii. Subditur verò. Vallatus liliis, propter circumstantias, quæ sunt quasi lilia, perficientes actus cordis internos, & inde externos. O nos beatos, o nos felices, si volumus; in nostra enim situm est potestate, cor nostrum constituere iugem tritici aceruum, vallatum liliis: hoc est iugem meritorum cumulum perfectè circumstantionanatum: nempè, omnes actus nostros (quicumque sint, siue gubernationis, siue regiminis, & directionis, siue iustitiæ distributiuæ, siue iustitiæ punitiuæ, siue erga subditos, siue erga familiam, & domum, siue erga nos ipsos) perfectè circumstantionare possumus amoris Dei circumstantia; ita, vt sint omnes, & singuli æternæ vitæ meritorii, gratia concurrente diuina, & nullus extet, qui taliter sit meritorius, si velimus; adeò vt etiam comedendo, quin & dormiendo per actus præcedentes, ritè circumstantionatos mereri possumus. Denique excellentissimus est modus ille thesaurizandi, quem docet Christus in correnti Euangelio, cùm dicit. Tu verò, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuā laua. Spiritualiter autem (inquit D. Chrysostomus) *mm* caput tuum Christus est: sitientem pota, esurientem ciba; & sic oleo misericordiæ vnxisti caput tuum: qui clamat. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et Diuus Gregorius. *nn* Illud ieiunium Deus approbat, quod manus eleemosinæ lauat: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro, quasi facies lauetur. Suppleat igitur qui ieiunare non potest, suum debitum ieiunium eleemosynis, vt monet Sanctus Leo Papa, dicens. *oo* Ieiunium nostrum misericordiis pauperum reficiamus: impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati: fiat refectio pauperis abstinentia ieiunantis. Si itaque ieiunium supplet eleemosyna, in ieiunante, in non ieiunante reduplicetur pro ieiunio eleemosyna, vt cœlestis in cœlo reduplicetur thesaurus: & hinc, vnde migraturi de necessitate sumus; in

Prima pars pœnitentiæ.

ii Canti. cap. 7.

Quare cor dicitur venter.

K K Iacob. 1.

ll Matth. 15.

Aceruus tritici dicitur cor nostrum.

L

mm Hom. il. 15. operis imperf.

Caput nostrum Christus.

nn Hom. 16. in euang.

oo Serm. 6. de quadrag.

Elemosina laudabilis.

cęlum asportemus omnes nostras diuitias in thesauros cœlestes: Vbi in perpetuò sumus regnaturi. Quod nobis concedat vniuersi thesauri Dominus, qui nos docuit per suam gratiam thesaurizare in cœlo. Amen.

FERIA QVINTA CINERVM.
Concio LXII.

Fides necessaria adeo existit non solum ad cœlestem gloriam, verum etiam in humanis perficiendis negotijs: a qua quidem tanta prouenit vtilitas, vt basis, & fundamentum sit omnis perfectionis, & omnia sub sua habeat ditione; & hac non aliunde vires obtinet nisi ab operibus, cum Paradisi aditus desidi, ac otioso minime pateat.

ANNO præterito (Serenissima Domina) comparuisse in Scena currentis Euãgelii militem strenuum diximus, innumeris muneribus decoratum: hodie in eadem militum Ducum Dux, & Regum Rex comparet Dominus noster Iesus Christus; cumulum explens munerum pro militum Christianorum institutione, ac salute, multarumque personarum agens vicem: nempè nouiter ingredientis principis in aliquam suæ ditionis ciuitatem. Cum introisset Iesus Capharnaum. A
Viatoris, & peregrini; vt suo aduentu aliorum diter domus. Ego veniam. Medici expertissimi sanitatem infirmi certè pronosticantis, & promittentis. Et curabo eum. Oratoris in virtutum laudem, præsertim fidei, quæ omnium est fundamentum virtutum. Non inueni tantam fidem in Israel. Prophetæ veritatis infallibilis. Multi ab Oriente, & Occidente venient. Premiatoris, & largitoris æternorum præmiorum regni cœlestis. Et recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno cœlorum. Punitoris non minus iustissimi, quàm seuerissimi pœna æterna. Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Prophetæ iterum describentis, & prædicentis inferni pœnas. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Confirmantis, & perficientis in fidei, & virtutum via. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et denique Medici perfectè sanantis in anima, & in corpore corporaliter, & spiritualiter. Et & sanatus est puer in illa hora. Cùm verò inter hæc omnia munera oratorem agens Christus, solum fidem laudet Centurionis, inter multas, quibus strenuus iste miles eiusdem Christi gratia ornatus extabat; nos Christi vestigia imitantes etsi imperfectè, ac rudè nimis, eidem tamen Christi innixi gratiæ, de eadem dicemus fide. Circa quam tria breuiter expendemus, videlicet necessitatem, vtilitatem, & qualitatem.

Diuisio trimembris.

a Heb. 11
1 Hom.

Necessitatem innuit D. Paulus, cum ait. *a* Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Quasi dicat. Quemadmodum in cor-

corporalibus ędificiis impossibile est ea subsistere sine optimis iactis fundamentis: ita, vt necessarium omninò sit in eis fundamentum. Sic in ædificio spirituali fides necessaria est, tamquam totius fundamentũ structuræ; nam fides est omnium rerum, quas speramus, & expectamus, fundamentum, substantia, & basis. At quo nàm dissidio tantæ machinæ fundamentũ iacis Paule Sancte? Substantia, (inquit) rerum sperandarum. At quid substantia firmius; quid verò sperandis infirmius? Quo modo igitur firma est fides, & infirma? Iterum (inquit) argumentum non apparentium. Quid verò argumento certius? Quid incertius rebus non apparentibus? Quodnam igitur tanti ædificij ruinosum, ac diffidens fundamentum? Optimum,

B & inconcussum sanè. Diuina enim promissio firmior est quacumque creata substantia, quacumque humana facultate; diuinaque fides celsior est quacumque certitudine, vel humanis rationibus conclusa, vel sensibus humanis vsurpata: & quo minus apparent quæ spectantur, eo magis firmior, & certior est fides: quin ex eo magis firmum, inconcussum magis, & magis necessarium est fidei fundamentum, quò firmare, ac sustentare debet omnia illa, quæ speramus, & quæ nullam habent apparentiam. Necessaria itaque fides, cuius necessitas etiam ex eo colligi potest, quòd ita conditum sit a primordio suæ constitutionis humanum genus, vt spe viuat, subsistat fide. Sic agricola numquam sereret anhelus, nisi fructum sui speraret laboris. Sic viator laborem prolixi non subiret itineris, nisi se ad destinata peruenire crederet. Sic nauta mare non intrare certus, nisi, sequentibus lucris, se compensaturum speraret tot rerum discrimina. Sic miles vniuersa iuuentutis tempora non ageret in periculis, nisi prouectæ iam ætatis honores non speraret amplissimos. Sic neque filius paternæ dominationis tempora duraret, nisi paternæ substantiæ se speraret hæredem. Fide itaque sperandarum rerum vniuersa constituta est singulis in gradibus humana condicio. Necessaria itaque fides. Fide namque regitur, & gubernatur mundus: fide principes dominantur, & regnant: fide sequè, suaque omnia vassallis committunt: fide vassalli regis, & principibus obediunt, hilarique animo dant corpora, sanguinem, pecuniam, filios, & cætera, quæ possident: Et fide rependunt fidem. Quod, si in humanis adeo est necessaria fides, multo magis erit in diuinis necessaria, quæ minus apparent, & magis sperantur, cùm sit fides substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Cuius fidei necessitatem innuere volens dominus noster fidelibus, eos præmonuit, dicens. *b* Estote prudentes sicut serpentes. Quod explicans D. Chrysostomus ait. *c* Nam, quemadmodum serpens totum se ipsum tradit, nec minimum curat, si corpus inciditur, dummodò caput suum integrum seruet, eodem tu quoque modo quicumque sis, præter fidem, cætera perdere ne cures: vniuersam tuam profundas pecuniam, tradas corpus, vitæ ipsi, etiam si opus est, minimè parcas,

C dummodò fidem serues, quæ caput, fundamentum, & radix est, quæ seruata, etiam si omnia perdas: omnia tamen rursus maiore cum magnificentia recuperabis. Contra verò, amissa fide, cætera statim absque remedio ruunt. Sicut defosso fundamento, machinam totam ruere est necesse. Vndè Sampson, qui fidelis typum præclarè gessit, etsi multoties lapsus; numquam tamen funditus perijt quousque caput in sinum reclina-

Fides est fundamẽtum spiritualis ędificij.

Exempla

Virtus fidei, est necessaria in humanis.

b Mat. 10

c Hom. 34 in Matt.

Nullo modo est perdẽda fides quia est radix.

ret Dalidæ. Ità fidelis numquam funditus ruet, nisi quandò caput id est fidem in sinum reclinauerit Dalidæ videlicet in occasionem dederit; & & prædam libidini, & carni. Sic, amisso fidei fundamento, & fidei capite, in libidinis, & carnis dictione tradito, perijt Germania, euersa est Anglia, & innumeræ orbis prouinciæ: nec alio vtitur stratagemmate dæmon magis perualido, & efficaci, quàm fidei fundamentum funditus euertere; vt, illo diruto, cætera ruant omnia, illisque iisdem verbis suos adhortans apostaticos Angelos, in Christianos mouens, vtitur, quibus vtebantur Idumæi, suos hortando milites ad vrbis Ierusalem euersionem, videlicet. *d* Exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea. Scit enim dæmon, quod consistente firmo, & intacto fidei fundamento, facile sit fidelibus iterum spirituale, ac ornatius construere ædificium. D Ideò, Exinanite (inquit) vsque ad fundamentum: nec enim statim fidei fundamentum adoritur; sed paulatim fodit, prius opera euellendo christiana: & indè paulatim scrupulos immittendo fidei quousque fidei fundamentum euertat. Quod scitè satis præcauens D. Petrus, ait. *e* Quia aduersarius vester Diabolus circuit quærens quem deuoret: Cui (subdit) resistite fortes in fide. Quasi dicat. Etsi mordere aliqualiter possit, & circuit, vt fundamentum euertat; quo euerso vos deuoret: numquam tamen deuorare poterit stante fidei fundamento. Illi igitur resistite fortes in fide.

Amissa fide omnia pereunt.

d Ps. 136.

e 1. Pet. 5.

Secundũ Mẽbrũ.

Quæ nedum necessaria (vt iam explicauimus) sed vtillima est; vt ex dictis conijci potest. Nam, si fides totius spiritualis ædificij est fundamentum, in eo solùm, quod fundamentum nedum necessitas, sed & vtilitas apparet: nam, illo posito superædificari potest quidquid libuerit maioris vtilitatis, ac pretij; & ità superædificari vtiliter, ac necessariò; quod sine illo impossibile erit aliquid, vel minimum construere. Sic D. Paulus ait. *f* Vt sapiens architectus fundamentum posui. Fundamentum autem aliud nemo ponere potest, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, idest fides in Christum Iesum: vnde Concilium. *g* Tridentinum. Per fidem ideò iustificari dicimur; quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Quare omnis nostra iustificatio, profectus omnis, & omnis iustificationis vtilitas ex fide pendet. Et talis est fidei structura, qualem descripsit Christus *h* domum supra petram fundatam, de qua inquit. Descendit pluuia: venerunt flumina: flauerunt venti, & irruerunt in domum illam; & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram. O fidei necessariam, & maximam vtilitatem, quam alia explicauit metaphora D. Ioannes Euangelista: & propheta, cùm ait. *i* Signũ magnum apparuit in cœlo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarum duodecim. Vbi fidem apertè descripsit, ac fidei vtilitatem innuit. At inquies. Si fides fundamentum: quo modo mulier? Si mulier, quomodo fundamentum? Optimè fanè. Spiritus sanctus enim diuersis metaphoris diuersa describit, Ac connexa valdè fidei mysteria; ita, vt in fundamento vtilimam necessitatem, & in muliere necessariam edoceat vtilitatem. Est enim fides mulier Atlantea, quasi spiritualis Atlas totius mundi spiritualis machinam regens, & portans: ideò magna mulier, & magnum signum. Amicta E

Vtilitas fidei.

f 1. Cor. 3.

g Sess. 6. c. 8.

Fides est initiũ nostræ iustificationis, & fundamẽtum perfectionis.

h Mat. 7

i Apoc. 12.

Fides dicitur mulier.

cta Sole diuinæ gratiæ Christi, qua mediante omnia, etiam difficillima, vita æterna digna operatur. Et Luna sub pedibus eius: nam vniuersa philosophia totius mundi concinnè per Lunam significatur, quæ apud Ægyptios symbolum fuit: semper inconstantiæ, ac defectus: sicuti re vera inconstans, & defectiua est. Quid vero inconstantius, & defectiuum magis, quam humana philosophia? In cuius etiam principiis primis numquam conueni re potuere philosophorum principes: vt colligit D. Pater Augustinus, K dicens. De philosophis, qui labore litterario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, quæ discipuli legentes, licet aliquibus assentirent: aliqua tamen impobauerunt, & sibiinuicem aduersarunt, vt Aristippus, & Anthistenes, qui licet fuerint ambo Socratici; in quibusdam tamē sibi contradixerunt. Et quandoque discipuli magistro: vt Aristoteles Platoni. Inconstans ergo, & defectiua philosophia, & probe per Lunam designata: & ideo iure optimo sub pedibus fidei sterni debet: si itaq; dicit Philosophia. Ex nihilo nihil fit, omnipotentiam negans Dei: sub pedibus fidei huiusmodi Luna. Nam fides clamat. In principio creauit Deus cęlum, & terram. l Et iterum. m Ipse dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt. Si philosophia dicit cum Auicenna, quod prima intelligentia producit secundam & secunda tertiam, & tertia quartam vsque ad colcodeam: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc luna; fides enim aperte dicit. n Omnia, quæcunque voluit Deus, fecit in cęlo, & in terra in mare, & in omnibus abyssis. Si philosophia tibi dicit cum Epicureis, quod nostra beatitudo in voluptatibus consistat: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc luna. fides enim dicit: o Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum; & quem misisti Iesum Christum. Si philosophia tibi dicit cum Auerroe, quod Deus non intelligit singularia: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc luna. Fides enim dicit. p Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Si philosophia tibi dicit, quod mundus est ęternus: nec principium habet, nec habebit finem; sub pedibus, sub pedibus fidei hæc Luna. fides enim docet q de mundi principio. Initio tu domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt celi. De fine vero eiusdem mundi subdit. Ipsi peribunt tu autem permanes: & omnes, sicut vestimentum, veterascent. Et iterum. r Cęlum, & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt. Si philosophia tibi dicit, quòd a priuatione ad habitum non datur regressus; nec cæci ad Lumen, nec mortui ad vitam redeunt: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc luna. Fides enim docet. ſ Rursum circumdabor pelle mea: & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Et iterum. Credo, quod redemptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrectu-

F rus sum. Et canit Ecclesia in Apostolorum symbolo. Credo carnis resurrectionem. Cæci verò innumeri, tum a Christo, tum ab Apostolis lumen receperunt. Si philosophia tibi dicit, quòd mortalis est anima; sub pedibus, sub pedibus, fidei hæc Luna: sola enim fides dat vitam æternam, dicente Christo. t Qui credit in me habet vitam æternam. Et in symbolo fidei omnes dicimus. Credo vitam æternam. Si philosophia tibi dicit, quod, multiplicatis personis, multiplicantur & essentiæ: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc Luna. Fides enim docet cum Athanasio, Patribus, Concilijs, & vniuerso nouo testamento, quòd alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sanct:

Symbolum inconstantiæ.
K 18. de ci. Dei c. 4.
l Gen. 1.
m Psalm. 148.
n Ps. 134.
Omnia sub fide.
o Ioã. 17.
p Hebr. 4.
q Ps. 101
r Mat. 24
ſ Iob. 19.
t Ioan. 6.

sancti: & tamen vna est diuinitas, æqualis gloria: coæterna maiestas. Si philosophia tibi dicit, quòd finiti ad infinitum nulla est proportio: & ideo Deus homo fieri nequit sub pedibus, sub pedibus fidei hæc Luna. Fides namque G docet, quod verbum Dei infinitum caro factum est, & homo finitus. Si philosophia tibi dicit, quod locus debet proportionari locato; & ideò impossibile est, Deum immensum sub angusto contineri ventre virginali: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc Luna. Fides enim cantat cum Ecclesia, Quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti. Si philosophia tibi dicit, quòd impossibile sit vnam substantiam de repente in aliam totaliter pertransire: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc Luna. Fides namque apertè docet in tremendo, & admirabili Eucharistiæ Sacramento transubstantiationem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, eodem Christo clarè prædicante. u Hoc est enim corpus meum, &c. Et hic est enim sanguis meus, &c. Si Philosophia tibi dicit, quòd impossibile sit Deum pati: sub pedibus, sub pedibus fidei hæc Luna. Fides enim contra clamat. Deum hominem propter hominis amorem factum, & passum sub Pontio Pilato. Et denique omnes Philosophiæ defectus, & sectarum mille, mille dissidia sub fidei pedibus prosternantur: mira enim fidei vtilitas, vtilia semper docens; & ideò nedum Luna sub pedibus eius; sed in capite etiam corona Stellarum duodecim, quæ sunt duodecim breuissimi fidei articuli, quibus innixi, miram, & inexplicabilem vtilitatem elicimus soli Deo fidendo: Deo soli credendo, ipsique Deo parendo soli, quo nil vtiliùs excogitari potest. Quod etiā nouit eximius ille Poeta, qui cecinit.

u Matth. 26.

Optimus ille est, qui per se tenet omnia mente,
Quidque futurum sit, tandem magis vtile cernit:
Commodus atque ille est, qui paret recta monenti;
Qui verò non ipse sibi benè consulit vnquam,
Nec paret rectis vnquam monitoribus vltrò
Vtilis, ad nulla esse potest hic munera vitæ.

Quibus in carminibus tria statuit poeta graduū genera. In primo ponit, Qui sibi, & aliis tam perfecta mente, ac prudentia perfecta prouidere nouit, & potest, vt in nulla re, vel minima vnquam deficiat. In secundo constituit omnes illos, qui etsi proprio consilio, & mente propria sibi prouidere & consulere nequaquam possint: valde tamen vtiles sunt, Reipublicæ: dummodo recta monenti, & consilianti pareāt. In tertio denique ponit eos, qui nec sibi cōsulere sciūt, vel possunt: nec parere volunt recta monentibus, quos omnino reiicit, tanquam Reipublicæ inutiles, & perniciosos. Quibus stantibus nullus hominū vel qui fuit, vel qui est, aut qui futurus est, tāta est ornatus mente, vel cōsilio, & prudētia, vt in primo gradu statui possit: sed solus Deus, vt et antiqui nouerunt Philosophi. Sic Hesiodus ipse. Sic Pindarus apud Plutarchū. x Sic Socrates apud Platonē, qui omnes concorditer solū Deū Opt. Max. sapientē asserunt: cęterū homines quoscumq; sapientię studiosos appellari debere, nequāquā vero sapiētes. Igitur si homines primū gradū assequi minimè possūt. In tertio verò nefas est reponi, cū solū discolis cōtumacib. & impiis, Reipublicęq; perniciosissimis cōueniat. Restat, vt qui probi sūt hoīes, & ad vitę munera vtiles, & sibi, & aliis prospiciētes, in secundo contineātur gradu, videlicet vt pareant recta monenti ei videlicet qui in primo reperitur gradu in quo scū solus reperiatur Deus: soli Deo recta semper monenti per se H

Tres gradus genera.

x Opusc. de sera numinis vindi.

Solus Deus sapiens.

cta & integra fide committere se dēt vniuersum hominū genus. Sic hortante moderatore illo Sanctissimo, Iudæorum Reipublicæ, Dauide, cum ait. *aa* Beatus homo, quem tu erudieris Domine; & de lege tua docueris eum. Gradum istum indidit a primordio suæ formationis homini Deus, cum ait *bb* de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Quasi aperte diceret. In primo gradu tua vi, & facultate, tua scientia propria nequaquam consistere potes. Ne comedas de ligno scientiæ boni, & mali id est ne tuo innitaris regimini: ne tuæ credas prudentiæ; sed meæ te credas curæ; prouidentiæ meæ te committe: meo regimini te trade, qui recta semper tibi consulam; quod, vt fit mius Adæ inhæreret menti, huiusmodi monitum sub signo dedit sensibili cibi veriti arboris illius: cuius fructus eius suaptè natura nequaquam perniciosus erat; viderat erat enim Deus cuncta, quæ fecerat; & erant valdè bona. Sed signum fuit, & experimentum fidei Adæ. An videlicet vellet se committere Dei monitis, vel suam potius propriam sequi mētem. Quod experimentum, (cum innumeræ pene essent) in vna solum arbore fecit Deus; & in quam impegit Adam, & cum tota sua cecidit posteritate. Ex quo casu qui vult resurgere, Deo iterum se totum committat oportet: quia solus Deus errare nequit: & veritatem, & salutem docere potest. Sicut etiam peroptimè colligit Diuinus Plato, qui fidem tribus gigni, ac raborari vult. Sapiētia, beneuolentia, & libertate; nec enim sufficit, vt sapiens sit aliquis, vt me recta doceat, & vtilia: nisi me quoque amet. Nec sufficit sapere, & amare, nisi tanta sit libertate præditus, vt intrepide quid senserit dicat. Multi enim ob vitiosam verecūdiam (de qua Plutarchus integrum peregit opusculum) Quæ sciūt

aa Psal. 93.

bb Gen. 2

Tētatio Diaboli.

Fides tribus signis roborātur.

I salutaria nè displiceant etsi ament, subticent. Quod incommodum præsertim patiuntur magni Principes: ac de sapientia loquendo quis hominum omnia infallibiliter nouit? Quis aliquando non errat? Quot inter scholas dissidia? vt supra tactum est. Præterea & quis hominum, et si multa sciat, perfecte semper amat? Quis non indignatur aliquando? Aliquando non odit hominum? & denique, si nonnulli multa sciant, & semper ament, quot intrepidè verum enunciare audent? Quis vmquam perfecta præditus extitit libertate? Solus igitur Deus sapientissimus est, amantissimus, liberrimus, summaque libertate, infinita sapientia, & inexplicabili erga homines beneuolentia præditus, semper vtilia docens, recta semper monens; soli ergo Deo credendum, Deo soli parendum, in Deo solo fidendum. O salutaris, & vtilissima in Deum fides. Fratres quid fides valeat; credulitas quid possit, perpendite. Trinitatis enim trina confessio in cœlestem sobolem de terrena subleuat nos miseria. Fides enim quæ Deum loquitur patrem beneuolū, amantem, nobis Deū conquirit Patrem. Fides, quæ cōfitetur Dei filium, nos in Dei adoptat sapientes filios: credulitas, quę Deum spiritum proclamat, de substantia carnis mortali & fragili, in vitalem spiritus libertatē nos cōmutat. O inaudita dignatio. Deus pater oēs dignatur summa beneuolentia sibi hęredes adsciscere. Deus filius non dedignatur seruulis scientiā suam compartiri, vt in scientia sua iustificet vt vaticinatus est Isaias *cc* scientes cohęredes multos. Deus Spiritus calducā, & fragilem carnē diuinę consortē libertatis assumet. Et hæc fidei vtilitatis initia: cętera latiorē, & ampliorem requirunt locum, & tempus. Quare his superſedendo.

Nullus homo infallibiliter nosciт.

Quid potest credulitas.

cc Isa. 53

Pertranseamus ad fidei qualitatem non vniuersam, sed solum quæ magis spiritualem gustum breuiter afficiat: quæ omnibus Theologis pro... Tertium Membrū

Fides ex operib. viuit. | dd Genes. 31. | Fides fine operibus annulus fractus. | ee Mat. 7 | Fides viua annulus integrus. | ff Ose. 2. | gg Dani. 12. | hh Apoc. 2. | ii Io. 20. | KK Psal. 76.

pè, vt sit fides non mortua, sed viua; viuit autem operibus; quibus extinctis moritur & ipsa fides; in cuius typo pulcherrima illa Rachel fidei symbolum gerens, post virum suum Iacobum clamabat. *dd* Da mihi filios, alioquin moriar. Sic pulcherrima fides post virum fidelem, cui desponsata est, clamat. Da mihi filios, idest bonorum operum partus: alioquin moriar; & mortua in te ero non viua fides. Viua igitur sit fides operum vita, & prole: fides K enim sine operibus est veluti annulus fractus, & lapide pretioso, quo insigniti solet, destitutus; est cœlum quasi obscurum sine stellarum ornatu, ac splendore; est nauis absque velis, & remis, quæ numquam portum attingit, dicente Christo. *ee* Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cęlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est, ipse intrabit in regnũ cęlorũ. Non est labor absq; pręmio. Qui vult ergo pręmiari operibus iniungat fidem. Est.n. fides viua, annulus omni pretioso lapide sculptus, dicente Propheta. *ff* Desponsabo te mihi in fidem. Est cœlum resplendentibus refertum stellis iuxta illud. *gg* Qui erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas ęternitates erunt. Est pręmii certitudo, monente Ioanne. *hh* Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitę. Est denique omnium bonorum aggregatio, repromittente Christo. *ii* Beati qui non viderunt, & crediderunt. Sic serenissimus Propheta Regius hanc fidei qualitatem innuens, dicebat. *KK* In die tribulationis meę Deum exquisiui manib. meis nocte contra eum: & non sum deceptus. Qua so, si in die, quomodo nocte? Soluit ipse, diem appellans non simpliciter: sed tribulationis præsentem statum explicare volens, qui nox potius dicendus, quàm Dies: non enim facie ad faciem videmus, neque clare; sed nocturno fidei lumine: Ideo (inquit) in die tribulationis nocte Deum exquisiui manibus meis. Quare manibus quærit, cum potius oculis circumspiciendo quęrere soleamus quod inuenire permaximè cupimus? Quia oculis clarè facie ad faciem Deum videbimus in patria. Hic autem de lege ordinaria nullatenus videndus est Deus. Non videbit me (inquit Deus ipse) *ll* homo, & viuet. Sed operibus omninò quærendus: ideo manibus (inquit) exquisiui. Sed quare subdit contra eum? Si eum quærit, vt inueniat, & possideat, quomodo contra eum? Diuus Pater Augustinus, & Alexander Alensis facili se expediunt negotio, exponentes. Contra eum, idest coram eo, sed altius; & fortè magis ad litteram, & sensum Genebrardus: Sic legit ex textu Hebreo. Manus mea nocte extenta fuit contra Deum: & non remittitur, idest sine intermissione manus mea ad Deũ tenditur, donec exaudiat, neque meam spem fallat, & frustretur. *mm* In quo, David alludit ad Moysi historiam in pugna contra Amalech, in qua, manus extentas tenente Moyse, vincebat semper Israel: Sin autem paululum L remisisset, Amalech superabat Israelem. Vult ergo dicere Dauid, quòd in die tribulationis præsentis vitæ, quæ potius nox dicenda est, Deum exquirere debemus, quasi pugnando cum ipso. Delectatur enim Deus tali pugna, extentis iugiter manibus, idest, continuè operando: &, operibus fidei adiunctis, Deum vincendo, ac superando; quod vtinam fratres à nobis fiat, & cum Dauide cantare possimus. Deum exquisiui manibus meis nocte, idest tota vita. Contra eum, ipsum operibus flectendo, & vincendo: & non ero deceptus, idest non ero fraudatus pręmio ęternę vitæ. Hoc timebat D. Hieronymus sępius dicẽs. Ego credo, sed nollem mihi Deus diceret. Sicut credidisti fiat tibi; sicut dixit Centurioni. O nos miseros. perditos

ll Exod. 33. | Manibus quærendus est Deus. | mm Exo. 17. | Vita præsens nox appellatur.

o perditos nos; si D.Hieronymus, qui de seipso hæc scribit. nn Ego ipse in heremo constitutus, in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum. Sedebam solus; quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia: & squallida cutis situm æthyopicæ carnis obduxerat, quotidiè lacrymæ, quotidiè gemitus; etsi quandò repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda homo vix ossa hærentia collidebam, & cetera asperiora, quæ similis argumenti prosequitur ibi de seipso D.Hieronymus. Attamen, si ipse (inquam) dicebat, Ego credo; sed nollem mihi Deus diceret. Sicut credidisti, fiat tibi. Quid nos delicijs, voluptatibus repleri, quin culpis, & peccatis obruti dicere deberemus? Et quantùm metuere, ac reformidare, & validiùs cum D.Hieronymo exclamare. Credo, credo Domine: sed rogamus omnes, & obsecramus, nè dicas alicui nostrum. Vade: &, sicut credidisti, fiat tibi: sed potiùs dicas. Fiat sicut per meam passionem, crucem, & mortem pro vobis merui. Quod, vt assequi possimus vel saltèm imperfecta opera nostra maxima in Deum fide suppleamus: vti D. illa nostra Catherina Senensis suo nos docuit exemplo. Cui apparens Christus, hanc ei tradidit mirabilem fidei doctrinam. Cogita de me filia: & ego cogitabo de te: quasi diceret. Hoc sufficit; nil aliud cures, nil aliud quæras, nil aliud excogites: Cogita de me; & ego cogitabo de te. Et quid amplius desiderare poterit homo, quàm quod Christus de illo plenam gerat sollicitudinem, & curam? Ego (inquit) cogitabo de te. Quare Domine? Quo nostro merito? Cogita (inquit) de me. O Christi bonitatem, o Christi clementiam, o Christi liberalem amorem: quidnam durum, quidnam graue nobis præcipit, vt indè in perpetuum nos curet, protegat, & saluet. Nil aliud, nisi illud cogita de me, idest crede in me perfecta fide; quia hoc necessarium, hoc vtile tibi; quia ego solus, & errare nequeo te docendo; & beneuolentia, & caritate perpetua te diligo: & libertate plenissima te semper moneo. Hinc Diua Catherina sic edocta, omnibus ad se venientibus quacumque ex tribulatione, vel indigentia hanc eandem refundebat doctrinam, dicens. Quid tu de te ipso cogitas? Quid ad te de te pertinet? linque de te curam Christo: cogita tu de sponso tuo Christo; & ipse pleniùs, & perfectiùs de te cogitabit. Sic ego Serenissimi hodiernum concludo sermonem. Cogitate vos de Christo: credite perfectè in Christum: & ipse de vobis cogitabit perfectè: perfectè vos diriget, vos proteget, & saluabit in æternum. Amen.

nn Epist. 22. ad Eustoc.

Hieronimus timebat.

M

Homo debet cogitare de Deo, & hoc sufficit.

FERIA SEXTA CINERVM
Concio LXIII.

Legem diuinam igneam iure merito appellari ostenditur, cum ab omni sit macula aliena, diuersaque mundanarum legum genera recensentur, qua-

reos, terreos administros; & (proh dolor) terreos efficit Principes aliàs cęlestes, & diuinos, & altissimi Dei vices non terreas, sed supra terram gerentes. Terrea lex, de qua dixit propheta seuerus: *c* A minimo vsque ad maximum omnes student auaritiæ. O infelicissimum illius Reipublicæ statum, in quo vel exemplo, vel iussu Principis omnes a minore vsque ad maiorem auaritiæ student, & nullam aliam habent regulam, & methodum viuendi, nisi auaritiam, & inordinatè coaceruare thesauros. Secunda lex aquea paulominus sordida lex est carnis, & carnalium voluptatum. Sic Alciatus & alij venerem ex aquea maris spuma genitam tradunt. O quot nobiles, & ingenuos coinquinat, & maculat huiusmodi lex aquea: nullum habet respectum, in aulas ingreditur magnas, & commaculatos, & sordidos multoties reddit magnos principes. Væ illis, qui Narcy.so similes effecti, **B** non personas, quas dicunt, amatas, sed seipsos, & proprias amantes voluptates, in florem conuertuntur voluptatis, & sensus, nullam aliam viuendi rationem sequentes, quàm quæ sensibus, & voluptatibus deseruiat; & ita viuentes in sensibus ratione penitùs expoliati degunt. Tertia lex aerea: mundanas dignitates, honores mundanos designat, quæ uentos, & spiritus aereos cùm sequatur velocissimos, numquam illos vel assequi vel comprehēdere potest vnumquemque verò huic legi addictum monet Spiritus sanctus dicens. *d* Altiora te ne quæsieris: consequens enim fit, vt omnia penitùs inordinata, & confusa in illa existant republica, in qua dignitates, & munera non secundùm vniuscuiusque talentum, & capacitatem diuiduntur, & compartiuntur; sed potiùs inordinatè, & confusè secundùm vniuscuiusque ambitionem, & præsumptionem, & secundùm aereas leges rationem status sequentes, iuncturas, & colligationes curialium fouentes, per quas multotiès minùs digni ad maiora promouentur munera: digniores uerò, & magis apte derelinquuntur, & dimittuntur, ac si essent viliores, inutiles, & despecti. O quot damna inferunt Reipublicæ huiusmodi status rationes aereæ. Denique nulla est absque defectu lex, nisi lex illa quarta ignea, lex amoris. O, quid non potest ordinatus amor? Quid non inuertit amor inordinatus? Parentes equidem amantes filios amore terreo inordinato, amore aqueo, vel aereo idest filijs procurantes inordinatè, vel **C** terrenos thesauros, vel aqueas voluptates, vel aereas, & inflatas dignitates leges illas damnatas amplectuntur, & sequuntur. Qui verò ordinatè amant, igneam sequuntur legem, suauissimam, & dulcissimam. Qui verò terreas, aqueas, vel aereas sequuntur, de illorum sunt numero, quos post hanc uitam sic loquentes introducit Spiritus sanctus. *e* Errauimus a via veritatis, laxati sumus in via iniquitatis: & ambulauimus uias difficiles. Quod apertè cognoscere possunt in hac uita degentes, si paululum e curiæ, vel mundi fluctibus caput erexerint, experientia ipsa, rerum omnium magistra illos docente: sensu enim vsurpant, & manu tangunt, quas difficultates, quos labores, quæ discrimina iugiter patiantur, dum inordinatè nimis leges illas sequuntur terreas, aqueas, vel aereas, diuitias, voluptates, & dignitates, quas numquam assequuntur anxie nimis, & magno cum cruciatu iugiter procurantes. Sola ignea lex leuis est; quia ignea: splendet, & illuminat; quia ignea: reficit, & roborat; quia ignea idest amoris diuini plena: quo mediante, cetera omnia facili, & periucundo diriguntur negotio: qua derelicta, illam derelinquentibus, comminatur Isaias, dicens. *f* Deficient pueri,

c Hier. 6.

Lex dignitatis, & ambitionis.

d Eccles. 3.

e Sap. 5.

f Cap. 40.

pueri, & laborabunt: & iuuenes infirmitate cadent; & quando? Deficiente igneo Dei amore, ignea deficiente lege. Contra verò de illis, qui eam sequuntur, & amplectuntur, idem propheta eodem loco dicit. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Hieremias verò quietem describens, & consolationem eorum, qui Christi sequuntur legem, ait. g Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens. Quomodo verò quies tanta, tanta consolatio reperiri potest in obseruantia legis Euangelicæ, quæ tàm arcta, & perdifficilis apparet? Optimè quidem: nàm condimentū, & uis amoris omnia, & singula reddit dulcia, & delectalilia præcepta. Est enim lex ignea, lex amoris: quid verò magis homini propriū, quàm ordinatè amare? Quemadmodum enim nec terra descendens laborat, nec ignis ascendens, quia propriam inditam sequuntur proprietatem. Sed contrà, ignis descendendo: terra verò ascendendo laboraret, quia contra propriam nitererentur naturam. Sic homini proprium, & inditum à fonte illo plenissimo amoris Deo est amor. Contra verò hominis naturam est odium. Quare suauissima est lex euangelica; quia secundùm naturam, & propensionem hominis, cuius proprium est amare: nam est lex ignea, lex amoris. Hinc Ioannis, intimus Christi secretarius eiusdem Christi exemplum, & normam ante oculos nostros ponens, vt fundatoris, & authoris nostræ legis igneæ, ait. b Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. D. verò Paulus, quasi hunc locum Ioannis exponens, ait. i Finis præcepti caritas. Et iterùm. Finis legis Christus. D. verò Augustinus exponit eumdem Ioannis locum. K Dilexit in finem idest pro se. Christus igitur est author dilectionis & amoris, est amoris finis, est dilectio, & amor ipse. Quare legem obseruando hanc igneam, Christum semper amamus: in Christo, & propter Christum, de cuius amoris plenitudine omnes accipimus semper: vtinam & semper gaudeamus. Iugiter enim ille nos inuitat, dicens. l Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos. Quomodo autem reficiet? Fortè graui crucis onere? Fortè clauorum, & spinarum aculeis: vel, vt olim Cæsar, m qui summam copiam frumenti, & reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore, atque inopia refecit? O Christe sancte certè in Cruce non nisi fel, & acetum exhibes, & propinas tuis. Vnde concinnè Dauid. n Cibabis nos pane lacrymarum; & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Quomodo itaque reficiet? illo sanè condimento, quod est condimentorum condimentum, & saporum sapor, & sine quo nullum est condimentū, nullus est sapor: nempè amor. amor enim ordinatus tantæ est dulcedinis, vt quodcunque durum, asperum quodcunque, quodcunque amarum in suauitatem, & dulcedinem conuertat. Reficit ergò suos Christus, amoris dulcedine, amoris condimento, eadē legis obseruantia, quæ lex est ignea, lex amoris: Plauto verò reste, vbi amoris condimentum inerit quoduis aliàs ingratū quam maximè placiturum. Hinc illas facilè soluimus apparentes contradictiones: & sibi inuicē pugnātia scripturæ loca; vt qñ ait Christus. o Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Si enim iugum, quomodo suaue? Si onus quomodo leue? Et iterum illud. p Mandata eius grauia non sunt. Contrà verò Dauid. q Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Hęc, inquàm, & similia pugnantia loca breuiter, & concinnè soluit

g Cap. 17.
Simil.
Legis euāgelicę suauitas.
b Ioan. 13.
i 1. Thim. 1.
K Rom. 10
l Mat. 11.
m Lib. 7. de bello gallico.
n Ps. 79.
o Mat. 11.
p 1. Ioā. 5.
q Ps. 16.

D

uit D. Pater Augustinus, dicens r de vijs domini. Vtrumque verum est: durae sunt timori, leues sunt amori. Amor igitur suaue facit iugum, leue reddit onus, leuia praecepta, & duras timoris vias, in suaues conuertit amoris. Iure itaque inuitare nos potest Christus, & dicere. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; & addere. Tollite iugum meum super vos: & inuenietis requiem animabus uestris. O Christe sancte, quam requiem sub iugo? quam requiem sub graui Crucis pondere? Non ne tu ipse, qui ad hanc inuitas requiem propter Crucis importabile pondus, in auxilium tibi Simonem adiunxisti Cyrenęum? O amoris miraculum: ignea lex est: ignea amoris vis. In igne autem quanto plura immittuntur ligna, tantò maior fit ignis: tantò magis accenditur, & inardescit; extinguitur verò deficientibus lignis. Sic amor Dei; sic legis euangelicae amor, qui iugiter crescit, & maior efficitur, quantò plura immittuntur in ipsum obseruantiae ligna; vt cruces, claui, spinae, alapae, lancea, sputa, iniuriae, opprobria: haec enim omnia in uiro christiano maiorem efficiunt Dei, & proximi amorem. His verò deficientibus tepescit, extinguitur Christianus amor. Et hinc magnum patet inter mundi leges terreas, aqueas vel aereas: & Christi legem igneam discrimen, dicente D. Patre Augustino. Alia sarcina premit, & grauat te: Christi autem sarcina eleuat te. Alia sarcina pondus habet: Christi sarcina pennas habet. In alijs itaque legibus earum praecepta sequi, & obseruare durissimum, & laboriosissimum est. In Christi uerò lege laboriosum, & durum est ea, quae praecipit, non seruare: facillimum verò, & leuissimum, omnibus, quae praecipit, obtemperare; & eius praeceptis, & mandatis, quasi pennis, & alis superuestiri. Quemadmodum enim si auibus pennas detrahas, quasi onus tollas, eo ipso in terram deijcis, ibiq; remanere cogis: & quos exonerare voluisti, iacere coegisti, & ad uolandum impotentes reddidisti. Ita est in Christi sarcina. Portent illam homines, & volabunt. Et illius praecepta assumendo, pennas assument aquilae, vt superiùs diximus ex propheta Isaia: Suaptè namquè natura sunt homines corpore graues, & sine mandatorum pennis nequaquam coelum scandere possunt. Grauis est etiam plumbea palla. Si verò ignem addas, quo impetu currit; quin & volat, quidquid occurrit euertens? Sic lex Christi ignea est. Quare, & si homines plumbei essent, peccatorum oneribus grauati: Igne tamen adiuncto legis Christi velocissimi in via efficiuntur euangelij; & nullo eis obsistente impedimento, cęlum recta petunt.

Non solùm autem ignea est lex Christi; sed in dextera etiam eius existit, vbi per dexteram D. Pater Augustinus f intelligit eundem Christum Dei filium patris dexteram. De quo propheta regius ait. t Dextera Domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Dextera igitur Christus: & lex ignea in dextera nil aliud est, nisi lex amoris in Christo, qui author est legis, fons est amoris, norma, & idea amandi. Ego autem (inquit) dico vobis. Diligite inimicos vestros. At quare Christus, in quo, & a quo lex ignea, hic appellatur dextera? Cur non potiùs princeps, vel rex appellatur? Ad principem enim, & regem spectat leges condere. Sic olim vates ille regius ait in persona Christi. Ego autem constitutus sum rex ab eo: super Sion, montem Sanctum eius. Et ad quid

Marginalia: r De nat. & gratia. ca. 69. — Simil. — E — Differentia inter leges mũdi, et legẽ Euãgelicam. — Simil. — Simil. — F — Secundũ membrũ. — f q. 56. in Deute. — t Ps. 117. — Quare Christus dextera appellatur.

monacus *ff*) de humanis tantummodò verificatur legibus: nullatenus de lege Christi, quæ dextera Dei idest Dei potentia munita existit; & æqua lance omnes comprehendit; ligat omnes; omnes iudicat, & potentiores potentius, dicente Spiritu Sancto. *gg* Potentes autem potenter tormenta patientur: non enim subtrahit personam cuiusquam Deus; nec uerebitur magnitudinem cuiusquam quoniam pusillum, & magnum ip e fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior cruciatio. Ad uos ergò reges sunt hi sermones mei; vt discatis sapientiam, & non excidatis Hæc Spiritus Sanctus. Et iterum ibidem. Iudicium durissimum his, qui præsunt, fient. Et iterum alibi. *hh* Dominus Iudicabit iustos: & fortissimus non habebit in illis patientiam. O miram, & inauditam iræ diuinæ exaggerationem: vbi, & alius textus habet Dominus vendicabit iustos idest oppressos, & depressos: & non habebit in illis patientiam idest in opprimentibus, & potentibus. O miram (inquam) exaggerationem; quomodo enim Deus patientia expoliari potest? Quomodo patientiam non habebit? Nonnè vbiquè in diuinis litteris prædicatur Dei patientia, benignitas, & longanimitas? Nonnè vbiquè intitulatur Deus misericors, longanimis, & patiens. Sic in psalmis *ii* Deus iudex iustus, fortis: & ad extremum concluditur, & patiens, & iterum. *KK* Longanimis, & multum misericors. Et textus hebræus legit. Et longis naribus idest longa, & diuturna patientia. Sic mille in locis, sic millies experimur nos delinquentes in nobis ipsis Dei longam, & diuturnam patientiam. At in potentibus, præsidentibus, Principibus, & Regibus: Deus (inquit) non habebit in illis patientiã: quasi dicat. In aliјs peccatis ex fragilitate, vel potentia patratis Deus patiens est, misericors, & longanimis: & ubiquè patientiæ, ac misericordiæ attributo indutus apparet; & ex patientia ipsa dignoscitur Deus. Cum potentibus verò leges iustitiæ, rumpentibus, & infingentibus: & pauperes, ac debiles opprimentibus, Deus non habebit in illis patientiam; non apparebit eadem indutus veste sibi consueta. Videbitur tibi, quasi non sit idem Deus. Vix cognosces illum; quia non habebit suam vestem: non habebit in illis patientiam, & in quo deniquè patientiam non habebit? Subdit ibidem; vt contribulet dorsum ipsorum: & donec tollat plenitudinem

I superborum; & sceptra iniquorum contribulet. Vbi eleganti vtitur metaphora videlicet, quòd iјsdem sceptris, quibus potentes principes, & reges mundum gubernant, & regunt, assumptis, illis pro uirgis vtetur ferreis; & pro duris flagellis, quibus dorsa eorum percutiet, flagellabit, contribulabit. Nullus igitur cuiuscunque sit dignitatis, & gradus vlla ratione se existimet euasurum. Est enim lex ista in dextera Dei idest in potentia Dei: ità, vt frangi, nulla ui, nobilitate sanguinis nulla, nulla dignitate, siuè regia, siuè cæsarea, nulla deniquè humana, vel creata potentia possit. Dexteram igitur hanc Dei, hanc Dei potentissimam amicitiam, non thesauri, non dignitates, non vires humanæ assequi possunt, sed sola Dei, & proximi dilectio, dicente Spiritusancto. Dilectio illius custodia legum est. Quæ igitur, seclusa dilectione, secluso amore, adeò terribilis, & inuincibilis viribus extat humanis, sola dilectione, amore solo superatur, & vincitur. O quàm ingratos Deo: ò quàm sibimetipsis crudeles, qui diligere negligunt. Et quid magis dulce, quid suaue magis, quid magis naturæ nostræ consonum præcipere poterat Deus, quàm dilectionem, & amorem? Hinc iure meritò seuerè

gg Sap. 6.

hh Eccle. 35.

Diuinæ iræ exaggeratio.

ii Ps. 7.

KK Psal. 102.

Deus seuerè punit potentes legum contēptores.

Reprehēsio cōtra aspernātes dilectionem.

seuerè punit qui contra ius, & naturam, & Dei præceptum odiunt proximum, quòd a primordio nascentis mundi apertè docuit, cum ait. Omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Vbi Theodotion, & septuaginta legunt.septem vindictas exoluet. Quare Domine septem soluturus est vindictas, qui tàm impium, & ingratum fratricidam occidet? Si fuisset iustus aliquis, vti Abel, ab eodem iniquo occisus, videretur adhuc iustum; sed nullam ego inuenio rationem, cur de tam scælesto, & impio septem exoluendæ sint vindictæ. Dionysius quidem Carthusianus, & Nicolaus de lyra, & Rabbi Salomon facilè se expediunt sic legentes. Omnis, qui occiderit Cain. Et hic punctum faciunt, & periodum claudunt, ea vtentes figura, quam præcisionem vocant, quæ suspendit conceptum, & sensum, vt aliquid efficacius exprimat vt Virgilius ibi. Quos ego, sed moto, præstat componere fluctus, quasi dicere vellet. Quos ego vindicare, vel coercere deberem, & cetera huiusmodi: sed, vt magis affectum moueat auditorum iudicio relinquit conceptus complementum: & subdit. Sed motos præstat componere fluctus. Sic isti doctores legunt. Omnis, qui occiderit Cain, quasi dicant. Grauissimè punietur. Vel non inultus remanebit, vel aliquid huiusmodi. Sequitur autem textus alio tendens videlicet septuplum punietur, &c. Sed re vera extorsio videtur textus. Hugo verò Cardinalis aliter exponit, similiter punctuando videlicet omnis, qui occiderit Cain, liberaret eum a maxima miseria; quia diutius viuens septuplum punietur, idest, in septima generatione, quæ terminata fuit in ipso lamech, a quo Cain traditur occisus. Simili ferè modo exponunt Abulensis, & lyranus. Alij dicunt, quòd Cain septuplum punietur propter septem peccata mortalia, quæ patrarat; & alij aliter. Sed modernus quidam doctor ingeniosè valdè sic exponit. Et mea quidem sententia litteraliter valde, videlicet lex humana propter sui impotentiam, & imbecillitatem non potest secundum excessuum, & delictorum gradus modum imponere pęnarum verbi gratia Propter simplex homicidium lex humana vitam tollit, propter fratricidium non potest nisi vita priuare reum. Sic neque propter patricidium: hæc est enim summa pęnarum in lege humana, in qua figitur illi terminus; nec vlterius potest. Lex verò Dei ignea; quia est in K dextera eius, & infinitam eius respicit potentiam secundum mensuram

mm Deu. cap. 2. delictorum (vt ait Spiritus sanctus *mm*) infert plagarum modum, pęnarumque multiplicat gradus. Cum igitur Cain Deo supplicationem porrexerit, vt nequaquam in hac puniretur vita, signauit illi Deus, & sub-

nn Gen. 4. scripsit illius supplicationi dicens. *nn* Nequaquam ita fiet, idest, non omnis, qui te inuenerit, occidet te, quod tu expostulas: sed omnis, qui occiderit. Et hic sistendum, & punctuandum cum figura illa oratoria, quam præfati sumus; quasi dicat, grauissimè punietur. Sequitur textus. Cain septuplum punietur, idest, Cum in hac vita non puniatur, punietur septuplum in futura vita. Ex quo insigni loco in vniuersum colligitur, quòd lex Dei in dextera sic existit eius; vt, qui in hac non punitur vita, in alia septuplum puniatur, & decuplum, & centuplum; quia non in hac, vbi punitio semper temporalis extat, sed in futura diuina verificatur pronunciatio, quod secundum delictorum mensuram, erit & plagarum modus. Quod clarè docuit diuus Paulus, cum ait. *oo* Hor-

oo Heb. 10 rendum est incidere in manus Dei viuentis. Quid ais ò Gentium prædicator?

cator? Nonnè semper Deus est viuens? Et ita viuens, vt non possit non esse viuens? Quare ergo dicis, horrendum esse incidere in manus Dei viuentis? Optimè quidem: omnes enim punitiones, pœnæ omnes, omnia tormenta, supplicia omnia, quæ in hac mortali parantur vita, sunt quasi Dei mortui, & pro nobis mortui, pro nobis vulnerati, pro nobis plagati, & spinis coronati, & corpore toto flagellati. O itaque felices, qui sic incidunt in Dei mortui manus, idest, qui a Deo in hac plectuntur vita, in hac vita flagellantur, vt corrigantur, & resipiscant: omnia enim tormentorum genera, & machinamenta cruciatuum a tyrannis excogitata, & adinuenta, & possibilia excogitari, & adinueniri, nullatenus millenam adæquare possunt partem æternorum futuræ vitæ suppliciorum, in qua non Deus mortuus, sed Deus viuens, vt viuens, punit, & flagellat. Iure optimo ergo diuus Paulus ait. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Innocentissima illa Susanna *pp* cùm ad supplicium per mediam duceretur ciuitatem magnatorius generis, & nobilitatis, & familiæ infamia, vt adultera, cùm iam lata esset sententia, & imminerent iam cruciatus, & tormenta, &

Diuina supplicia in hac vita sunt quasi Dei mortui.

pp Dan. 13.

L vitæ vltimum discrimen; hæc omnia, & plura (si plura occurrissent) pro nihilo ducens, sic prorupit. Melius est mihi incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Dei mei. Quasi dicat. Omnis iacta sit rerum temporalium alea: hæc enim omnia floccifacio, dummodò non incidam in manus Dei viuentis. Ergò incidere in omnia tormenta, & detrimenta, quæ excogitari possunt ab hominibus præeligo, potius quàm derelinquere legem Dei mei, & indè incidere in manus Dei viuentis. O vbi sunt illi, qui tàm facilè peccata multiplicant, numquàm pœnitentes æternè puniendi? Ponderent ipsi. Prætereà in dextera Dei ponitur lex amoris: quia cæteri legislatores quicunque dant leges, non auxilium ad ferendas leges. Dicunt ore, non iuuant opere: onerant, non subleuant. Ponunt ipsi leges, vassalli, & subditi manus. Non sic Deus; sed iugiter adiuuat, iugiter subleuat; in dextera fert legem: dexteram porrigit suam. Vndè prorupit patientissimus ille vir, qui hoc in seipso expertus fuerat, dicens. *qq* Non est ei similis in legislatoribus. Quare? subdit rationem. Eccè Deus excelsus in fortitudine sua videlicet illos fortiter sua dextera iuuando, quibus dat legem. Sic diuus Paulus apertè, omnia (inquit) possum in eo, qui me confortat. Deniquè in dextera eius exi-stit lex ista dilectionis, quia ea sola ducit certitudinaliter ad beatitudi-

qq Iob 36

In dextera Dei lex dilectionis.

M nis dexteram: ceteræ omnes ad tartarum ducunt, per sinistram designatum: nulla dat beatitudinis dexteram, nisi Christi lex ignea. Sic Virgilius vbi suum constituit illud animarum biuium.

Dexteram ad Elysios, leuam ad impia tartara
ducere docet.

Sic Propheta regius de auxilio Dei loquens ait. *rr* A Dextris est mihi, nè commouear, idest, a Dæmonio impugnante, qui semper dexteram expetit, vt legis Christi euertat obseruantiam; & iterum Dauid. *ss* Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum

rr Psal. 15.

ss Psal. 120.

Eee dexte-

dexteram tuam; Sic in die Iudicij legislator, & Princeps summus statuet oues electorum suorum a dextris, & hædos reproborum a sinistris, idest, eos, qui semper sinistrè vixerunt, & contra Christi legem odio habentes proximum, vel illum opprimentes, & acerbas vindictas de illo sumentes æternè puniet lege in dextera existente, idest, septuplum, vel centuplum puniet dicens illis. Discedite a me maledicti in ignem æternum, &c. Contra verò, illos, qui legem suam igneam, amoris, & dilectionis plenam seruauerunt, qui iniuriam ex corde remiserunt, qui proximum dilexerunt, etiam inimicos propter Christi dexteram, & amorem, a dextris constituet in æternis, & summis bonis, illis dicens. Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum; quod vtinam fiat: & quod expeto a vobis propter Christi amorem cum solo amore id efficere possitis. Pergite in pace. Amen.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE
Concio LXIV.

Dæmonis varia, diuersaque nomina exponuntur, atque ipsius in tentandis principibus industria, & maxima diligentia demonstratur, cum in ipsis totius reipublicæ perniciem sitam esse cognoscat: quæ tartarei hostis machinamenta vt omnino perdantur, orationibus est insistendum, quarum virtus, & efficacia latè recensetur.

HODIE Serenissima Domina Christus indicit, hostibus bella, promittit præmia pugnaturis. Aperit bellandi modum: inimicorum prodit fraudes: reuelat dolos, conatus aperit, vincendi normam tradit, & præmiorum ostendit præludia. Cum post iteratum conflictum, parta victoria, accedunt Angeli, & ministrant ei. Qui ergo statuta nostri regis in bellandi modo scirè contempserit, qui tale, ac tam salutare exemplum noluerit audire; non nè exuendus nostræ Christianæ militiæ insignibus, nonnè cęlesti contubernio se reddit extorrem? At nullum sic talem assistere confido. Nos igitur omnes pugnaturi contra vitiorum turmas, contra criminum acies, contra informes concupiscentiarum formas; contra Dæmonum totas aereas diffusas totas, & innumeras legiones triumphatores non dubito, Domino ipso assistente, ipsoque præliante atque præsidijs supernis adiuuantibus. A

Nè

Ne autem in incertum pugnemus, aduersariorum nomen primò loco pandamus. Secundo illorum dolos, & fraudes. Tertio resistendi, & bellandi modum. *Diuisio trimēb.*

Quoad primum in currenti euangelio tribus appellatur nominibus inimicorum princeps. Primo tentator ibi, Et accedens tentator, &c. Secundo Diabolus ibi. Tunc assumpsit eum Diabolus, &c. Tertio Sathanas ibi. Vade Sathanas, &c. Cum autem in pluribus scripturæ locis, & à Sanctis patribus pluribus appelletur nominibus metaphoricis, & varijs: quare nullo illorum vsus est Euangelista, nec Dominus noster in respondendo Satanæ? *Primum memb. Quot nominibus dæmon appelletur.* Appellatur enim Diabolus princeps; vt in Ioanne. *a* Nunc princeps huius mundi eijcietur foràs. Appellatur minister. Sic Matthæus. *b* & Iudex tradat te ministro. Appellatur Faber. *c* Sic Isaias. Ecce ego creaui fabrum sufflantem. Appellatur baculus. Sic Idem propheta. *d* Contriuit Dominus baculum, &c. Appellatur mons. Sic Iob. *e* Mons cadens defluit. Appellatur Beelzebub. Sic in historia regum. *f* Consulite Beelzebub. Appellatur Pytho. Sic in Deuteronomio. *g* Neque Pythones consulat, &c. Appellatur Bestia. Sic Iob. *h* Ingreditur bestia latibulum. Appellatur bos. Ità idem Iob. *i* fœnum quasi bos comedet. Appellatur leo sic propheta regius. K Ne quandò rapiat vt leo, animam meam. Appellatur Leuiathan, serpens vectis, & serpens tortuosus. Appellatur serpens antiquus. Sic in Apocalypsi. *m* Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus. Appellatur draco ibidem, & accusator fratrum. Proiectus est draco ille magnus, & proiectus est accusator fratrum nostrorum. Appellatur Aspis: Sic Isaias. *n* Super foramina Aspidis, & mille alijs nominibus, quæ breuitati indulgeo. *a Cap. 12. b Cap 5. c Cap. 54. d Cap 14. e Iob. cap. 14. f 4. Reg. 1 g Cap. 18. h Cap. 37. i Cap 40. K Psal. 7. l Cap. 27. m Cap. 12 n Cap. 11* Quare igitur, vt dicebam. Nullum talium in currenti euangelio reperitur nomen; sed appellatur tentator Diabolus, & Sathanas? Ratio quidèm clarissima extat: nam cetera omnia metaphorica nomina quemdam particularem dolum, & particularem affectum Diaboli, malum designant varijs sub metaphoris, verbi gratia dicitur leo, cùm oues rapit, & dispergit. Dicitur Draco, cùm suo veneno inficit animas. Dicitur serpens vectis quandò animas ità claudit, & obserat quasi vectis, vt obstinatas eas reddat. Et sic de singulis, vt patet discurrenti. At in euangelio præsenti nomina solùm ponuntur vniuersalis inimici: tentator enim dicitur per anthonomasiam, quia omnia, & singula genera tentationum mouet. Diabolus inimicum vniuersalem designat, & Satan vniuersalem aduersarium: quia hic pugnaturus cum Christo, omnium virtutum principe, & fonte, non hunc, vel illum assumit particularem dolum; sed omnes dolos, insidias, omnes, omnes fraudes intentat. *Tētator, Diabol⁹, & Satan quid sibi velint.* B Omnia parat machinamenta, omnem ponit conatum, vt vincat, vt deijciat. Vt hinc discamus, quod pugnaturus diabolus cū aliquo priuato, aliquem assumit priuatum affectum. Pugnaturus verò, cū principe cum Reipublicæ moderatore omnem ponit vim suam, summum exercet conatum, nullum prætermittit dolum. Ideò cum hodiè cum principe pugnet principum, nomina sumit vniuersalis inimici, & communissimi aduersarij. Et hinc liquidò constat quantò in maiori versentur periculo principes, quam priuati. Quod altò animaduertens diuino spiritu Diuus Paulus ait. *o* Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, oratio- *o 1. Thi. 2*

 nes,

Principes magis tentātur quam priuati. nes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt. Vbi specialiter præcipit orationes instanter fieri pro regibus, & principibus, & vniuersis Reipublicæ moderatoribus: tùm, quia illis maximè debemus: tùm, quia sunt veluti fontes, quibus corruptis, & infectis, ceteri omnes veluti riuuli inficiuntur, & corrumpuntur: tùm finaliter; quia in maximo versantur periculo, cùm super ipsos totum Reipublicæ onus incumbat. Hinc regius propheta hoc in negocio versatus, & expertus spiritum gradui, & periculo correspondentem expetebat, dicens. p Spiritu principali confirma me, idest da mihi Deus spiritum principis, & regis, vt munere tanto rectè fungi valeam. C

p Psal. 50.

Secundū membrū. Hinc nos elicere possumus secundum à nobis præstandum, quinam sint Diaboli doli, & fallaciæ: etsi enim contra omnes pugnent, vehementiùs tamen, & ardentiùs armantur in principes, & Reipublicæ moderatores. Quod innuit Christus Dominus noster, cùm ad suos apostolos, qui totiùs orbis principes futuri erant, loquens dixit. q Eccè Sathanas expetiuit, vt cribraret vos, sicut triticum. Ego autem rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Vbi multa docet. Primum (vt notant Diuus Ambrosius, r & San. Leo Papa; s qui legunt. Expostulauit vos) est quòd, etsi omnes Christiani in manu Dei sint: principes tamen speciali quodam modo sub manu, tutela, & protectione Dei, existunt: ità, vt nec tangere possit eos diabolus, nisi priùs licentiam a Deo expetat, & expostulet. Secundum. Notant ibi Tertullianus. D. Cyprianus, venerabilis Beda, & Prosper Aquitanus, quòd postulauit Sathā apertum bellum aduersus principes, indicens, & intimans illis certamen eo modo, quo Goliath singulare certamen t indicebat, & intimabat Isiaeli. At quemnam honorem referre potest Sathā, ex certamine isto aduersus homines? cùm de illo dicatur, u quòd non est potentia, quæ comparetur ei super terram. Et iterum contra omnipotentem roboratus est, qui contra Deum ipsum omnipotentem certare est ausus, & cōtra virtutes omnes angelicas (vt scriptum est) aa quòd Draco pugnabat, & angeli eius: & Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone. Quid (inquam) honoris potentia tanta, tanta audacia referre poterat, ex hominis victoria? cum homo sit fragile fœnum, vt dixit Isaias. bb Omnis caro fœnum. Vel cum sit flos, & folium, vt dixit Iob. cc Et, vt vno verbo dicamus, sit fragilitas ipsa? Maximū vtiquè honorem sibi reputat Sathā debellare principes; ac si Angelos ipsos vel ipsum Deum debellaret: Dei. n. vices in terris gerunt; & hinc nomine Deorum sæpiùs in diuinis literis appellantur, vt in psalmis. dd Ego dixi, Dij estis; & filij excelsi. Et iterum. Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat. Vbi per Deos principes intelligit, qui a nullo in hoc sæculo iudicari posse videntur; nisi ab ipso omnipotēte Deo. Sic olim ad Moysem, cùm illum superiorem, & quasi principem Pharaonis fecisset, dixit illi. ee Ecce constitui te Deum Pharaonis. Cum ergò Principes veluti Dij sint in terra, cùm Dæmon prælium in cœlo amplius committere nequeat, nullum dignius, nullum excellentius inire potest bellum in terris, & ex quo maiorem referat gloriam, quàm ex bello cum principibus, si illos vincat, & superet: hinc tanta vi, tanto conatu specialiter contra principes insurgit. Eo verò, quò vehementiùs principes impe- D

q Luc. 22. r In Psal. 43. s Ser. 2. in natali Apost. Principi Deus per magis quam alijs fauet. t 1. Re. 17 u Iob. 41. x Iob. 15. aa Apoca. 12. bb Isa. c. 4 cc Ca. 14. dd Psl 81. Prīcipes Dij dicū tur. ee Exod. 7

tun-

tuntur, & impugnantur a sathana, maiori etiam, & speciali cura custodiuntur, & proteguntur a Deo; & hinc dæmon illos oppugnare nequit, nisi prius a Deo obtenta licentia, sicut & obtinuit contra sanctum Iob Orientis Principem: ideò inquit Christus ad Apostolos Principes super omnem constitutos terram Sathã expetiuit vos, vt cribraret, sicut triticum. Et quidnam magnum expetit hic Satan? Vt cribraret, inquit. Quare non magis, vt funditus euerteret, comminueret, & in puluerem redigeret? Vel in metaphora tritici se continendo, non postulauit, vt illos trituraret? Sicut olim Isaias ait. *ff* Triturabitur Moab sub eo. Et alibi. *gg* Triturans triturabit illum. Et iterum. *hh* Triturabis montes, & comminues; Et mille alijs in locis. Nihil horum dicit Sathan; sed, vt cribraret tantummodò: primò, quia cum notum sit dæmoni, quanta cura sit de principibus Deo non magnum quid intentat, sed, vt cribraret. Prætereà: Gloriatur Deus in sanctis suis; vt de santo Iobo dixit dæmoni. *ii* Numquid considerasti seruum meum Iob? &c. Sic de suis apostolis, quos mundos reputabat, vti dixit in cęna. *KK* Vos mundi estis, sed non omnes. Dæmon igitur quasi exprobrans, & insultans Deo, expetit, vt cribret etiam sanctos, & mundos, vt ostendat in eis aliquid reperiri imperfectionis, & pulueris, vti reperitur in tritico quamuis mundo, ipsum cribrando. At magna hic insurgit difficultas: cur Dæmon tantummodò cribrare tentet principes orbis terrarum: Iobum verò tàm acri, & vehementi pugna experiuerit? siquidem perfectissimus ille erat vir, ore ipsius Dei, (vt ità dicam) canonizatus: de quo dixerat. Numquid considerasti seruum meum Iob? Et septuaginta legunt. Numquid attendisti mente tua? quasi dicat. Numquid exactè discussè, ac intimè, & magna animaduersione considerasti seruum meum Iob? Et in quo tanta ponderatio? quod non sit ei similis (inquit) in terra homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, &c. De tali itaque, ac tanto viro præsumit Sathan eo vsque, vt illum efficiat hypocritam, blasphemum, & quasi hæreticum. Dixit enim. Numquid Iob frustrà timet Deum? Et instà. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi? Et iterùm. *ll* Pellem (inquit) pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem: & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi. Quibus in locis Philippus presbyter, venerabilis Beda, & doctissimus Origenes dicunt, quòd scriptura diuina posuit benedicere pro maledicere, ita, vt sensus diaboli fuerit, quòd Iob maledicturus esset, & blasphematurus Deum. Diuus verò Thomas in suo significato retinens benedicere, inquit, quòd Diabolus ostendere volebat Iobum esse hypocritam: & quod solùm in faciem, & apparenter benedicebat Deo, & alij aliter exponunt; sed omnes concludunt, quòd Sathan præsumebat Iobum maledicturum, & blasphematurum Deum. Iob igitur, de quo dicunt Venerabilis Beda, Philippus presbyter, & Diuus Hieronymus, quod erat Dei athleta fortissimus robore, & animi generositate inuincibilis; de quo inquit Prosper Aquitanus, quòd inter ceteros Idumeæ gentis Duces fortissimus erat Athleta Dei, de quo inquit Suidas, quod erat uerè magnus, & generosus ueritatis miles, de quo deniquè Deus ipse, quòd in toto terra-

Marginalia: *ff* c. 25. *gg* c. 28. *hh* c. 41. *ii* Iob. 1. *KK* Io. 13. E. Dæmon cur solũ cribret Princi-pes. *ll* Iob c. 2.

terrarum orbe non erat ei similis. Attamen Diabolus audet, & præsumit illum demonstrare, vel efficere blasphemum, & hypocritam; & de summa perfectionis celsitudine, in qua constitutum prædicat Deus, præcipitare in barathrum, & profundum impietatis. De principibus verò (quos nedùm præsentes, qui erant Apostoli, comprehendit, sed etiam futuros) loquens, nil amplius audet; nil vlteriùs intentat, nisi tantummodò, vt cribret. Quænam igitur tanti discriminis ratio? Certè nulla apparet alia, nisi quia principes speciali quodammodo tutela sub manu Dei sunt, & sub Dei speciali cura, & protectione: & iure meritò; nam in maiori (vt dicebamus) versantur periculo; magisque contra ipsos, & vehementiùs dæmon insurgit, etsi minùs audeat. Quam diaboli contra principes obstinatam perfidiam optimè dignoscens Christus ait. Ego autem Rogaui pro te Petre: quasi dicat. Tam grauis est pugna, tamque grande periculum, vt non nisi mea possit superari oratione, non nisi meo vinci auxilio. Et ideò ego rogaui pro te, ità cum princeps filius regis aliquid leue a patre vult sibi concedi, aliquem transmittit ex pueris, vt simplicem exponat simplicibus verbis suam petitionem. Cum verò grauis est causa, & magni alicuius, ponderis princeps ipse, ipse filius regis patrem adit personaliter, & ortenùs rogat, exposcit, supplicat: Sic Dominus noster in re tàm graui, & tanti periculi, vt erat bellum contra principes a Diabolo tentatum, & indictum per seipsum personaliter patrem rogat. Ego autem (inquit) rogaui pro te Petre. Quare verò magis pro Petro, quàm pro alijs? Quia omnium patrum consensu totius orbis princeps erat vniuersalissimus; & ideò contra ipsum grauior, & atrocior instabat pugna, vt hinc discamus eò maiora instare dæmonum certamina, quò maiores sunt principes. Præterea. Rogaui (inquit) non nè sufficiebat vnicum verbum ore Christi prolatum pro defensione Principum? Non nè quando mare intumescebat, insufflabant venti, aquæ insurgentes cœlos pertingebant, sonitum dabant fluctus, tonitrua, & fulgura cœlum, & vniuersa commouebatur tempestas: solo imperio Christus imperauit uentis, & mari, Et facta est tranquillitas magna? idest serenum cœlum, mare pacatum, silentes aquæ, fluctus quieti, aer serenus, & uno uerbo, in omni cœlo, & mari tranquillitas magna. Ità, quando Petri socrus magnis tenebatur febribus vnico verbo imperauit febri, & statim dimisit eam febris: & ità millies. Quomodo ergò nunc rogat, supplicat? Ego (inquit) rogaui; certè non nisi, quia bellum imminebat prægrande, causa difficilis, & ardua nimis: ideò rogat; & re vera arduum, & difficile valdè bellum contra principes a diabolo indictum fateri oportet, cùm non sufficit Christi imperium, vt in infirmitatibus, tempestatibus, & ceteris alijs; cùm non sufficit simplex Christi legatio, vel expostulatio; sed requiritur supplex oratio. Ego (inquit) rogaui: nisi fortè (quod per maximè mihi placet) dicere velimus, quod vbi Dæmon leuiter expetit, vt cribret, Christus instanter supplicat, & rogat, vt saluet. Quomodo autem seruus quin & inimicus, & inuisus Deo diabolus leuiter petit, vt imperret; Christus verò, qui est filius Dei, in quo sibi pater semper complacuit; vt impetret instanter supplicat, supplex rogat? Ego

F

G

Simil.

Quare diabolus leuiter petit, ut impetret, Christus uero instâter rogat.

H Ego (inquit) rogaui. Nonne quodlibet Christi verbum apud patrem magis efficax esse debuerat, quàm quælibet diaboli oratio, vel supplicatio? Attamen hic leuiter petit; Christus grauiter rogat. Dæmon simpliciter exponit: Christus instanter supplicat. Dæmon superbè petit: Christus humiliter, genibusque flexis rogat. Ego (inquit) rogaui. Certè non nisi propter aliquod magnum, & salutare mysterium. Et primum quidē, vt appareat quàm longo spatio distet Christi amor erga nos a diaboli odio, quo nos persequitur. Diabolus enim etsi maximo, & ardentissimo flagret odio: tamē Christi amori comparatum, nihil est: ità, vt, si appenderentur in statera Diaboli odium contra nos, & Christi amor erga nos, quasi arena maris (vt Iobi vtar verbis) Christi amor grauior appareret: ideò vbi Diabolus leuiter petit, Christus instanter, suppliciterque rogat. Ego (inquit) rogaui. Præterea (quod sigillum est huius ponderationis) diabolus etsi multùm intelligat, & sciat, atque ponderet quanti sit momenti, vt cadant Principes, quanti sit ponderis, vt inficiantur fontes, quia quidquid delirant reges plectuntur Achiui, & Regis ad imperium facile componitur orbis; & hinc acerbiùs, & acriùs contra principes insurgit. Attamen non distinctè nouit, non peruenit ad summam cognitionis tanti negotij: & ideò simpliciter, & leuiter petit, vt cribret. Christus verò cùm optimè, ac distinctissimè noscat quanto in periculo versentur principes, & quanti ponderis, ac momenti sit eorum casus, quantæ ruinæ, ac euersionis in vniuersa republica eorum ne dum casus, sed inclinationes malæ: ideò instanter, & suppliciter expostulat, & rogat. O utinam principes orbis terrarum ponderent, quantùm Christi amor erga illos excedat Diaboli odium. O utinam cognoscant quantæ sint dignitatis, & eminentiæ, & quantę vtilitatis Reipublicæ si Christianè viuant; & consequenter quantæ ruinæ si cadant: cùm, nec diabolus toto sui intellectus acumine id penetrare queat: & ideò comparatiuè ad Christum leuiter expetit contra ipsos pugnam, etsi quantùm ex se grauissimè, & acerrimè (vt dictum est)
I vrgeat; sed solùm Christus id perfectè noscit; ideò pro ipsis supplex exorat. Ego (inquit) rogaui, &c. Cùm autem innumeri sint diaboli doli, non moueat auditorum quemquam, si extremis tantum labijs aliquid prælibauimus, quod contra solos principes intentat. Est enim hodierna Euangelica pugna principis dæmonum cum Christianorum principe Christo, vt aliàs diximus hac eadem currenti Dominica.

Quare his contenti transeamus ad tertium breuiter explicandum: nempè ad modum resistendi diabolo. Sunt autem innumeri modi quemadmodum & innumeri sunt eius doli; & in currenti euangelio tres principaliter elucent, Scriptura diuina, Ieiunium, & oratio; cùm autem de Christi oratione pro principibus oblato sermo sit habitus, in secundo membro, continuemus, & in hoc tertio de oratione sermonem. Siquidem ieiunauit Christus. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus Scriptura est vsus; non diabolo respondens; semper scripturam protulit dicens. Scriptum est, &c. Sed & iugiter fuit die, & nocte (vt sentiunt patres) in oratione perseuerans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: vt discamus nos quantæ virtutis, & efficaciæ sit oratio. Quam innuens D. Ioannes Chrysostomus aureè quidem ait. Magna arma sunt preces. Quare quæso non dixit. Arma fortia, vt aliàs Spiritus sanctus,

Tertium membrū.

Orationis uirt', ac efficacia.

mm om-

mm Cãt. 4. *mm* omnis (inquit) armatura fortium. Quare non dixit arma fulgentia, vt quidam Poeta. *Constituit tumulo fulgentiaq; induit arma.* Vel quare non dixit arma inuincibilia, vel impenetrabilia, vel aliquid tale epithectum armis conueniens, & proportionatum, sed dixit magna? Quod epithectũ magis videtur improportionatũ, & disconueniens: nã, si arma in magnitudine excedãt, potiùs inepta vñt, quàm apta bellis. Attamen, si rectè cõsideretur, optima, & cõcinna vsus est D. Chrysostomus metaphora. Pri-

nn Cãt. 6. mùm dicit, orationes, & preces esse arma. Sic olim Spiritus sanctus; *nn* Quid (inquit) videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? quasi dicat. Quid speras videre in mea sponsa? Fortè fortuna capillaturã ornatam, crispantes Crines, fucatos colores, exquisitos, & conquisitos colores, & alia ornamẽta muliebria, quæ mũdus quærit, & expectat? Absit. Sed videbis armatos viros omni fortiũ armatura, acies ordinatas, cõpartita agmina, &, vno verbo, choros castrorũ. Vbi sanctus Theodoretus miratur dicens, Quid Choris cũ castris? in castris. n. sunt militũ rumores, armorũ strepitus, tormentorum ingentiũ sonitus, inquietudines mentiũ, corporũ vexatio, & mille talia: in choro autẽ viget quies, musica, concentus, armonia, & suauitas vniuersa. K Soluit idẽ sanctus dicẽs. Quod per choros castrorũ in spõsa intelliguntur viri oratione armati in Sancta Ecclesia. Sunt ergò preces arma; sed cur magna dicebamus? Optimè quidẽ; nam quæcunq; mundi vires paruæ sunt, & exiguæ: oratio sola magna est; ità, vt penetret cęlos, pertingat ad inferos, & absentes pariter vincat, & præsentes, visibiles, & inuisibiles superet inimicos, & æquè sit potẽs ferire mundũ, carnẽ, & dæmones, quin & Deum ipsum. Quod verò arma ista maximè valeãt in bellis etiã corporalibus, & vi-

oo Nu. 22. sibilibus, ostendit pulcherrima illa historia in diuinis literis exarata: *oo* in qua rex Balach congregato cõcilio dixit ad maiores natu Madian de exercitu Israelitico, quẽ vehementer extimescebat. Ità delebit hic populus oẽs, qui in nostris finibus cõmorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Conclusit verò consilium pro sui defensione, vt mitteretur ad vocandũ Balaã, vt veniret sibi in auxiliũ. Quodnam consiliũ erat istud? Viderat rex Balach, quòd exercitus Israeliticus Aegyptũ funditus euerterat Amorrheũ destruxerat, & ceteri oẽs Barbari impetũ eius ferre nõ poterãt, & pro sui conseruatione, & defensione mittit ad vocãdum hominem senem, debilem, impotentem, inermem, bellorum inexpertum, & penitus ineptum: nonne satius fuisset amicitiam, & confęderationem inire, cum aliquo potentiori Rege, & copias augere militum, & alia belli præparamenta facere? At nihil horum fecit, & sibi sufficere arbitratus est, vt secum habeat in bello hominem illum senem, & inermem. Vnde hoc? Qua ratione motus? Origenes ingeniosissimus, & doctissimus, cuius est hoc dubium, soluit peroptimè, dicens, ꝙ septuaginta citatum textum ex numerorum libro sic legunt. Nunc oblinget Synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt: sicut oblinget vitulus virentia de campo. L Vbi Origenes ponderat, quòd Balach non dicit exercitum Israelis ingressurum vi, & impetu armorum; sed metaphora vtitur aliqualiter subobscura, quòd, sicut bos comedit herbas in nostra editione; vel sicut vitulus oblinget virentia de campo, vt septuaginta legunt: Sic exercitus ille assumpturus erat Balach, & suum regnum: & optimè quidem; nam bos ore abrumpit herbam de campo, & lingua, tanquam falce, quæcunque inuenerit, secat. Ita ergo populus Israel, quasi vitulus

tulus, ore pugnabat, & labiis arma in precibus ferens. Arma igitur in ore, & in labiis habebant Israelitæ; quia oratione, & precibus pugnabant, oratione vincebant. Iure igitur Balach ad Balaam senem, & heremitam, vt ipse consimilibus pugnet armis, & verbis verba oppugnet, precibusque preces; fatebatur igitur nullum alium adinueniri remedium contra orationem, & preces, nisi preces, & orationes. Re vera nullus valet exercitus, nulla vis armorum, nulla agminum fortitudo, nullum arcium munimen, contra vim, potentiam, & virtutem orationis, & precum. Magna igitur arma sunt preces; & præsertim preces communes alicuius vniuersitatis, vel Reipublicæ, vel alicuius totius exercitus. Quod prospiciens nescio quo spiritu ductus Rex Barbarus, non appellauit populum Israel exercitum; sed Synagogam, vt septuaginta legunt: vt innueret, quòd non strepitu armorum, non fortium robore; sed veluti Ecclesia, vel Synagoga sanctorum, si non solis precibus; saltem principaliter precibus, & oratione pugnabant. Discant nunc milites Christiani: discant Christiani Duces, & Principes, quia in bellis gerendis magna arma sunt preces: & adeò magna, quòd nedum in bellis valent contra homines; sed etiam contra dæmones; quod etiam nouit Diuus Chrysostomus, cum ait. Hostis, dum oras, premitur: dùm cessas, erigitur. Quasi dicat. Tanta est vis orationis, quòd communis hostis nullatenus resistere potest; sed iugiter, & infallibiliter, dum oras, hostis premitur; nec vnquam erigi contra te potest, nisi dùm cessas orare. Si iugiter itaque ores, & numquam cesses, continuò premetur hostis, & numquam contra te erigetur. Si verò (inquit Petrus Celensis) orationi lacrymas addas temperamenti tam fortis, & inuincibilis eua sunt orationis arma, quod non solùm vincunt hostem; sed magis pungunt, feriunt, & cruciant, quàm ipse infernalis ignis. Et quomodo lacryma, quæ suapte natura ignem extinguere potest vehementius, & acrius dæmones cruciat? Rationem reddere videtur Eusebius Cæsariensis in simili, cùm de Esau loquens, ait. Non tàm dolet præreptam benedictionem, quàm fratris inuidet dignitati. Sic Dæmon, ex quo cecidit, tanta cruciatur inuidia, vt maior sit cruciatus inuidiæ, quam gerit ex dignitate humana, quàm ipsius ignis inferni. Cùm itaque oratio sociata lacrymis hominem dignificet quàm maximè; & de peccatore vili, & obscuro efficiat Dei amicum insignem, & præclarum; vt constat de Magdalena, de Petro, & de aliis. Ideo tàm dirè cruciatur dæmon. Magna igitur arma sunt preces: quia hostis, dùm oras, premitur: dùm cessas, erigitur: & adeò premitur, vt addat Diuus Chrysostomus. Oratio iugis infirmitas hostis. Quod aureum Chrysostomi dictum bifariam subdistingui potest: & semper cum sensu germano, & vero. Primo sic. Oratio iugis est infirmitas hostis. Vel sic. Oratio est iugis infirmitas hostis: ita, vt concludere possimus, quòd tàm diuturna sit hostis infirmitas, quàm diuturna est oratio: & si oratio sit iugis, iugis sit infallibiliter hostis infirmitas, & depressio. Magna igitur arma sunt preces. Hinc Dominus noster Apostolis, qui eiicere non poterant quoddam dæmoniorum genus, dixit. *pp* Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Contra omnes ergo dæmones valet oratio; & quoddam inuenitur dæmoniorum genus, contra quod non valet, nisi oratio. Etsi multæ aliæ virtutes contra dæmonem valeant, oratio excedit omnes: & si instaret quis, non-

Preces in bellis magna arma.

M

Lacrymæ orationi iunctæ eam fortiorē reddunt.

pp Matt. 17.

ne fide, vel spe, vel charitate magis vincitur, & superatur Sathan, quæ sunt Theologales virtutes principales, quàm oratione? Sic docere videtur Pe-
qq 1. Pet. 5. trus in sua Canonica Epistola, cùm ait. qq Quod Diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: cui (subdit) resistite fortes in fide. At hinc magis elucet veritas, quàm astruimus: cùm enim sola fide contra N dæmonem pugnamus, tanquam leo contra nos insurgit; ideò, quàm proportionatè loquens Diuus Petrus, nos illis resistere in fide, quando consurgit in nos, vt leo. Similiter quando sola spe contra eum pugnamus, insur-
rr Psalm. 103. git contra nos, vt draco terribilis, dicente Dauide. rr Draco iste, quem formasti ad illudendum ei; omnia à te expectant, &c. Vbi in verbo expectant spem innuit, qua in Deum erigimur, & Dæmoni obsistimus, quando, vt draco, insurgit contra nos. Quando verò pugnamus oratione completa, & integra omnibus simul pugnamus virtutibus Theologalibus: nam, sic orando, maximè fide, erigimur in Deum, & maximè in eum speramus, & per quammaximè amamus, & colimus: & ideo non, vt draco; non, vt leo, insurgere potest in nos orantes Dæmon; sed, vt vilissima, & impotentissima formica; quod sanctissimus innuit Iob, cum ait. Mirmico leo perit: quod multi sacri Interpretes exponunt de Diabolo sic. Ille, qui nunc erat leo, cùm oramus, perit, vt formica. Oremus itaque iugiter, vt iugiter pereat, vt formica; & iugis sit hostis infirmitas; & nos vincentes orando cum Christo regnemus perpetuò in cœlis, corregnantibus Angelis. Amen.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM Primam Quadragesimæ, Concio LXV.

Filius Dei in extremo illo atque vniuersali iudicio fulguri assimilatur, in quo tria præcipuè considerantur, splendor, strepitus, & percussio; quæ omnia Verbo æterno iudici venturo competunt: nam splendor in aduentus apparatu constat; sonitus in prolatione sententiæ exorietur, & denique percussio in executione sententiæ apparebit.

MVLTIS quidem rationibus anno superiori, multisque auctoritatibus ostensum est a nobis iudicium vniuersale omninò futurum, & hac veritate nil certius tùm ex fide, tùm ex omnium sub cœlo nationum communi animi conceptione asseri potest: contra verò quando, & qua die, vel hora hoc futurum sit, nil incertius, vt idem prorsus de iudicio vniuersali asseratur, quod prædicatur de morte, siue de iudicio particulari vniuscuiusque: nempe, quod nil certius vniuersali iudicio, nil vniuersalis iudicii hora incertius quod totum sic diuina prouidentia disponi voluit; vt magis, ac magis pa-

ram

rati inueniri tali hora satagamus. Ità conclusit infallibilis, & summa veritas Christus Dominus noster, qui nullatenus errare potest; cùm ait. a Ideò & vos estote parati; quia nescitis, qua hora filius hominis venturus sit: & iterū Apostolis apertè ait. b Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ A pater posuit in sua potestate. Optimè igitur, & ex certitudine infallibili iudicij, & ex incertitudine horæ illius concluditur, nos paratissimos omni tempore esse oportere. Tale namq; iudicium cum sit certum, est omninò ineuitabile; Paratos igitur nos esse oportet. Iterum atq; iterū talis iudicii horam penitus ignorantes. Ad quod etiam alludens idem iudicii Dominus, & summus iudex illud elegantissima describens metaphora, ait. c Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ità erit aduentus filii hominis. Qua in metaphora tria principaliter (vltra id, quod repente, & inopinato eueniat) de Iudicio explicat, quæ in fulgure enitent videlicet splēdor, & coruscatio. Secundo sonus, & tonitrum. Tertio Dissipatio, & conquassatio. Sic certo quidem, sed inopinato veniet Christus maximo cum maiestatis, & gloriæ splendore coruscans. Cū venerit (inquit) filius hominis in maiestate sua, &c. Secundo magno cum sono, & tonitru in sententia pronuncianda videlicet Venite benedicti Patris mei, &c. Discedite a me maledicti, &c. Tertiò deniq; magna cum dissipatione, & conquassatione in exequutione eiusdem sententiæ ibi. Et ibunt in suppliciū æternum: iusti autem in vitam æternam.

Incertitudo Iudicij.

a Mat. 24
b Act. 1.

Filius Dei tamquam fulgur.

c Mat. 24

Diuisio trimēb.

Quoad primum de splendore, ac maiestate iudicis in fulgure designata (inquit Euangelista) Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Et iterum. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Quam explicans maiestatem D. Augustinus: ait hoc in loco. In forma humana videbunt eum impij: videbunt & iusti. Quod magnæ consolationis electis erit, videndo iudicē supremum, & vniuersalem omnium Dominum, fratrem suum ex eadem carnis massa; & eadem ex forma, quam ex nobis assumpsit, & eiusdē stirpis nostræ regnantē in æternum. Et e contra. Maximi erit doloris reprobis, quod talē intimum fratrem, & tantum regnantem Dominū renuerint, & proiecerint. In hac verò forma humana subdit Aug. Diuinitas effulgebit. Et origenes d explicat, quod ea cum gloria veniet Christus in iudicio, qualis fuit, quando transfiguratus est in monte Thabor. Si ergo tunc ceciderunt Apostoli Christi familiares, & amici, quid in iudicio impij? Non nē memoria teneris quid nam fratribus Ioseph acciderit? Eum quidem priuatum, nouerant, familiarissimeq; cum illo versati fuerant. Cum verò illum viderunt in ægypto auctoritate, & maiestate regia ornatum, etsi pacificè, & cum fraterno affectu loquentem: attamen (inquit Sacer textus) e Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti: recordati sunt enim quia illum offenderant pri-
B uatum, & fratrem; quem videbāt regia fultum auctoritate, ac iudicem. Quid in iudicio impii, qui Christum quasi priuatum, & eiusdem consortem naturæ, & carnis eiusdem fratrem millies offendunt, cùm illum regem regum, & Dominum dominantium aspicient, & Angelorum, & hominum iudicem summum, ac supremum diuina maiestate fulgentem? Cùm venerit (inquit) in maiestate sua. Huius maiestatis radiolus superbum illum, ac temerarium Babiloniæ regem incredibiliter exinaniuit, ac terruit, spiritumquè horribiliter exhalare fecit. Luxuriante namque ipso (vt inquiunt diuinæ litteræ) cum Optimatibus suis, & Sacra templi vasa prophanante, in eadem (inquit sacer textus) hora apparuerunt digiti quasi manus homi-

Primum Mēbrū. Augustinus.

Filius Dei in forma humana apparebit quare.

d Trat. 34 in Matt.

In gloria veniet.

e Gen. 45.

nis scribentis contra candelabrum in superficiè parietis aulæ regiæ. Tunc facies regis commutata est: & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Et infra. Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Caldæus. O, si sola diuinæ potentiæ in digitis vmbra tantam eneruat potestatem regiam vniuersam constipatam, & munitam regni optimatibus. Quid vbi totum exeret Deus brachium? Quid vbi suam apertè manifestabit potentiam? Quid vbi in iudicio contra impios sua venerit maiestate? Quam etiam cumulabunt circumstantiæ, quæ sequentur. Nam subdit Euangelium. Et omnes Angeli eius cum eo. Et vlterius. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et iterum. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et deniquè. Separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet quidē oues a dextris: hædos autem a sinistris, &c. Singulas breuiter discutiamus. In prima inquit. Et omnes Angeli eius cum eo. O incredibilem, o inexplicabilem splendorem: Non quidam certus, & partialis numerus, sed omnes omnes inquit) Angeli eius cum eo. Ad quid omnes Angeli? Primum vt diximus pro regia Christi maiestate illum quasi equites, & curiales nobiles super splendentibus nubibus miro ordine comitantes. Præterea (vt ait D. Chrysostomus) *f* testantes & ipsi quantum administrauerunt missi a Christo ad hominum salutem, quod numerosum, & concors testimonium maximæ erit impiis confusionis cum tanto restiterint Angelorum ministerio; maximè pijs consolationis, qui Angelicis monitis obtemperarunt. Præterea, vt exponit Seraphicus doctor illud Pauli, Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, &c. Angeli tria sortiuntur vocabula ex ministerio, quod in vniuersali explebunt iudicio. Primo in iussu: nam cum potestate imperandi morte, Diabolo, & mundo exibunt, colligentes mortuos, & eorum cineres congregantes. Secundo In voce Archangeli, idest ipsius Christi auctoritate Archangelorum Principis. Tertio in turba Dei: quæ videlicet resonabit per ministrorum Angelorum ora maxima cum sonoritate, & serenitate mirificè, ac terribiliter omnes inferiores partes terræ penetrans. Ità vt, sicut prædixit Christus, *h* omnes, qui in monumentis sunt vocem filij Dei audiant, & viuant. Quia in viuificatione, & resurrectione vt ex verbis citatis Diui Pauli constat, Christus erit causa efficiens principalis vt Deus; efficiens instrumentalis vt homo; exemplaris, vt homo similiter in sua, quam propalabit, resurrectione. Talia enim erunt corpora nostra, inquiunt Patres, in eorum resurrectione, quale Christi corpus in sua. Christus itaquè causa erit omnis resurrectionis principalis: Angeli verò ministerialiter tantum idest in iussu, in voce Archangeli, & in tuba Dei. Et ideò omnes Angeli eius cum eo. Præterea præcedent Angeli quasi ministri regales aliud explentes munus: nempè omnia portantes Christi insignia supra solem fulgentia: & aliùs quidem portabit crucem, quod est de fide tenendum dicente Christo. *i* Tunc aparebit signum filii hominis in cœlo, & D. Chrysostomus ibi. Crux multò solaribus radiis apparebit splendidior; & forma cōsimili alius Angelorum portabit lanceam coronā spineam alius alius clauos. Et sic omnia Christi passionis instrumenta supra solem rutilantia ad iustorum, & redemptorum dulcissimum solatium, & ad reproborum, & damnatorum confusionem quā maximam portabunt,

[Margin notes: Maiestas fili Dei in Iudicio erit terror, & confusio peccatorum. — Quare angeli cū eo apparebunt. — *f* Hom. 80 in Matt. — *g* 1. Tess. 4. — *h* Ioa. 5. — Quomodo Christus est causa resurrectionis, & quomodo Angeli. — *i* Mat. 24. — C — D]

tabunt, & hæc, & similia explebunt munera Angeli: & ideo omnes angeli eius cum eo. Et tunc subdit euangelium, sedebit super sedem maiestatis suę. Et quænam erit hæc tanta regia maiestate digna sedes? Hanc puto per nullam concinnè magis exprimi figuram, quàm per illam a sapientissimo Iudeæ rege diuina sapientia freto, elaboratam, in historia *k* descriptam regum. Quæ constabat ex ebore tota, auro vndique circumtecta: & habebat sex gradus, & duæ manus hinc, atque inde tenebant sedile, & duo leones stabant iuxta manus, & duodecim leunculi per sex gradus hinc, atque inde. Quæ omnia Christi sedem maiestate plenissimam in vniuersali describunt iudicio: Ebur enim Christi candidam, & immaculatam designat humanitatem auro tectam, videlicet immortalitatis, beatitudinis, & ipsa diuinitate munitam. Sex gradus hinc, inde sex designant iustificandi rationes a dextris, sex & reprobandi a sinistris, idest esuriui, & dedistis: esuriui, & non dedistis: & sic de cęteris, quas Euangelium enumerat. Duę verò manus tenentes sedile duo designant illa principalissima, & decantata Dei attributa, quæ maximè in iudicio fulgebunt vniuersali: nempè, misericordia erga electos a dextris: iustitia in reprobos a sinistris. Et duo leones conformiter iuxta manus duas terribiles, & irreuocabiles designant Christi sententias, videlicet venite benedicti, & discedite a me maledicti. De quibus statim suo loco dicemus. Duodecim deniq; leunculi super gradus dispositi, duodecim designant Apostolos, qui Christi iudicio, & tribunali assistent, & iustificationis gradus primi docuerunt, graduumque fundamenta in vniuerso iecerũt terrarum orbe. Quibus dictum est. *l* Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicãtes duodecim trib. Israel. Poteratne magnificentius, ac splendidius parari tanto iudici sedes? Concinnè itaque de illa dicitur. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ; cuius maiestati concinnè correspondebit congregandorum numerus penè innumerabilis: Quod ad maiestatem regiam non parum conferet; vnde subditur. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. O numerum innumerabilem. O uastam, & humanis viribus incomprehensibilem multitudinem. Omnes gentes congregabuntur ante Christi tribunal, qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri sunt ab exordio nascentis mundi in vniuersis prorsus eius prouinciis, regnis, & partibus vsque ad ipsius mundi finem. Sicut ergo omnes angeli eius cum eo pro ipsius regis maiestate: sic & pro eadem congregabuntur ante eum omnes gentes: quod eleganti, & concinna cecinit metaphora Dauid dicens. *m* Aduocauit cęlum desursum, & terram discernere populum suum: cęlum desursum idest omnes angelos, & homines electos de cęlo cum Christo descendentes, vel in corpore, & anima, vt qui iam surrexerunt, vel in anima, solum glorificata, & beata, qui tunc surrecturi sunt: qui omnes de cęlo sursum aduocantur. Vel totaliter vel saltem quoad animam. Terram verò deorsum idest omnes peccatores, & dęmones. Et ad quid? Discernere (inquit) populum suum idest omnes, & singulos coram omnibus, & singulis discernere, & iudicare. Vnde subdit. Congregate illi sanctos eius; qui ordinant testamentum eius super sacrificia idest omnes sanctos, & electos, qui vel in veteri testamento nouum sanctitate vitæ pręfigurabant, & in figuris ordinabant. Vel in nouo iam explebant super sacrificia idest longe perfectius, & salutarius antiquis sacrificiis. Et quare isti sic congregandi? Discernere (inquit) populum suum, idest per illorum comparationem reprobos confundere,

Marginalia: Quare i Sede maiestatis apparebit. — K 3. Reg. 10. — l Matth. 19. — E — m Ps. 49. — Iudicij perficiẽdi norma.

re,& iudicare exempli gratia mollis, & delicate nimis quare non ieiunasti?
Quare pœnitentiam non egisti? Quia nobilis,& delicatus eras? Contra. Ec-
cè Ioannes Baptista nobilibus ortus natalibus: Ecce Elisabeth Vnghariæ;
ecce Ludouicus rex Galliæ, & quam plurimi alii regia e stirpe, qui verum F
tamen maximam egerunt pœnitentiam, & testamentum ordinauerunt su-
per sacrificia quælibet antiqua excellens. Auare, cur eleemosynas pauperi-
bus non erogasti? Cur ad penurias,& populi afflictiones anhelasti semper?
Quia forte mercator existens sic tuum decebat munus? Contra. Ecce Diuus
Franciscus, qui mercator existens tam liberalis fuit vt non immerito mer-
cedem receperit, ità, vt dignus existimaretur, vt a pecuniæ lucro ad ani-
marum mercaturam vocaretur:& inde Christi signifer,& vexillifer, orbis-
que restaurator sit effectus: Ecce Zacchæus, ecce Matthæus, ecce quàpluri-
mi, qui & lucris,& mercaturis totis intenderunt neruis: & verumtamen te-
stamentum ordinauerunt super sacrificia excellens. Mulier vana, & adole-
scens lasciue, quare castitatem non seruastis? Propter fragilitatem sexus, &
ætatis? Contra. Ecce Magdalena super omnes vanissima. Ecce Io-
seph in ætatis flore a regina tentatus, ecce quamplurimi, qui euaserunt retia,
& Christi testamentum super sacrificia per gradus ordinauerunt: quia Vir-
ginitatem, vel castitatem seruauerunt. Denique omnes cuiuscumque gra-
dus, dignitatis, ætatis, muneris, officii, nationis, populi, & gentis,
quam afferre poteritis excusationem; cum ex omni natione, quæ sub cælo
est, & ex omni gradu, sexu, & conditione electi, & beati vobis op-
ponentur? Et qui variis modis Christi testamentum ordinauerunt
super sacrificia? Credite mihi, quòd tunc iustissimi regis iustissimum il-
n Ps. 106 lud verificabitur quàm iustissimè sacrum Apophthegma. n Omnis iniqui-
o Isa. 59. tas opilabit os suum. Et sicut alius cecinit vates. o Iniquitates impiorum
diuidebunt inter ipsos,& ipsorum Deum. Nec non diuidebunt inter ipsos, G
& electos, dicente Christo. Et statuet quidem oues a dextris suis: hædos au
tem a sinistris. Quod etiam ad maiestatem confert regiam: tum, quia ordo
ipse splendorem gignit, vt constat in exercitu ordinato, & aliis ordine con-
stantibus: tū, quia & ex numero electorū seorsum posito,& ex numero puni
torū suo loco a diuina iustitia constitutorū,& detentorū; maxima regis appa
rebit maiestas;& ideo oues statuet quidē a dextris: hædos autē a sinistris. Su-
p tract. per quo ait Origenes. p Sācti, qui dextera operati sunt, acceperunt mercedē
34. in regis dexterā, per quā regia designatur gloria,& requies. Mali verò propter
Matth. pessima,& sinistra, quæ perpetrarunt, in sinistrā ceciderunt,& perpetuā tor-
mentorum tristitiam. Quid verò sic diuidit? Diximus, quia iniquitates. Di-
ximus, quia dextera bonorum operum, & sinistra malorum. Sic de sinistra
q Iob 20. patientissimus ille vir de reprobo loquens, ait. q Ossa eius implebuntur vi-
tijs adolescentiæ eius; & cum eo in puluere dormient. O terribile. O tre-
mendum vaticinium. Vel saltem essent in cute, vel in carne. Ossa, inquit,
eius; tam radicatè, tam infixè manent reprobis iniquitates. Contra verò de
r Apo. 14 electis ait Christi Secretarius. r Opera enim illorum sequuntur illos. Non
itaque serenissima Domina dignitas regia, vel ducalis, non prosapia, non an-
tiquitas, non diuitiæ, non aliquid aliud in iudicio diuidet, nisi sola opera, vt
bona dexteram, mala operentur sinistram.

Secundū Membrū At de maiestate, & de fulgore satis, Nunc ad sonitum breuiter explican-
dum accedamus, quem secundo loco in fulgure contineri diximus, & per

quem

quem Christi sententia designatur. Quæ duas continet partes, quarum altera in electos dulci resonabit sono, dicente Euangelio: Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, &c. Quasi dicat. Ego rex absolutus, & independens, summus, & supremus cum potestatis plenitudine dico vobis, quos mei regni consortes elegi. Venite; olim dicebam: ite ad labores: ite ad persecutiones, ad martyria: ite, præsentate vos tyrannis: ite, effundite sanguinem, vitam, facultates, & renunciate omnibus, quę possidetis. Nunc tempus est, vt dicam venite ad requiem, ad consolationes, ad immortalem vitam. Venite ad immarcescibilem gloriam. Venite ad perpetuas diuitias. Venite benedicti. Olim dicebam. Beati estis, cum maledixerint vobis homines: nunc mutatio dexteræ excelsi. Ideo venite benedicti a me, a patre meo, & a gloriosa Virgine, & curia tota cęlesti: possidete, quod iam sperabatis: possidete in anima, & in corpore gloriosi: possidete amplius non amissuri: possidete in perpetuum possessuri paratum vobis regnum, paratum in ęternitatem, paratum in ipsius mundi constitutione ideali, paratum in præuisione meriti, & virtutis; etsi non ex meritis; sed ex liberalitate, & ex mera Dei gratia, quæ omnibus parauit ab æterno, dat vobis in tempore per memetipsum filium eius, qui cùm esuriui in membris, dedistis mihi manducare, cùm sitiui, dedistis mihi bibere, &c. Venite igitur; & possidete paratū istud cęleste regnum, in illo mecum in perpetuum regnaturi. Contra verò his, qui a sinistris erunt, horribili, & tremendo cum sonitu ad instar diuini fulguris dicet. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius. Sicut enim (vt ponderat Origenes) ∫ iustis dicit. Venite. Sic iniustis ait. Discedite. Iustis ait: benedicti. Iniustis autem. Maledicti, sed non subdit. Patris mei; nam benedictio quidem a Patre, tanquam ab auctore, & omnium bonorum largitore procedit: maledictionis autem vnusquisque sibi est auctor, qui opera maledictionis digna operatur. Maledicti igitur (inquit) discedite in ignē æternum, qui (vt idem Origines ibidem ponderat) alterius est generis ab hoc igne, quem habemus in vsu: nullus enim ignis inter homines est æternus; sed nec multi temporis. O quam durum igitur priuari Dei facie, vt insinuatur, cū dicitur. Discedite a me. O quā durius maledicti discedere, & magis, magisq; durum in locum tormentorum destinari: & vlterius in æternum ibi damnari. In ignem (inquit) æternum. O quot cruciatuum genera simul, & semel impios apprehendit; exilium perpetuum, cum ait. Discedite a me. Maledictio terribilis, & efficax, cum subdit. Maledicti & loci non amęnitas: sed fęditas, & horribilitas, cum cruciatu; ideo ait in ignem & omnium istorum æternitas: ideo subdit. Aeternum. O vel saltem cum omnia crucient societas, & multitudo damnatorum subleuaret, vt euenire solet in reliquis. At ibi etiam hoc maximum ingeret tormentū concludet enim. Qui paratus est Diabolo, & Angelis eius; quia inquit Origenes vbi supra. Deus optimus maximus, quantum ex se, homines non ad perditionem creauit; sed ipsi peccantes iungunt se se diabolo: vt sicut qui saluantur sanctis coęquantur angelis: ita, qui pereunt, diaboli Angelis coęquentur: & cum diabolis eorum tortoribus in perpetuum commiscebantur.

Quid tunc damnati? vltimum pænè apparebit in fulgure terribilius designatum: nempè dissipatio, conquassatio, & sententiæ irreuocabilis executio. Et ibunt (inquit Euangeliū) irreuocabiliter iusti in vitam æternā, & impii in ęter-

Margin notes: H (beside "a me, a patre meo"); I (beside "genes vbi supra"); Sentētia pro electis. ∫ tract. 38. in Matth. Sentētia in reprobos. Tertium Mēbrū. Diuinæ sententiæ executio.

ęternum supplicių. Quid, inquam, tunc dãnati? Vndique angustiæ. Superius iratus iudex numine, ac maiestate plenissimus inferius horrendũ chaos, terra dehiscente ignẽ, & Sulphur vomente: a dextris bona omnia apparebunt negligẽter omissa: a sinistris mala omnia perpetrata: a tergo angeli, & sancti qua si vim facientes, & ad nepharios tortores demandantes: a fronte, dęmones ad supplicia trahentes intus, conscientia quam acerbissime crucians, & vorans, extra mundus proclamans, & ardens. O miserum damnatum sic vndique comprehensum, quo tãdem fugiet? Latere impossibile: apparere intollerabile. Vnde intimus ille Christi secretarius, & prophetarum Princeps de damnatis ait. t Et dicẽt mõtibus, & petris. Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus irę ipsorum; & quis poterit stare? Et ibunt hi in supplicium æternum: & discedent a Christo, qui est vita perpetua ad perpetuam mortem a Christo, qui est summa pax, ad bella, & seditiones irreconciliabiles, a Christo, qui est summũ gaudiũ ad inferni merorẽ summũ; a cęli splẽdenti gloria, & harmonia suaui ad inferni tenebras, & lugubres clamores. Discedent a virgine Matre cuius intercessionẽ spreuerunt: a sanctis Angelis, quorũ inspirationibus, & motionibus restiterunt: a sanctis viris, quorum exempla calce abiecerunt. Discedent a Christi consortio suauissimo, a Christi hæreditate ipsis ante mundi constitutionem parata, ab Angelorum protectione, a sanctorum societate, & vno verbo, ab omni bono discedent, & in omnia vno ictu incurrent mala: dicente Spiritu sancto. u Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Quid igitur? Nullus erit intercessioni locus? num si fortè gloriosa Virgo, Angeli omnes, & omnes sanctis intercedere voluerint, vel saltem vnam saluabunt animam? Absit. Zelus (inquit) & furor viri non parcet, nec suscipiet pro redemptione dona plurima, idest quorumcunque angelorum, & sanctorum intercessiones, & merita. Quod aliter concinnè satis expressit Propheta dicens. x Si Noe, Daniel, & Iob fuerint in medio eius, viuo ego dicit Dominus Deus, quia filium, & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Vbi per illos tres viros omniũ electorum numerũ intelligit Prophera; Ac si dicat. Quòd etsi regina angelorũ, & hominum cũ oĩb. sãctis, & electis genua flecteret, vt vel vnã tm̃ liberarẽt animã, nõ liberabũt in die illa; quia nullus erit amplius intercessioni locus, sed vnusquisq; electorum sua saluabitur iustit.a, qua tũc prędirus reperietur. Ceterũ, ibunt impii oẽs in supplicium æternum. In suppliciũ, inquã æternũ. O si recte perpendatur, & ponderetur, hęc pęnarũ ęternitas, sola sufficit (credite mihi fratres) retrahere nos a quibuscumque culparũ excessibus. In supplicium (inquit) ęternum. Hæc æternitas vix mente comprehendi potest: nam est infinita; numquam est finem acceptura. At inquies. Sine fine puniri nõ debet culpa cum fine. Ad quod respondet D. Gregorius aa dicens. Quod iudex iustus non facta hominum, sed corda ponderat. Ad iudicis ergo iustitiam pertinet, vt numquam careant supplicio, quorum mens in hac uita numquã carere voluit peccato. Qui ergo in ęternum peccare voluerunt quoad voluntatis malitiam, iuste in supplicium ibunt æternum. Aliter soluit Diuus Pater Augustinus dicens. bb Nullius legis iustitia attendit, vt tanta mora temporis quisque puniatur, quantam, vnde puniretur admisit: nullus enim extitit iudex

t Apo. 6.

u Prou. 6.

In iudicio extremo nullus intercessioni locus erit.

x Ezech. 14.

aa li. 34. mor. c. 16

bb de ci. Dei lib. 21. c. 11.

iudex, qui censeret tàm citò nocentium finienda tormenta, quam citò adulterium, vel homicidium est perpetratum; vndè, qui pro talibus criminibus L morte mulctantur numquid moram, qua occiderunt, in eorum supplicio leges existimant? An non potius a viuentium societate in sempiternum ausferunt? Iustè igitur humanarum etiam legum more ibunt in supplicium æternum. Sic vbi infliguntur damnum perpetuum, perpetua ignominia, exilium perpetuum, perpetua seruitus, & cetera huiusmodi; ità, vt nulla relaxentur venia: non ne pro huius vitæ modo similia pœnis videntur æternis? Ideo enim æterna esse non possunt ista; quia, nec ipsa vita, quæ his plectitur, in æternum porrigitur. Sed, inquies. Quomodo ergo verũ est quod ait Christus. *cc* In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, si temporale peccatum supplicio punitur æterno? Sed non attendis, quòd non propter æquale temporis spatium, sed propter mali vicissitudinem, eamdem dictam esse mẽsuram; vt, qui mala fecerit, mala patiatur; factus est autem homo supplicio dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod fuisset æternum. Eadem itaque mensura est damni, & lucri. Nullo igitur fit iniuria, cum in vniuscuiusque situm sit potestate vel bono frui eterno, vel eterno deputari M supplicio. Iustè igitur ibunt, hi in supplicium æternum. At inquies. Subdit D. Greg. vbi suprà: Nullus iustus crudelitatibus pascitur; & iniusti regulariter puniuntur, vt a nequitia corrigantur. Igne autem æterno traditi, quo fine semper ardebunt? Nullus apparet, nisi crudelitas. Soluit idem Greg. dicens. Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur. Quia verò iustus est, ab iniquorum vltione non sedatur: & tamen ad aliquid iniqui semper concremantur; vt vel saltem iusti tanto in æternum magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum malorum supplicia conspiciunt, quæ Dei adiutorio ipsi euitare potuerunt. At nullum est (inquies) corpus, quod in perpetuum dolere possit, mori non possit. Soluit Pater Augustinus. *dd* Quod, vt dolor aliquis possit occidere illa est causa, quoniam ità connexa est anima tali corpori, vt summis doloribus cedat, atque discedat. Tunc autem tali corpori anima, & eo connectetur modo, vt illud vinculum nullo dolore vincatur. Non ergò tunc nulla; sed sempiterna mors erit, quoniam nec viuere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Iustè igitur impij morte morientur æterna; & in æternum ibunt supplicium. A qua supplicij æternitate cùm nullus fuerit vel intercessioni tunc, vel liberationi locus, Nos liberet nunc, qui viuit, & Regnat æterna, & immortali vita a dexteris nos collocando, & in possessione parati regni, dicendo. Venite benedicti patris mei, &c. Amen.

cc Mat. 7.

dd D. Ciu. De. li. 21. c. 3.

Mors aiæ est priuatio Dei.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM Primam Quadr. Concio LXVI.

Iesus Hierusalem ciuitatem ingrediens, atque eam totam sua præsentia commouens nobis demonstrat, quam commotionem patiatur ipso in eam ingrediente anima, quæ ciuitas esse probatur, cuius commotiones variæ enumerantur; ac tandem populi Hierosolimitani interrogatio, & responsio de Christo exponitur.

NOVO adueniente in suam metropolim rege vniuersi commouentur ciues, tributa illi afferunt, statuas erigunt, & pyramides immensas, arcus excitant triumphales, accurrunt nobiliores omnes, vario, & insolito ornati cultu, concentus audiuntur, & harmoniæ suauissimè concrepantes, laudes, & encomia noui concinnantes regis, &, vno verbo, commouentur omnia. Cum itaque Christus vniuersorum esset naturalis Dominus, & monarca, vt docet Almaynus, *a* & Paulus Burgensis *b* in additionibus, & D. Thomas *c* de regimine Principum, & alij: quid mirum, si ipso adueniente in antiqui iudaici regni metropolim commota est (inquit Euangelista) vniuersa ciuitas, dicens. Quis est hic, &c. Sic sanè quotiescunque aduenit mysticè Christus in animæ nostrę ciuitatem, commouetur vniuersa & ipsa, dicens. Quis est hic. De quo mystico aduentu in animam salutariter pertractantes. Discutiamus breuiter primò qualiter anima sit ciuitas. Secundò; quomodo in Christi aduentu commoueatur. Tertiò, quas voces emittat, siuè quem Dialogũ formet vocibus altũ resonantibus Echo. A

a De pot. eccl. c. 8.
b In Mat. c. 5.
c Lib. 3. c. 13.
Diuisio trimembris.

De primo magnus extat Architectus Ioannes ille Euangelista, & propheta, qui animam sub ciuitatis metaphora describens (vt alios, quos continet, omittamus sensus) ait. Vidi ciuitatẽ sanctã Ierusalem nouam descendentem de cęlo, &c. Qua in descriptione non oẽs, & singulas, sed præcipuas explicabimus partes, animã designantes. Primo appellat eã Ierusalẽ, quæ pacis visio interpretatur ab omnibus, & quidnã pacis hæc visio aliud, quàm animã designat nostram? Hæc.n. sola angelis adiunctis, externæ illius visionis capax est, illius trãquillitatis, illius pacis æternæ, atq; supernæ, quã post innumeros hic perpessos expectat, & assequitur labores: quod optimè nouit propheta, cùm ait. *d* In pace in idipsum dormiã, & requiescã. Nouã describit deindè. Et descẽdentẽ de cęlo. Et quid expressius animã designat? Hęc.n. sola noua, & nouiter de manu Dei de nihilo creatur. Et ideò de cęlo descẽdit cetera omnia secũdis causis mediãtibus producuntur. Quarè non sunt propriè creaturæ; sed aĩa proprijssimè creatura dicitur: quia immediatè, & totaliter a Deo producitur. Vnde iure merito ciuitas noua dicitur, descẽdẽs de cęlo a Deo, tamquã a suo auctore, cuius, vt suæ causæ exẽplaris, imaginẽ, & similitudinẽ refert, dicẽte de ipsa Dauide. *e* Ierusalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. i. anima, q̃ de manu Dñi fabricata est quasi ciuitas, quæ sui auctoris & architecti imaginẽ, & similitudinẽ redolet, cuius, inquit, participatio eius in idipsum. Ioãnes verò ait. Habentẽ claritatẽ Dei. i. similitudinẽ, & imaginẽ Dei. Et subdit. Et habebat murum magnũ, & altũ, habentẽ portas duodecim. Quid verò murus altus, & magnus, nisi custodiam designat angelicam? Hanc etenim animarum ciuitatem in custodiam Deus tradidit Angelorũ, dicẽte propheta. *f* Angelis suis Deus mãdauit de te: vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. Et iterũ. *g* Immittet Angelus Dñi in circuitu timentiũ eum, & eripiet eos. Hinc prorupit D. B
Hieronymus. O magna dignitas animarũ, vt vnaquæq; ab ortu natiuitatis suę habeat in custodia sui Angelũ delegatũ. Murus itaq; altus & magnus custodia est angelorũ de cęlo similiter descendentiũ ad ciuitatẽ cùstodiendã de cęlo descendentem. Habet præterea ciuitas duodecim portas, quæ sunt

Primum memb.
Anima ciuitas dr̃.
d Psal. 4.
e Ps. 121.
f Psal. 90.
g Psal. 33.
Animæ potentiæ duodecim.

duo-

duodecim animæ potentiæ seu vires, per quas egrediuntur, & ingrediuntur actiones, & operationes meritoriæ, siue demeritoriæ. Sunt autem portæ, Intellectus agens. 1. Intellectus possibilis. 2. Intellectus practicus. 3. Intellectus speculatiuus. 4. Vis rationalis. 5. Irascibilis. 6. Concupiscibilis. 7. Voluntas. 8. libertas arbitrij. 9. Synderesis 10. Conscientia. 11. Sensus exteriores. 12. O quantæ tùm bonæ, tùm malæ ingrediuntur per has portas merces per intellectum agentem phantasmata innumera, per intellectum possibilem intelligibiles species, per intellectum practicum principia omnia, & dictamina moralium virtutum; per intellectum speculatiuum speculatiuæ scientiæ, per vim rationalem discursus, & ratiocinationes innumeræ, per concupiscibilem amor, & odium, spes, & desperatio, prosequutio, & fuga; per irascibilem audacia, & timor, mansuetudo, & iracundia: per voluntatem vniuersæ bonæ, ac malæ deliberationes: per libertatem arbitrij pleni consensus, & dissensus: per synderesim complacentiæ boni, displicentiæ mali: per conscientiam principia conclusionum attritionis, & contritionis, & remorsuum; per sensus externos omnium bonorum, & malorum initia, & occasiones. O vtinam per tàm latas, & iugiter patentes portas bonæ, ac Deo pergratæ ingrediantur, & egrediantur merces; vt de illis cani possit quod olim cecinit propheta, dicens. *b* Quoniã confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. *b Ps. 147.*

De secundo ingrediente domino per gratiam in aliquam animam suauissimè, ac dulcissimè vniuersa commouetur. Ità olim diuus Paulus commotus exclamabat. *i* Viuo ego; iam non ego: viuit verò in me Christus. Et Samuel ad Saulem ait, De hoc eodem ingressu loquens. *K* Insiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum: & ità commouetur, & commutatur quicunque, in quem sic ingreditur per gratiam Christus. Sic impudicus fit castus; dissolutus fit compositus: insolens fit deuotus; auarus euadit liberalis: superbus fit humilis: prophanus euadit religiosus: &, vno verbo, commouetur vniuersa animæ ciuitas. Ità olim in figura ingressa Dei arca in templum Dei dagon statim commotum est Idolum; & corruit præcisis manibus, & capite. Sic ingresso Christo in animam cõmouetur Idolum peccati. Sic Magdalena taliter commota est, vt omnia statim abijceret peccati instrumenta; & illa eadem membra, quę peccato deseruierant, in maximæ pietatis, ac religionis aptauit opera. Sic Saulus repentè fit Paulus, & alij innumeri ita cõmouentur, quòd expertus cecinit iustus dicẽs. *l* Commouisti terram, & conturbasti eam. Sana contritiones eius: quia commota est. Dat itaque rationem, quòd sananda sit anima; quia commota est. Vtinam omnes nos tales experiremur commotiones, vt per Dei gratiam perfectè statim sanaremur. Et euersis peccatorum idolis, & vitiorum omnium; virtutum ingrederentur habitus vnà cum Christi gratia. *Secundũ membrũ. i Ad Gal. 2. K 1. Reg. 10. Commouetur anima ingrediente Christo. C l Ps. 59.*

Qua mediante supernaturaliter eleuata exclamare incipiat ad ingressum Christi cũ ciuibus Ierosolymitanis, dicẽs. Quis est hic? eleuata inquam per gratiã; nec.n. anima, neque Angelus totis positis conatibus, & naturæ viribus, cũ quibuscũque adminiculis naturalibus possunt perfectè, ac distinctè quidnã sit Deus cognoscere. Quod nedũ verũ est post hominis lapsum, sed etiã in statu innocẽtiæ. Sola itaq; fides, & Dei gratia ad tantã potest Angelũ, & animã eleuare cognitionis perfectionẽ. Cõcedo equidẽ, quòd nullus sit adeò amẽs, dummodo aliquo rõnis lumine sit præditus, quin cognoscat *Tertium membrũ*

m Psal. 52. Deũ esse: nã non nisi rõne penitùs destiturus id ignorat, dicẽte Dauide. m Dixit insipiẽs in corde suo: nõ est Deus. Nec ausus est quãtuncũq; insipiẽs hãc ore proferre stultã propositionem; sed solùm dixit. In corde suo: quia, si ore deprõpsisset, forsitã lapides ipsi contra eũ commoti insurrexissent. Nã Deum esse natura ipsa docet. Vndè Cicero solo naturali fretus lumine, in eo, quod facit de natura deorum, ait, esse adeò clarũ, & manifestum Deum esse, vt nil clarius, nec manifestius. Quemadmodum (inquit) si in horridũ, & solitarium peruenires desertum, in quo reperires omni ex parte, & omni numero completum, & perfectum ædificium: & nullus appareret habitator, vel ædificij auctor, & architectus, & diceret quispiam, quòd cadente aliquo magno monte, ibidem olim uicino, lapides illi casu ità ceciderunt, vt sua sponte nullius hominis artificio, vel adminiculo tale palatium ædificatum extet: Nonnè irrideres hominis ità loquentis insaniam? Et nonnè potius demonstratiuè concluderes ex talis ædificij structura, iunctura partium, concinnitate, & ordine, ab aliquo magno esse cõstructum architecto? Ità sanè, inquit Cicero. Vniuersum hoc mũdi palatiũ tot numeris cõpletũ, tam diuinè ornatum, & supra humanas vires miro ordine dispositum, non nè suum apertè arguit, & demonstrat conditorem, architectum, & auctorem? Galenus equidẽ ex sola hominis structura, & cõpositione, & humani corporis mirabili armonia optimè cõcludebat Deũ necessariò reperiri talis microcosmi cõditorẽ: nã corpore humano p anatomiã dissoluto impossibile est quacũq; ui creata ad pristinã restitui integritatẽ, & structuram; quare solũ Deũ hmõi artificiosissimæ structuræ auctorẽ fari necesse est. Ex hoc itaque solo argumẽto, Deũ esse cõstat. Deũ itaq; reperiri cõpertissimũ est. Sed quid nã Deus sit, hoc Opus, hic labor est. Et sicuti diximus, quãto faciliùs Deũ esse cõstat, eò difficiliùs est, cognoscere quidnã Deus sit: immò absolutè impossibile viribus creatis. Cùm ergò Christus Dñs noster, Deus sit, & Homo, nulla maior, difficilior nulla interrogatio formari poterat ea, quam formãt ciues Ierosolymitani, dicentes. Quis est hic. Christus. n. oĩa cõtinet emĩnẽter, vel formaliter creata, & increata, visibilia, & inuisibilia. Quare interrogãdo, quis est hic, de Christo; oĩa, quæ sunt, & quæ possibilia sunt, vnica interrogatione petuntur. Quid mirũ ergò, si ad ingressum Christi, q oĩa cõtinet, vniuersa cõmouetur ciuitas, & oĩs pariter cõmouetur aĩa? Et tali admiratione eleuata, interrogat. Quis est hic? Cui interrogationi nõ nisi Spũ sancto afflatus populus Ierusalẽ vnico rñso plenè facit satis, mirabilẽ, & supra humanam formãs in rñdendo Echo; vltimos. n. resumit, & repetit accẽtus, vltimas reddit interrogantiũ voces: nã, dicẽte ciuitate, Quis est hic. Hic est (repetit populus) sed quia Echo diuina est, & diuinitùs populi vocibus indita; hinc ne dũ repetit formatas voces. Hic est; sed addit (qđ perfectũ est, & qđ plenè tantã euacuat interrogationẽ.) Iesus propheta a Nazareth Galileæ: vt nedũ corresp õdeat Echo vocibus; sed multò mirabilius cõceptibus; cùm. n. interrogatio omnia petat, quis est hic? Responsum omnia æquè respondet. Hic est Iesus Propheta a Nazareth Galileæ. Nec aliter satis fieri tantæ petitioni poterat: Iesus enim omnia continet, siuè quæ in cœlo, siuè quæ in terra, visibilia, & inuisibilia, dicente Apostolo. n Quod proposuit Deus instaurare oĩa in Christo, quæ in cęlis, & quæ in terra sunt in ipso, &c. Vndè dicendo populus. Hic est Iesus, omnia, & singula vnico respondebat uerbo. Iesus. n. omnia cõtinet. Quare de ipso interrogando & nos,

Marginalia: Deũ esse natura docet. — Simil. — n Ephes. 1. — D — E

& nos,omnia,& singula mirabilem formando Echo,respondere possunt,se vniuersa,& vniuersè contineri in Christo. Quod,vt experiamur, spiritualis gustus gratia, formemus interrogationes, & resonare faciamus Echo. Et exordiamur a patre,dicendo.Quis est hic Pater omnipotens? Omnipotens, respondet Echo: quia brachium potentiæ meæ, in cuius viua vi, ac virtute omnia operatus sum,& operor:& de quo pia mater,& sposa cecinit. *o* Fecit potentiam in brachio suo.Et vaticinatus est Isaias.*p*Brachiũ Domini cui reuelatũ est? Quis est hic o summa vnitas?Sũma vnitas respondet Echo: quia etsi character sit expressus,patrem redolens:quia distinctus persona; vnũ tñ vnitate sũma,atque perfecta est in essentia.Quis est hic æternus Deus? æternus Deus,respondet Echo: quia candor est lucis æternæ, æternæ luci patris coæternus solo originis signo distinctus.Quis est hic infinita sapientia?Infinita sapientia,respondet Echo,genita,& orta de ingenito memoriæ paternę fęcũdo ventre,quæ omnia vos docet diuina,& cęlestia secreta.Quis est hic o summa æqualitas?Sũma æqualitas,respondet Echo:nam est perfecta imago patris patri coæqualis in magnitudine,& infinitate perfectionũ.Quis est hic summa pulchritudo?Summa pulchritudo,respondet Echo:nam speculũ est sine macula,in quo perpulchrè nimis relucent omnia,& splendent splen

Christi varia attributa.

o Luc.1.
p Isa.53.

F dore longè maiori,quàm in seipsis.Quis est hic bonitas infinita?Bonitas infinita, respondet Echo: quia fons est inexhaustus, omni bono iugiter, & affluenter emanans,& in omnes deriuans spirituales creaturas tùm in militanti, tùm in triumphanti ecclesia. Quis est hic diuina concordia? Diuina concordia, respondet Echo : nam petra est angularis, quæ fecit vtraque vnum, in se reconcilians ima summis, & sibi conglutinans nedùm Iudæos & Gentiles olim discretos, & disiunctos;sed & homines,& Angelos quorum omnium est caput Christus. Quis est hic diuinus amor? Diuinus amor, Echo respondet,nam sponsus est animarum amantissimus, vnamquamque sibi arctissimo amoris vinculo desponsans, dicente propheta. *q* Desponsabo te mihi in fide.Quis est hic ò Seraphim? Seraphim respondet Echo:nam vltra Seraphim caritate ardẽs, factus homo ad instar Pellicani proprium pectus sui amoris rostro percutiens,sanguine effuso proprio,mortuos reuocauit ad vitam filios.Quis est hic o Cherubim? Cherubim respondet Echo : nã in ipso plenitudo est omnis gratiæ,& veritatis,*r* in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ,& scientiæ Dei.Et vidimus *s* eum plenũ gratiæ,& veritatis.Quis est hic ò Throni? Thronus respondent.Quia thronus est verus,in quo residet plenitudo tota diuinitatis. Quis est hic ò Dominationes? Dominatio, respondent:nàm de illo scriptum est.*t* Quod habet in vestimento,& in femore suo scriptum.Rex regũ,& Dominus dominantium.Quis est hic ò virtutes?virtus,respondent: nam in ipso,& per ipsum, & cum ipso virtus omnis operatur diuina. Quis est hic ò Potestates? Potestas,respondent: nam super omnem est potestatem, in cuius nomine (vti scriptum est) *u* flectitur omne genu,cęlestium,terrestrium,& infernorũ.Quis est hic ò Principatus? Principatuum Summus Princeps,respondent,cui soli conuenit quod cecinit Isaias.*x* Pater futuri sæculi, Princeps pacis: ante cuius aduentum nulla erat firma,

q Ose.2.

r Colos.2.
s Ios.1.

t Apo.19.

u Phil.2.
x Isa.9.

G nec vera pax. Ipse verò pacem attulit vniuerso mundo , cantantibus Angelis in eius Natiuitate. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quis est hic ò Archangeli? Archangelorum Archangelus, respondent : nam Archangelus ille magni consilij est, a quo deriuat omne recti consilij donum.

Quis

Quis est hic o Angeli? Angelus, respondent, qui omnium hominum diligentissimam, & exactissimam gerit curam: quare de illo vaticinatus est Malachias, dicens, *aa* quòd Angelus est testamenti, quem vos vultis. Quis est hic o Cęli? Cęlum, respondent *bb* cęli Domino, qui terram dedit filijs hominum; qui *cc* fecit cęlum, & terram, vt *dd* esset confessio eius super cęlum, & terram. Quis est hic o sol? Sol iustitiæ respondet, per cuius iustitiæ radios iustificati sumus omnes; & de quo scriptum est. *ee* Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Quis est hic o stellæ? Stella, respondent, quæ ambulantibus in tenebris orta est Polaris, ad portum æternitatis ducens omnes in illam aspicientes. Et de qua scriptum est. *ff* Orietur stella ex Iacob. Quis est hic o ignis? Ignis, respondet, qui de seipso dixit. *gg* Ignem veni mittere in terram: nempè, vt inflammet omniũ hominum corda; & eorũ illuminet mentes superflua carnis exurendo. Quis est hic o Aer? Aer Sanctus respondet, qui sub symbolo aeris, & Spiritus in suos insufflans discipulos, dixit eis. *hh* Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Est itaque aer, & Spiritus corda, & conscientias purificans, & mundans, peccata expellens, & infundens gratiam. Quis est hic o Aqua? Aqua, respondet, omnem extinguens in perpetuũ sitim; & fons aquæ, omnem largiens gratiarũ, & donorum abundantiã, dicente ipso. *ii* Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Et iterũ. Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Quis est hic o Terra? Terra, respondet, sancta, & benedicta perpetuos, & immarcescibiles producẽs fructus: de qua cecinit Dauid. *KK* Et terra nostra dedit fructũ suum. Quis est hic o lapis? lapis, respondet, angularis de quo canit ecclesia. Angularis fundamentum, lapis Christus missus est, qui compage parietum in vtroque nectitur: quem Sion sancta suscepit, In quo credens permanet. Et de quo ait Apostolus. *ll* fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quis est hic o Aurum? Aurum, respondet, optimum, dicente Spiritu sancto de Christo sub symbolo capitis ecclesiæ. *mm* Caput eius aurum optimum, idest, omnes excellens homines, quemadmodum aurum cetera metalla, & sicut caput cetera membra excellit. Quis est hic o margaritæ pretiosæ? Margarita pretiosa, respondent, de visceribus Virginis gloriosæ, quasi de sapphyri visceribus genita. Vnde sub eius nomine canit ecclesia. Et de meis visceribus genui Deum, & hominem. Quis est hic o semen vniuersum? Semen vniuersum, Respondet, quod in apparentia minus est seminibus omnibus: attamẽ in campo satum virginalis carnis, & indè nascens, factum est omnibus arboribus maius, ita, vt in ramis eius, qui cęlum, & terram implent, requiescant vniuersi spirituum aues: nempè Angeli Sancti, & Sanctæ animæ. Quis est hic o Arbores? Arbor, respondent, cuius radix in æternitate ortum habet, & de qua cecinit Dauid *nn* operuit montes vmbra eius, idest, Angelos: & arbusta eius cedros Dei, idest, Sanctos Homines, qui vniuersi sub vmbra talis, ac tantæ requiescunt arboris: & quæ extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius, idest, viguit in amaritudine veteris, & durę legis per mare designatæ, & viget in dulcedinè fluminis baptismalis in nouo testamento, in quo propagines innumeræ crescunt Christianæ. Quis est hic o columbæ? Columba, respondent, summa simplicitate, ac prudentia simul prædita, quæ sic docuit suos, dicens. *oo* Estote

Marginal notes: *aa* Ma. 3. — *bb* ps. 13. — *cc* ps. 145. — *dd* ps. 148 — *ee* Mal. 4. — *ff* Nu. 24. — *gg* Lu. 12. — *hh* Io. 20. — *ii* Ioa. 4. — *KK* ps. 66 — *ll* 1. Cor. 3 — *mm* Cã. 5. — *nn* ps. 79. — *oo* Ma. 10. — H

Estote simplices sicut columbæ. Quis est hic ouès? ouis, respondent, de qua vaticinatus est Isaias, dicens. Sicut ouis ad occisionem ducetur: nam pro nobis omnibus, qui (vt idem propheta ait) quasi oues errauimus, sanguinem proprium fundens mortuus est: vt nos ad gregem reduceret saluatarem: & saluaret in perpetuum. Quis est hic o Pastores? Pastor, respondent, bonus, qui animam suam pro suis dedit ouibus; & pro grege suo mori dignatus est. Quis est hic Pontifices summi? Pontifex summus, respondent, de quo Sanctus Paulus scribit. *qq* Habentes Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei. Teneamus spei nostræ confessionem: non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Et iterum. *rr* Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt; hic autem cum iureiurando per eum, qui dixit ad illum; *ss* Iurauit Dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in æternum. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes: icircò, quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium: vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandũ

pp Isa.52 *qq Ad Hebr.4.* *rr Heb.7.* *ss Ps.109*

I pro nobis: talis enim decebat, vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cęlis factus, qui non habet necessitatem quotidiè, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deindè pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo. Pontifex itaquè est noster: nostrum sacrificium: hostia nostra, nostra placatio, simul offerens, & oblatus, vt nullius alterius vel sacerdotis, vel sacrificij ope indigeamus. Quid plura? Quid numerum constituere tentamus rebus innumerabilibus? Si enim omnia continet Christus, Nonnè liquidò constat, omnia concinnè Echo formare perfectè in Christo? At, nunquid memoriæ tenetis, quidnam Alexander ille egerit magnus circa nodum occupatus Gordianum, & valdè implicitus? quem varijs modis soluere conatus est frustrà, ut oraculi placitum assequeretur: nempè, vt soluto nodo orbis vniuersi fieret Dominus? Cum enim plurimum in vanum laborasset, deniquè ingenio suo rem dignam peregit. Arrepto enim ense nodum vnico scidit, & dissoluit ictu. Sic, & nos frustrà laboramus circa magnum hunc, & inextricabilem nodum, vt respondeamus. Quis est hic. Sileat itaque Echo; & recur

Gordiani nodi solutio facta ab Alexandro.

K ramus ad industrem circa nodum Gordianum peractam solertiam: & ense arrepto responsi Ierosolymitani populi interroganti ciuitati. Quis est hic, vnico linguæ ictu respondeamus. Hic est Iesus. Et cum interrogatio vna omnia simul interroget, dicendo. Quis est hic; & responsum omnia simul respõdẽt, dicendo. Hic est Iesus. Hic est Iesus: & hoc sufficit; nam in nomine Iesu omnia (vt sæpiùs diximus) continentur. Hinc est, quòd in nomine Iesu omnia nos petere docuit idem Iesus, cum ait. *tt* Si quid petieritis me in nomine meo: hoc faciam. Et iterum. Et quodcũque petieritis in nomine meo: hoc faciam. Et iterum. *uu* Amen, Amen dico vobis. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit vobis. In nomine itaque Iesu, eodem Iesu, qui non potest errare, nec fallere, docente; petere possumus omnia: omnia impetrare; contemplari omnia: omnia meditari. Hanc ergò mente, & corde teneamus (vt ità dicam) Gordiani nodi solutionem; & quidquid occurrerit nobis; quantumcunque arduum, & difficile, ad Iesum recurramus, qui omnia tenet, omnia continet, omnia potest, & omnia nobis elargiri, & communi-

tt Io.14. *uu Io.16.*

Epilog. care profitetur. Quare, si creatur, & formatur anima, quasi ciuitas Ierusalem de cœlo descendens Iesus creat, & format. Si per duodecim ingreditur salus omnis portas eiusdem ciuitatis, per Iesum ingreditur. Si commouetur anima tota, Iesus commouet. Et quidquid sperat, habet, obtinet anima, per Iesum omnia fiunt: & ità semper fiat, In nomine Iesu. Amen.

FERIA QVARTA POST DOMINIC. Primam Quadragesimæ. Concio LXVII.

Iudæorum vafra adulatio, vana curiositas, ac damnabilis obstinatio præsenti discursui præbet materiam: tractatur enim hic de tribus his odiosis vitijs, vt quisque a se illa repellere studeat cognita ipsorum pessima natura.

QVemadmodùm mare suaprè natura quietum, & pacatum se præbet, intuentibus, littusque mollibus lãbit vndis, illud ornans varijs, & delectabilibus petriculis, & in tota sua vastitudine floridum repræsentat pratum, respicientes inuitans ad illud ingrediendum, & pernauigandum. Contra verò tempe-
Simil. state actum, ventis imperitum, procellis commotũ, horrorem incutit, in adstantes nunc voragines, & hyatus, nunc rupes, & montes ad cęlum vsq; pertingentes ostentat nunc terram absorbere, nunc ab ea penitus prosilire videtur. Sic Dominus noster Iesus Christus mare misericordiæ, bonitatis mare suaprè natura mitissimum, & clementissimum se omnibus exhibet, etiam peccatoribus, & inimicis: ità, vt omnes inuitet, & alliciat ad sua perfruendũ bonitate. At hoc mare intolerabilium vitiorum, Scribarum, & Pharisæorum illum adeuntium ventis, & procellis commotus, quasi iratum mare in illos insurgit, dicens. Generatio mala, & adultera signum quærit, &c. Et vndè quæso tam subita, & improuisa clementiæ, & bonitatis Christi in iram, & furoris zelum commutatio? Certè non aliundè, nisi ex vitijs intolerabilibus, quæ
Diuisio primis in verbis perditi effutiunt Pharisæi, & Scribæ Christum adorientes.
trimẽbr. Magister (inquiunt) volumus a te signum videre. Quibus in verbis tria intolerabilia effutiunt vitia. Primò Adulationem in verbo illo, Magister. Secũ A
do curiositatem, in verbo illo, volumus. Tertiò obstinationem in eo, quòd concludunt, A te signum videre. Tria igitur hæc breuiter, vt cauere possimus, discutiamus vitia.

Primũ Primò inquiunt, Magister. O apertam, & impudentem adulatio-
membrũ tionem: in suo enim pectore certocertiùs retinent, quòd Christus, nec
a Ioan.7. discipuli mereatur nomen, vt alias dixerunt. a Quomodo hic litteras scit

cum

cum non didicerit, quo ergo pectore, magistrum appellant? Apertissime adulantur. Quare apertam hanc adulationem sufferre nequiens Christus, quasi leo de tribu Iuda, vt dicitur in Apocalypsi. *b* Iusta reg leruit in illos indignatione, vt nos doceat, quam perniciosam vniuersæ reipublicæ sit, præsertim vero principibus, & regibus adulationis vitium: quod etiam perpulchra sub metaphora docuit Spiritus sanctus in prouerbiis, vbi numerat quatuor animalium genera; *c* quatuor (inquit) sunt minima terræ; & ipsa sunt sapientiora sapientibus: & vltimo loco ponit illud, videlicet stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Vbi ostendit stellionis industriam naturalem, & artificium cum enim vires non obtineat naturales, ad seipsum nutriendum, & sustentandum, industria vtitur qua in regũ palaria se se quomodocumque intrudat; & quo (vt inquit Plinius *d* in historia naturali) nullum animal inuidentius, & fraudolẽtius nocet homini: vnde stellionatum crimen a Iuris Consultis dicitur, quando quis alterum callida quapiam impostura defraudat: est autem hoc animal notum nobis lacertæ non dissimile, tergum habens lucentibus quibusdam guttis depictum ad modum stellarum; exuit quotannis cutem, exutamque deuorat inuidens nimirum homini comitialis morbi remedium: morsus vero ipsius vel interimit hominem, vel sæpi stupidum reddit, & vari è afficit: ita vt iure adulator per ipsum intelligatur, quo re vera nullum animal inuidentius, & fraudolentius nocet homini. Attamen si ad ve-

b Apoc. 5.

c Pro. 30.

Adulatio per metaphorã a Spiritu sancto significatur.

d lib. 31. c. 10.

B ritatem recurramus hebraicam, potius ibi Simia, quam stellio ponitur: nullus enim rex vmquam stellionibus delectatur, nec in suis retinet sponte palatiis. Contra verò. Nullus est rex, vel Princeps, qui simias in suis non retineat ædibus: & re vera per nullum animal concinnius exprimi possunt adulatores quam per Simias: quemadmodum. n. illæ actus omnes imitari conantur humanos: ita & adulatores nil aliud magis curant, quam in omnibus se conformare his, quibus adulari student. Sic referunt, *e* quendam Philippi Macedonis Parasitum claudum se finxisse, quod Philippus fractum crus haberet. Ita Charisophus videns Dionysium separatim cum amicis ridentem, & ipse ridebat, & alii nonnulli in has inciderunt impudentes adulationes. Alij vero magis occultè moribus dominorum suorum, quibus adulabantur, se conformare studuerunt, ac in vniuersum omnes isti per simias concinnè exprimi possunt veluti morum alienorum imitatores: & quemadmodum simiæ non in domibus pauperum, & miserorum, sed in domibus regum habitant. Sic adulatores numquam cum pauperibus, & infimæ fortunæ hominibus versantur: sed cum magnatibus, & principibus esse student; ita, vt miraculum videatur, si in principum Curiis aliquis reperiatur vir, veritatis amicus, & inimicus assentationi ita pro magno facinore narrat historia, *f* quod cum Tyberius Cęsar in quodam edicto verbum minus latinum posuisset; illudque aduertens, mutare voluerit, adstans quidam Tero nomine, ait. Domine tua maiestas, & auctoritas ad hoc sufficit, vt verbum istud latinum reddatur. Quare illud commutare, non oportet. Quo audito, Porcaus intrepido animo, & virili audacia se opponens adulatori, ait. Populo Romano Cęsar leges dare potes: verba non potes. Sic omnis veritatis amicus adulationes ferre nequit; sed ipsas cum suis auctoribus horret, inimicè insectatur, & pro viribus euertit. Sic referunt historiæ de ingenioso quodam principe, qui sua eleuans insignia, Leonem formauit, qui Simiam inter

e Ex Ranis. verb. Adulatores.

Similit.

f Theat. vi. hu. to. 1.

Nota.

C (at "tet. Quo audito")

ungulas tenens, eam in frusta cędebat, totum sugens suum sanguinem: sententiamque suppofuit his verbis. Sic ego meis. In hoc innuere volens, quod sicuti leo cum febri laborat, nullo alio remedio citius, & validius sanatur, quam simiam interficiens, eiusque sanguinem sugens. Ita Princeps, ab vniuersorum vitiorum febribus per nil aliud citius, & validius sanatur, quam adulatores expellendo, & seuere puniendo. Quod vtinam apprehendisset rex Cresus, qui e sua Curia expulit Solonē, illumque acriter persequutus est eo, quod adulari nesciem. Et Dionysius tyrannus, qui Philoxenum interficere voluit, eo, quod non laudasset carmina quędam perperā a Dionysio confe cta. Non sic Dominus noster, verus leo de tribu Iuda, qui simias hodiernas veritatis iaculo percutit dicens. Generatio mala, & adultera signum quęrit, &c.

Secundū Membrū. Et non solum adulationem. Sed secūdum etiam Scribarum, & Pharisæorum vitium nempe curiositatem vnico retundit responso. Sicut enim illi adulatores in primo prolato verbo se ostenderunt, cum dicunt Magister: ita curiositatem aperiunt suam, cum subdunt. Volumus; nam propriam voluntatem voluntati præferunt Christi: nec illius acquiescunt salutari doctrinæ; sed fidei negocium totum signis curiosis, & curiosis miraculis expendere volunt. Ideo inquiunt volumus. O quantos perdit, hac etiam nostra tempestate homines curiositas, qui diuersis in sectis toto cęlo, a vero Dei cultu aberrantes, miserrime pereunt. Quorum perditionis causa Princeps extat Curiositas: pro qua comprimenda solum sufficit Ionæ signum in Christi responso contentum. uidelicet Christiana fides, quæ credit in hominem Crucifixum, & mortuum, & per triduum in sepulcro reconditum: sicuti fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus Solum inquam istud contemplasse sufficeret, vt omni postposita curiositate, quælibet euerteretur secta, & sola Christi amplecteretur fides: Quemadmodum enim si videremus cymbā in flumine Arno currentem sequi aquam, & cum aqua simul deferri nil miraremur; nec minus concludere possemus cymbam talem a Nauta, vel quocumque arte pręd ito sic deductam esse. Contra verò, si aquæ cursui inniteretur, & contra currentem velocius pertransiret aquam, dubio procul omnes concluderemus, cymbam a viro quopiam arte prædito per flumen deduci. Ita sane omnes quęcumq; sub cęlo sunt, vel fuerūt, pręter Christianam legem sectę; fluminis currentem sequutæ sunt. Nempe carnis propensionem, sensuum inclinationem, & vniuersam compositi libidinem. Quare nullum est mirum, vt perseuerent diutius, & dilatentur aliquando, vt compluriuæ antiquitus, & sub oculis nostris Mahumetana conspicitur: currentem, enim sequuntur carnis, & sensus; nec alio indigent ductore, vel duce, vel auxilio cęlitus, & diuinitus implorando. Contra vero christiana lex non currentem sequitur; sed in omnibus potius aduersatur, & contrarie satagit: nam quidquid sensus appetit, prohibet: quidquid caro concupiscit, excludit, & denique contra vniuersum libidinis cursum nititur, pernauigat, perseuerat. Quare non nisi præsente Christi numine non nisi sub tanti Nautæ ductu, & gubernaculo contra currentem perseuerare posset. Hoc itaque solo argumento omnis curiositas, ex Christianis pectoribus diuelli poterit: nimia, enim curiositas nil prodesse, multum obesse potest, quod nos monuit Spiritus sanctus cum ait. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. Vbi, ceteris omissis

Simili. D

g Cant. 6. Curiositas multum obesse potest.

missis expositionibus, Theodoreti placitum sequentes, dicimus hoc monitum esse Spiritus sancti, quo nos docet omnem amputandam esse curiositatem. Inquit enim. Auerte oculos tuos, idest oculos fidei, qui, etsi perspicacissimi, & limpidissimi sint, & altiora petant, & reconditiora sanctissimæ Trinitatis secreta: veruntamen, scias, me Deum esse ad instar Solis in meridiana luce, qui benignissimè suos diffundit, & compartitur omnibus viuentibus radios, quo sibi vtilia, & salutaria peruidere, & prospi-
E cere possint. At si temerarius quispiam in solis rotam nimis audacter oculos figat, visum obtundi, & cęcutire necesse est. Ita diuini solis radii in omnes diffusi sunt, & dispertiti Christianos ad salutem sufficientissimi: qui verò temerario ausu curiosè nimis diuina voluerit peruestigare mysteria, desipiet, & obstupescet in præceps casurus, dicente alibi Spiritu sancto. *h* Neque plus sapias, quam necesse est, nè obstupescas. Quod eundem prorsus habet sensum cum superiori monito. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Quasi dicat Deus. Sufficiat iam tibi quæ reuelata sunt in lege communi de diuinis mysterijs. Cęterum auerte oculos tuos a me dum curiosè nimis me expetis: nam ipsi sic curiosi ab omnibus me auolare fecerunt curiosis, vt illos in sua curiositate orbatos, & cęcutientes relinquerem. Ita qui nouacula incidere tentaret duram petram retunderetur penitus nouaculæ acuties, & inepta redderetur ad quemcunque vsum sibi proprium. Sic intellectus oculi obtusi, & cęcutientes redduntur dum curiosè nimis diuina secreta perscrutari audent, dicente Propheta. *i* Qui dat secretorum scrutatores, quasi non sint. Euenit itaque curiosis talibus id, quod euenire solet his, qui ad aliquas nundinas pergentes exposcunt a mercatoribus sibi ostendi solum curiositatis, & vanitatis gratia multas, & varias merces, quos mercatores ipsi, vt indignos, reiiciunt, nec minimum quid eis ostendentes, quamuis diuitibus, & nobilibus. Contra verò, si
F paupercula vidua, vel rusticus homo aliquid quantumcunque parui momenti emendi gratia eosdem adeat mercatores totam euertunt mercium farraginem, vt emere volenti satisfaciant. Sic Deus Optimus Maximus curiosos, & vanos reiicit omnino, eisque suorum thesaurorum præcludit ęraria. Contra verò deuotis, & humilibus, & in via Dei proficere volentibus, liberalissimè patefacit. In quorum persona, vt graui de re, gratias agit Deo Christus homo, cum ait. K Confitebor tibi pater Domine rex cœli, & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Emere itaque volentibus gratiam, vel Dei mysteria humiliter, & deuote Deus liberaliter elargitur, & donat, a curiosè verò scrutantibus, & superbis per sapientes, & prudentes expressis, abscondit. Sic Herodi accidit, qui ob curiositatem Christum videre cupiebat, & aliquod signũ, vel miraculum expectabat ab eo: nec verbum quidem audire meruit, dicente Euangelio. *l* Herodes autem, viso Iesu, gauisus est valdè erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eũ multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Contra verò miserrimus latro in crucem ob scelera actus, cum deuotè, ac humiliter regni Christi mysteria meditatus fuisset, & expostulasset, dicens: Domine memento mei cum veneris in regnum tuum, meruit nosse Regni Dei mysteria, & ea sibi impetrare; nam dicit ei Iesus, qui mentiri, & fallere nequit. Amen dico tibi: Hodie me-

h Eccl. 7.
Similit.
i Isai. 41.
Similit.
K Matt. 11.
Curiosis absconduntur Dei mysteria.
l Luc. 23.

cum eris in Paradiso; vt in eodem legitur Euangelii capite. Sic igitur cuiuscunque gradus, & dignitatis aliquis existat, dum curiosus, & vanus accedat, Christi mysteria nedum non intelliget, sed reijcietur obscurus, & confusus. Et è contra quisquis, quantumcunque vilis, & miser, dummodo humilis, & deuotus accedat, & intelliget, & possidebit Christi mysteria.

Tertium Mēbrū. Curiosus igitur si quis extat cum Scribis, & Pharisæis hodiernis, caueat saltem, ne cum eisdem obstinationem induat, quam ipsi tertio monstrant loco, dum concludunt. A te signum videre. Mirum quidem est in homine quocumque viatore obstinatam reperiri voluntatem: cum suaptè natura sit admodum fragilis, & mutabilis, *m* & numquam in eodem permaneat statu: vt patientissimus ille concionatus est vir; & eo incredibilius hoc videtur, quo pronum portione superiori magis in bonum, quàm in malum condidit hominem Deus. Attamen obstinatis voluntatibus plenæ sunt Scripturæ. At vnum pro omnibus sufficiat exemplum illud, quod in historia Regum legitur *n* de obstinatione Philisthinorum, qui per septem continuos menses arcam retinentes Domini, multis afflicti sunt grauissimis plagis, nec eam dimittere voluerunt. Denique illam dimittentes iterum Dei virtutem experiri voluerunt, dicentibus Philisthinorum sacerdotibus. Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suum? Nonne, postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite, & facite plaustrum nouum vnum, & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro; & recludite vitulos earum domi: tollentisque archam Domini, & ponetis in plaustro, & dimittite eam, vt vadat. Et aspicietis: & siquidem per viam finium suorum adscenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande. Sin autem minimè, sciemus, quia nequaquam manus eius tetigit nos; sed casu accidit. Fecerunt ergo illi omnia exactè imposita. Et ibant (inquiunt diuinæ litteræ) in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethsames: & itinere vno gradiebantur pergentes, & mugientes; & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram. Quo non obstante miraculo diuinitus eis apertissimè ostenso: necnon præcedentibus ibi grauissimis descriptis plagis, eorum idolo Dagone prostrato pluries, capite, & manibus præcisis, in sua remanserunt obstinatione, nec manus Deo vero dederunt; sed in eadem Dagonis idolatrii perstiterunt obstinati. Sic nostri æui homines innumeri, qui aperta (si oculos aperire volunt) iugiter experiuntur signa, vt corripiantur à Deo immissa. Verumtamen in sua obdurati manent obstinatione peccantes. O miseros, & infelices, nonne manifesta sunt signa instantis mortis, & iudicij, videre homines passim cadere, ac mori cuiuscumque ætatis, & sanitatis? tum in pueritia, tum in adolescentia, tum in iuuentute, tum in virilitate? ita, vt nullatenus confidere quis possit crastina die viuum se fore, immò neque hac nocte, neque hodie, neque hac eadem hora me loquente, vobis audientibus. Quot enim videmus morte subitanea statim rapi? Quot audimus fulguribus in momento absumi? & quot plures paruo dierum spatio vel a febri maligna, vel ab aliquo alio interimi videmus morbo? Et præterea quę nam sunt illa euidentissima signa, quę singuli experimur in nobismetipsis? nēpè quotidie senescere, ac labi, variis premi languoribus, innumeris concuti infirmitatibus,

m Iob 14.

n 1. Reg. 5. & 6.

Exageratio cōtra obstinatos.

bus, caligare oculos, dentes cadere, capillos canescere, rugas apparere in facie, & mille talia quid aliud clamant, nisi instantem, & imminentem mortem? Vt quid ergo perseueramus, obstinati peccando? Quare non magis conuertimur? Quare non recurrimus ad Christi misericordiam, & bonitatem, qui nos vocat suæ passionis, & mortis merito, figura proposita Ionæ Prophetæ, cuius vi, & virtute conuersi perseueremus in bono vsque in finem. Amen.

FERIA V. POST DOMINICAM primam Quadragesimæ. Concio LXVIII.

Oratio vt sit perfecta, debitam præparationem requirit, ad quam Deus necessaria nobis exhibet, nempe gratiam suam, cum qua debet coniungi perseuerantia, vt quod oratione petitur, à cœlesti Domino obtineatur.

CHRISTI Domini nostri gloriosam describens Transfigurationem Euangelista Lucas inter alia inquit. *a* Adscendit in montem, vt oraret, & facta est, dùm oraret, species vultus eius altera: quod exponens Euthymius, ait. Orans transformatus est Christus; vt discamus, quòd oratio transformat, atque illustrat hominem si fiat quemadmodum oportet. *b* Sic Moyses ex consortio sermonis Dei transfiguratus apparuit totus: & ad hanc orationis virtutem Diuus Paulus respexit, cùm ait. *c* Nos omnes reuelata facie, gloriam Domini speculantes, (idest orantis in monte Thabor) in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu, idest inquiunt Theodoretus, & Caietanus, orationi vacantes instar diuini speculi gloriam Domini suscipientes, & reddentes, candem referamus, & exprimamus. Sic Diuus Paulus, quod expertus fuerat prædicans dicebat. *d* Viuo ego: iam non ego: viuit verò in me Christus. Christum itaque totum, si, quemadmodum oportet, oremus, referimus, & exprimimus. De hac igitur virtute, Cananeæ mulieris exemplo excitari, breuiter dicamus. Et cùm de hac eadem multa præteritis annis concionati simus, duo tantùm hodierno sermone perstringamus, videlicet, ipsius præparationem, & perseuerantiam.

a Luc. 9.
b Exo. 34
c 2. Cor. 3.
A
d Gal. 2.
Diuisio bimembris.

De primo, quod præparari nos oporteat, vt perfecti simus orantes, ostendit Christus in eo, quod cum hodierna agit Cananæa: primo enim inquit Euangelium, non respondit ei verbum: quod maxima fuit Cananeæ pœna. Sed quare non respondet? Non nisi quia magis, ac magis præparetur orans: aduenit enim huic mulieri sicuti si alicui itineranti in meridie, in Æstate, vrgentibus Solis radiis eminus apparerent magni alicuius fontis vestigia inter amæna, & virentia prata, ad quem sitibundus accurre-

Primum mēbrū.
Similit.

ter sese refrigerandi, & reficiendi gratia, quo cum tandem peruenisset, siccum penitus, & aridum reperiret fontis alueum. O quem inexplicabilem ex rei euentu sumeret hic dolorem? Ita Cananæa ista mulier quasi in concupiscentiarum carnis meridie necnon in miseriarum æstu constituta gratię Christi valdè indigēs, & spirituali, & corporali: nec dùm in fide perfecta quasi reminus vestigia sola illius fontis peruidebat, qui de se ipso dixerat. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Ad quem, cum peruenisset, anxia, & anhelans fontem prima facie siccum inuenit, & aridum: nempè qui non respondit ei verbum. O quàm atrox pœna. Hanc perpendens, & ponderans prudentissimus ille Iudeæ Rex, orat, instat, vrget, dicens. e Ad te Domine clamabo, Deus meus ne sileas a me: ne quando taceas a me. Et quare sanctissime Dauid tam vehementer extimescis, & paues tale Dei silentium? Quia (subdit) si taceat, si non respondeat: sed sileat, assimilabor descendentibus in lacum. Aequiparat ergo Dauid hanc pœnam pœnæ damnatorum in profundum inferni descendentium lacum: talem verò pœnam patitur Cananæa mulier: quia Christus verus Deus, & Homo non respondit ei verbum. Dicant experti quamnam præsentiant pœnam, cum in alicuius Principis, & Regis gratia sese reperiri arbitrantur; & illum supplicibus adeuntes precibus, adeo indignatum reperiant, vt eos nec respiciat, nec verbum respondeat. Ita Christus cum Cananæa, qui non respondit ei verbum. Verumtamen diuino vtitur Christus artificio, volens Cananæam ad perfectam præparare orationem: etsi enim non respondeat; patienter tamen sustinet, & cum interno audit gustu, non sicut Principes terreni, qui alicuius instrumenti musici harmoniam, & concentum libentissimè, cùm pulsatur, audiunt: sed absit, quòd eundem audire sufferre possint, dùm temperatur, vel concordatur. Christus verò Dominus noster nedum perfectam libenter audit orationis harmoniam; sed & eiusdem præparationem, ac temperaturam, dicente expertissimo illo Dauide. f Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Sic agit expresè cum Cananæa, quam sustinet, audit, eaque delectatur: & cum mysterio occurrit; nam egressus Iesus (inquit textus) secessit in partes Tyri, & Sydonis quasi Cananeæ inde venienti occurrens, non sine mysterio inquam: nam sic occurrit Christus per gratiam cuilibet peccatori nondum in orando perfecto; sed solùm per dolorem attrito, eiusquè dolorem præteritarum culparum, & ad orandum præparationem læto excipit vultu. Tyrus enim interpretatur afflictio, Sydon autem venatio. Afflictus est enim peccator iam attritus de præteritis culpis; venatur nouam gratiã orationis virtute: & ideo, venit (inquit) Christus in partes Tyri, & Sydonis, id est in partes peccatoris afflicti simul & venatoris. Et quænam sunt istæ partes? Præparationes nempe imperfectę, dolores præteritorum peccatorum, desideria diuinæ gratiæ, & indulgentiæ, orationes effusæ, & cætera huiusmodi; quæ partes dicuntur; quia nondum ad perfectum, & complementum venerunt: quæ partes dicuntur; quia & in ipsa præcedente præparatione, & in subsequenti perfectione minorem habet peccator partem, negotium totum incipiente, promouente, ac perficiente Christi gratia. Qui numquam deficit; sed occurrit veniendo in partes Tyri, & Sydonis, scilicet vocando, excitando, & mouendo peccatorum corda. Vt quid ergo non audiet libenter pec-

e Psalm. 27.

Deus licet oranti nō respōdeat, solatium tamē sentit.

f Psal. 9.

Christus per gratiam occurrit cuilibet peccatori.

B

catorum

catorum præparationem, si eiusdem præparationis ipse principalis est au-
ctor? Quin & prior ipse se præparat, vt eos, qui se præparant, audiat dicen-
te Spiritu sancto per Prophetam. *g* Quasi diluculum præparatus est egres- *g Ose. c. 6.*
sus eius. Quod Diuus Pater Chrysostomus *h* exponit peroptimè de præpa- *h Hom 22. in Mat.*
ratione ipsius Dei sese ad orantes excipiendos præparans. Primum igitur
videamus, quo modo se præparet Deus. Secundò, quomodo in præpa-
ratione sit quasi diluculum. De primo, vbi nos legimus. Præparatus est
egressus eius: Septuaginta legunt. Præparatum inuenies. Tria porrò sunt **Dei præparatio erga orātes.**
principaliter in Scriptura diuina contenta, quæ Deus præparasse dicitur.
Primum de terra (inquit Propheta regius *i*) & super flumina præparauit
eam. Quo in loco Spiritus sanctus nil aliud per terræ præparationem in- *i Psal. 23.*
telligit, quàm firmitatem, ac stabilitatem: vult enim ostendere diuinæ vir-
tutis opus, quo super molles, fluidas, fragiles, instabiles, & fluxibiles aqua-
rum vndas terra firmissima, & stabilissima permanet: vt alibi idem docet
Spiritus sanctus, dicens. *k* Terra autem in æternum stat. Quomodo er- *k Eccl. 1.*
go se præparat Deus, vt excipiat peccatorum præparationes, vt plurimum
C quasi aquas fluxibiles, & instabiles? Quemadmodum super flumina terram
præparauit, idest inconcussè firmissimè, stabilissimè peccatorum non ob-
stantibus volubilibus mutationibus. O Christi constantiam, & stabilitatem
in excipiendo, & adiuuando peccatores adhuc imperfectos, & instabiles,
& in ipso præparationis limine. Secundò hoc idem præparationis opus
tribuit Spiritus sanctus cœlis, dicens. *l* Quando præparabat cœlos aderam. *l Prou. 8.*
Tertiò paresse dicitur Deus sedem suam a Dauide. Parata (inquit *m*) se- *m Ps. 92.*
des tua ex tunc. Et Diuus Hieronymus legit. Firmum solium tuum ex tunc.
Quæ omnia idem penitus demonstrant, nempè Dei firmitatem, & stabi-
litatem inconcussam in adiuuando peccatores. Est igitur Deus in exci-
piendo sese adhuc præparantes firmus, & stabilis sicut terra, incommu-
tabilis vt cœlum, & firmissimus quemadmodum gloriæ sempiternæ suæ
sempiternum solium. Præparatus est igitur egressus eius præexposito
modo: sed vlterius inquit) quasi diluculum: & septuaginta legunt, quasi
mane. Optima quidem Christi bonitatem exagerandi metaphora nàm
quemadmodum in nocte homines lassi torpentes, & somno repleti repe-
riuntur, vt pote refectione indigentes ex præcedentis diei laboribus, ob res **Simil.**
gestas tum publicas, tum priuatas, ob tot consultationes, expeditiones, pro-
uisiones, consilia, memorialia, & alia mille; Ita e contra: in mane diluculo
exurgentes, prompti, & apti euigilant viribus ad quæcumque parati; po-
tentijs tum internis tum externis purgatis, & ex præcedentis noctis somno **Deꝰ prōpte se exhibet quærentibus eū.**
refectis. Talem igitur promptissimum semper quasi diluculum se se exhi-
bet Deus quærentibus illum: ideò ait Spiritus sanctus. Et quasi diluculum
præparatum inuenies. Ad cuius maiorem expressionem mysterij Pagninus
legit. Quasi Aurora præparatus est egressus eius: vt ostendat enim qualibus
circumstantiis pergratissimis, & salutaribus præparet se Deus, vt nos præ-
paratos excipiat, ita vtitur Auroræ metaphorà, quæ nulla est alia magis de- *Virg.*
cantata, & celebrata a Poetis. Quorum alius illam auream appellat, ro-
seisque capillis.

Aurea fulgebat roseis Aurora capillis. *Strozzi.*

Alius formosam appellat.

Oceaniquè Aurora thorum formosa relinquit. *Mant. li. 2.*

Alius

Alius Dam vocat, lucisque allatricem.

Luciferæ pariter venit ad astra Deæ.

Et denique nullus est, qui Auroræ laudes, & encomia non decantet. Hic dicit, quod aues illam certatim salutant: alij, quod Philomenæ illam præueniunt, vt excipiant, Alius, quod nimphæ illi congaudent. Ah jaliter; quorum nonnulla pro mysterii contenti notitia, & expressione expendamus, In primis Faustus dicit illam omnes fugare tenebras. D

Variæ Auroræ proprietates.

Indè vbi flaua rubet tenebris Aurora fugatis.

Ita Deus peccatorum se se præparantium tenebras suo aduentu expellit, & fugat: nec non persecutionum, & calamitatum, & afflictionum variarum tenebras ferè intolerabiles, quæ noctem efficiunt atram, & funeste indicant naufragium, auertit, & expellit, consolatione suauissima quasi Aurora consurgens omnia serenans, & tranquillans: & quasi aurora præparatus est egressus eius. Claudianus verò diuitem illam appellat.

Deus Auroræ assimilatur.

Diuitis Auroræ solum, sortemq; paratam.

Sic Deus diuitiis plenus occurrit peccatoribus, nil aliud intendens, quàm eos ditare, suasque diuitias illis communicare, dicente Paulo Apostolo. n Diues in omnibus, qui inuocant illum. Et iterum. o Deus, qui diues est in misericordia. Et concinnè Dauid. p Dilata os tuum: & implebo illud. Vndè D. Pater Augustinus ait, quod Deus optimus maximus multo magis paratus est nobis dare, quàm nos petere. Dionysius verò Arichel hunc Dauidis locum expendēs optimè ait. Quod antequam dicatur. Dilata os tuum, &c. præponitur in Psalmo ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra ægypti & statim quasi corrollariè infert. Dilata os tuum; & implebo illud. Quasi dicat. Memorare, quod fecerim Israelitico populo in ægypto, quomodo ægyptios afflixerim, ranis, cynomia, cinifè, tempestatibus, primogenitorum omnium interfectione, & mille aliis prodigijs, & portentis, & deinde populum ipsum Israeliticum gratiis, & fauoribus ampliaui, mare rubrū in diuisiones aperiens, & Pharaonem cum exercitu suo mergens: & populum ditatum, & liberatum manna cœli paui, & aquis de petra deductis potaui, & nube illum rexi per diem, & nocte in columna ignis dux fui. Hæc, & alia beneficia pro nihilo reputo comparatione eorum, quæ tibi elargiri sum paratus: nempe quidquid volueris, quid quid libuerit, Dilata os tuum: & implebo illud. Quare Diues Deus in omnes, qui inuocant illum, vt Aurora, & quasi Aurora præparatus est egressus eius. Vlterius Aurora omnibus pulchritudinem affert rebus, formositatem aspergit, montes inaurat, campis affert gratiam, plantas ornat, fructus viuificat, herbis viriditatem, suauitatem floribus affert. Ita, peccatore iam attrito, & se se præparante adueniente Christo quasi Aurora in peccatoris pectus ingreditur, fides reuiuiscit, illustratur Caritas, spes virescit, peccatorum tenebræ fugantur, subintrat gratiæ lux, voluntas purpurea induitur caritate, intellectus Dei cognitione ornatur, & anima vniuersa bonis omnibus repletur. Nam quasi Aurora præparatus est egressus eius. Præterea peccatorum, & vitiorum dissidiis eliminatis affert aduentu suo Christus his, qui se præparant, tranquillitatem cordis, mentis serenitatem, & suauissimam internam, & externam pacem: vt quemadmodum de Aurora cecinit quidam.

n Rom. 10.
o Ephes. 2.
p Psa. 80.

Deus diues pro nobis.

Luciferum

Luciferum roseis candida portet equis. *Tibullus lib. 1.*

Ità occurrit Christus non in equis nigris, vt solet mors; non in equis rubeis, vt aduenit vindicta: non in equis pallidis, vti Dæmon: sed in equis roseis idest, mansuetus, misericors, blandus, & (vno verbo) rex pacificus, rosas aspergens gratiæ, & omnium virtutum dispertiens flores: nàm quasi Aurora præparatus est egressus eius. Denique Aurora (vt Sanctus notat Maximus) oculos omnium, quos clauserat nox in vniuerso orbe, aperit, vigilesque ac prouidos reddit. Sic adueniens Christus mentis oculos per noctis peccatum verè clausos, luce suæ aperit gratiæ, vt E inuigilent, videant, & præuideant. Ità Cananæa ista mulier vix egreditur de finibus Tyri, & Sydonis: vix atteritur: vix præparatur, quod occurrit illi Christus fidei oculos illi tribuens, cæterarumque virtutum lumina successiuè illi infundens: nàm quasi Aurora præparatus est egressus eius.

Sed paulatim, & ordinatè sicut Aurora in suo ortu procedit Christus Cananæam perficit. Quare, vt perseuerantem faciat, tùm in præparatione, tùm in alijs virtutibus, non respondit ei verbum, illud implens, quod per prophetam dixerat. *q* Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis; vt dem vobis finem, & patientiam: & inuocabitis me. Et ibitis, & inuocabitis me: & exaudiam vos. Qui locus adeò concinnè consonat hodiernæ mulieri Cananæ, vt solum pro illa videatur a Spiritum sancto prolatus. Dum enim sileret Christus, & nec verbum quidem responderet, non intendebat Cananæam affligere; sed vberrimæ pacis, pacis æternæ, summæ pacis quam Cananæ impertiri volebat altas habebat cogitationes, & diuinas, illique finem optatum, & dignum patientiam, & perseuerantiam communicare volebat. Quare illam inuocare, & abire, & iterum inuocare docebat. Etsi statim id, quod petierat, non tribuit quemadmodum Pater, ille, qui filio aliquam petenti margaritam pretiosam, non statim tribuit; sed nonnulla alia minoris valoris, illumque paulatim deducens sustinet, moras trahit quousque tandem grandior effectus, & margaritam petitam, & omnem illi tribuit hæreditatem. Ità Christus Cananæ nondum ad virtutes, & dona gratiæ idoneæ non statim quod petit elargitur; sed substinet, suspendit, interimque manu tenet, paulatimque virtutes infundit, & virtutum fundamenta iacit. Et postquam fidei eluxerunt principia in Cananæa, illam in patientia exercet; vt perseuerantiam demum donet: ideò non respondit ei verbum. Discipulis verò pro illa eum rogantibus dixit. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt Domus Israel. Et iterum, veniente illa, & adorante, & dicente, Domine adiuua me, respondit Iesus. Non est, bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus: & illa statim. Etiam Domine; nam, & catelli edunt de micis; quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Quibus in verbis, & patientiam maximam, & maximam ostendit humilitatem venatricisque Spiritualis munus explet: Christus namquè Cerua dicitur. Sic Psalmo vigesimo primo, qui Christo ab omnibus interpretibus attribuitur totus; præponitur titulus pro cerua Matutina idest, Psalmus pro Christo, qui est cerua matutina. Cananæa verò canem se vocat, & appellat, canisquè munus explet,

Secundũ Mẽbrũ.

q Hiere. 29.

Quare Christus, orante Cananæa silet.

Simil.

Christus Cerua dicitur

ceruam Christum adoriens, capiens, & fermè tenens. Ità Christum
r Cantic. 2. Ceruum describit Spiritus sanctus in canticis per sponsam, dicens. r Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. Sicut enim
Cerui proprietates. ceruus velocissimus est in cursu: ita Christus ità velociter ad nostram concurrit operandam salutem, vt de illo cecinerit propheta regius. ſ Exultauit
ſ Psa. 18. vt gigas ad currendam viam: Ceruus per saltationes quasdam montes, & colles pertransit quoscumque. Ità Christus montes, qui adeò videbantur distantes, maternitatis, & virginitatis, vnica pertransiit saltatione simul. Vndè Spiritussanctus de illo. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Et sicut Ceruus virginibus delectatur: ità Christus de matre virgine nasci voluit. Ceruus etiam puerorum delectatur cantu:
t Psal. 8. ità Christus, vaticinante Dauide, t Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. Quare in diem palmarum Pueri Hebræorum portantes ramos oliuarum, cantabant dicentes. Benedictus, qui venit in nomine Domini Osanna in excelsis. Christus itaquè Ceruus, & similis est dilectus noster capreæ, hinnuloquè ceruorum idest, tenellus, & misericors, non habens cornua, non vngulas, vt lædat: sed carnem tantum, quam in verum tradere vult cibum; & pellem, qua peccata omnium protegat, in ara Crucis extensam. Et hinc est, quòd vel assimilatur hinnulo tenello, vel capreæ, vt in canticis, & in titulo Psalmi pro cerua dicitur matutina. Et alia littera legit Pro cerua Auroræ, quod valdè congruit his, quæ superius dicta sunt: quasi enim Aurora, vel diluculum, vel matutina Cerua, vel Cerua Auroræ aduenit Christus vt occurrat Cananeæ egredienti de Tyro, qui (vt superius prætractum est) afflictionem significat, & sydon venationem, & similiter Cananæa, ex eo, quia Christus in ortu Auroræ idest ab initio suæ natiuitatis se se obtulit quasi ceruum; & exhibuit venationi, vt ardens, & infatigabilis venatrix illum persequitur quousque assequatur, & indè venati sunt eum afflictionibus multis venientes de Tyro, & Chanaham idest, omnes peccatores. Sic Herodes statim natum venatur, & persequitur, Aegyptumque petere coegit: indè in Iudæam reuersus, itineribus, afflictionibus, & laboribus plenus, illi tetenderunt Iudæi laqueos mille, mille insidias, nec desliterunt quærentes, & venantes quousquè illum captum in crucem immolarunt. Nullus vmquam fuit Ceruus, contra quem tot insurrexerint venatores: alij enim parant retia insidiarum, alii laqueos falsarum accusationum, alii funes, lanternas alii, alii arma: dant voces alii conclamantes crucifige, crucifige more venatorum multorum: alii deniquè capiunt, ligant, verberant, ducunt, & deducunt; ità, vt dicere optimè potuerit per Da-
u Psa. 21. uidem. u Canes multi circumdederunt me. Inter alios autem venatores, vel canes nullus fortunatior, beatior nullus, quàm nostra mulier Cananæa, quæ humiliter patienter, & perseueranter canem se appellat, dicens.
Christus dissimulat, vt Cananæam perfectè orare doceat. Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, &c. O quàm optimos, quàm tibi salutares dat latratus. O quàm feliciter, quam fortunarate; nàm Christus ceruus non fugit; sed eam occurrit, & more inusitato dùm fugam simulat ipsemet sibi retia parat orationis, perseuerantiæ, aliarumque virtutum, quæ tendere docet Cananæam; venaticosque secum ducit: nempè Apostolos, qui cum Cananæa latrant, & venantur,

G tur, dicentes: Dimitte illam, quia clamat post nos, &c. Quid plura? Christus ipse modum tradit, quo illaqueari, & irretiri, vinci, & capi vult à Cananæa: ad hunc enim finem omnia sua dirigit responsa, & ad hunc finem eam sic incitat, excitat, & inuitat: &, vt ad perfectum dirigat, & ducat, primò non respondet: secundò reiicit eam tanquam non de suis ouibus, neque ad suum spectantem ouile. Tertiò canem appellat. Denique, vt perfectam reddidit, vt patientem, orantem, humilem, fidelem, perseuerantem perfecit, prorupit. O mulier magna est fides tua; fiat tibi sicut vis. Sic aliquando in musica primus Cantor magister Chori quatuor, quinque, vel octo, aliis concinentibus, expectat paucas, tacet, & silet: opportunissimè verò, vt perfectionem videt concentus, suam emittit vocem. Ita Christus Cananæam perseuerare vult canentem quousque opportunissimè suam perficit musicam voce, dicens. O mulier magna est fides tua, &c. Et ita cum omnibus agit orantibus: & si enim aliquando videatur non respondere, vel petita negare, illo differt fide, vt perseuerantes efficiat, & ad perfectum extollat concentum. Sic duabus existentibus citharis, quarum vna perfecto consistens temperamento, & concentu, aliaque altior; oportet illam, quæ toni est inferioris, extolli quousque ad perfectam perueniat consonantiam. Altissima porrò est Christi bonitas, & infinita perfectio: quare vt homo aliqualiter se illi coaptet, & perfectionet, cum suaptè natura sit infirmus, & infimus peccator, oportet illum valde eleuari, atque extolli Christi gratia, quod fieri nequit regulariter, nisi perseue-

Similit.

Similit.

H rantiæ virtute. Hac itaque ratione Christus Cananæam, & peccatores alios deducit, differt, cum eique moras trahit, vt perseuerantes reddat, &, perseuerantia mediante, perfectos; etsi penè aliquando deficere videantur, perfectioni tunc maximè proximant. Sic videbis aliquando musicum expertum cordam validissimè protrahere: ita, vt disrumpi eam arbitreris: musicus verò, qui eius nouit perfectionem, intrepidè hoc agit, quousque ad perfectum ducat. Ita Christus cum peccatoribus, etsi aliquando destitui videantur, & longiùs protrahi: attamen ille, qui corda nouit omnium, perfectos vult reddere perseuerantia media. Mundus equidem stultum reputat eum, qui pluries ab aliquo Principe repulsus iterum, atque iterum idem petit, & exposcit: quin & temerarium, & insolentem huiusmodi prædicaret hominem. Non ita cum Domino Deo nostro; sed pluries repulsi debemus iterum, atque iterum orare, iterum, atque iterum eandem repetere orationem: eo enim magis grati reddimur, magisque sumus accepti, & in gratia, quo magis perseuerantes petimus. Sic Propheta regius orandi magister. x Deus meus clamabo (inquit) per diem; & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi: quasi dicat. Si non exaudiet per diem, clamabo per noctem: & si non exaudiet per noctem, clamabo per diem: & ita perseuerabo quousque exaudiet. Et scio, quod non ad insipientiam mihi; sed ad impetrationem, & salutem. Quid plura? Hoc pro comperto habeat quilibet fidelis, quod si perseuerauerit orans, quidquid petierit, obtinebit, dicente Christo. aa Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et iterum attestante Dauide, gratiasque hac de re agente his verbis. bb Benedictus Dominus, qui non amouit orationem meam; & misericordiam suam a me. Ac, si expressè dicat. Etsi statim non exaudierit Deus ex eo gratias illi ago. Sitque benedictus in sæcula: quia non amo-

Similit.

x Psal. 21.

aa Matt. 10.

bb Psal. 65.

uit orationem meam: & misericordiam suam a me: sed perseuerantiam dedit orandi, quousque tandem per suam misericordiam exaudiuit me. Super quo Diuus Pater Augustinus ait. Si non est amota oratio, securus est, quòd nec misericordia: etsi non tibi constet; certum est tamen te semper exaudiri. Cum enim multoties ea, quæ minimè tibi sunt vtilia, petas; Deus effectum commutando petitionis, tibi vtilia, & salutaria elargitur: quod expresse docuit Patientissimus ille vir, dicens. cc Cum inuocantem exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam. Quibus in verbis se implicare, sibique met contradicere videtur sanctus vir, prima facie. Qui enim aliquem exaudit, & vocem eius exaudit, & econuerso. Nodus itaque soluitur ex præscripta iam doctrina, quòd videlicet Deus etsi multoties non exaudiat ad vocem, & ad votum: semper tamen exaudit ad vtilitatem, & salutem. Sic oranti Diuo Paulo pluries, vt ei stimulus auferretur carnis, non est auditus ad vocem, nec ad votum; quia non ei proderat ad salutem; sed tamen exauditus est ad rem sibi multo magis proficuam, & salutarem: nempe ad augmentum, & confirmationem gratiæ, dicente sibi Christo. dd Sufficit tibi Paule gratia mea. Sic innumeri quotidie petentes non ad vocem, & votum, sed ad salutem exaudiuntur. Et multoties ad vtrumque; dummodo perseuerent. Sola enim perseuerantia orantes coronat. Sic in summi Sacerdotis fimbriis ex diuina institutione mala ponebantur granata, quibus natura inseruit quasdam in flore coronas, vt disceremus solam perseuerãtiam in fine in fimbriis finem figuantibus coronam præstare victoriæ. Sic Dauid reportata de monstro giganteo victoria, nõ fundam, non lapides, sed gladium Goliath obtulit, & consecrauit in templo: nam vltimus fuit, quo in tali vsus est facinore, finisque victoriæ. Perseuerantia itaque orationis nihil est, quòd non possit adeò, vt fortissimus, & omnipotens Deus perseuerantiæ orationis vim sufferre nequiens, non alia via se liberare posse videtur, nisi, vt perseuerantiam auertat. ee Sic ad Hieremiam, Tu ergo (inquit) noli orare pro populo hoc: nec assumas pro eis laudem, & orationem: & non obsistas mihi. Quasi dicat. Si perseueraueris orando, non possum te non exaudire; sed me victum tibi tradere oportet. ff Sic ad Moysen, Dimitte me (dicebat) vt irascatur furor meus contra eos: & deleam eos. Quid ergo Deum ita valide impediebat? Moyses autem (inquit textus) orabat Dominum. Nil igitur potest Deus (sic decernente illo, qui non mutatur) contra orationis perseuerantiam. Sed pro huius conclusione sermonis sufficiat hodiernę mulieris Cananeę exemplum, quę toties repulsa, perseuerauit adhuc quousque tandem exaudita fuit. Etiam (inquit) Domine catella sum, & indigna; sed latrare non desinam orando quousque me exaudieris. Non me tanquam de tuis gregibus ouem, sed quasi vilem commendo catellam. Pastores optimi nedum oues pascunt suas, sed suos etiam canes. Tu es Pastor bonus: ergo me suscipe catellam tuam: nesciunt enim catelli mensam sui relinquere Domini. Sic neque ego possum tui relinquere mei Domini, & Pastoris mensam. Perseuerabo igitur semper te orando Dominum, & Pastorem meum. Quibus victus, o mulier (inquit Christus) fiat tibi sicut vis. Cuius exemplo perseueremus & nos orando certi, quod impetrabimus salutaria semper, & salutem denique æternam. Quod ita fiat. Amen.

[Margin: I; cc Iob. 9.; dd 2. Cor. 12.; Perseuerantia orãtes coronat.; K; ee Hier. 7; ff Exo. 32; L]

FERIA

FERIA VI. POST DOMINICAM primam Quadr. Concio LXIX.

Per piscinam pœnitentiæ sacramentum significari ostenditur; illiusque contra morbos omnes peccatorum saluberrima efficacia exponitur, ac qua ratione nos ad illud præparare debemus exponitur, lacrymisque præcipue operam dandam esse significatur.

ORPHEVS Thracius, Amphion Thebanus, & Arion Methymnæus maximæ fuere apud antiquos existimationis: & de illis mirabilia ad posterorum memoriam demandarunt, vt de Orpheo, quòd lapidibus dederit sensum, & suo intentos reddiderit lyræ sono, eodemque montes transtulerit, flumina sisti fecerit, arbores, & plantas euulserit, & mille talia. Quare de illo cecinit Poeta *a*

Te mœstæ volucres Orpheum, te turba ferarum
Te rigidi silices tua carmina sæpè sequutæ
Fleuerunt siluæ... *a Ouid. lib. 1.*

De Amphione verò similia canit Horatius, dicens. *b* *b Hora.*

Dictus, & Amphion Thebanæ conditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda.
Ducere quo vellet

De Arione verò scribunt Herodotus, & Plutarchus, quod cum Corinthum traiicere vellet, videretque sibi a nautis parari insidias nonnihil spatii ab eis sibi concedi postulauit, quo veluti Cygnus moriturus, suas caneret sibi exequias: quòd, cum impetrasset, in celsa puppi stans, carmen Orithim Diis marinis cecinit, quo Delphinum allexit, & attraxit, & in mare præcipitem se dans, a Delphino est exceptus, & ad Thenarum laconiæ promontorium peruectus. Hæc & similia tamquam conficta mendacia digne redarguit Clemens Alexandrinus: *e* miraturque gentium insaniam, quod talibus præstiterit fidem fabulis, & econtra tarditatem, & cęcitatem earumdem ad Christi credenda mysteria luce meridiana clariora reprehendit. Cedant itaq; tenebrę lumini, mendacia varitati, fabulę cedãt mysterijs, non Orpheus, non Amphion non Arion, sed Christus Dñs noster talia patrauit miracula: vt de ipso cecinit diuinus vates. *f* Et vocabitur nomen eius admirabilis, &c. Hic saxa mouit Hebræorum durissima, ex quibus gloriosam ædificaret Ierusalem. Vnde ad hoc alludens primum Hebræorum vocauit petram, dicens. *g* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Hic planctas transplanctauit Gentilium in Idolatriæ solo prius fundatas: & veri cultus fructibus respergens, sanctissimæ crucis inseruit arbori. Hic flumina sistere fecit carnalium concupiscentiarum. Hic montes, & colles ambitionis, & superbiæ in humilitatis transtulit planitiem, præcinente propheta. *h* Omnis mons, & collis humiliabitur. Hic vanos pellexit, & attraxit Philosophos quasi delphinos super vanæ Philosophiæ verticibus natantes, veræque sapientiæ aqua potauit. Quid plura? Hic est, qui

c Herod. lib. 1.
d Plutar. in simp.
e Oratione exhor. ad gētes.
f Isa. 3.
g Matth. 16.
h Isa 40.

potest

potest de lapidibus suscitare filios Abrahæ; vt sanctissimus ille Propheta, *i Luc. 3.* & plusquam Propheta, præcursor Domini de ipso Domino prædixit. *i* Hic denique est ille, qui legatis ab eodem Ioanne ad se missis hæc mandauit. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis: cęci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes A euangelizantur, &c. Quid mirum igitur, si hodie languidum sanat solo verbo, dicens illi. Surge, & ambula? Circa quod illustre miraculum etsi multa contineantur mysteria, quorum nonnulla superioribus annis attigimus: nos tamen solitæ studentes breuitati, duo ponderabimus. Primum quid Piscina designet. Secundum, quid infirmus agere debeat pro sui salute circa Piscinam.

Diuisio bimẽbr.

Primum Mẽbrum De primo, quod in veteri testamento omnia in figuris illi contigerint expressè docet Apostolica tuba, dicens. Omnia in figura contingebant illis: *K 1. Cor. 10.* quod concinnè expressit illud Aaronis prodigium, quo cęteris omnium sacerdotum in eodem statu permanentibus virgis, sola Aaronis virga in summum *l Nu. 17.* sacerdotem eligendi floruit, dicente scriptura. *l* Turgentibus gemmis, eruperunt flores, & foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Quod expressè (vt Abulensis exponit) significabat, quod omnes, & singulæ antiqui sacerdotii cęrimoniæ sacrificia omnia, per gemmas, flores, & folia significata, decidentibus omnibus illis, cessare penitus debebant, & in amygdalas, id est in fructus veritatis, & sacerdotii Christi in æternum manentis, & sacrificiorum noui testamenti commutari; sic hodierna piscina, inter multa, quæ significare potuit sacramenta pęnitentiæ sacramẽtum non incongruè expressit. Per quod, tamquam per secundam naufragii tabulam, vt concilia, & patres loquuntur, omnes saluantur peccatores: & tamquam per secundum regenerationis lauacrum omnes peccatorum eluuntur maculæ. Quo remedio salutari antiqua carebat synagoga; in quorum typo Moyses *m* primum vas fecit Æneũ cum basi sua de speculis mulierum, in quibus vtique speculis antequam offerret sacrificium sacerdos sese inspiciebat, an aliqua ex parte macula esset respersus. At nulla ibi existebat aqua pro maculis eluendis. Poterat igitur sacerdos maculas quidem videre; sed eas minimè abluere. Salomon *n* vero in templo, quod Mosayco tabernaculo in omnibus correspondebat, mare fecit Æneum fusile decem cubitis a labio vsque ad labium rotundum per circuitum, &c. & infra inquit sacer textus, quod capiebat tria millia metretas. Fecit quoque conchas decem; & posuit quinque a dextris, & B quinque a sinistris, vt lauarent in eis omnia, quæ in holocaustum oblata erant. Porrò in mari sacerdotes lauabantur. Hoc igitur distabat mare a Salomone confectum, a labio Æneo confecto à Moyse: quod in illo Mosayco solum conspici poterant maculæ: in illo vero Salomonis etiam lauari. Ex quibus clarè constat, quòd in lege veteri non poterant homines per sacerdotum ministerium a peccatorum maculis lauari. Solum enim habebat specula sine aqua. Per legem enim solum cognoscebantur: non autem dimittebantur peccata, dicente Apostolo. *o* Non cognoui peccatum, nisi per legem. Mare verò Salomonis, qui in omnibus typum gessit Christi, nouumque respiciebat testamentum aqua redundabat ad maculas abluendas: nam Pœnitentiæ sacramentum a sacerdotibus nostris administratum nedum peccatorum maculas dignoscit; sed eas abluit, & abstergit: & idcircò mare illud imposuit Salomon super duodecim boues ad qua-

Per pisci nam sacramentum pœnitentiæ designatur.

m Exod. 38.

n 3. Par. 4.

o Rom. 7.

quatuor orbis partes proportionatè respicientes terni,& terni; nam per duodecim Apostolos in vniuerso terrarum orbe prædicatum est Pœnitētiæ sacramentum, vt præcinit Propheta, dicens. *p* In omnem terram exiuit sonus corum:& in fines orbis terræ verba eorum. Præterea mare illud posuit Salomon in latere templi: nam de latere Christi, cuius templum Salomonis typũ gerebat, fluxerunt sacramenta, vt Patres loquuntur. Piscina itaq; vt eo reuertatur, vnde digressus est sermo noster, Pœnitentiæ sacramentum designabat. nam, sicut in illa sanabantur infirmi a quacumque detinerentur infirmitate. *p Psa. 18.*

C Sic per Pœnitentiæ sacramentum iustificantur peccatores a quacumque detineantur peccati macula. Et sicut populo illi hæbraico tempore Christi nil remanserat ex antiquis priuilegiis, nisi sola Piscina tanto illustris miraculo. Sic post baptismum nullum est aliud peccantibus, remedium, nisi Piscina sacramenti Pœnitentię. Quod concinnè satis exprimitur per illud, quod actum est in populo Israel de Ægypto exeunte,& ad promissionis terram properāte *q* Nam postquam exploratores asportarunt de promissionis terra palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri,& narrauerunt quo modo terra illa flueret lacte, & melle; tamen populus murmurauit contra Moysem, & Aaron. Vnde (vt notat Gregorius Nissenus, *r*) cepit iterum populus laborare siti eo, quod repromissionis bona desperasset. Vndè (subdit Nissenus) Moyses rursus per lapidem inundare aquis heremum fecit. Mouet igitur quęstionem, quare opus fuerint iterum lapidem percutere per desertum reuertētes, vnde discesserant:& non magis perrexerunt ad duodecim propinquos fontes & septuaginta dudum inuentas palmas? Soluit Nissenus. Quia fontes baptismum significabant irreiterabile prorsus: lapis verò iterum percussus, pœnitentię designabat sacramentum; quod millies reiterari potest. Hinc non ad propinquiores fontes recurrunt. Sed ad longe distantem veniunt lapidē. In hoc igitur etsi durior Pœnitentia per lapidem signata excedit baptismum demonstratum per fontes: quia Pœnitentia millies reiterari potest. Vnde subdit Gregorius Nissenus. Quæ res quantum, qualeque sit Pœnitentiæ sacramentum docet; nam qui postquam semel biberunt e lapide, quamuis ad ventrem, & Ægyptias voluptates lapsi bonorum priuatione, ac doloris perpessione in deserto condemnentur: possunt tamen virtute Pœnitentiæ lapidem, quem dereliquerunt, inuenire; at non
q nu. 13. *r In vita Moysi.* Quare Moyses lapidem percussit vt aquas populo daret, & nō adijt potius fontes pximos.

D fontes, quos delinquendo obserarunt, pœnitendo reserare. Gratias igitur innumeras fratres Deo agamus; qui ob suam inexplicabilem, & infinitam bonitatem non semel tantum; sed iterum, atque iterum in Piscinæ Pœnitentiæ sacramentum ingredi possumus, & mundari, & lauari a quacumque detineamur diuturna peccatorum infirmitate. O ingratos nos, o nos perditos, si ad illam recurrere (vt par est) renuamus.

Sed forsan remoratur, quod modum ignoramus, quomodo salutaris hæc Pœnitentiæ Piscina sacramentalis nobis est applicanda. Secundò igitur loco quid infirmus explere debeat perpendamus. In quo illud statuendum firmissimè, quod nullus hoc salutari gaudere potest remedio, nisi a peccatorum dolore,& contritione principium sumat. Cuius apertissimum signum extant lacrymæ: nam, quemadmodum bellorum periti eo vtuntur stratagemmate, vt inimicorum pulueres, quibus vtuntur inimici ad incendenda muralia tormenta, aqua infundendo reddant ineptos, & incapaces ignis. sic ira Dei de proximo accendenda in nostram euersionem nō in alus, *Secundũ Membrũ* *Lacrymæ contritionis signum. Similit.*

quam

f Gen.3. quam nostræ carnis pulueribus, quibus dictum est, *f* quod puluis sumus, & in puluerem reuertemur. Hi pulueres prorsus lacrymarū aquis irrigandi, nè ignis irę Dei, & Dei vindictę in illis accendatur. Sic de proximo accendenda
t 4. Reg. 20. ira Dei in Ezechiā *t* regem, vnica effusa lacryma, extincta est, dicente Deo. Vidi lacrymam tuam. O lacrymarum vim: vnica enim lacryma totam Dei restinguit irę flammam: in cuius rei comprobationem si Ethnica fas est sacris tingere limphis illud aduci potest, quod narrant de Alexandro magno historię: nam, cum Antipater contra ipsius Alexandri matrem multa per Epistolam scripsisset ad Alexandrum, ipse, lecta Epistola, in hæc prorupit verba. Ignorare videtur Antipater, quod vna matris lacryma multas delebit Epistolas: quod, si de homine ad iram, & ad vindictam prono illud verificatur: quanto magis Deus Optimus maximus infinita præditus clementia, & bonitate vnica flectetur peccatorum lacryma? Quare de illis, qui vel diffidunt, vel E quauis de causa differunt pęnitentiam, illud Alexandri vsurpare possumus. Ignorare videntur isti, quod vna peccatorum lacryma multa, & innumera delebit peccata. Vidi (inquit ad Ezechiam) lacrymam tuam, Quasi dicat. Et
u 7. de animalib. per eam tua deleui peccata. Illud vero discrimen lacrymarum afferri potest, quod affert Aristoteles *u* de Aquis fontium, & fluuium comparatis ad pluuias: inquit enim ꝙ in irrigandis viridariis, & planctis quibuscunque admodum minoris virtutis aquæ fontium, & fluuiorum existunt, quam ipsa pluuia cęlitus immissa. Ita lacrymę, quæ de terra ortum ducunt, id est quæ aliqua temporali de causa vel ob inferni timorem sparguntur longe minoris existūt virtutis, quam lacrymæ, quæ ob desiderium cœlestis patriæ, vel ob Dei effunduntur amorem; vt quasi aqua cęlitus demissa, dicente de huiusmodi lacrymis propheta. *x* Et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen
x Ps 148 Domini. *aa* Hinc Deus optimus maximus, vt ad cœlum respice-
aa Num. 21. rent pęnitentes, vnde salubre omne prouenit remedium pro vulneratis a serpentibus æneum serpentem in altum suspendi fecit; & posuit eum pro signo, quem cum a serpentibus perculsi aspicerent, sanabantur. Vbi Gregorius Nissenus perbelle dubitat. Quare non potius non abstulit Deus ignitos illos serpentes, ob quorum plagas multi peritrunt: sed potiùs in altum sustulit serpentem pro remedio? Soluit dicens. Vt cœlum versus aspicerent, & è cęlo sibi omnem parari medicinam salutarem agnoscerent ita, vt quoties a serpentibus percussi fuerint, toties oculos in altum tollerent ad cęlum ad salutem sibi parandam. Ex quo, enim pronus erat populus ille terram, & terrena respicere semper; noluit Deus auferre serpentes, vt ex illorum ictibus, & percussionibus cęlum respicere conarentur: nam, vt optimus quidam Medicus (ait Nissenus) ad morborum genera curam habet paratam. Quid verò Serpens designabat æneus? Non nisi Christum in cruce, ad quem respicere oportet pęnitentes, vt indè cęlitus ob Christi amorem emittant lacrymas salutares, illud explentes, quod canit Ecclesia. F

Quicunque Christum quæritis,
Oculos in altum tollite:
Illic licebit visere
Signum perrennis gloriæ.

Verè signum salutare, signum efficax, & gratiæ in præsenti conferendæ, & gloriæ in futuro verè pœnitentibus exhibendæ. Oculos ergò ad hoc leuare

uare

uari signũ supra crucẽ in altum positum quicũque Christum per pœnitentiæ lacrymas quæritis: nam, cũ ex D. Hieronymo, *bb* Aqua piscinæ Ierosolymitanæ cõmixta esset hostiarũ, & sacrificiorum sanguine. Sic pœnitentiũ lacrymæ inniti debent, & immisceri sacrificij sacrificiorũ sanguine; nẽpè Christi pro nobis in ara crucis immolati: tunc n. certam, & infallibilem obtinent lachrymæ vim, & virtutem illius agni immaculati, & pro nobis immolati sanguine commixtæ, *cc* qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quare in huius typo, & figura ordinauerat Deus, *dd* vt pro mũdatione leprosi passer interficeretur, eiusque sanguis in vase fictili poneretur. Quid verò passer, nisi Christum, designat solum, & solitarium pro mundi redemptione immolandum? Vt de ipso prædixerat Propheta. *ee* Factus sum sicut passer solitarius in tecto. Huius igitur passeris mystici sanguis in vase fictili magna cum diligentia reponendus. i. in homine, qui est vas fictile: nam a primordio de limo terræ formatus. Sanguinem igitur Christi omninò applicare est necesse, lachrymasque commiscere alias vel prorsus inutiles lachrymæ, vel non valdè vtiles. Quomodo verò, & qua ratione educendæ? firmissimo, ac fortissimo non amplius peccandi proposito. Aliàs frustra nititur pœnitẽs, quòd pulchras per metaphoras docuit Spiritus sanctus dicẽs. *ff* Soror nostra paruula est: & vbera non habet. i. firmũ non tenet pectoris propositũ, amplius nõ peccandi. Quid igitur agẽdum est cum tali remissè pœnitente? Quid faciemus (inquit) sorori nostræ in die, quãdò alloquenda est, s. a Confessore in sacramento pœnitẽtiæ? Respõdet. Si Ostiũ est, cõpingamus illud tabulis cedrinis. i. si in occasionibus vult permanere peccatorũ, designatis per portas, per quas ingreditur, & regreditur peccator, peccata perpetrando, cõpingamus talẽ peccatorem o patres, & sacerdotes tabulis cedrinis. i. hortationibus, reprehẽsionibus, & suasionibus illũ a peccatis pro posse retrahamus p tabulas cedrinas designatis: cæterũ ab sq; absolutione dimittamus; nã absolutionis incapacẽ se reddit quicũq; talis. Si verò (inquit Spiritus sanctus) murus est, ædificemus propugnacula argentea. i. si pœnitẽs firmũ, atq; constans habet ampliùs nõ peccandi propositũ, propugnacula ædificemus argentea, nẽpè gratia diuina illum vndiquè protectum, & munitum reddamus, sacramenti virtute, dicẽtes, Absoluo te, &c. Vnde mag. s sese explicãs, ibidem Spiritus sanctus ait. Ego murus, & vbera mea sicut turris. i. firmissimum, & constantissimum habeo quasi turrem inexpugnabilem amplius nõ peccandi propositum. Quid igitur sequitur inde in tali pœnitente? Ex quo (inquit) facta sum coram eo. i. coram sacerdote absoluente, quasi pacem reperiens scilicet per absolutionem sacramentalẽ, & sacramenti virtutẽ. Firmũ itaq; est (omniũ patrum, ac theologorum consensu) diuinum decretũ nullatenus indulgendi peccatoribus, qui firmum suon habent ampliùs non peccandi decretum. Sed remi...um tepidum, & multoties nullum, de quibus ait propheta, *gg* sub nomine Ephraim. Ephraim factus est Ephraim subcinericius panis, qui non reuertatur: comederunt alieni robur eius: non peccatores, qui sacramentũ frequentant pœnitẽtiæ sine proposito corrigẽdi vitã, & semper, atque iterum in eadẽ recidiuãtes peccata, sunt sicut panis subcinericius, qui ex vna parte cineres tangendo crudus remanet: ex alia verò prunas angendo ignitas exuritur; & sic ex vtraque parte fit inutilis. Sic tales ex vna parte erudescunt semper in peccatis, & iniquitatibus immersi: ex alia vero sacram irreuerenter suscipiendo, & indignè, flammam viæ diuinæ

bb lib. de locis hebraicis.

cc Apoc. 1

dd Deut. 14.

ee Ps. 101

ff Cant. 8

Quid agendum cum pœnitente.

In peccato perseuerantibus non remittitur peccatum.

gg Ose. 7.

uinæ sibi coagmentant. Vndè hoc totum? Quia (inquit) non reuersantur. Est nè igitur adeò difficile reuersare panem super prunas? Dico vobis fratres, magis est facilè reuersare propositum, & ex proposito peccandi reuersari, & conuerti per propositum ampliùs non peccandi. O miserrimos Ephraim, qui reuersari nescitis; sed super peccatorum prunas obstinati manetis, ac si super florentes maneretis rosas. Hinc alieni comedent robur vestrum. O deflendam, & inexplicabilem miseriam: quod comeditur, in carnem, sanguinem, & substantiam conuertitur comedentis. At (inquit Propheta) comedent alieni robur eius. Quid alieni demum; nisi dæmones, designant? Qui tale, ac tantum supra huiusmodi peccatores captant dominium, vt quoad mores, & vita in dæmonum obstinationem, cæcitatem, & malitiam penitùs eos conuertant: ac si cibi in sanguinem, carnem, idest substantiam, (vt ità dicamus) comedentium dæmonum conuersi essent. Magnam itaquè fratres considerate pęnitentiæ sacramenti Piscinam: magnamque eius ponderate virtutem ex magna Dei misericordia prouenientem. Magnum igitur coaptate ampliùs non peccandi propositum; & cum magno illo pęnitentium exemplari, certi, quòd veniam omnium impetrabitis peccatorum: magna exclamate voce, dicentes. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, quam vnicuique vestrum concedat Deus. Ite in pace. Amen.

Epilog.

DOMINICA SECVNDA Quadragesimæ. Concio LXX.

Christus mirifica sua transfiguratione nobis aperire voluit partem gloriæ suæ, & ad hoc quasi testator septem adhibet testes, vt firma, atque immutabilis ipsius voluntas appareat: ac de gloria hominibus promissa sermo habetur.

Celebri, atque solemni loco dominus noster hodiè testamentum suum, quod nuncupatiuum appellant, posteris aperiendum condit, more maiorũ principum, seu rem consignatum testibus: nàm supra montem Thabor testari volens, septem eminentes conuocat testes; nempè de cęlis paternam vocem, dicentem. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipsum audite, &c. De aere nubẽ; Et ecce nubes lucida obũbrauit eos, &c. Per quam Angelicum designabatur adstans testimoniũ. Ex veteri testamento, defunctum Moyse: nempè ipsius animã in assumpto corpore: & viuentem Eliam. Et eccè Moyses, & Elia apparruerunt eis, &c. Ex nouo deniquè tres insigniores Apostolos. Et assumpsit Petrum, & Iacobum, & Iohannem, &c. Septem igitur testes, Deus pater, Angelus, Moyses, Elias, Petrus, Iacobus, & Ioannes. Qui omnes, & singuli suũ apposuerunt quasi sigillum secretum, vt non aperiretur testamentum, nisi

nisi post ipsius testatoris mortem ex ipsius testatoris voluntate, & præcepto, dicentis. Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Qua seruata secreti fide post Christi mortem, & resurrectionem testamento aperto, & in totum terrarum orbem diuulgato eius nobis recurrit singulis annis celebris, eius voluntas,& læta memoria;quia Iesus transfiguratus est,& resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta eius facta sunt alba sicut nix, &c. Quo in testamento etsi multa nobis hæredibus tum collata, tum conferenda contineantur: non tamen omnia percurremus; sed solū quædam ad corpus nostrum pertinentia: quædam verò ad hominem totum in anima,& corpore consistentem. Diuis. bimemb.

1 Memb.

De primo certum est, quòd hac celebri actione Christus Dominus noster eas ostendere voluit in suo corpore dotes, & quasi per testamentum legare irreuocabiliter, & infallibiliter: quibus ornari debent corpora nostra. Sic asseruit diuus Paulus. *a* Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum,qui reformabit corpus humanitatis nostræ,cōfiguratum corpori claritatis suæ; vbi expressè docet,quòd in transfiguratione ostendit illa Dominus noster in suo corpore,ad quæ reformabit corpus nostrum nunc passibile, ac mortale, quod ideò appellat Apostolus corpus humilitatis. Et hoc desiderium, vt corpus nostrum ad charitatem corporis Christi reformetur adeò intimum ardens, & intensum in nobis vigere ait alibi Apostolus, quod talibus vtitur verbis. *b* Intra nos gemimus adoptionem filiorum,expectantes redemptionem corporis nostri.Siquidem Christus in primo suo aduentu nos liberauit quo ad animam illam a peccato,& a potestate demonis, & mortis æternæ liberando,& patria cęlesti dignam efficiendo, seruatis debitis medijs: reliquit autem corpus, corpus humilitatis; nempè ijsdem repletum miserijs,quas propter peccatum primi parentis incurrerat, Quarum præcipua est mors,idest,corporis corruptio,& in puluerem,& terram reductio,pro quo redimendo, & ad incorruptibilitatē, & claritatem reducendo secundus fiet Christi aduentus.Interim hæc in suo corpore in gloriosa trāsfiguratione ostendit, vt spem eleuet nostram ad futuram corporum nostrorum gloriam,quam suo testamēto nobis relinquit sperādum.Spes igitur est, qua nunc viuimus. Et sicut antiqui minotaurum pinxerunt carceribus mancipatum,vel potius intra laberinthum conclusum, quemadmodū descripsit illum Dedalus.Digitum super os tenentē,& in altera manu pugillum tritici ac seminantem tali cum inscriptione.In silentio,& spe.Ac,si dicere vellent, quod colonus,agrique cultor in sola spe laborat.Sic diuus Paulus ait, *c* Qui arat,in spe debet arare.Sic nos in isto corpore sumus quasi in quodam laberintho inexplicabilibus interclusus tramitibus,sibi inuicē obuersantibus corporis sensibus,& rationi contra nitentibus. Homo verò iustus hoc in laberintho descripti minotauri munus explens in silentio, & spe seminare debet. Seminatur autem (inquit) corpus animale: surget autem spirituale:nam corpus in sepultura reconditum, & seminatum corrumpitur, & in puluerē reducitur. Indè verò immortale,& gloriosum resurget,& sicut minotaurus ex parte superiori hominis habet speciem; ex parte verò inferiori Bestiam refert. Sic homo ex parte superiori: nempè animæ, statim immortalitatem, & gloriam consequitur, si decidat in gratia. Ex parte verò inferiori quasi animal brutum seminatur corpus,resurrectionis futuræ,repromissæque hæreditatis ex Christi testamento nititur vita nostra vniuersa; nam post primi

Marginalia: *a* Phili. 3. — *b* Rom. 8. — A — Mors primi nostri corporis miseria. — Simili. — *c* 1. Cor. 9. — B

parentis lapsum corpus quidem nostrum corrumpi, & destrui videmus; & sola nobis remanet spes resurgendi. Omnes verò nostras miserias indè ortum duxisse, pulchram per fabulam descripserunt antiqui. Dixerunt enim a Dijs pulcherrimam formatam mulierem a primordio, quàm appellarunt Pandoram: quòd in lingua nostra sonat omnium bonorum aggregationem: ei namquè dixerunt a Ioue traditum primum esse, a Pallade fortitudinem, pulchritudinem a Venere, ab Apolline musicam a Mercurio prudentiam, & sic omnium bonorum aggregationem. Cuius curæ duo magna commiserunt dolia, quorum alterum omnibus affluebat bonis: alterum omnibus redundabat malis: mulierique præceptum fuisse a Dijs, vt nullatenus malorum vas adaperiret: nam totum obruisset mundum calamitatibus, & miserijs; ipsa verò curiosa, & inobediens adaperuit statim malorum vas; & in totum diffudit orbem terrarum omnia, quæ nunc tenemus, mala. Permiserunt autem Dij coruum in os aperti dolij se se immisisse; quod Symbolum habebat spei: coruus enim semper clamat cras cras, vt spem rei futuræ indicet; vt indicarent nil aliud boni remansisse mortalibus, nisi solam spem. Hæc antiquorum fabula. Qui (nescio, quo spiritu ducti) veritatem adumbrarunt Christianæ fidei de creatione, atque progressu primæ nostræ matris Euæ, quam pulcherrimam formauit Deus. Cui etiam omnia contulit bona, & ornamenta: ita, vt congruè Pandora dici potuerit, idest, omnium bonorum aggregatio. Quamquam verò vnus, & idem Deus hæc omnia illi contulerit: appropriatè tamen Deus Pater fortitudinem illi contulit sapientiam filius, Bonitatem Spiritus sanctus, Angeli amicitiam, & familiaritatem, elementa delectationem, solatium Paradisus terrestris, animalia obedientiam; & denique Deus illi præcepit, duabus propositis arboribus, vt nullatenus de arbore scientiæ boni, & mali comederet, aliàs mundum destruxisset. Illa verò inobediens, & curiosa comedit: *d* deditque viro suo, & comedit. Et sic malorum omnium adaperuit dolium. Hinc illæ voces. *e* Caro concupiscit aduersus spiritum. Et iterum. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Et iterum. *f* Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Et illæ; *g* Regnum aduersus regnum, & gens aduersus gentem, & pæstilentiæ magnæ, fames, terroresque de cęlo, & signa magna, & cetera huiusmodi; quæ adeò prostrarunt, & humiliarunt hominem, vt re vera dicere potuerit Apostolus. Corpus humilitatis nostræ. Quid ad hæc Deus optimus maximus? Coruum misit: nempè solam spem: Et in spe seminamus. Sic dixit dæmoni statim de victoria insolenti, & iamiam triumphare volenti. Ipsum conteret caput tuum, idest, semen istius mulieris serpens antique te conteret, & constringet, idest, filius de huius mulieris stirpe nasciturus, nempè Christus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ in secundo suo aduentu, cùm iam reformarit animas in primo. Cuius reformationis corporis normam tradit hodiè. Et quasi per testamentum repromittit iure legati. Qua in spe tanti testatoris fide certissime viuimus, vti nobis testati fuere, qui affuere testes, Petrus, Ioannes, & Iacobus: qui audacter in toto terrarum postea declamarunt orbe. *h* Quod vidimus, quod audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ: hoc dicimus, & annunciamus vobis. Viderunt enim illi propriis oculis Christi gloriam in monte Thabor. *i* Sic semper Deus cum his, quos gloriæ suæ

Marginalia: Pandora quæ fuerit. — Ceruus symbolũ spei. — *d* Gen. 3. — *e* Rom. 7. — *f* Sap. 9. — *g* Luc. 21. — *h* 1. Ioa. 1. — B — C — D — i

suæ singulares adhibuit testes. *i* Sic Moysi suam ostendit gloriam in Sinaï Monte, populo duræ ceruicis testem, & legatum illum constituens. Sic septuaginta seniores, quos in auxilium sibi adsciuerat Moyses, gloriam Dei uidere fecit, *K* vt indè tantæ rei testes existerent. Sic antequàm Isaiam dirigeret ad prædicandum, ostendit illi gloriam suam, vt ipsemet fatetur Isaias dicens. *l* Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & plena erat omnis terra maiestate eius, &c. Nam testem populo Israel eum designabat. His omnibus gloriam suam ostendit Deus, vt constantiores, firmiores, & magis intrepidos fidei suæ prædicandæ redderet testes. Sic hodiè cùm futuram corporum gloriam in vniuerso prorsus orbe annunciari, prædicari, testificari, & credi vellet sui corporis gloriam fidelissimis, constantissimisque testibus ostendere voluit. Quasi diceret. Non vos terreat totius mundi potentia: nolite timere illos, qui occidunt corpus; nàm corpora vestra, & omnium eorum, qui hac de re testificationi vestræ fidem præbuerint, in hanc eandem, quam vos videtis modo, reformabuntur gloriam. Ego sum, qui fallere nequeo, nec decipere valeo, qui hoc vobis testamento repromitto meo, & in meo ipso prius ostendo corpore, vt vos firmiores, ac certiores reddam: & vos certiores, & firmiores in spe futuræ corporum gloriæ vestros reddatis auditores. Sed quia testamentum est nemini dixeritis hanc visionem, & corporum futuram gloriam, donec a mortuis resurgat filius hominis, qui hanc vobis ostendit, & repromittit gloriam.

i Exo. 19. *K Exo. 24* *l Isa. 6.*

Quare Deus suã ostẽdit gloriã in transfiguratione.

Et non solùm corporis, sed etiam hominis totius futuræ gloriæ, validissimum fuit argumentum huiusmodi Christi gloriosa transfiguratio. Namquè anima Christi a suæ conceptionis instanti, omnium Theologorum consensu beatissima fuit semper, facto verò miraculo, non redundabat in corpus, illud mortale, ac passibile derelinquens. Quare in gloriosa transfiguratione destitit Christus ab antiquo miraculo, dimittens beatitudinis gloriã in corpus, nouo effecto miraculo: nempè; vt corpus adhuc passibile per modum transeuntis, beatitudinis gloriam participaret. Cùm igitur de ipsius animæ gloria, tanquàm a fonte primario, in corpus redundaret beatitudinis dotes, totum hominẽ beatum, & glorificatum ostendit Christus, omnia testamento firmare volens, quæ ad ipsius hominis beatitudinem, & gloriam pertinerent. Erant enim homines, & in animam, & in corpore penitùs euersi, & perditi: neque releuari poterant, nisi per Christum: cuius releuationis, & exaltationis nullũ aliud in tota sua vita expressius, & magnificentius argumentum, & signum dedit Christus, quàm in hac celeberrima transfiguratione in monte Thabòr præostensa: quod sub obscuris verbis ostendit propheta, dicens. *m* Quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor: & victimas declinastis in profundum; & ego eruditor omnium eorum. Vbi tangit omnes homines colligatos mortis, & dæmonis laqueis, & quasi rete comprehensos, & in profundum ruinarum demersos. Introducit deniquè Christum eos subleuantem, & exaltantem super montem Thabór, dum concludit. Et ego eruditor omnium eorum. Super montem Thabor intellige: nàm ex eo, quod in seipso gloriam ostendit beatitudinis, erudiuit Apostolos, & per ipsos vniuersum terrarũ orbẽ. Hoc verò magis expressit Isaias, quasi declarans Oseam, dicens. *n* Et faciet Dominus

Secundũ memb.

m Ose. 5. *n Isa. 25.*

minus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos: & telam, quam orditus est, super omnes nationes. Et præcipitabit mortem in sempiternum. Vbi expresse per conuiuium pinguium, & conuiuium vindemiæ intelligit beatitudinem, & gloriam hominum in anima, & corpore, & alludit ad primum conuiuium paratum a diabolo primis parentibus, in quo colligauit faciem, & oculos ipsorum, & omnium descendentium: & orditus est telam tam latam, & longam, vt omnium faciem, & oculos velarit: ita, vt nullus discernat, & cognoscat conuiuia deliciarum, libidinum, & censuum, quæ parat quotidie mundum sequentibus; quibus illaqueat, & colligat omnes peccatores, contra quæ omnia (inquit propheta) quod Christus faciet in monte Thabor conuiuium pinguium medullatorum, & conuiuium vindemiæ defęcatæ, idest gloriam ostendet beatitudinis, quæ aggregatio erit omnium bonorum sine aliquo malo, sine malorum fęce. Conuiuia huius vitæ quæcunque suam semper habent fęcem: nulla.n. est consolatio sine aliqua mæstitiæ fęce. Si enim sint diuitiæ adest fęx continuis stimulis tum illas augendi, tum conseruandi, si sint ebrietates, & crapulæ, statim adest fęx, doloris capitis, vel stomachi grauedinis; si nimię sensualitates, statim adest fęx varij languoris. Si honores mundani, statim adsunt fęces periculorum, & inuidiæ, & sic de singulis huius vitæ bonis. Sola beatitudo, & gloria futura sine quacunque fęce penitus erit; quia conuiuiū vindemiæ defęcatæ. Similiter erit cōuiuium pinguium medullatorum, idest sine ossium duritie. Non sic in præsenti uita, vbi nulla potest aptari caro, quę suum non habeat os, vt nostrum etiam dicit vulgatum prouerbium, idest nulla caro sine osse; quia nulla penitus consolatio, sine labore aliquo, & aliqua erumna; sola æterna gloria conuiuium habet pinguium medullatorū.i. plenam lætitiam, exclusa penitus omni ærumna, labore omni excluso: extrinsecus quidem in hac vita multa se offerunt, quæ apparent vndequaque bona; sed, si tangas, si immergaris, statim ossa persenties laboriosa, & fastidio plena. Quin illa, quæ nunc apparent extrinsecus arida ossa, & sicca, illam continent medullam suauissimam, ex qua beatis conuiuium conficitur medullatorum per quam suaue. Sic Paupertas voluntaria, persecutio patienter propter iustitiam tolerata, virginitas, castitas, continentia sanctè culta, ieiunia, suspiria, lacrymæ, disciplinæ, vigiliæ, cæteraque asperrimæ pęnitentiæ ossa quidem apparent extrinsecus arida, & sicca, ærumna, fastidio, & labore plena; sed intrinsecus continent medullam suauitatis inexplicabilis futuræ gloriæ, de qua inquit Propheta. Quod faciet Dn̄s conuiuiū pinguiū medullatorū. O quā gloriosum triumphum pariet os aridū extrinsecus martyrij? O quàm perennē vitā pariet mors talis? O quantam suauitatem parient ossa Pęnitentiæ? O qualē delectationē pariet laboriosum os castitatis, vel Virginitatis? Et denique, vt concludamus ex talibus virtutis, & religionis ossibus faciet Dominus conuiuium pinguium medullatorum sine osse vllo, idest parabit totius consolationis gloriam, & beatitudinem sine vllo penitus dolore. Conuiuium autem hoc (inquit) faciet in montem. Vnde super monte Thabor quasi testatoris munus explens tantæ gloriæ firmum, & irreuocabile septem signatum testium sigillis, testatorisque morte confir-

[Margin notes: Quid intelligatur per cōuiuium pinguium, & vindemiæ. — Cōuiuia mūdi suā habēt fęcem. G — Nulla caro sine osse. H]

confirmatum post eiusdem mortem aperiendum, confecit instrumentum. Quid enim aliud mons designat, nisi testatoris constantiam, infallibilitatem, & firmitatem, & inconcussam irreuocabilitatem? dicente propheta. *o* Qui confidunt in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem. Quod aliter expressit Isaias dicens. Et præcipitabit dominus in monte isto mortem in sempiternum. Ac, si dicat. Ità irreuocabiliter vitam gloriosam, & beatam per suum testamentum largietur Christus, quòd irreuocabiliter in æternum stabit, & mors præcipitabitur in æternũ: Alludit autem perpulchrè propheta ad illud, quod communiter describitur, & pingitur de morte: nempè quòd sit anathomia quædam ossium omnium simul iunctorum sine carne aliqua, & sine pelle; quam, si gladijs, vel ense tentaueris, nullum afferres nocumentum; quia non tenet carnem, quam vulneres, vel ferias. Ideò (inquit) præcipitabit mortem. Quasi dicat, in puluerem reducet, & in cinerem, & in nihilum, auertendo omnia, & singula ossium mala, ea præcipitando in sempiternum abissum, & præcipitium; vt indè numquam possit ad altitudinem mõtis beatitudinis pertingere. Quod innuit alibi Spiritus sanctus dicens per suum secretarium Ioannem. *p* Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, &c. Vbi describit ex parte beatorũ gloriam: nàm dicit ciuitatem illam celeberrimam esse; quia duodecim millia possidebit status; Amplissimam; quia tàm longa, quam lata; nàm in quadro posita; fortissimam, quia murus ex lapide Iaspide; ditissimam, quia tota ciuitas ex auro mundo: splendentissimam; nam aurum simile vitro limpido, & mundo: Ornatissimam: nam & fundamenta ex duodecim pretiosis lapidibus; & portæ duodecim ex duodecim margaritis elaboratæ; & platea latissima ex auro simili vitro splendenti. Denique omnium bonorum aggregatione perfectam: quia in illa nullum extabat templum; sed pro templo D.O.M. summum, & infinitum bonum. Nec solem, aut lunam, quæ illam illuminarent, habebat: sed lucerna eius est agnus candidus immaculatus, lux mundi, lux de luce, infinita lux; qui omnium peccatorum tenebras tulit, & depulit. O ter, quaterque beatam ciuitatem Ierusalem super magno, & alto diuini, & inconcussi decreti monte fabricatã in æternum. Nullus est mons, qui talem habeat firmitatem, & fundamentum inconcussum; quia diuini decreti in æternum incommutabilis firmitate gaudet; non sol suo leuissimo circumgirat cursu montem istum gloriæ, non luna suas ibi agit vices, & mutationes: non tempora mutantur: non dies voluuntur, & noctes; sed totum firmum, stabile, sine mutatione durabile, æternum: nec enim esset gloria, nec beatitudo, nisi in alto, & magno consisteret perpetuitatis, atque æternitatis monte. Solus enim timor, quòd beatitudo aliquando posset finiri, & terminari; & gloria illa extingui aliquando, infelicem, & ingloriam redderet felicitatem talem, & talem gloriam. Ideò super montem Thabor eam ostendit Christus super monte videt illam Isaias, ac describit sub conuiuij, & vindemiæ metaphoris. Illam deniquè vidit Ioannes super montem magnum, & altum, vt perpetuitatem, & firmitatem eius ostenderent. Vt quid ergò nos temporales, & caduci, qui sub hoc lunæ orbe tantas patimur mutationes: experimur inconstantias tantas; qui tot sustinemus corporis mala; quos ærumnæ tot vndiquè circumdant non tollimus in hunc altum, magnum, firmum, & perpetuum gloriæ montem oculos? Non nè videmus Christum

Crea-

Margin: Mõs qd hic significet. — *o* Ps. 124. — *p* Apoc. 21 — I — Beat. glo riæ ex parte descriptio. — K

Creatorem; & Redemptorem nostrum eam nobis hodiè gloriam exhibere in suo corpore, qua vult nos in nostris perpetuò gaudere? Et cùm non minùs facile, quàm certum sit tali, ac tanta nos posse frui gloria: quarè non commutamus libenter corruptibilitatem corporis cum incorruptibilitate? passibilitatem cum impassibilitate? mortem cum immortalitate? Famem cum saturitate? Sitim cum ubertate? ignominiam cum gloria? amissibiles diuitias, & momentaneas cum æternis, & impossibilibus amitti? Et L
q Isa. 64. r Psal. 86. deniquè tempus cum æternitate? Impossibile vtiquè illa explicare futuræ gloriæ, q quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit. Quare Sanctissimus ille Propheta, r & Prophetarum regium decus oneri tanto se succumbere professus, & confessus, in ea prorupit sapientissimæ ignorantiæ verba. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Quasi dicat. Ea explicare nescio, fateor: sed hoc vnum scio, quòd multa innumerabilia de tua dicuntur gloria, & gloriosa dicta sunt de te. Sed nobis fratres
Beatorũ cõditio. illud vnum certò scire sufficiat, quòd talis, & tanta erit gloria illa vniuscuiusque beati, vniuscuiusque nostrum (si tandem illa per gratiam Dei potiri valebimus) quod nullus vmquam vel maiorem quæret vel desiderabit gradum; sed suo quisque plenissimè contentus erit. Et illud totius consolationis, felicitatis, & beatitudinis erit sigillum constans, constans, & firma felicitatis, & beatitudinis perpetuitas, & æternitas. O vtinam fratres hoc solũ ritè apprehendamus, & discamus commutare tempus, & temporalia omnia cum æternitate, & cum æternis bonis super monte, æternitatis symbolo, nobis à Christo hodiè ostensis. Quod concedat ipse, qui gloriosus viuit in sæcula. Amen.

FERIA II. POST DOMINICAM secundæ Quadr. Concio LXXI.

Incarnatum Verbum Iudæos alloquens eos acerrimè reprehendit, ac minatur arguens per eadem verba Christianos illos, qui nulla suæ conditionis habita ratione diuinam clementiam procrastinantes negligunt, ac parui pendunt; nec ad externas inferni paratas pœnas mentis obcæcatæ oculos dirigunt.

SPIRITV SANCTO afflatus Serenissimus Propheta regius inter alias diuinas ponderationes ponderans peccati pœnas, grauamina, & miserias omnes, in quas peccatores inducit, eorumq; impotentiam, & imbecillitatem ad se defendendos
a Ps. 129. vel subleuandos in hæc prorupit verba. a Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quasi dicat. Nullus. Vbi aduertendum,
b Heb. 4. quod non dicit. Si iniquitates videris; b omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius. Quare omnia uidet peccata, omnes intuetur iniquitates; quin & cordis, & cordium

dium arcana, & secreta. *c* Scrutans enim est corda, & renes Deus. Ideò nō dicit. Si iniquitates videris; sed, si iniquitates obseruaueris. Vbi duo maximè ponderanda eadem constringit sententia. Primum. Iniquitatum nostrarum, & peccatorum multitudinem, & grauitatem: ad quæ si respiceret Deus, actum esset de nobis. Nonnè enim omnes in peccato saltem originali perditi essemus? Quid verò actualia commemorem? Quid esset D. Paulus? Quid Petrus? Quid Magdalena? Quid Serenissimus idem Dauid, qui hoc aduertit sua ipsius experientia, & quid ferè omnes? Alterum eadem inclusum sententia. Dei est infinita bonitas, & clementia: nàm, cùm toties a peccatoribus impudentissimè prouocetur, peccatis innumeris, & immanissimis sceleribus: veruntamen patienter tolerat, dissimulat, ad pœnitentiam expectat, quin & vocat, parcit, ignoscit. O infinitam, & inexplicabilem Dei bonitatem, & clementiam. Ideò iure optimo exclamat expertus Dauid. Si iniquitates obseruaueris Domine; Domine quis sustinebit? Nam de rigore iustitiæ nullus vnquam sustinere posset. Christus igitur Dominus, ac Redemptor noster maximum considerans peccatorum periculum, ab eoque omnes eruere volens in currentis Euangelij fronte tres ponit mirabiles, & ponderandas propositiones; super quibus totus vertitur cardo Euangelij, vertetur & sermo noster. Prima ego vado. Secunda, & quæretis me. Tertia, & in peccato vestro moriemini. Quæ omnes ad eundem tendunt finem: nempè, vt peccatores a peccatis, & peccatorum periculis auertant.

c Psal. 7.

A *Diuisio trimembris.*

In prima, cum Iudæis auditoribus loquens ait. Ego vado. Verbum in ore Christi mysteriorum, arcanorumque plenissimum: eo enim sensu dicere potuit. Ego vado Iudæi æternè per æternam processionem ex paterna memoria fęcunda, æternus de æterno, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, Patri consubstantialis in vna, eademque diuina essentia; at quo ego tali uado itinere, vos Iudæi non potestis venire: quia non potestis me credere coæternum, & consubstantialem patri; non potestis (inquit Origenes) *d* quia non vultis. Si enim voluissent, & non potuissent, non rationabiliter eis dixisset Christus. Et in peccato vestro moriemini. Iterùm eo sensu dicere potuit Christus. Ego vado ab æterno simul cum patre, vno, eodemque principio, vna eademque voluntate fęcunda, spirans, & producens Spiritum sanctum, tertiam Trinitatis personam. Et quo ego uado tali itinere, vos pari ratione non potestis per fidem venire: non potestis, quia non vultis; nam Trinitatem personarum abnegatis, confundentes cum vnitate essentiæ personarum Trinitatem. Iterùm; Ego vado eo sensu dicere potuit: nempè cum Patre, & Spiritu sancto ab æterno producens mundum, & creaturas omnes visibiles, & inuisibiles, in esse cognito, & ideali. Et iterum cum iisdem Patre, & Spiritu sancto, vnico, & eodem principio, easdem producens in tempore creaturas in esse reali, & mundum vniuersum, & quidquid mundi ambitu continetur; sed quo ego sic vado vos Iudæi non potestis venire: non potestis, quia non vultis. Non enim vultis me credere vestrum, & totius mundi Creatorem. Iterùm eo sensu dicere potuit Christus, Ego vado, idest iugiter vado in hac vita: vado non sto; vt meo discatis exemplo, quia nec vos in hac vita pedem figere potestis, & continue

Primum memb.

Variè intelligit' illud Christi Ego vado.

d Orig. in Ioannem.

 intentes

nitentes frustrà nitimini: quo enim ego uado in hoc sensu, vos non B
potestis non venire. Nullius quippè (quicunque sit ille, cuiusque gradus, & dignitatis existat) pedes in hac vita stare possunt; sed, in continuo sint motu, est necesse. In illaque solùm stabunt patria, de qua scripsit Propheta. *e* Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem. Cùm igitur ex hac transire sit necesse, nos admonet Christus, vt per istam sic transeamus, vt non amittamus æternam vitam, eò magis nos excitans, & exhortans, quo suo nos, mouet exemplo, vt notant Origenes vbi supra, & D. Pater Augustinus. *f* Nam ipse nulla necessitate, sed voluntariè currebat ad mortem, vt animam suam pro nobis omnibus poneret: *g* Oblatus est enim quia ipse voluit. Et ideò dicere potuit. Ego vado voluntariè ad mortem pro vobis oppetendam; & quo ego vado vos Iudæi non potestis venire. Non potestis; quia non vultis, me credere vestrum redemptorem, & Saluatorem. Quod tamen in vestram experiemini confusionem, & condemnationem. Nam alio in sensu dicere potuit Christus (vt exponunt Origenes, & Augustinus, & Theophilus *h* Alexandrinus, & D. Basilius, & alij) Ego vado illuc, vndè discessi; nempè ad dexteram patris post mortem, & resurrectionem in paterna gloria perpetuò sessurus. Ex quo alio in sensu dicere potuit. Vado alto, & excelso animo prostraturus Mortem, Peccatum, & Infernum; ideò victor ego resurgam gloriosus, & ad dexteram adscendam Patris. Et quo ego vado vos non potestis venire o Iudæi, quia non vultis. Et hinc alio iterum sensu (vt notat Diuus C
Pater Augustinus) dicere potuit Christus. Ab animabus recessurus vestris, sicut & à qualibet peccatorum obstinatorum anima recedam semper: quod maximè dolendum, prout Diuus Augustinus dolet, dicens. Proh dolor; dolere, quia ab amici corpore recedit anima: non dolere autem, quod ab amici anima recedat Deus. Quid verò anima, sinè Deo? Dicat hoc Propheta, qui aliquando hoc expertus, *i* ea vtitur similitudine, quòd, quemadmodum puerulus vnius anni, qui nec loqui, nec ambulare, nec aliquid aliud facere adhuc potest, vel scit, si dimissus esset a matre vel nutrice, penitusque derelictus; sic remanet peccator impotens, & destitutus, a quo recessit Christus. Sicut ablactatus (inquit) super matrem suam ità retributio in anima mea. Sed ausim dicere, quòd in aliquo deficere possit Dauidis similitudo; multoque in peiori, ac deteriori statu peccator existat, a quo recedit Deus, quàm puerulus, aut supra destitutus, nam talis mille potest adiuuari modis. Sic tradunt mirabiliter ab auibus nutritum Hieronem Siracusanum ab apibus, Romulum, & Remum a lupa, aliosque alijs modis iuuatos infantulos. At de peccatore, quem dereliquit Deus, penitùs actum est: nullaque omninò creatura potest iuuare illum, a quo recessit Deus, nisi ipsemet Deus. Ideò Christus Do- D
minus noster, & Deus noster hoc animaduertere nos volens, inquit. Ego vado videlicet recessurus tandem a peccatoris obstinati anima. O pœnarum pœnam, o miseriarum miseriam; quæso per similitudinem ponderate. Quid pulchrius videri potest in hac uita homine proportionatè formato viuenti, ac sano? Quid verò turpius, deformius quid, quid horribilius hominis cadauere, a quo recessit anima? Quod eo probatur argumento. Nam sicut nullus in hac vita aliqua delectatur animaliū societate, quàm hominis

Marginalia: *e* Ps. 121. — *f* Tract. 38 in Ioa. — *g* Isa. 53. — *h* In Ioannem. — *i* Ps. 130. — Simil. — Pessima peccatoris a Deo derelicti códitio. — Simil.

hominis sibi similis. Sic nullo expauescet cadauere magis, nullo magis deterretur mortuo, quàm ipsomet homine. Vndè, si aliquo in itinere mille occurrerent animalia mortua, nil ferè mouent, quin aliquando delectant, vt in venationibus accidit. Vnico verò adinuento hominis cadauere, statim naturaliter afficit mæstitia, expauescit, deterret. Nunc proportionatè ponderemus, eò magis deformior, eò magis deterior fit anima Corpore, a qua recedit Deus, quò nobilior est corpore anima: & vlterius, quò infinitè perfectior anima Deus. O miseros igitur (vt verbis vtamur Augustini) qui dolemus cùm a corpore anima recedit. Non dolemus autem cùm ab anima recedit Deus. O ter, inquam, quaterquè miseros. Hoc solùm remanet nobis refugium, quòd numquam sic recedit ab anima Christus, dùm in hac vita sumus, quòd reuerti non possit, vel non reuerti statuerit. Sed potiùs expectat, vocat, excitat, inuitat, antequam finaliter ab ipsa recedat anima. Quod ipsemet expressit pulchram per parabolam dicens. K Moram autem faciente sponso, &c. Quod omnes exponunt, nemine discrepante, sponsum trahere moras, vt fatuis virginibus tempus concederet, oleum prouidendi, idest moram facit Christus animarum sponsus, vt peccatores resipiscantur, & conuertantur. Væ autem illis, qui ex hac sponsi mora, & misericordia occasionem sumunt peiora perpetrandi scælera, vt alibi præmonuit idem Christus, dicens. l Si dixerit malus seruus ille in corde suo. Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos: manducet autem, & bibat cum ebriosis, &c. Vbi describit peccatores protrastinantes, & pœnitentiam differentes, & pœnitentiæ spatium sibi a Deo misericorditer concessum, contemptui, & ostentui habentes. quos ità redarguit, comminaturquè ibidem Christus. Veniet (inquit) Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hyppocritis; illic erit fletus, & stridor dentium. Vbi repentinam, & subitaneam, & E ex insperato superuenientem describit punitionem, & mortem temporalem, & æternam; Inferniquè pœnas, quibus astringendi sunt tales peccatores, quos diuidet, videlicet diuidet corpus ab anima, animam a Deo, & diuina gratia; & partem seruatæ illis hæreditatis æternæ, cùm hyppocritis dæmonibus a parte sanctorum in gloria. Hoc verò descriptum supplicium quacunque die quacumque hora, quolibet momento, cuicunque imminet nostrum. Vt quid ergo dormimus? Vt quid oscitantes in ostio torpemus? Dicite quæso, si Christianorum aciei acies opposita esset infideliū armatorum, & ad pugnā paratorum, iamq; signum pugnę dantium, enses stringentium, & tormenta ignibus adaptantium, & iam iam F vulnerare, & ferire aggredientium: Christiani verò imparati penitùs manerent, despoliati, & inermes, quorum alij mollibus in plumis volutarentur: alij crapulis, & ebrietatibus incumberent: alij in speculis more mulierum se inspicerent ornantes, & alij alijs similibus vanitatibus impliciti manerent: non nè tales quibuscunque stultis essent vtiquè stultiores in manus crudelium tyrannorum se se ità negligenter, & inconsideratè dantes? Tales equidem sunt peccatores huiusmodi superius descripti; Quos talibus alloquitur verbis propheta. m Pone mensam: contemplare in specula comedentes, & bibentes; & vsque huc ironicè. Inde

K Mat. 25

l Mat. 24.

Christi cōminatio cōtra pœnitentiam differentes.

Exēplū.

m Isa. 21.

Exagera-tio cōtra negligen tes.

Zelo percitus magno, subdit. Surgite Principes: arripite Clypeos, &c. Ac, si dicat. Vsquequò dormitis, edentes, & bibentes; mensam ponentes, & vosmetipsos contemplantes, ac, si tuti essetis? Non ne videtis oppositos ex aduerso inimicos, in acie stantes, nempè, Infernum, Diabolum, Peccata, & Mortem; & aduersum vos acerrimè dimicantes? Surgite, surgite iam, & arripite arma offensiua, & defensiua, Scutum fidei, clypeum spei, & ensem Caritatis, & arma omnis generis bonorum operum: aliàs perditi estis, captiui in sempiternum peribitis, actumque erit de vobis. Nonnè memoriæ tenetis, quid Pharaoni acciderit? Illum nedum expectauerat diutius ad Pœnitentiam Deus; sed, & vocauerat m-ris, & multis modis, miraculis, & prodigijs, & portentibus inauditis. Quid verò ad hæc Pharao? Nil penitùs mouebatur. Et cùm inter cætera semel ranas in vniuerso regno immissas cerneret, in quibuscunque domorum penetralibus; ità, vt nec dormire in lectis, nec cibos super mensas ponere, nec deniquè viuere possent vniuersi præ tanarum nimia multitudine, vt hanc illi fastidio plenam auferret Moyses molestiam, & conuerteretur, dixit illi. *n* Constitue mihi tempus, quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, vt abigantur, a te ranæ, & ab omni Egypto. Quid respondit Pharao? Cras (inquit). Qua in re impatiens exclamat Sanctus Ambrosius dicens. O scælestè, atque peruersè cur non hodie dixisti, sed in crastinum differs? Nonne melius esset continuò a te recedere malum. O quantò magis possumus nos Sancti Ambrosij verbis vtentes ad consimiles peccatores exclamare, dicentes. O scælestes, atque peruersos, cur non hodiè conuertimini? cur non modo? Cur non hac eadem hora? Vt quid in crastinum differtis? Et quod peius est, cur de crastino in crastinum totam consumitis vitam? In quota iam ætate sic procrastinantes constituti estis? Deniquè id, quod Pharaoni subito, & impouiso vobis aduenict, qui descendit in profundum quasi lapis aquis nimijs, & vehementibus submersus: ità, & vos, quando minus speratis, (credite mihi) absorbet subitanea, & improuisa mors.

n Exod. 8.

Secundū memb.

Quod, nè contingat, secundam expendamus Christi propositionem, qua nos admonet, dicens. Quæretis me, &c. Quæ propositio figuratam continet locutionem, illamque continet figuram, quæ græcis Aposiopesis, latinis Interruptio dicitur: quæ vbicumque reperitur, magnos implet affectus. In præsentiarum autem, etsi multos contineat, duos tamen Principes refert. Primùm, summæ Christi gratiæ, & amoris erga peccatores. G
Secundum, implacabilis iræ erga impœnitentes, vt suprà descriptos. Pro affectu primo, illam interruptam orationem. Quæretis me, sic suppler inferiùs idem Christus. Ego principium, qui & loquor uobis: quasi dicat. Quæretis me; sed vtinam ità quæratis, vt inueniatis principium totius amoris, & consolationis. Principium creationis, & redemptionis vestræ. Principium, qui vnum, & idem cum Patre, & Spiritu sancto æternè existens, in tempore carnem pro vobis assumpsi, passibilis factus, vt vos redimam, & ad salutem reducam æternam. Sic D. Augustinus exponit, dicens. *o* Principium me credite, quod mutari non potest, & in se manens innouat omnia. Absurdum est autem, vt filium dicamus principium, & patrem principium non dicamus: non tamen duo principia, sicut nec

Duplex Christi affectus erga peccatores.

Affectus primus amoris.

o Trac. 39. in Ioan.

nec duos Deos. Similiter Spiritus sanctus Patris, & filij est spiritus; nec pater est nec filius: Pater tamen, & filius, & Spiritus sanctus vnus Deus, vnum lumen, vnum principium. Subdit verò Christus, Qui loquor vobis. Quasi dicat, humilis propter vos factus ad hæc verba descendi. Videte ergo qualis sim principium; quia, vt credatis, & salutem acquiratis; non solùm sum principium; sed & loquor vobis. O Christi bonitatem, & clementiam. Si enim principium, sicuti est, mansisset apud patrem, & non accepisset formam serui, in qua loqueretur nobis, Quomodò crederemus, & salui facti essemus? ideò (inquit) ego principium, qui & loquor vobis. Et hic primus inclusus affectus. Secundus verò iræ implacabilis aduersus impœnitentes in eadem interrupta loquutione includitur: cùm enim sic interruptè ait. Quæretis me. Supplet inferiùs. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, idest in iudicio futuro exponit idem pater Augustinus vbi supra. Quæretis ergò me. At non forma, tempore, loco, & modo debito. Quare non inuenietis, nisi iudicem iratum. Quæretis igitur me. Sed væ vobis, quia, cum non inueneritis principium creatorem, & redemptorem vestrum, qui nunc loquor vobis ad salutem, inuenietis iratum iudicem. qui de vobis multa idest omnia quæcunque, siue bona, siue mala egeritis, habeo iudicare. O infelicitatem miserrimam; o miseriam infelicissimam peccatorum: Christum tot per annos decurrentis vitæ, quærere, & inuenire posse benignum redemptorem, & clementem patrem; & illum non inuenire, nisi in extremo vitæ, in puncto mortis iratum, implacabilem, incorruptibilem, immutabilem, seuerum; sed iustissimum iudicem.

Affectus secundus iræ.

H

Et hoc est, quod in tertia comminatur propositione Christus, cum ait. Et in peccato vestro moriemini. Hoc pessimum omnium est. Nasci enim in peccato commune est infortunium, p nam omnes nascimur filij iræ. Cadere in peccatum communis fragilitas: q non enim est homo, qui non peccet. Viuere in peccato commune periculum; ideò exclamabat conuersus ille. r Quis me liberabit de corpore mortis huius? At mori in peccato extrema est infelicitas, quæ nullum habet remedium. Considera quæso morientē in peccato, & in ira Dei efflantem animam. Quibus quotque circumuallatur angustijs. Si n. præterita respicit, omnia vel perdita, vel damnosa. Si futura, miseriarum cumulum cum æternitate certò præuidet sine vlla spe liberationis ab eisdem; sed perpetua cum desperatione. Si præsentia, intrà conscientia stimulat, & exulcerat: extrà, Dæmon insultat, & improperat: suprà, vrget Deus, & adstat iratus iudex; infrà rugit infernus, & absorbet irremediabiliter peccatorem innumeris plenum peccatis, qui consternatus iacet plenus timore, desperatione actus, animam in diaboli manu efflans; quem, vltra dæmones, & damnatos nulli alij sunt comites, nisi sola vitia, & peccata, dicente iusto illo. f Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius; & cum eo in puluere dormient. O miserrimum omnium spectaculum. Illud quidem (vt ponderat Diuus Gregorius) inter mortem iustorum, & peccatorum est discrimen, quod intercedere dicunt naturales inter Cygni, & Sirenæ mortem. Cygnus enim dum viuit, ingratè, ac rauce canit: moritur verò dulcissimè, ac suauissimè cantans. Sirena contrà, dum viuit, suauissimè auditores demulcet cantando. Moriens verò durissimè lamentatur, acriter, ac molestè nimis. Cuius discriminis ratio redditur, ea, quia

Tertium membrū.
p Psal. 50.
q 3 Reg. 8
r Rom 7.
Maxima moriētis in peccato miseria.

I

f Iob. 20.
Differentia inter mortem iusti, & peccatori.
Cygni natura.
Sirenæ proprietas.

Cygnus

Cygnus sanguinem habet dulcem admodum, & suauem;eiusq; cor in morte circumdans,illud exhilarat,& lætificat, & sic dulciter canere compellit. Sirena contrà,sanguinem habet durum,ac tetrum:Quare in morte illius cor premens molestia afficit atra. Vndè molestas, & acres emittit lamentabiles voces. Sic iustum,quasi Cygnum in morte circumdant innumera consolationis bona,Dei gratia,Christi,eiusque matris,angelorum,atque sanctorum iucundissima præsentia,bona omnia opera, quæ viuens perfecit: vnde qui viuens quasi in pœnitentia, ieiunijs, & lachrymis fuit, in morte hymnos
t Ps.115. dulciter canens recedit, dicente propheta. t Pretiosa in conspectu domini K
mors sanctorum eius. Peccatores verò contrà, quasi Sirenæ in hac vita in delicijs,& voluptatibus,& sensualitatibus quibuscunque iugiter deliciātur, & cantant.In morte verò sibi obijciuntur omnia, de quibus suprà: nempè ira Dei,iudex implacabilis, peccata innumera, quæ perpetrauit; Dæmon, Infernus,& cetera omnia inexplicabilem dolorem afferentia. Quare lugentes inconsolabiliter,& dolentes ad perpetuum deducuntur luctum Inferni, & cocytum,dicente iusto illo. u Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad
u Iob.21. inferna descendunt. Et regio exclamante Propheta. x Mors peccatorum
x Ps.33. pessima. Hoc re vera est vltimū terribiliū mori in peccato morte peccatorū pessima. Et hæc imminet; nec tamen aduertitis:mors enim sic accidit;sicut, si palatium hoc statim rueret, omnesque comprimeret extemplò hic reclu-
aa Is.30. sos.Ità Propheta. aa Erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens;quando subitò tunc non speratur,veniet contritio eius. Vel, sicut, si extemplò
bb Ier.15 inundans diluuium,statim nos obrueret,ac suffocaret. Sic alius propheta. bb Quare factus est dolor meus perpetuus;& plaga mea desperabilis renuit cu
cc 1Re.4 rari? Soluit.Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.Sic cc Eli procrastinanti accidit, qui dùm super sellam sederet aliquod bonum expectans nuncium,extemplò mortuos audiens filios,& arcam Dei captam,cecidit (inquit textus) de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis cervicibus, mortuus est. Nonnè igitur & quilibet nostrum siue stet, siue in sede, siue in throno sedeat, cadere potest extemplò, statimque mori? Quo verò in statu? O vtinam,quòd sicut Cygnus pretiosa sanctorum morte, non sicut Sirena,morte peccatorum pessima. O vtinam fratres nos omnes, qui vt plurimum nascimur in peccato,in peccato cadimus, & in bonis ducimus dies nostros in puncto, in ictu oculi, non descendamus ad infernum vltimum terribilium experientes. Quod auertat Christus sua nos gratia liberans a peccatis,ne in peccatis moriamur nostris. Amen.

FERIA QVARTA POST Dominicam secundam Quadragesimæ. Concio LXXII.

Christi cogitationes semper eo tetenderunt, vt humani generi redemptionem semper præ oculis haberet,quod per passionē suā euenturū cernēs, in ea totū animum

animum totum fixum habebat; quo nos docere voluit vt ad eius imitationem non Crucem susciperemus, sed tormenta solum ipsius sæpe memoria recoleremus.

CHRISTVS Dominus noster opus magnum, & arduum Redemptionis per suam Sanctissimā passionem, & mortem in hoc mundo patraturus de illa sæpè sæpius cum suis discipulis habuit sermonem. Sic iuxta cæsarea cum Discipuli eius per os Petri illum confessi essent verum. Dei filium, dicente Petro ore omnium. Tu es Christus filius Dei viui, ex inde inquit Euangelista. *a* Cœpit Iesus ostēdere discipulis suis quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi. Sic etiam a Nicodemo interrogatus de vera salutis via post nonnulla exposita de sua illum instruxit passione, ac morte serpentis ænei apposita figura. *b* Et sicut (inquit) Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ità etiam cum signa expostularent Scribæ, & Pharisæi, per nil aliud eos confundere voluit, quàm per suam passionem, & mortem per Ionæ figuram expositam. Sic enim (inquit) fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Sic magno illo patrato miraculo cum eiecit è templo vendentes, & ementes, facto de funiculis flagello, & illis petentibus, quod signum ostenderet eis, quia hæc faceret, respondit, per suam passionem, & mortem sub templi figura, dicens. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Sic super monte Thabor postquàm transfiguratus est, & suam ostendit gloriam, de sua passione, ac morte intexuit colloquium; & loquebantur (inquit Euangelista *d*) de excessu, quem completurus erat in Ierusalem. Et sic (nè in longum sermonem trahamus) in suis principalioribus actionibus, & sermonibus suam semper immiscuit Sanctissimam passionem, & mortem: illud enim eructabat cor Christi quo plenum erat, dicente Propheta. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Iugiter enim erant in Christi corde suæ Sanctissimæ passionis, & mortis cogitationes: ideò sæpius illas eructabat. Sic hodiè Ierosolymam petens cum suis discipulis easdem eructat passionis, & mortis cogitationes, dicens. Eccè ascendimus Ierosolymam; & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum; & Scribis; & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, ad Christi ergo imitationem videamus quæso quæ sint eius cogitationes: deindè quæ nostræ conformiter esse deberent.

a Mat. 16. *b Ioan. 3.* *c Mat. 12.* *d Luc. 9.*

Diuis. bimemb.

Primū explicat Spiritus S. Christū sponsum describens his verbis. Comæ eius sicut elatæ palmarū, nigræ quasi coruus. Vbi per comas Christi cogitationes intelligendæ: quas comparat elatis palmarū de quibus refert Plinius, & experientia docet, quod terram, & omnia despicientes infima, sursum
A tendunt semper: ita Christi cogitationes sursum tendebant. Eccè (inquit) adscendimus; & quidem super crucem adscendere cogitabat, vt statim se explicat; & per crucem ad cęlum, quo nos omnes trahere intendebat: & ideo postquam dixit, Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & cruci-

1 memb. Per comas Christi cogitationes intelliguntur.

crucifigendum, subiunxit. Et tertia die resurget. Vndè iure optimo dicere cū propheta poterat. *f* Sicut exaltantur cęli a terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ a vijs vestris: & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Quæ verba (inquit D. Chrysostomus *g*) intelligēda sunt de cogitationibus, quas habuit Christus mortem pro nobis oppetendi; quæ altissimæ fuere: nam voluit mori, & crucifigi pro humano genere sibi infenso, & inimico, vt illud patri reconciliaret, illique vitam æternam, & regnum impertiret cęlorū. Quæ cogitationes magis distant a nostris, quàm cęli a terrá: quis enim vnquam hominum pro suo inimico mori voluit? Quis vnquam sanguinem totum pro suis effundere inimicis elegit, vt illis moribundis medicinam afferret, & vitam? Et hæ tamen Christi cogitationes. Et condemnabunt eum (inquit) morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & ad quid? Sanè, vt nobis inimicis proprio suo sanguine tribueret salutem, & vitam æternam. An nescitis, quòd accusatus de turbata possessione, illum soluere damnum datum est necesse, vel corporalem luere pęnam? Primi nostri Parres Dei possessionem in Paradiso terrestri exturbarunt statim: Deo enim Adamo præcipiente. *b* De ligno scientiæ boni, & mali nè comedas, pœna constituta. In quacumque hora comederis ex eo, morte morieris. Adam verò transgressus est præceptum possessionem turbans alienam. Quare constitutam pęnam illum subire necesse fuit. Et ità in mortem incidit cum omnibus posteris. Et præterea damnum datum soluere oportuit canente ecclesia.

f Isa. 55.
g lib. 1. de prou. Dei.
Cogitationes Christi a nostris distant.
b Gen. 3.

Ipse lignum tunc notauit,
Damna ligni vt solueret.

Damnum verò datum viribus humanis prorsus impossibile erat soluere. Cogitationes igitur Christi in eo iugiter versabantur, vt pro omnibus ipse solueret hominibus. Ideò ait. Et condemnabunt eum morte: & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Sacrificijs quidem innumeris quæsierant homines placare Deum, resarcire damnum, & contractum soluere debitum, offerentes in veteri testamento animalia innumera; sed renuit huiusmodi pretium Deus, dicens. *i* Non accipiam de domo tua vitulos, neque dè gregibus tuis hircos. Quo reiecto pretio non defuerunt homines innumeri in veteri testamento, qui seipsos pro amore Dei, & cultus diuini Zelo quasi seipsos sacrificantes, passiones, & mortes passi sunt. Sed & huiusmodi pretium ineptum erat, & inutile, proclamante propheta. *K* Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Recurrerunt igitur sæpius homines ad Angelos, quos veluti fratres reputabant, & eiusdem intellectualis consortes naturæ, a quibus iugiter auxilium expostulabant pro solutione damni dati: sed reclamauit, idem Propheta Regius dicens. *l* Frater non redimit, redimet homo, idest, frater Angelus redimere nequit, sed necessariò redimet homo vnus, & solus, de quo suprà dixerat. Non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum; & hic vnus est, qui omne damnum datum soluere cogitat; & hæ illius cogitationes: ideò ait. Et condemnabunt eum morte; & tradent eum gentibus ad illudendū, flagellandum, & crucifigendū. ære tenebatur alieno maximè grauata; vt alias diximus humana respublica: nec inueniebantur nummi argentei, vel aurei cuiuscunque impressionis & valoris ad solutionem apti. Venit igitur Christus, in quo sunt omnes Thesauri & sta-

Varij modi inuenti ab homine ad placandū Deum.
i ps. 49.
B
K ps. 13.
l ps. 48.
Christus damnum datum solus soluit

& statim a principio quasi arram solutionis præbens, in sacrosancta Circumcisione liquidas lacrymarum margaritas, & pretiosos guttarum sanguinis Rubinos fudit: quæ etsi pro solutione debiti sufficientissima essent; attamen
C Christus in infinitum excedere volens in solutione, cogitabat vlterius omnes effundere suos thesauros margaritarum in lacrymis, & lapidum pretiosorum in sanguinis riuulis, & effusionibus; & ideo iugiter ista cogitans, dicebat. Et condemnabunt eum morte; & tradent illum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. In solitis hominum solutionibus numeratur pecunia, & computantur nummi, sed in solutione quam recogitabat Christus pro nobis, cum esset innumerabilis, modum adinuenire voluit, quo non pecuniam numerando; sed statera infinitos ponderando thesauros, in infinitum excederet debita soluendo; Et sic super stateram Crucis suos apposuit thesauros: inde canente Ecclesia de Cruce.

Statera facta corporis
Prædamque tulit tartari

Quod etiam spiritu Diuino præuidens patientissimus ille vir in persona Christi ait. *m* Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Vbi expressè docet, quòd calamitas, quam pro nobis passus est Christus in statera Crucis, in immensum, & infinitum excedit in merito, & in pretio peccata omnium hominum, qui sunt, erunt, vel fuerunt. Quibus talem pro nobis meruit, vel voluit sustinere passionem: & quia hæc iugiter cogitabat Christus; ideo ait. Et condemnabunt eum morte: tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Erat Christi amor eius pondus, quo ferebatur in hac præsenti vita, vt alias dixit Diuus Pater Augustinus. Amor meus pondus meum: illo feror quocumque feror.
D Quo erga nos amore Christus tanquam pondere omnes suas librans actiones nullum aliud sentiebat vulnus (vt notant Diuus Pater Augustinus, & Ricardus) nisi amoris vulnus, quod propter nos in corde gerebat. Vnde hoc exprimere volens, Ecclesiam suam sponsam, quam ardentissimè amat, alloquens in Spiritu sancto per Salomonem ait. *n* Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Quid ais Domine? Tot vulnera portas pro tua sponsa Ecclesia: tot plagas habes: tot flagella sustines a planta pedis vsque ad verticem: & vnicum te profiteris tantum accepisse vulnus? Respondet, fratres, quia vnicum erat vulnus amoris in corde propter quod cetera omnia quæcumque, & quotcumque fuerint illa: & libentissimè, & amantissime sustinuit. Et propter hoc ait. Vulnerasti cor meum: hoc enim amoris vulnere volebat Christus omnes nos ad se ipsum amantes, amatos trahere, vt alibi per Prophetam dixerat. *o* In funiculis Adam traham eos; & ero quasi exaltans iugum super maxillas eorum. Vbi textus Hebræus ita legit. In funiculis hominum traham eos. Et quinam hominum funiculi? Certè non iidem, qui & bestiarum. Non igitur ligantur homines arctioribus vinculis, & funiculis, quàm amoris. Cum igitur Christus vellet ab hominibus vice versa amari, illos ardentissimè se prius amare ostendit; & hoc prætendens dicebat. In funiculis hominum, idest amo-
E ris funiculis traham eos; & ero exaltans iugum, nempè crucis, super maxillas eorũ, videlicet hominũ comedentium fructũ laboris, & passionis Christi. Et ideo iugiter hæc recogitãs dicebat. Et condemnabũt eũ morte: & tradent

m Iob. 6.

Christi amor eius pondus erat.

n Cãt. 4.
Quare Christus dicit, vulnerasti cor meum, & non totũ corpus.

o Ose. 11.
Funiculi hominũ qui sint.

cum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Concinne itaque illa vtitur metaphora, exaltandi iugum super maxillas hominum, quæ alias incongrua videretur, cùm iugum super collum, & non super maxillas ponatur: sed, vt innueret homines frui de labore, ac passione sua, dixit. Iugum suum super maxillas hominum exaltandum. Quod aliter expressit Isaias, dicens. *p* Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum. Sic itaque agit Christus quemadmodũ si filius vnicus magni Regis, vel Principis videret seruum sibi pergratũ, & maximè amicum aliquod pretiosissimum, & inæstimabile vas regi patri acceptissimum confregisse. Filius verò Regis amore, ac misericordia in seruum commotus, fragmenta fracti vasis in propriis assumens manibus ea patri offerret, dicens. Ego sum pater, qui hoc vas confregi. Ecce in manibus meis fragmenta. Etsi certè sciret à patre se interfectum iri, & crudeli morte obfractum vas plectendum, qualis, & quantus esset huiusmodi filii Regis amor in seruum? Sic re vera omnes nos vas humani generis Deo acceptissimum confregimus per peccata tùm actualia, tùm originalia. Filius verò Regis, Dominus noster Iesus Christus ob infinitum in seruos amorem se vas confregisse quasi affirmans, certò sciens graui morte ob id se plectendum, omnium hominum peccata, & iniquitates in se transtulit. Sic Isaias. Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum. Et clarissimè hoc idem expressit Nathan Propheta F cum Dauide: nam dicente Rege, Peccaui. Propheta statim ait. *q* Et Dominus transtulit peccatum tuum. Non dixit. Deleuit. Non dixit. Indulsit. Non dixit. Ignouit. Sed ait. Transtulit. Et quo tandem transtulit? Certè non alio transtulit, nisi super Christi dorsum eodẽ Christo dicente per Dauidem. *r* Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Verè, verè igitur posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrũ in sua pro nobis passione, ac morte: & hæc iugiter Christus recogitans, dicebat. Et condemnabunt eum morte: tradent illum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Multiplicare volebat Christus inauditè, ac supernaturaliter spiritualem filiorum, & Christianorum prolem: etsi ad hoc ei modus non deficeret: congruentiorem tamen elegit hoc per suam passionem, & mortem perficere. Quemadmodum si aliqua planta intercisa, & abscissa vsque ad radices subtus terram, numerosiùs deinde multiplicaret, & fructificaret in plantas innumeras, & innumeros fructus: ita Christus (vt inquit Isaias) *ſ* non est ei species, neque decor: & cum iniquis reputatus est. Et subdit. Generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium. Quasi dicat. Numquam vidit mundus generationem, hac magis mirabilem, & magis miraculosam, vt percussus Christus, humiliatus, flagellatus, sine decore, ac specie abscissus de terra viuentium per mortem iniquis dare G solitam, inter iniquos reputatus, in infinitum suos multiplicaret credentes, sicut stellas cœli, & sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Quæ iugiter inuicto, & excelso animo recogitans Christus, dicebat. Et condemnabunt eum morte: & tradent eum Gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum.

p cap. 53. | Similit. | *q 2. Reg. 12.* | Quare Dauidi dicitur Dñs transtulit peccatũ tuũ. | *r Psalm. 128.* | *ſ cap. 53.*

Secundũ Mẽbrũ. Et hæ Christi cogitationes. Ad quas cũ nostræ pro viribus cõformari debeant, quid aliud cogitandum, quid aliud mente reuoluẽdum, quàm eadem Christi pro nobis iã oblata, iã exhibita passio? & cũ (vt supra dictũ est) conẽ cogitationes designẽt, queadmodũ spõsa de spõso Christo loquẽs ait. *t* Co-

t Cant. 1.

mæ

mæ eius, sicut elatæ palmarum. Ità sponsus quasi vicem rependens sponsam ecclesiam in vniuersum, & quamlibet animam, vt specialem sponsam alloquens, ait. *u* Comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Si ergò tam Christi, quam nostræ cogitationes, de eadem penitus debent esse passione, ac morte Christi: quare illius cogitationes elatis palmarum: nostræ verò purpuræ assimilantur regiæ iunctæ canalibus? Illud sanè peroptimum à Spiritu sancto apponitur discrimen; quia Christus auctor est passionis, redemptionis, & in cœlum ascensionis. Ideò elatis palmarũ, quæ semper adscendunt, & suaptè natura sursum tendunt, eius assimilantur cogitationes: nostræ verò cum suaptè natura graues, ac terreæ sint, & carnales, vt ex carnali corde prodeuntes, suaptè natura nequeunt adscendere; nec meritum habere possunt proprium, quo cœlum pertingant: sed quemadmodum quæ purpureum colorem indui volumus, quibusdam iungimus canalibus tali repletis colore, vt indè purpura, & vestis regia conficiatur. Sic nostræ co-

u Cant. 7.

Christi cogitationes cur elatis palmarũ, nostræ verò purpuræ assimilantur.

H gitationes per seipsas ineptæ sunt, & absque meriti colore. Quare vt purpureum caritatis, & meriti colorem suscipiant, iungendæ sunt Christi canalibus, idest, corporis Christi vulneribus, Auctores nos passionis, & meriti esse minimè possumus. At sufficit, vt nobis Christi passionem, & meritum applicemus per nostras cogitationes iunctas Christi canalibus, & vulneribus, quæ videlicet semper Christi mortem, & passionẽ redoleant. Et ideo de nostris ait Christus. Comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Diuinus Plato dicere solebat, virtutem pulcherrimam quamdam esse puellam, quæ, si oculis cerneretur corporeis mirabiles in nobis excitaret amores: neq; in hoc à scopo veritatis aberrauit; sed firmius, & tutius dicere nos possumus Christiani Christi passionem, & mortem tantæ virtutis esse, & efficaciæ, pulchritudinis tãtæ, quod sola ipsius meditatione, ac recogitatione nedum in nobis mirabiles excitaret amores, at insuper omni virtute præditos, omniq; pulchritudine ornatos mirificè redderet. Sed ò nos ingratos: Christus, qui pro nobis talia, ac tanta pati voluit; quid nam magnum à nobis denique requirit? Nihil aliud quidem, nisi, vt ea, quæ passus est, recogitemus. Nihil aliud, nisi, vt nostrarum cogitationum comæ canalibus, & vulneribus eius Sanctissimi corporis iunctæ sint, vt eius passionis, & mortis memoriam habeamus. Sic alibi Spiritus sanctus. *x* Gratiam fideiussoris nè obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Et quisnam fideiussor pro nobis, & qui pro nobis animam, & vitam suam tradidit ad illudendum,

Platonis de virtute sententia.

x Ecclesiastici 29.

I flagellandum, & crucifigendum, nisi solus Christus? Gratiam igitur talis fideiussoris obliuisci, non nè horrendum, execrandumque facinnus? Nonnè inexplicabilis, & inaudita ingratitudo? Pudeat nos quæso ab Ethnicis in fideiussione, & fideiussionis gratia, & memoria intra solam humanam fidem se se continentibus tàm longè vinci, ac superari. Pro quibus omnibus vnicum sit nobis exemplum illud, quod refert Maximus de Damone, & Pythia, sic dicens. *aa* Damon, & Pythias Pitagoricæ sapientiæ Sacris initiati tàm fidelem in se amicitiam iunxerunt, vt cum alterum ex his Dionysius Siracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo, priusquam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetrauisset, alter vadimonium promisit pro reditu amici. Omnis igitur, & in primis Dionysius nouæ, atque ancipitis rei exitum speculabantur: appropinquante verò definita die, nec illo redeunte, vnusquisque stultitiæ

aa Max. lib. 4.

Exemplũ de seruãda fide.

tam temerarium sponsorem damnabat; is verò nihil se de amici constantia metuere prædicabat. Quod exitus comprobauit; eodem namquè momento, & hora a Dionysio constituta, superuenit amicus occidendus. Quare admiratus amborum animum tyrannus supplicium fidei remisit; tantæque amicitiæ condonauit: insuperque rogauit eos, K
vt se in societatem amicitiæ, tertium sodalitiæ gradum reciperent, summa se culturum beneuolentia eos repromittens. Igitur si humanæ amicitiæ vires, mortis contemptum ingenerare vitæ dulcedinem contemnere, crudelitatem mitigare, tyrannidem mollire, vindictam in beneuolentiam conuertere, pœnam beneficio compensare potuerunt. Quid nam impossibile erit gratitudini, gratiæ, ac beneuolentiæ erga Christum nostrum fideiussorem ostendere? qui pro nobis animam suam posuit? monente Spiritu sancto, vt supra diximus, Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. O quot redarguet Christianos Pythiæ, ac Damonis exemplum. Quid enim iura fæderis humani cum diuino? quid humana fideiussio cum Christi Dei, ac Domini nostri fideiussione? Qui nedum spopondit; sed & omne pro nobis debitum soluit; omnem pro nobis tulit pœnam, & mulctam, & crudelem, ac diram pro nobis omnibus redimendis, ac liberandis sustinuit passionem, & mortem. Tantam igitur quæso Christiane gratiam fideiussoris Christi numquam obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Duobus quidem hodiernis discipulis dexteram, ac sinistram Christi petentibus singulare Christus ostendere voluit priuilegium, cum ait. Calicem qui- L
dem meum bibetis; nam suæ fideiussionis gratiam in illos per martyrium imprimere voluit, nè obliuisci possent. Quemadmodum enim pondera iustè horologijs aptata cursum peroptimè diei, ac noctis distinctis distinguunt horis: ita martyrium sub calicis metaphora duobus promissum discipulis, adæquatum fuit pondus, quo totam illorum Christus moderatus est vitam. Qui à verò nobiscum? Certè non repromittit omnibus martyrium, nec dicit omnibus: Calicem quidem meum bibetis; sed sola suæ passionis, & mortis memoria, quasi nobis adæquato pondere nostram vult moderari vitam; ideò ait. Gratiam fideiussoris nè obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Numquamnè vidistis, vel audistis generalem exercitus ducem in obsidione alicuius arcis, fortissimæ, vel munitissimæ vrbis secum assumere paucos fideliores, constantiores milites, vexillarios, illisquè dicere. Venite mecum; adscendite post me: forti animo estote. Ego mœnia ciuitatis adscendam: ibi me inimicum vincente, ac pellente, figite vos in signum victoriæ vexilla: ità Christus hodie totius exercitus Christi generalissimus Dux, arcem omnem expugnaturus Dæmonis, Peccati, & inferni per suam passionem, & mortem. Eccè, inquit, adscendimus Ierosolymam; & filius hominis tradetur ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: deindè secum assumens hos duos quasi signiferos, ait illis. Ascendite post me: me namquè mortem debellante, vestra figetis super ciuitate Ierusalem victoriæ signa. Calicem enim meum bibetis. Nobis vero quid præcipit? Non vt illum sic sequamur ad ardua; sed solùm, vt in nobis tanti beneficii memoria iugiter maneat. Et gratiam (inquit) fideiussoris nè obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Vicit enim iam Christus.

Ingrati animi vitium in Christianis arguitur.

Simil.

Sola passionis Christi memoria nobis demandatur.

Simil.

M ſtus. Victoria itaque parta nil reſtat vlterius, niſi tantæ victoriæ memoriam recolere. Sic in principio diximus Chriſti cogitationes palmæ aſſimilatas. Palma enim ſymbolum eſt victoriæ apud omnes. Etſi nondum pugnauerat certus de victoria, illam recogitabat. Sic præcinerat Dauid. *bb* Conſilium autem Domini in æternum manet; cogitationes cordis eius in generatione, & generationem. Et Ideo cum ad mortem pergeret, eandem ad mortem profectionem aſcenſionem vocat. Ecce (inquit) adſcendimus. Ita Iſaias prædixit ex morte crucis Chriſti victoriam, & principatũ. *cc* Et factus eſt (inquit) principatus ſuper humerum eius. Qua etiam cruce, deuictis omnibus, quæ ſub cęlo ſunt, cœlum ipſum deuicit, & aperuit. Sic idem Iſaias prædixit. *dd* Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius: vt nobis (inquit D. Pater Auguſtinus) credentibus cęlum adaperiret. Et doctiſſimus Tertullianus, ſolus, inquit, Chriſtus regni coronam, ac diadema ſuper humeros tulit: per crucem enim vicit, ac triumphauit. Vt nos vero per illum, & vincamus, ac triumphemus: & cœlum iam apertum cum Chriſto in æternum conregnaturi ingrediamur, nihil aliud ſupereſt peragendum, niſi, vt per tanti beneficii memoriam gratos Chriſto nos reddamus, illo ſic petente, ac monente. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuã. Quæſo igitur perpendite fratres, quid nos diſtinguat a filiis regni, vel perditionis, nempè grati, vel ingrati eſſe Chriſti paſſioni, & morti eam obliuiſcendo, vel non obliuiſcendo. Numquam igitur eam obliuiſcamini, certi, quòd in æternum cum illo conregnabitis. Amen.

bb Pſ.32 · *cc Iſa.9.* · *dd c.22.* · Chriſtus ſolus p Crucem triũphauit.

FERIA V. POST DOMINICAM ſecundam Quadrageſimæ. Concio LXXIII.

Cum a mundi conditore paupertas, & diuitiæ in orbem introductæ ſint, a cunctis hominibus maxima eſt adhibenda cura in harum vtraque ritè ſuſcipienda, cum cœleſtis gloria bene eis vtentibus, infernalia autem tormenta male illas adhibentibus parata ſint.

PARADOXVM quoddam proponere videtur Spiritus ſanctus, cum ait. *a* Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii. Verumtamen eſt veritas certa, & infallibilis, vtpote a Spiritu
A ſancto prolata, & currentis euangelicæ hiſtoriæ ſucceſſu manifeſtiſſimè comprobata, vt ſtatim videbimus. Interim ſummariè cum D. Chryſoſtomo de propoſita a Spiritu ſancto veritate diſcurramus. Ait enim. *b* Vultisne vobis duas domus deſcribam, hanc quidem nubentium, illam verò lugentium? Agite nunc, vtramque mente ingrediamur, & videamus vtra melior. Lugubris enim ſapientia plena inuenietur: nuptialis verò plena confuſionis. In hac enim turpia verba, incompoſiti riſus, loquutiones incompoſitæ, ve-

a Eccl.7. · *b Homil. 62. ad pop. antiochen.* · Melius eſt ire ad domum luctus quam cõuiuij.

ſtis,

stis,& incessus,fastus,& arrogantiæ plenus; multa effusio,nihil studiosum, generosum nihil,Diaboli pompa,cymbala, & thybiæ, & his similia. In domo vero luctus omnia composita,multa requies,silentium aptum, correctio congrua,verba philosophiæ plena,& illud mirabile;quod ibi nedũ viri eminentiores; sed,& infimæ plebis,& mulierculæ sapienter agunt:talis, enim luctus natura.Sed interius viri graues cateruatim illuc accurrunt, plurima totius philosophiæ plene loquentes.Melius est igitur ire ad domum luctus, quam ad domũ conuiuii.Sed vlterius carceres,& theatra percurramus. In theatro sunt omnia risus,ineptitudo,diabolicus fastus, sensuum profusio, temporis impendium, superflua dierum consumptio,Manæ cupiditatis inductio,adulterii meditatio,fornicationis gymnasium,Intemperãtiæ Schola,turpitudinis cohortatio, inhonestatis exemplar.Contra verò.In carcere supplicatio, humilitas, philosophiæ profectus,sæcularium contemptus, omnia conculcata temporalia.Sola quæsita ęterna. Melius est igitur ire ad domum luctus, quã ad domum conuiuii. At (sicuti diximus) apertam hanc veritatem satis superque hodierna monstrat historia. Vide enim diuitis epulantis conuiuia: illic parasyti,assentatores,incompositi,ebrii,verba non sana,contẽtiones,rixę, tumultus,inhumanitates,crudelitates,Quid inde? Mortuus est diues; & sepultus est in inferno.Contemplemur modo mendicum Lazarum lugentem ad ianuam diuitis iacentem, vlceribus plenum. Hic disciplinæ, supplicationes,orationes,hominis miseriæ,mortis memoria, mundi contemptus, vitæ nostræ examinatio, humilitatis nostræ cognitio, tumoris, & fastus mortificatio;Quid tandem? Moritur mendicus,& portatur ab Angelis in sinu Abrahã.Melius est igitur ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii.Quod est dictum.Melius est in hac vita eligere luctum,& miseriam, quam consolationem, & conuiuia; vt exitus probant diuitis, & mendici. Quod, vt

Diuisio bimẽbr. melius, & maiori cum fructu assequamur mente, ac spiritu breuiter quæso discutiamus,quid in præsenti vita præstandum,& quid in futura conformiter ad hoc expectandum.

Primum Mẽbrum De primo,ne puteris fratres, vel fortuito, vel frustra pauperes, & diuites tum in hoc mundo vniuersaliter,tum in currenti Euangelio specialiter coniungi, & copulari: summa enim Dei prouidentia factum est,dicente Spiritu sancto *c* expresse.Diues,& pauper obuiauerunt sibi,& vtriusque operator est Dominus. Quasi dicat. Diues,& pauper magnum conficere debent iter: a terra enim vsque ad summũ cęlorum conscendere debent ad hoc missi a Deo in hunc mundum.Cum verò diues maximè sit oneratus,& fere oneribus oppressus,diuitiarum,pecuniarum,vestrum, supellectilium, prædiorum,possessionum,domorum,& mille talium:impossibile est eum sic defatigatum,& oneribus pressum tutum conficere vsque ad cęlum iter, magnumque imminet periculũ,vt medio deficiat itineris,& cadat,& sepeliatur in inferno cum hodierno diuite. Quid igitur Deus? sua prouidentia diuiti pauperem occurrere facit, vt diues exoneret seipsum,partemque suarum substantiarum tribuat pauperi,quibus pauper in hac vita indiget:& sic ambo reciproco auxilio currant ad cęlum.Et ideo inquit.Diues,& pauper obuiauerũt sibi:& vtriusque operator est Dominus. Et alibi.*d* Pusillũ,& magnũ ipse fecit:& æqualiter est illi cura de omnibus. Sic in principio Deus ad hoc tendens,duo fecit: alterum diuitiis plenum,alterum inane,& vacuum.In principio(inquit Moyses) *e* creauit Deus cœlum,& terram Cęlum,o magnum

c Pro.22. A

Diues & pauper quare cõjuncti.

d Sap.6.

e Gen. 1.

diui-

diuitem. Terram; o quam pauperem. Terra (inquit) erat inanis, & vacua. Cęlum verò mox repletum sanctis angelis, & diuinis virtutibus. Quid igitur cęlum Diues? continuò, & iugiter ex diuina institutione influit sua dona in hanc pauperem terram, vt illam fęcundet, ornet, atque ditet. Sic Deus fecit diuitem, quasi cęlum, vt iugiter influat in pauperem, quasi in terram. Et ideo diues, & pauper obuiauerunt sibi: & vtriusque operator est Dominus. Posuit enim Deus in manibus pauperum iustitiam: in manibus verò diuitum misericordiam. Non potest itaque diues iustitiam consequi, nec iustificari apud Deum: nisi occurrat pauperi, cui illam condonet misericordiam, dicente propheta. *f* Dispersit, dedit pauperibus. Et hinc, iustitia eius manet in sęculum sęculi. Et iterum. Misericordia, & Veritas obuiauerunt sibi: Iustitia, & Pax osculatæ sunt. Quando diues, & Pauper obuiauerunt sibi: nã vtriusque operator est Dominus. Duos diuites vix mundus capere potest æqualiter diuites. Quid si omnes? Abraham, & Loth nequiuerunt simul habitare, etsi fratres: nam ambo diuites. Similiter nec Esau, & Iacob æquè diuites. Ita nec pauperes insimul habitare queunt congruè; nam subleuantem non haberent. Prouidentia igitur Dei factum est, quod pauper, & diues obuiauerunt sibi: nam vtriusque operator est Dominus. Non propter aliud certe, nisi vt diues pauperem substantiis: pauper diuitem orationibus iuuet. Vt quid ergo multi diuites cum hodierno ordinem confundunt diuinum, diuinam reiiciunt prouidentiam, pauperibus non subuenientes? Nulla potest congruentior assignari ratio, nisi hæc in vita nimia prosperitas: hæc enim obliuionem inducit, & creatoris, & creaturæ. In hac illũ contemnendo. Hinc Ioseph naturam sciens prosperitatis pincernæ dixit Pharaonis. *g* Memento mei dum bene tibi fuerit. Quasi diceret. Præuideo te mei obliturum ob futuram prosperitatem: quæso ne feceris: memento mei. Hoc tamen Iosepho nihil profuit; tale, ac tantum est prosperitatis periculum. *h* Vnde typicè volens hoc exprimere Deus vno, eodemque patre oriri fecit Ephraim, & Manasse. Nam Ephraim interpretatur prosperitas: Manasses autem obliuio. Sic pater Ioseph interpretatus est, dicente scriptura. Vocauitque nomen primogeniti

B Manasses, dicens. Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, &c. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Vbi simul copulantur a Patriarcha, & Propheta illo, Manasses, & Ephraim, Prosperitas, & obliuio; misticè designare volens prosperitatem omnem, obliuionem inducere maximam, eorum, quæ maximè præ oculis mentis continuò habere deberemus. Hinc diuites, qui maximè pauperum curam gerere deberent, in suarum diuitiarum prosperitate illos obliuiscuntur. Sic Herodes vestes habebat purpureas, & diuitias multas. Cor verò ferreum. Contra verò D. Ioannes Baptista cilitio coopertus, & cameli pilis externum demonstrans rigorem, amantissimus erat pauperum, & cor gerebat mitissimum. Sic Iob, etsi non fuerit ingratus diues: flagellis tamen probatus, dicere ausus est iureiurando. *i* Si despexi prætereuntem

C eo, quod non habuerit operimentum. Humerus meus a iunctura sua cadat; & brachium meum cum ossibus suis confringatur. Et iure optimo audacia tanta, tantaque confidentia hoc dicere potuit: nam de seipso alibi. *K* Pater eram pauperum oculus fui cęco, & pes claudo, in hoc significans, quod suis diuitiis omnes subleuabat egenos, cęcis, & claudis, & omnib. per impotentiam necessarius ad vitam deficientibus sufficienter subministrans: &

sic

Deus in manibus pauperũ iustitiã, diuitũ, vero miseri cordiam posuit.

f Ps. 111.

Diuites simul esse non possunt, & econuerso.

Nimia proprietas obliuionem inducit.

g Gen. 40

h Gen. 41

Proprietas & obliuio copulãtur.

i cap. 31.

K c. 29.

sic miracula patrabat solis eleemosynis ea largiens, quæ claudi, vel cæci, & similes per sua opera sibi lucrari potuissent, si huiusmodi membris non caruissent. Et ad hoc forte fortuna respexit Diuus Chrysostomus, cum asseruit eleemosynam omnia excedere miracula, dicens, *l* Hæc maior est gratia, quã mortuos suscitare: multo namque maius est esurientem pascere Christum, quã in Christi nomine suscitare mortuos: nã ibi tu de Christo bene mereris: hic autem ipse de te; quare hic ipsi debes Deo: in eleemosyna vero Deum habes debitorem. O fœlicem igitur diuitem illum, qui suis diuitiis aliquid miraculo maius operatur; & Christum sibi debitorem vindicat. Contra vero infelicissimum illum, qui pauperem sibi ex diuina prouidentia obuiantem contemnit, ac spernit; nam tales (vt inquit Baruch) *m* qui argentum sibi thesaurizant, & aurum; & non est finis acquisitionis eorum, exterminati sunt; & ad inferos descenderũt. Sic hodiernus immisericors, & inhumanus diues, qui mortuus est, & sepultus est in inferno.

l Hemil. 36. ad pop ant.

Eleemosyna maior est gratia q̃ mortuos suscitare

m cap. 3.

Secundũ Membrũ

At, cum hoc ad futuram pertineat vitam, breuiter videamus quidnam restet secundo loco. Mors; & quid consequenter post mortem expectandum. Moritur enim Diues, moritur & mendicus: ambo æque moriuntur: sed non ambo æqualia post mortem sortiuntur. Mors itaque primum necessaria est omnibus, & ineuitabilis. At bonis, & iustis, vt hodiernus Euangelicus mendicus erat, nil aliud est mori, quam vestimentum exuere: corpus enim quasi indumentum quoddam animum tegit: quod in morte deponentes iusti, clarius inde resument: deponunt enim (vt ita dicam) vestimentum fractum, lacerum, vetus, cariosum, consumptum: superinduent autem iterum nouum, totum imputribile, impassibile, immortale, clarum, gloriosum. Quid igitur talibus est mors; nisi peregrinatio quædam temporalis, & ad concupitam, & omnibus bonis affluentem, & gloriosam patriam reditus? Quid, nisi quidam somnus consueto longior? post quem expergefacti diuinitus acquirunt perditas vires in infinitum maiores, inuincibiles, & inamissibiles. Si quis igitur mortem timet, timeat & somnum. Si quis item propter morientem tristatur, tristetur & propter dormientes. Sic enim hoc naturale, sicut illud. At inquies. Mortem non timeo: sed male mori, violenter mori, obtruncari, suspendi, & similia. O fatuum timorem: igitur Ioannes ille magnus Baptista male mortuus est? fuit enim obtruncatus. Igitur Stephanus malè periit? Fuit enim lapidibus obrutus. Igitur Laurentius malam oppetiit mortem? fuit enim ignibus concrematum. Igitur innumerabiles martyres pro Christi nomine diuersa huiusmodi mortis genera perpessi malè mortui sunt? Minimè gentium. Sed gloriosiores inde euaserunt. Non ergo est malè mori violenter finire vitam: sed male mori est in peccatis mori. Numquam enim dixit Propheta. Mors violenta pessima; sed, Mors (ait) *n* peccatorum pessima. Nulla igitur est mala mors, nisi eorum, qui in peccatis moriuntur. Et quare? Propter futuram vitam: propter illa, quæ mortem sequuntur: ideo namque mors peccatorum pessima: quia, postquam hinc migrauerint, statim experientur pœnam intolerabilem, tormenta intolerabilia, vermes immortales, ignem inextinguibilem, tenebras inuincibiles, vincula insolubilia, dẽtium stridores, tribulationem inexplicabilem, angustias vndique, & damnationem æternam. Mors igitur peccatorum pessima ob illa, quæ in futura vita perpeti eos oportebit, vt de hodierno constat diuite, qui sepultus est in inferno: & erat (inquit Euangelista) in tormentis.

Mors omnibus ineuitabilis, sed non cuilibet eadem.

Male mori quãdo quis dicatur.

n Ps. 33.

Mors peccatorum pessima.

Quid

Quid igitur illum iuuare poterit vel indumentum purpureum, vel byssina subucula, vel molle, ac inauratum lectum, vel circumdantes fratres, & consanguinei? vel parasyti, & adulatores, vel aulici, & curiales? vel diuitiæ, ac possessiones, vel pecuniæ, ac thesauri? vel denique omnia, quæ mundus hic possidet? nil penitus: nam sepultus est in inferno, & erat in tormentis. Mors igitur illius, sicut & omnium peccatorum pessima. Contra verò mendicus Lazarus, etsi miserrimè vitam finierit, nemine prorsus illi aliquod in extremis porrigente auxilium, seminudus absque lecto, vel operi-
F mento aliquo, solis canibus adstantibus, & vlcera lingentibus, violentam quandam, & ærumnosam oppetiit mortem, fame nempe necatus: cum nec de micis, quæ de mensa cadebant diuitis minimum quid percipere potuisset. Quid verò post mortem? Portatus est ab angelis in locum quietis, & consolationis: nam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Quid igitur illi obfuerunt omnes ærumnæ breues, & breues angustiæ in morte perpessæ? Nil penitus, quin & illi maximè profuere; nam ad bona æterna immutabilia, & incomprehensibilia translatus est: quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. O, si hæc æqua lance pensaremus, rectè ponderantes, quòd momentum vnicum, vnicum instans mortis, vel ad tormenta perpetua, vel ad perpetuas nos mittet consolationes, quam citissimè sine alio stimulo, vel cohortatione, sine alio magistro, vel Doctore, vitam in melius commutaremus? Diuus Ioannes Damascenus appositè nimis, & ingeniosissimè in historia de Barlaam, & Iosaphat *o* quandam refert doctrinam ipsius Barlaam erudientis, & docentis filium Regis Iosaphat, a quo etsi vili contectus tegmine cum esset affabiliter, & comiter satis receptus; inde arrepta dicendi ansa, doctrinam tradit, quæ nostro sermoni maximè congruit, sic enim exorsus est. Præclarè, atque (vt regia manificentia dignum erat) me excepisti, vt non ad externæ vilitatis speciem animum adiiceres: verum abstrusa spei te ipsum tradas. Erat enim aliquando magnus quidem, & illustris rex, cui (cum in aureo curru satellitum manu regia maiestate digna cinctus iter faceret) contigit, vt duos viros laceris, & sordidis vestibus, atque ore macie confecto, ac maiorem in modum pallido obuios haberet. Regi porro exploratum erat eos corporis afflictatione, ac vitæ Deo consecratæ laboribus, carnes suas ita confecisse; vt igitur eos vidit, e curru statim desiliens, atque humi prostratus, eos adorauit, ac deinde surgens amicissimè complexus est, & salu-
G tauit. Proceres autem ipsius, ac præfecti hoc molestè tulerunt illum facinus regia gloria indignum admisisse existimantes. Verum, cum coram ipsum reprehendere minimè auderent, cum Germano ipsius fratre agebant, vt regem admoneret, nè diadematis amplitudinem, & sublimitatem ad hunc modum dedecore, contumeliaque afficeret. Cum itaque ipse regi hæc dixisset, atque intempestiuam, & præposteram ipsius humilitatem accusasset, responsum ipsi Rex dedit, quod a fratre minimè intellectum est. Mos enim Regi erat, vt cum aliquem morte mulctaret, præconem cum tuba, quæ quidem mortis idcircò dicebatur, ad ipsius fores mitteret. Atque ex tubæ illius clangore omnes sibi moriendum esse intelligebant ad quos tuba sic dirigebatur. Itaque cum aduesperasset, lethalem tubam ad fratris sui fores clangorem edituram Rex misit. Vt igitur ille hanc tubam audiuit, desperata salute per totam noctem domesticis rebus consuluit.

Pretiosa in cõspectu Dei mors iustorum.

o cap. 6.

Præmeditandæ mortis exemplũ

Mane autem atra, ac lugubri veste indutus, cum vxore, ac liberis ad palatij fores, flens, ac lamentans profectus est. Cum autem rex ipsum ad se admisisset, atque ita eiulantem vidisset, his verbis vsus est. O stulte, ac demens, si fratris tui, cum quo idem tibi genus, & par honor est, in quem nullius omninò sceleris tibi conscius es, præconem ita extimuisti, quonam modo mihi reprehensionis notam iccirco inussisti, quod Dei mei præcones, qui mortem ineuitabilem sola præsentia horribilius quam tuba mihi prædicant, mitius exceperim? & insuper qui Dei mei, in quem me multa, & grauia scælera perpetrasse scio, pertimescendum aduentum mihi quauis tuba vocalius, altiusque denuntiant, humiliter, ac demisse salutarim? En igitur, vt tuam amentiam coarguerem, hac ratione vsus sum: quemadmodum etiam eos, qui tibi, vt me reprehenderes, in animam induxerunt, statim stolidos, & amentes esse demonstrabo, atque ita curatum, & viliter instructum fratrem suum domum remisit. Iussit autem è ligno quatuor arcas effici, quarũ cum duas vndique auro cõtexisset, fœtidaq; cadauerum ossa in eas iniecisset aureis ferris eas obfirmauit, reliquis autem duabus pice, ac bitumine oblitis, pretiosisque lapidibus, & exquisitis vnionibus, omniq; vnguentaria frãgantia impleris, aspersisq, funib. constrictis, proceres eos, a quibus ob virorum illorũ occursum reprehensus fuerat, ad se acciuit, ipsisque quatuor has arcas proposuit; vt, quanti hæ, quantique illæ pretii essent, æstimarent. Illi autem duas eas, quæ inauratæ erant, maximi pretii esse asserebant. Neque enim aliter fieri posse inquiebant, quin in ipsis regiæ coronæ, ac cingula recondita essent. Eas contra, quæ pice, ac bitumine oblitæ erant, viles omninò, ac nullius pretii esse aiebant. Rex autem ipsis dixit. Ne me quidem fugiebat vos hoc dicturos esse. Nam sensibilibus oculis, ea, quæ in sensum cadunt, perspicitis. Atqui non ita faciendum est: verum interioribus oculis, siue pretium, siue vilitatem, & fœditatem, quæ intus condita est, spectare oportet. Ac protinus inauratas arcas aperiri iussit. Quibus patefactis grauis, quidam, ac teter odor exhalauit: atque iniucundissimum spectaculum oculis obiectum est. Ait itaque rex. Hic eorum typus est, qui cum splendidis, & illustribus vestibus vtantur, atque ob ingentem gloriam, & potentiam insolenter se efferant: intus tamen fœtidis cadaueribus ac flagitiis pleni sunt. Post autem, cum eas, quæ pice, ac bitumine oblitæ erant, aperiri iussisset, omnes eos, qui aderant splendore, atque odoris suauitate, quæ in ipsis recondita erat, oblectauit: dixitque eis. Scitis, cuinam rei hæ arcæ similes sint? Humilibus nimirum, atq; abiectis illis viris, vilibusque vestibus indutis, quorum vos externum habitum intuentes, contumeliæ ac probro mihi duxistis, quod ante eos in terram me abiecissem. Ego autem eorum dignitatem, atque animarum pulchritudinem spiritualibus oculis considerans, ex ipsorum contactu gloriam cõtraxi, eosq; quauis corona, & quauis regia purpura præstantiores existimaui. Qua historia pulchrè admonemur illa duo, quæ in hodierno Euangelio explicanda sumpsimus: nempè, quid magis eligendum in præsenti vita, vel affligi cum Lazaro mendico, vel epulari quotidie, sensualiterque indui cum diuite, & exemplo virorum laceris vestibus, & sordido aspectu regi occurrentium, & adinuentione arcarum inauratarum, & pice, ac bitumine oblitarum. Docemur præterea, quid expectandum in futura vita exemplo fratris prædicti regis, qui caducæ, fragilis, ac debilis tubæ clangore ita exterritus est: nam tuba regis regum mirum sparget sonum,

(Margin: H; I; Epilog.)

vt canit Ecclesia: omnesque ante Dei thronum coget. Quem sonum sibi D. Hieronymus adeo extimuit, vt iugiter illum sibi insonare assereret: quid nos imperfecti, & in multis passim delinquentes? Vtinam vel sic præparemur, vt non cum diuite in inferno sepeliamur; sed ab Angelis in Paradisum deportemur. Vtinam vel sic transeamus per istam breuem, ac miseram vitam temporalem, vt non amittamus æternam. Amen.

FERIA VI. POST DOMINICAM secundam Quadr. Concio LXXIV.

Christus summa sua ductus clementia vineam primum humani generis, & deinde ecclesiæ plantauit, vt fructus ederet non Deo, sed sibimet vtiles; ipsa vero in deteriorem descendens sensum a recta recessit semita, nullumque bonorum operum dedit fructum; vnde inutilis omnino, ac igni tradenda euasit.

VINEAE varias acceptiones tamquam ex fecundissima Christi parabola elicuerunt antiqui patres. Beda namque ait, *a* Vineam esse vniuersalem Ecclesiam, quæ multos continet fideles: Origenes *b* verò inquit, Vineam esse synagogam, quæ ab agricolis Iudæis minimè custodita fuit. Diuus verò Gregorius, *c* Vineam genus humanum astruit. Diuus Hilarius *d* vineam assignat animam nostram ad imaginem Dei factam. Diuus Basilius *e* vineam appellat hominem iustum, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum testimonium bonæ conscientiæ, cui torcular expressionis lingua: & alii aliter. Nos vero in Principē parabolæ scopum oculos defigentes, duo tantum expendemus, ad quæ omnes vineæ acceptiones
A tendere videntur. Primò ipsius plantatoris bonitatem summam, & inexplicabilem. Secundò agricolarum inauditam ingratitudinem.

a Bed. in Matt. ca. 21.
b In Matth.
c sup. Cā ti. Cant.
d sup. Isa.
e In examer.

Diuisio bimembris.

Primum luculenter satis expressit in præcipuis actionibus Patriarcha ille sanctissimus, de quo dicitur. *f* Noë perfectus fuit in generationibus suis. Vbi Deus Optimus Maximus describitur in suis æternis productionibus perfectissimus. Deus enim Pater generauit ab æterno Deum Filium, non de nihilo, non de materia, vel quasi de materia, non cum motu, & mutatione: vt in sublunaribus actionibus accidit: non partem sui aliquam illi communicando: sed de eadem sua diuina substantia eandem illi prorsus numero communicans Deitatem infinitam cum omnibus infinitis perfectionibus; ita, vt verum sit semper magni Athanasij symbolum Arrianorum malleus, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus: & tamen non tres Dii, sed vnus est Deus. Æternus Pater, Æternus Filius, Æternus Spiritus

f Gen. 6.

Primum Membrū Deus in suis æternis productionibus perfectissimus.

 sanctus,

sanctus: Et tamen non tres æterni; sed vnus æternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi; sed vnus increatus, & vnus immensus. Vere igitur Noe misticus, Deus optimus maximus perfectus fuit in generationibus suis ex seipso generando filium sibi coæternum, & consubstantialem, & vna cum filio producendo consubstantialem, & coæternum sibi

g Gen. 9. Spiritum sanctum. De Noe præterea mistice subditur, g Quod plantauit vineam, bibensque vinum, inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo. Æternus enim Deus sola sua summa bonitate motus, magnam plantauit (vt ait Diuus Gregorius) generis humani vineam, cuius amore inexplicabili inebriatus est: Et nudatus est in tabernaculo suo, quando misit filium suum in mundum, nudari enim ibi nil aliud signat, quam propalari, & manifestari, quod tunc euenit, quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & manifeste vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Nudatus præterea est idem filius erga eandem vineam amore ebrius, quando in tabernaculo Crucis nudus extitit, in eaque affixus, vestimenta dimisit militibus, qui ea sibi diuiserunt, sortemque miserunt iuxta editum vaticinium. Diuiserunt B sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. Noe vlterius irrisus a Cham maledixit eidem: Sem vero, & Iaphet reuerentes benedixit. Ita Christus in tabernaculo nudatus existens crucis, improperantem, & blasphemantem damnauit latronem: confitenti verò, & reuerenti benedictionem dedit omnium benedictionum; illi Paradisum repromittens clarissimis Verbis. Hodie (inquit) mecum eris in Paradiso. Sic Centurioni non modicam tribuit beneditionem cum suæ diuinitatis cognitionem, & veræ fidei confessionem illi tradidit; vt exclamaret aperte. Vere filius

Summa Dei bonitas. Quando pater æternus nudatus est amore ebri*. Quando Filius.

h Gen. 9. Dei erat iste. Vlterius benedicendo Noe Iaphet, & Sem, ait. h Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Vineam etenim Generis humani secundum Diui Gregorii sensum diuisit Deus in synagogam, & Ecclesiam iuxta Originem, & Bedam superius aductos. Synagoga porrò per Sem designatur: Ecclesia vero per Iaphet. Nam ab hoc gentiles omnes: a C Sem verò Hebrei descenderunt. Inquit igitur vaticinando Noe. Habitet Sem in tabernaculis, idest Synagogæ vinea, quasi in tabernaculis intra paruos, & angustos Palesthinæ terminos contineatur. De Iaphet vero inquit. Dilatet Deus Iaphet, idest Ecclesiam per hunc designatam vltra Palesthinæ terminos dilatet: non illam contineat amplius in vnica Hebræorum natione; sed in omnem gentem, in omnem terram, & in omnes nationes eam latissimè diffundat. O miram plantatoris bonitatem, & magnificentiam. Hoc est, quod in spiritu prędixit sponsa, quæ est vinea eccle-

Vineam generis Deus diuisit.

i Cant. 7. siæ sponsum Christum alloquens, Veni (ait) i dilecte mi: egrediamur in agrum; commoremur in Villis. Quasi diceret. Non amplius maneamus restricti, & reclusi intra vnius vrbis Ierusalem; vel synagogæ muros. Non amplius commoremur in tabernaculis Angustis Sem: egrediamur in agrum gentilitatis vastissimum; commoremur in villis omnium nationum. Et subdit Spiritus sanctus. Mandragoræ dederunt odorem suum. Habent enim hanc proprietatem Mandragoræ, vt inebrient, & somno consopiant, vnde missus Annibal a Carthaginensibus ad bellandum in Africanos rebelles, hoc stratagemmate vsus est bellico; quod prælium committens, victum se simulauit: paulatimq; retrocessit magnam vini

Mandragoræ proprietas. Annibalis militare stratagêma.

vini copiam in tabernaculis relinquens inimicis compotandum mandragoræ succo immixtum. Quò cùm peruenissent inimici, de victoria læti bibebunt, & inebriati sunt omnes; grauique somno consopiti ob mandragoræ vim: quare Annibal facillimo negotio illos trucidauit. Explorata est igitur mandragoræ proprietas. Inquit igitur sponsa. Egrediamur in agrum Gentilitatis: commoremur in villis nationum; quia mandragoræ dederunt odorem suum, idest nondum persensit mundus mandragoræ vim; sed solùm nactus est odorem, quando, prædicante iam Christo, & in salutem animarum, & corporum innumera patrante miracula, odor Christi fidei diffundi cœ-
D pit. Iam verò, Christo mortuo, in cruceque nudato, & pro nobis amore inebriato largiorem dederunt mandragoræ odorem: Et in Gentiles iam cœpit fides diffundi, exclamante Centurione. Verè filius Dei erat iste. Mutuum igitur significat hęc mandragoræ metaphora, & proprietas, requisitum a nobis amorem: ita enim Christus nos amauit, vt quasi mādragoræ vi consopitus, & inebriatus per triduū obdormierit: nec aliud a nobis requirit, nisi, vt eandem mandragoræ vim sentiamus, idest vt propter amorem Christi mundo mortui, semper ipsi viuamus; & cum Paulo exclamemus. *K* Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *l* Viuo ego: iam non ego: viuit verò in me Christus. At de hoc inferius. Interim clarè patet bonitas, & amor Plantatoris vineæ, qui ob salutem ipsius, proprium tradidit Filium: eumque cruci affigi voluit: in illaque pro nobis mandragoræ vim experiri, morteque consopiri, vt iure optimo dicere possit sponsa. Egrediamur in agrum Gentilitatis: commoremur in villis omnium nationum: mandragoræ enim dederunt odorem suum. Dilatetur vinea Ecclesiæ. Dilatet Deus Iaphet, idest vineam Ecclesiæ in vniuersum protendat orbem, & verificetur illud. *m* Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam: nam ex Ægypto translato populo Deus in Palesthinam ibi Synagogæ plantauit vineam eiectis idolatris: & inde translatam in omnes Gentes, plantauit vniuersalem Ecclesiam. Vnde subdit. Plantasti radices eius; & impleuit terram. Et iterum operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei: nam pertingit a montibus Apostolorum Vsque ad Angelorum cedros; & extenditur in omnem terram a flumine Baptismi vsque ad Pœnitentiæ mare. Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius. O Plantatoris miram, & inexplicabilem bonitatem. Vtinam vel saltem attendisses (inquit Propheta *n*) mandata mea facta fuisset sicut flumen pax tua, idest in baptismate: & iustitia tua sicut gurgites maris, idest
E si quando cecideris, mare pœnitentiæ resurges millies quasi per tot gurgites. O vineam felicem, o verè Plantatoris bonitate vndique circumuallatam, & munitam: a flumine enim vsque ad mare extenditur. In flumine Baptismatis lauatur semel: ibique radices figit, & propagines facit. In mari verò Pœnitentiæ mundatur millies; & toties quoties opus fuerit palmites, vel amputando superfluos, vel multiplicando necessarios. Vnde vero, & flumen, & mare, & omni ex parte aquarum abundantia in vineam? idest omnium gratiarum, & sacramentorum vis, & efficacia? Non nisi a Christo (inquit Diuus Pater Augustinus *o*) qui quasi vitulus immolandus antequam immolaretur, è Ierusalem egrediens, super humeros crucem portans, quasi vineam arauit, vsque ad Caluariæ montem sulcum producens, non obstantibus peccatorum, & ingratitudinum

Mandragoræ metaphora quid significet.

K Gal. 6.

l Gal. 2.

Dilatetur vinea Ecclesię.

m Ps. 18.

n Isa. 48.

o Super Lucam.

Gratiarū aquæ non nisi à Deo.

num

num impedimentis. Vnde sæpiùs ex labore sub Crucis iugo cecidit; profundiusque arando (inquit D.Gregorius) thesauros inuenit gratiæ, fontesque Sacramentorum. Dicamus nos. Flumen adinuenit Baptismi, & mare pœnitentiæ pro salute, atque vtilitate vineæ; & sic extendit palmites suos vsque ad mare; & vsque ad flumen propagines eius: finitaque non minori amore, quàm labore, opera (inquiunt D.Augustinus & Tertullianus) moritur sub iugo, quando inclinato capite emisit spiritum. O igitur inauditam, & inexplicabilem Plantatoris vineæ bonitatem, & amorem.

Secundũ mẽbrũ. Sed quomodo, & qua gratitudine nos, pro quibus hæc omnia facta sunt, correspondemus Plantatori, ac parenti? Propheta Micheas *p* agricolarũ describens vel erga Plantatorem ingratitudinem, vel in excolenda vinea negligentiam, ait. Væ mihi; quia factus sum sicut qui colligit racemos in Autumno vindemiæ: non est botrus ad comedendum. Ac, si dicat in persona Plantatoris. Heu mihi; postquàm vineam plantaui, & dilataui a flumine Baptismatis vsque ad mare pœnitentiæ per omnem terrarum orbem transfusis in vineam operibus, miraculis, meritis, & Sacramentis per mortem, passionem, & sanguinem proprij Filii, expectaui aliquem ab agricolis fructum: & ecce vinea tota quasi demolita post vindemiam, nullum habet fructum bonum, nullius agricolæ adinuenitur opus perfectum: non est Christianus qui faciat bonum; non est vsque ad vnum: ita, vt vnico verbo dici possit cum Propheta. Non est botrus ad comedendum. O nos ingratos, quantam vtrique molestiam ingerimus Christo, hac nostra Oscitantia, & ingratitudine? En (inquit sponsa mater nostra Ecclesia *q*.) ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Parietem enim formauimus nos ex peccatorum durissimis lapidibus, quasi arbitrantes, quod tali septos muro Deus minimè videat: nec intra vineam quid operemur prospicere possit; sed longè opinione fallimur: nam ipse more Guardianorum vineæ stat assiduè post peccatorum parietem, respiciens per Cœli fenestras; prospiciens per prouidentiæ cancellos, omniaque apertissimè videt, quæ operamur: & quotidie inuigilat, vt nos puniat, nisi resipiscamus; ita, vt nullus omninò sic errantibus sit diffugij locus; quòd alijs sub metaphoris describens Hieremias, ait. *r* Per dialogysmum Deum secum sic alloquentem introducens. Quid tu vides Hieremias? Cui Propheta. Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie Aquilonis. Quod exponens Diuus Gregorius inquit. *ſ* Ollam succensam nil aliud esse, quàm cor hominis, quod facillimè inflammatur subministrantibus ignis materiam, sensibus externis, insufflante verò, & accendente ignem Diaboli callida tentatione, ac versutia, Vix enim audisti, vidisti vix; vix tetigisti, quòd in corde carbonum diuersarũ cogitationum cumulus est coaceruatus. Quos Dæmon statim sua tentatione insufflando superaccendit; & cor hominis, quasi ollam concupiscentiarum, & peccatorum ardore succensam ardere facit, dicente patientissimo illo viro. *t* Halitus eius prunas ardere facit: & flamma de ore eius egreditur. Qua olla ita succensa; quo corde ita concupiscentiarũ, ac tentationum igne inflammato, iterum interrogat Prophetam Deus. Quid tu vides Hieremias? Et respõdet Propheta. Virgam vigilantem ego video. In quo clarè docet, monetq; nos Deus, quod succẽso corde peccatorũ, & concupiscẽtiarũ flãma succẽsa olla peccãtibus nobis, & malè tractãtibus vineã, etsi nobis videamur quasi intra muros vineæ, vel in olla esse reclusi, adhuc semper

Margin notes:
p cap. 7.
Ingratitudo agricolarũ in nõ reddẽdo fructum. F
q Cant. 2.
Deus videt quid in vinea nostra operemur
r Hier. 1.
ſ Lib. 18. mora. 11. cap.
Per ollã succensã quid intelligatur. G
t Iob 41.

semper Deus vigilat semper, iugiter vigilat: nunquam dormit; & vigilat, vt puniat; ideo non sub quacumque metaphora exprimitur Deus vigilans; sed sub metaphora virgæ, quæ semper symbolum extitit iustitiæ. Simul igitur, & semel videtur olla succensa cor prauum peccatoris; & virga Dei vigilans iustitia Dei punire satagens. Et ideò vbi nos legimus virgam vigilantem; alius textus habet virgam amygdalinam; quia inquit Theodoretus, Amygdalus ocius floret, quam omnes aliæ arbores: vt indicetur, Dei iustitiam cito florere, semper adesse, inuigilare semper, vt ollas peccatorum succensas puniat. Aegyptij quidem quasi ad hoc alludentes, Deum exprimebant per hieroglyphicum sceptri regalis in summitate oculo vigilantissimo præditi; vt ostenderent, Deum optimum maximum vnico intuitu omnia simul videre, ac prospicere per oculum in summitate positum. Per sceptrum verò regale omnia (conformiter ad intuitum ac vigilantiam) & singula punire. Sic exponit D. Hieronymus præfatum locum Ieremiæ. Vigilat, (inquit) virga, cuncti populi peccata considerans, vt percutiat, & corripiat. Igitur fratres carissimi, si nos Christi bonitas non mouet: si nos non incendit amor; saltem succensos vitijs moueat, vel timor vigilantis virgæ iustitiæ Dei, cui nullus vnquam hominum resistere, a qua nullus, inquam, declinare, vel potuit, vel poterit in sempiternum. Et nullus, cuiuscumque gradus, & dignitatis existat, quacumque fretus potentia, poterit se ab illa eximere. Quod inculcabat D. Pater Augustinus quid ad me, quòd tu diues, & ego pauper? Quod tu pulcher, & ego difformis? Quod tu doctus, & ego indoctus? Mihi sufficit, quòd ego redemptus sum a Christo, sicut & tu. Omnes igitur ęqualiter puniēdi, quia omnes ęquè redempti, omnes a torculari Christi eūdem accepimus sanguinis, & meriti potū omnes in eadē plantari sumus Ecclesiæ vinea. Omnes igitur si fructificare nolumus, æquè puniēdi. Quid igitur pigritamus. Quid remoramur? Omnes eumdem possumus referre fructū eadem præditi Christi bonitate, amore suffulti eodem: Nonnè videtis quanto labore, ac diligentia vineæ cultores illam custodiant, atq; circa illam laborent? Nunc fodiendo, nunc plantando, nunc propagmando, nunc palos figendo, nunc putando, nunc ligando, nunc vindemiando, & mille alia circa vineam anathomias faciendo? Sic nos circa nos ipsos quasi vites operari debemus. Nonnè videtis maiores nostros vndique amputatos, vt maiorē afferrent fructum in vinea? Quid magis amputatus quàm Ioseph, *u* a quo, excepta vita, cætera omnia resecantur a fratribus? Quid magis obtruncatus, quam Iob, *x* a quo Deus omnes abstulit ramos diuitiarum, filiorum, armentorum, & cæterorum omniū etiam sanitatis corporalis? Quid referam Iacobum Patriarcham, quem non destitit amputare mille per insidias Esau frater suus? Et deniquè sic omnes Patriarchæ, & prophetæ. Sic D. Ioannes Baptista vtriusque testamenti fibula. Sic omnes martyres, & Sancti Dei, ani, utati vndique fuere, vt magis, magisquè fructificarent: & sic fructibus pleni cœlum conscenderent. Non potest sufferre Deus in vinea sua vitem sine fructu: ideò inquit D. Ambrosius, *aa* quòd sæpius mentionem facit Deus de ficu, quàm de alia arbore super illud, ficus protulit grossos suos: nā bis ficus producit fructus. Primum enim florum loco dat ficus, quos italico idiomate appellamus ficus flores, & deindè amplior copia dat iterum ficus. Ea igitur metaphora Deus fructuum copiam a nobis expetere maximè se ostendit. Vndè quanto prosequatur odio homines

Margin notes: Deus semper vigilat. — Amygdali proprietas. — H — Aegyptiorum hieroglyficū Deū exprimens. — Omnes æqualiter puniēdi, quia omnes ęqualiter redēpti. — I — Vinea animarum semper culta fuit. — *u* Gen 37. *x* Iob. 1. — Quid sit vineā iustorū putare. — *aa* In cāt. cap. 2. — Deus nō potest sufferre vitē sine fructu.

nes in hoc mundo sine fructu. Similiter perfici metaphoram ostendit: cum enim quadam die (vt refert Euangelista) *bb* vidisset a longe ficum habentem folia, venit, si quid fortè inueniret in ea: & cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia; & dixit ei. Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et pertransierunt; & cum mane iterum transirent, viderunt ficum aridam factam a radicibus, Et recordatus Petrus dixit ei. Rabbi, eccè ficus, cui maledixisti, aruit. Vt quid ergò Christus sua maledictione arefecit hanc arborem? Non enim (vt inquit ibidem Euangelista) erat tempus ficorum. Sanè, vt ostenderet Christus hoc facto, aliud maioris mysterij se designare videlicet maledictionem illam, quam in omnes proferet reprobos, quos folijs excusationum plenos, & sine operum fructibus adinueniet in die iudicij, quibus dicet. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Iterum per aliam eiusdem fici parabolam idem nos docuit, cum fructum non inueniens, ait ad cultorem vineæ. *cc* Eccè anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam; vt quid etiam terram occupat? Nam sic inuigilat Dei iustitia super omnes in vinea ecclesiæ, non ferentes fructum: iugiterque clamat contra eos. Vt quid etiam terram occupant? Succidite, succidite illos. Nullus ergò se confidat in verborum, & superstitionum folijs: nam Deus folijs non pascitur; sed fructus requirit. Folia propria sunt sterilium, & præuaricantium: sic a principio primi Parentes se se folijs adumbrarunt. Et idcircò etiam Deus cum fructus exquirat, vineam vocat ecclesiam, Christianosque vites: nam, si fructificet nil habet inane, superfluum nil: totam se aptat in fructum, etiam folia ipsa, & prima germina grata sunt gustui, & nutriunt; deindè fructus mille in modis humano vsui sunt apti: nam, & vuæ acerbæ, & maturæ, & passæ comeduntur. Vua prætereа in ophacium extinguit bilem, in vinum extinguit melancholiam. Vua passa mille sanat infirmitates. Sic Deus vult homines vbique bonos, vbique sanctos, & ad omnia paratos, & semper salutares. Vua prætereа non habet spinas, quibus defendatur, vt multi alii fructus neque clauditur aliqua cortice dura, non tegumento aspero; sed statim se gustandam præbet. Sic vult Deus fideles nudos, & synceros, & proximorum saluti statim expositos. Quemadmodum verò nullus est fructus tam vtilis, tamque proficuus, quam vitis. Ità contra, Nullum est inutilius, quam vitis lignum, si existat sine fructu. Ità christiano viro nil sanctius, nil vtilius, si fructus Christianæ religionis dignos efficiat. Contra, nil inutilius, pernitiosius nil, quam Christianus malus, de quo sub metaphora ligni vitis absque fructu. Sic ait propheta. *dd* Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum? Numquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus: aut fabricabitur de ea paxillus, vt pendeat in eo quodcumque vas? Et re vera experientia comprobamus vitis lignum ad omnia penitus inutile. Et cum nulla sit arbor, circa quam (vt superius dictum est) plures labores, maioremque diligentiam adhibeant homines, quàm circa uites: nullum tamen est lignum inter omnia siluarum ligna magis inutile, ac ineptum magis; ita, vt ex illo impossibile sit cuicumque artifici aliquod conficere opus; sed solum igni reseruatur. Ità Christiano sinè fructu nil inutilius, nil pernicio-sius,

Marginal notes: *bb Mart. 11.* — Ficus arida fit p Christi maledictione, & quare. — K — *cc Luc. 13* — Deus foliis non pascitur. — Varia vuarum genera diuersis hominũ qualitatibus assimilantur. — L — Fideles assimilari debent vuæ. — *dd Ezechiel 15.*

sius; & fortè infideles ad aliquid magis valent in hac vita, vel ad bonitatem Dei ostendendam, vel eius prouidentiam demonstrandam. Christiani verò male sine fructu, & finaliter impœnitentes ad nil aliud valent, nisi, vt igne concrementur æterno: Quibus dicet in vniuersali iudicio Christus. Discedite a me maledicti in ignem æternum. O quàm certus erit, & ineuitabilis inferni ignis æternus, lignis absque fructu sic decedentibus. O si fratres non vobis, sed ipsi vineæ plantatori fructus producere deberetis, nonnè adhuc (nè tantæ bonitati ingrati essetis) omnem conatum poneretis ad aliquem producendum fructum? Quanto magis, quando nedum hoc exposcit diuina bonitas, sed vobis ipsis omnis in perpetuum reseruetur fructus? Tales igitur, ac tantos vobis facite fructus, quales vobis optatis; ego Deum rogo: Christus vobis concedat. Amen.

Christiano sine fructu nil pernicio sius.

DOMINICA III. QVADRAGESIMÆ Concio LXXV.

Occasione infelicis obsessi lacrymabilis miseria in peccato existentium exponitur, qui omni ærumnarum genere circundantur, hocque illis euenit, quoniã Dei veritatẽ abscondere non verentur; hæcque magis afflicti ex fiunt, quia facili negotio Dei gratiam mercari possent, reuelando nempe confessori peccata, & cor in manibus Dei constituendo.

MISERANDVM omninò spectaculum recurrens nobis euangelica historia hodiè proponit mutum illum hominem, cæcum, & surdum, vt Euangelistæ describunt, sensibus principalioribus orbatum, eorumque operationibus, quibus principaliter homo disciplinæ capax a ceteris differt animãtibus: oculos enim habet excæcatos, aures obduratas, os impeditum, cor ex consequenti alienatum, intellectum obscuratum: non videt, non audit, non loquitur; & deniquè durum, & immobile nobis Euangelistæ describunt saxum vel truncum. Circa quam historiam aliàs pertractatam a nobis, duo principaliter expendemus. Primò, statum ipsius obsessi, & secundò eiusdem liberationem.

Diuis. bimemb.

Quo ad primum præsens obsessus a dæmone completum gerit simulacrũ hominis peccatoris spiritualiter obsessi. Quem iisdem partibus absolutũ describit Euangelista, & propheta Ioãnes dicens. a Quia dicis, quòd diues sũ, & locupletatus: & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & cæcus, & nudus. Ità æquidem sunt oẽs, peccatores rebus tẽporalibus in hoc sæculo florentes. Credunt. n. se diuites esse talique statu constitutos, vt nullius vnquam egeant, & ad futuram vitam nullatenus respicientes, ignorant quòd miseri sunt, & miserabiles, cæci, & nudi. Quicumque enim peccatorr statum, vt peccat, miser, & miserabilis euadit cæcus, & nudus. De

1. Memb.

a Apoc. 3.

Omnes peccatores miseri.

b Deu. 28. quibus peccatoris miserijs alibi Deus ita comminatur. *b* Percutiat te Deus amentia, ac cæcitate, ac furore mentis: & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris; & non dirigas vias tuas. Hæc de peccante Deus. Diuus verò Paulus his conformia, eodem dictante Spiritu sancto tradit *c* dicens. Dedit illis Deus Spiritum compunctionis; oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant. Quæ sunt verba Isaiæ prophetæ *d* ab Apostolo hic adducta. Vbi optima vtitur metaphora de spiritu compunctionis ad explicandam præfatam peccatoris miseriam; quàm D. Chrysostomus, & Diuus Ioannes Cassianus explicant dicentes, spiritum compunctionis esse deprauatum quemdam habitum & culpam in anima peccatoris inueteratam, & sus, desuperquè repercussam, & retortam; quemadmodum cum clauus sic tenaciter in duas percussus, & repercussus tabulas, illas colligatas, & conglutinatas retinet; vt, si vim aliquis faciat, vt indè clauum euellat infixum, potius tabulæ ipsæ confringantur, quàm clauus euellatur. Ita quidem peccata sunt quasi claui, & habitus deprauati, qui animam cum carne quasi duas tabulas configunt; & affixas adeò tenaciter seruant, vt prius conterantur tabulæ, & a corpore anima euellatur, quàm deprauati habitus, & peccata. O quàm difficile clauum libidinis euellere ab anima per habitum carni confixa, quando percursus, & repercursus est ictibus diuinæ inspirationis, & vocationis ex parte superiori. Ex parte verò inferiori millies repercursus & retortus ex frequentatis actibus carnis, & libidinis. Et sic de alijs deprauatis peccatorum habitibus; dicant experti. Vndè sub eadem clauorum metaphora monet Deus peccatores his verbis, cùm conuerti nolunt. *e* Sin autem nolueritis interficere (idest, peccata per inimicos designata mortificanda, & occidenda) erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Hunc spiritum compunctionis enixè rogabat propheta Regius a se longè fieri maximum eius cognoscens, & ponderans periculum, Cum ait. *f* Vt cantet tibi gloriam meam; & non compungar. Ac, si apertè dicat. Si huiusmodi spiritus compunctionis me afficeret, dignè tibi cantare minimè possem. Nequè gloriam mea mihi per tuam gratiam in futura vita destinata perfrui. Hinc diuus Pater Augustinus, *g* Et diuus Chrysostomus in Epistola ad Romanos, *h* & Primarius ibidem, & Alexander Alensis irrefragabilis doctor; *i* Et diuus Thomas Angelicus doctor, *K* & Seraphicus Bonauentura, *l* & alij concludunt, peccatorem in grauissimam peccatorum pœnam deniquè a Deo excæcari, & illo compunctionis spiritu affligi, & puniri, de quo supradiximus, & de quo iterum Dauid. *m* Induantur, sicut diploide confusione sua; & duplici contritione contere eos. Vbi per duplicem confusionem, & per duplicem contritionem cæcitatem describit huius vitæ temporalem, quam subsequitur damnatio æterna: nam tales in hac vita (o miseriarum miseriam) quasi iam damnati existant, eodem spiritu deprauatæ compunctionis, cæcitatis, & obstinationis afficiuntur, ac, si essent in termino: e quibus nil aliud superest, nisi æternæ damnationis executio. O pœnam, o infelicitatem, non audire quæ audis; non videre quæ vides: non percipere quæ percipis: viuere ac, si non viueres. O cæcum, obstinatum, & clauis culparum confixum, & compunctum peccatorem: intelligisnè futuram vitam? Times infernum? Speras Paradisum? Credis iudicium? Vides adstantem, imminentemque mortem? Vt quid ergo viuis quasi numquam

Marginalia (left): Peccatoris miseriæ. — *c Rom. 11.* — *d Isai. 6.* — Simil. — Difficile est habitus deprauatos ab anima euellere. — *e Num. 33.* — Habitus mali nolentibus conuerti erũt claui in oculis. — *f Ps. 29.* — *g lib. 2. cõtra faustũ ca. 9.* — *h Serm. 9.* — *i 1. par. q. 29. mẽ. 4* — *K 2. 2 qu. 79 art. 3.* — *l 2. dis. 36. q. 2.* — *m Ps. 108.* — Quid intelligatur per duplicem confusionem & contritionem. — Exaggeratio contra peccatores.

Marginalia (right): B — C

mo-

moriturus? Vt quid illa perpetras, quæ in nullo iudicio etiam hominum subsistere nequeunt? Quid igitur in iudicio credis futurum sempiterni Dei? Et quomodò tibi non magis vaticinaris infernum, quam de Paradiso minimam spem referre? Hæc omnia cum non videas, neque consideres, concludere possumus, vti cępimus, quod dedit tibi Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videas, & aures vt non audias. Et percussit te Deus amentia, & cœcitate, ac furore mentis: & palpas in meridie gratiæ noui testamenti, & euangelij meridiana luce clarius explicati: sicut palpare solet cęcus in tenebris; ità, vt in quodlibet peccati offendiculum, qualibet occurrente occasione, offendas, & labaris, & cadas, & ruinam, & iacturam facias: & hæc omnia cum non videas, nec consideres, dicis, quia diues es, & locupletatus, & nullius eges: & nescis, quia es miser, & miserabilis, & cœcus, & nudus. Super huiusmodi autem peccatoribus inquit alibi Diuus Paulus. *n* Reuelatur ira Dei de cœlo: & quomodo? Super omnem (inquit) impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Oo id itaq; Dei optimi maximi, qui est summa Bonitas, ira deniq; Deò digna reuelatur super oēs impios, qui quasi carcerib. mācipatā, detinēt Dei veritatem agnitā in impietate, ac iniustitia. Quod sanè omnibus Christianis accidit: præsertim nobis, qui Dei gratia in ecclesiæ gremio tàm clarè sumus edocti de veritate Dei: & illam nihilominùs in carceribus iniustitiæ per mala opera, & peccata mancipatam detinemus. Scimus enim certè restituendum esse alienum: eccè veritas, quæ clamat in intellectu; nec tamen restituere volumus: eccè, quod illam carceribus iniustitiæ mancipatam detine-

D mus. Clamat veritas ieiunandum, non adulterandum, non occidendum; & hæc nobis aperta veritas. Nos tamen nec ieiunare volumus; sed adulterari, proximum persequi, & occidere: eccè, quòd veritatem Dei carceribus impietatis mancipatam detinemus. Ità, vt de nobis maiori cum ratione addi possit illud Pauli. Quia, cùm cognouissent Deum (eccè aperta veritas) non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipiens cor eorum: eccè, quod veritatem Dei in carceribus iniustitiæ mancipatam detinemus. Quid autē Deus? Tradidit illos Deus in reprobum sensum vt faciant ea, quæ non conueniūt, repletos omni iniquitate, malitia, & dolo. Hæc igitur est grauissima peccatorum pęna, qua nulla grauior in hac vita possit puniri peccator, cum a Deo quasi destituitur, & excæcatur; vt videns non videat, & audiens non intelligat: & reddatur vndiquè obsessus, cæcus, & mutus, & surdus. Et fit miser, & miserabilis, cæcus, & nudus.

Sed quid Christus cum hodierno corporaliter obsesso? Eijcit Dæmoniū. Et cū eiecisset (inquit Euangelista) locutus est mutus. Quid verò Ioannes post descriptam obsessi spiritualiter miseriam? Remedium statim adhibet, Christum sic alloquentem introducens. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris: vt non appareat confusio nouitatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Primo igitur loco inquit, peccatorem alloquens. Suadeo tibi. Quare nō cogit? Quare vim non infert omnipotens? At suadeo inquit. Libertatem nobis arbitrij relinquere vult omnino. Nemo enim inuitus (inquit D. Pater Augustinus) benè agit. Sic sol, cum suos diffundit radios, neminem cogit: potest quilibet

Et peccatores in meridie gratiæ vt cæci palpant.

n Rom. 1.

Ira Dei super impios tandem reuelatur.

Veritatē Dei carceribus impietatis detinemus.

Grauissima peccatorum pœna.

Secundū membrū.

Hortatur Christus peccatores.

Nemo inuitus benè agit.

Similit. oculos claudere, vel aperire. Similiter & suæ domus fenestram: & sic frui vel non frui solis luce. Sic multis diuitem circumdantibus pauperibus diues omnibus liberaliter eleemosynam tribuere vult, si manum vel saltem exporrigant: & eleemosynam accepent. Nolenti autem manum vel saltem exporrigere: nec dare vult Diues. Itâ nec Deus cogere vult peccatorem; sed suadere tantum, pellicere, inuitare. Ideò ait, Suadeo tibi. Sic alibi declarat. o Ecce (inquit) sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. Quid clarius? Non vis aperire? Non ingredietur sol iustitiæ Christus iugiter pulsans, & repercutiens conscientiæ fenestram ictibus stimulorum varijs. Et hæc summa summarum Deus libertatem arbitrij non vult destruere, sed seruare. Beneficium, inquit lex, non confertur in inuitum. Sic Deus nullum inuitum vult saluare: sed satis, superque in bonitate, ac beneficentia excedit dum est primum mouens, priùs ipse suadet, pulsat, præuenit, excitat, vocat, pungit, stimulat, monet, redarguit, minatur, & mille talia operatur, vt consentiamus, & pulsanti aperiamus. Et hinc iure merito dicere potuit Christus. p Non vos me elegistis; sed ego elegi vos. Et iterum ibidem. Sine me nihil potestis facere. Deus ergò, sine quo nihil facere possumus, vt possimus nunquam suo nos destituit auxilio: sed præuenit vocando, & pulsando. Si consentis, & aperis, ille subsequitur iustificando: & gratiam collatam iugiter conseruat si correspondeas perseuerando, perseuerantemque coronat præmiando. Hunc ordinem docuit propheta regius primum, quomodo nos Deus præueniat, cùm ait. q Deus meus misericordia eius præueniet me. Deindè ostendit quomodo consequenter nos iustificet, si præuenientem gratiam acceptemus, cùm alibi ait. r Et misericordia tua subsequetur me. Perseuerantiam verò innuit, cùm subdit ibidem, omnibus diebus vitæ meæ. Deniquè præmium, & coronam perseueranti debitam assignat, dùm concludit. Et, vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum, idest in æternum. Deo igitur priùs mouente, ac suadente, si resistimus, & renuimus, demeremur. Et cùm Deus (vti diximus) vniuersalissima sit causa suæ gratiæ radios in nos diffundens ad instar solis: in eo tamen a sole differt, quòd sol, cùm sit causa naturalis, non potest radios retrahere; nec potest non illuminare quacumque non obstante illuminandorum ingratitudine, vel resistentia. Non sic Deus: nàm cùm sit agens summè liberum ob peccatorum ingratitudinem, & resistentiam, eorundemque demerita potest gratiæ radios vel totaliter subtrahere, vel ex parte minuere secundum demeritorum exigentiam: itâ, vt peccator vel totaliter, vel ex parte Dei auxilijs paulatim destitutus, in illas incidit tenebras amentiam, furorem mentis, cæcitatē, & alia, de quibus suprà. Discrimen igitur totum ex peccatoribus ortum ducit; itâ, vt alius solum sufficiens auxilium: alius verò efficax a Deo consequatur. Est verò (ceteris omissis, quæ in hac materia tractantur) auxilium sufficiens, quo Deus regulariter omnes adiuuat sic, vt saluari possint, si velint quemadmodum vniuersaliter sunt qui sacro baptismatis fonte sunt initiati. Auxilium verò efficax illud est, quo Deus præter communes, & vniuersales regulas aliquem singulariter, & specia-

Marginalia: o Apoc 3. — Beneficiū non fertur in inuitum. — p Ioā. 15. — Sine Deo nihil facere possumus. — q Psal. 58 — r Psal. 22. — Resistentes Deo demeremur. — Deus quō a sole differat. — Auxiliū sufficiens quod sit. — E — F

specialissimè adiuuat. Quod vnico ex diuinis literis deprompto exemplo apertè demonstro: auxilium nempè sufficiens fuit, cùm Angeli monuerunt Loth, & per illum omnes illius affines, vel consanguineos, vt exirent de loco illo, & vrbe, in qua erant: nam locum illum delere ex decreto Dei volebant. Sic autem textus habet. Dixerunt autem ad Loth. *f* Habes hic quempiam tuorum Generum? filios, aut filias, omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locum istum eo, quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, vt perdamus illos. Egressus itaque Loth, locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius: & dixit. Surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc; vsque huc facer textus, in quo auxilium describitur sufficientissimum pro saluandis viris illis, si credidissent, & consensissent; sed minimè consenserūt. Subditur enim & visus est eis quasi ludens loqui. Et sic restiterunt monitioni Loth, & Angelorum; & auxilium renuerunt sufficiens. In eodem verò loco subditur statim, auxilium quoddam efficax, & specialius: cumque enim esset mane (inquit) cogebant eum Angeli dicentes. Surge: tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, nè & tu pariter pereas in scelere ciuitatis, dissimulante illo, Apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem. Et ecce manifestum auxilium efficax. Non solùm enim auxilio illo communi, sicut ceteri omnes moniti sunt Loth uxor, & filiæ; sed auxilio quodam efficaci, & specialissimo, per manum apprehensi quasi uiolenter extra ciuitatem sunt ducti, vt saluarentur. Ceterum nullus nostrum arbitretur se tali iuuandū auxilio singulari, ac speciali, dum resistimus communi, & regulari auxilio Dei: vbi enim suaserit præueniendo (vt suprà dictum est) quod suū erat fecit: nec vlterius regulariter progreditur. Suadeo (inquit) tibi. At quis nam suadet? Certè non nisi Christus, qui hic loquens introducitur sub persona mercatoris, allicientis, excitantis, & inuitantis, & suadentis ad suas emendas merces. Et cùm maximi sint pretij inæstimabilis, maximè cupit pro nostra utilitate illas ab omnibus nobis emi; ideò inquit. Suadeo tibi, ac, si unicuique nostrum dicat. Et tibi, & tibi, & tibi, nemine prorsus excluso, etiam diabolo ipso; & damnatis, libentissimè venderet Christus: dummodò talis emptionis capaces existerent, si arbitrij libertate hac in parte gauderent, si persuasibiles essent, &, vno verbo, si vellent. Sed quia obstinati sunt in malo, & iam in termino extra præsentis vitæ forum: ideò non illis: sed omnibus viatoribus, & singulis in tali foro existentibus; inquit. Suadeo tibi, & tibi emere. Sed cur gratiæ suæ merces sub titulo emptionis offert Christus? Non nè potiùs donationis titulo illas offerre deberet? fratres non potest, nisi emi ab his, qui semel possessam perdiderunt Dei gratiam. Omnes igitur, qui post baptismi gratiā ceciderūt inuitat Christus ad huiusmodi emptionem, illisque suadet emere. At Christe Sancte quomodo possunt hi emere, de quorum singulis dixisti. Nescis, quia miser es, & miserabilis, & cæcus, & nudus? Et verè dixit, fratres. Quis enim illo magis miserabilis, cui omnia desunt, etiam indumentum, & oculorum lumen? Tales vtique sumus nos omnes in peccato existentes. Vndè peccatoris personam agebat expertus ille, qui dixit. *t* Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me. At inquies. Nonnè Dauid habebat opes multas,

Margin notes: Exēplū. — *f* Gen. 19. — Efficax auxiliū qd. — G — Christus solū suadet. — Christus neminem excludit sed omnibus offert suas merces. — Quare Christus emendas proponit merces suas. — H — *t* Ps. 69.

multas, & multas diuitias, & regnum florentissimum in terra lacte, & melle manante? Vtique: sed audi reclamantem ipsum, & dicentem. *u* Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Nullus itaque glorietur, vel in regno, vel regni opibus: & in quacunque re super terra existente. Domini enim est terra (inquit Propheta) & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Si ergò nec diuitijs, nec pecuniis, nec quibuscunque fortunæ bonis vel corporis emere quis potest; quo igitur emes? fortè spiritualibus bonis? nempè orationibus, ieiuniis, vigiliis? Sed audi Apostolum. *x* Quid habes homo, quod non accepisti? Aut quid gloriaris quasi non acceperis? Quemadmodum igitur, si quis ad nundinas pergeret pro emendis mercibus, pretioque firmato, ad capsulam venditoris pergeret pro pecunia, vt emptas inde solueret merces, nonnè insanire diceretur? Sic tu quicunque sis homo, si nihil habes, quod non acceperis, omnia tibi largiente Deo quomodo ex tua emere poteris pecunia? O diuinum adinuentum tuis pecuniis, & omninò tuis (inquit D. Bernardinus) *aa* emere debes. Quid ergò est omninò tuum? Certè non nisi peccatum. Peccatum enim omnium Theologorum consensu pro formali est nihil, est defectus; dicente Ioanne sine ipso factum est nihil. Quare cum sine Deo peccatores peccant ad peccatorem solùm pertinent peccata. O Dei bonitatem, quantò igitur plura peccata habueris: tantò numerosiores, & copiosiores possidebis pecunias, quibus Dei merces emere possis. At inquies. Num Deus tali pecuniarum genere contentus erit? Repromittit vtiquè D. Pater Bernardinus, repromitto & ego: nàm repromittit & Christus, dum in loco suprà citato ait. Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum: & cænabo cum illo; & ipse mecum. Vbi doctores quàm plurimi cænare cum aliquo exponunt de alterius cibis comedere. Vult ergò Christus aperientem sibi cænare secum: nam suos vult apponere cibos: cænare vult autem & ipse cum aperiente; quia & illum vult suos proferre cibos; quam autem escam apponit Christus? suam vtiquè diuinam gratiam, & sua infinita merita. Quàm verò apponit peccator? Non nisi sua demerita, & sua peccata. Nihil enim aliud habet, quod apponere de suo possit. Hoc nouit regius vates, cum ait. *bb* Dixi Confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Cui verò talis peccatorum pecunia est consignanda? Num ipsi Christo? Absit. Sed suo in terris campsori, suo computistæ: Confessario videlicet potestatem habenti, hic omnes numerat, & discernit omnes peccatorum nummos, eorumque differentias, & species, & indiuidua distinctè, falsamque, vel fictam non admittit, nec recipit pecuniam, sed realem, & synceram, dicente Dauide pœnitentium, & Confitentium norma. *cc* Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. Vult ergò sibi consignari omnem pecuniam quamtamcunque habeas integrè, nudè; apertè, ac syncerè, aliàs non emes Christi gratiam. Quin vlteriùs num uidistis creditorem aliquem nedum pecuniam exigere; sed magna instantia, etiam sacculum, vel crumenam, in qua pecuniam conseruabat debitor instanter exposcere? Sic Deus, & id a nobis exposcit. Quæ verò talis peccatorum pecuniæ crumena? Quinam sacculus? Certè non nisi cor, dicente Christo. *dd* De corde

Peccator licet videatur, diues tñ est paup.

u Ps. 23.

x 1. Cor. 4.

Simil.

aa Par. 4. Serm. 5. extraordinar.

Peccatū nihil est.

Cænare cū aliquo est de alterius cibis comedere.

Christici bi q sint.

bb Ps. 31.

Quo emēda Christi gratia.

cc Ps. 31.

Deo a nobis vult cor.

dd Matt. 15.

de enim exeunt cogitationes malæ,furta,homicidia,adulteria,& cetera huiusmodi. Cor igitur etiam cum pecunia ipsa peccatorum Deo tradendum. Sic enim docuit magnus ille pœnitens, qui ait. ee Cor contritum,& humiliatum Deus non despicies. *ee Psal. 50.* Erogata igitur sic pecunia cum crumena,oblatis Deo simul cum corde peccatis in confessione sacramentali ritè, ac integrè peracta,quid tandem a Christo emes? K Aurum, inquit,ignitum,probatum,vt locuples fias; & vestimentis albis induaris. Quid verò per aurum sic ignitum, & probatum,tali, ac tanta virtute præditum,nisi diuina exprimitur gratia? **Quid per aurũ ignitũ, & probatum intelligat.** Hæc lapis est philosophorum pretiosissimus, qui omnia etiã vilissima paruo negotio,& facillimo in aurum probatissimum vertit,& trãsmutat. Quid enim peccatis vilius? Et illa tamen per sacramentalem cõfessionem in aurum vertuntur diuinæ gratiæ indeficiens,& perpetuum. **Simil.** Sicut enim aurum pretiosius est omni metallo, sic diuina gratia fundamentũ est, forma,& uita omnium virtutum,ieiunia, eleemosynæ peregrinationes, & alia omnia opera tantùm valent ad vitam æternam, quantùm ex diuina fiũt gratia,tanquam ex forma,& radice omnium operum: & nil amplius. **Gratia est forma & vita bonorũ operum.** Hinc vetula illa, ff quæ duo tantum minuta in gazophilacium posuit, plùs omnibus offerentibus,teste Christo,obtulit. Nam ex maiori obtulit gratia,quàm omnes alij offerentes. *ff Mar. 12* O lapidem igitur philosophorum quàm peroptimũ diuinæ gratiæ,quæ omnia vel dicta, vel facta, vel excogitata in aurum vertis optimum nouæ gratiæ,ac meriti apud Deum. Vndè contingere potest, quod vnicum prolatum verbum pro amore vel correctione proximi maxima cum gratia plùs valeat in immensum, quàm multis diebus, ac noctibus nudis, ac flexis genibus in oratione Dei perseuerare si hoc totum sine Dei gratia fiat: non enim pensat Deus tàm,quòd agatur,quàm quomodo perficiatur; non quid, sed qualiter, & quanta gratia; O igitur cæci, & muti, & surdi: an ignoratis,quia sic existentes, miseri,& miserabiles estis? Suadeo igitur vobis emere a Christo vestris peccatis in confessione sacramentali prolatis aurum diuinæ gratiæ indeficiens, quo locupletes fiatis,audientes, & videntes,& cantantes Domino in gloria sempiterna. Amen.

FERIA II. POST DOMINICAM tertiam Quadr. Concio LXXVI.

Christus in patria sua tribus de causis miracula patrare noluit. Prima ob Nazarethanorum incredulitatem. Secunda propter ipsorum contemptum. Tertia propter inuidiam, quo hæc tria in Christianis damnantur, atque acerrimè reprehenduntur vitia, quorum diuersi apponuntur effectus, vt inde eorum pateat fœditas.

SI dicta, vel facta Christi passim carnalibus non proponerentur sensibus in sermonibus, hortationibus, concionibus, & colloquijs, torpesceret animus, vacaret mens, dormiret ingenium, cor tabesceret, diuini Spiritus tepesceret feruor, diuinæ obliteraretur Euangelicæ legis obseruantia, extingueretur quidquid vigoris,& caloris cordibus inest humanis. Ità in lapide latet ignis; friget in ferro:

ferro: tenebrisque vtrumque obruitur. Ignis tamen, & ferri, & lapidis collisione maximè incenditur, & inflãmatur. Sic lapideis existentibus vel frigentibus vestris cordibus, faxit Deus, vt ex collisione, & ictibus verborum linguę meæ verè ferreæ ignis veri amoris exoriatur in nobis: & flãma inardescat æternæ caritatis, dum recitientis vobis euangelicę historiæ Christi verba cum verbis ciuium Nazareth conferemus. Ex qua historia salutares, & flammeas eliciamus scintillas ex prima verborum Christi cum Nazarethanorum verbis collisione: inquiunt enim isti. Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac, & hic in patria tua. Retorquet, ac repercutit Christus, dicens. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Super quibus verbis exquirunt doctores; & adducunt rationes multas, propter quas hæc verba protulit Christus. Nos (ceteris omissis) ad tres principales hodiernum perstringemus sermonem: propter quas Christus nec miracula operabatur in patria sua, nec in ea erat acceptus videlicet ad Nazarethanorum incredulitatem, contemptum, & inuidiam. A

Diuisio trimembris.

De incredulitate expresse inquiunt Euangelistæ. *a* Et non fecit ibi multas virtutes propter incredulitatem illorum. Et iterum. *b* Et non poterat ibi vllam virtutem facere; nisi paucos infirmos, impositis manibus, curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum. Incredulitas ergò illorum in causa adducitur manifesta ab Euangelistis, quare Christus ibi miracula operare non poterat. Notandum porro cum Greg. Nanzianzeno, *c* illud impossibile dici, quòd voluntas abhorret, vel quod rationi non est consentaneum. Voluntas autem Christi abhorrebat ibi miracula patrare: quia non erat consentaneum rationi propter incredulitatem eorum, propter quam sic demerebantur. Notandum præterea cum D. Thoma, *d* mirari Christũ, non quòd ignoraret, vel ab æterno vt Deus, vel ex instanti suæ Conceptionis, vt homo, maximam Nazarethanorum incredulitatem; sed mirabatur scientia experimentali: experiebatur enim & in effectibus comprobabat, quòd priùs cognitione quasi abstractiua prænouerat. Ad hoc igitur tantummodo mirabatur, vt ostenderet maximam, valdeque detestabilem, & execrabilem incredulitatem eorum esse. Vt verò hanc ad salutem conuertamus nostram, ad nos conuertamus & sermonem: multi enim (& hoc æuo nostro) dicunt, quanta audiuimus facta in primitiua Ecclesia Apostolorum temporibus? cur non fiunt & his diebus nostris? Cui querelæ occurrit D. Chrysostomus, dicens *e* (Argumentum, & quæstionem retorquendo) Quanta audiuimus flagella irati Dei? quot puniriones in primitiua Ecclesia, & Apostolorum temporibus? quare Deus nos delinquentes, & scelesta, & fœda perpetrantes facinora, non ita punit, & flagellat nunc: sicuti & tunc puniuit, & flagellauit? Quot enim post Ananiam, & Saphiram eadem, quæ illi vel peiora fecerunt? Quomodo igitur eadem non sunt passi? Nonnè multa nunc fiunt, qualia in diluuio? Quare diluuium non est factum? Nonnè multi pro nephas) perpetrant qualia Sodomorum Ciues? Quare ignis pluuia non descendit? Nonnè multi Pharaonis cætera committunt? Quare Pharaonis non dant pœnas? Nonnè multi Israelitica scelera sunt aggressi? Quare a serpentibus non perierunt statim? Nonne multi Giezi peccata committunt? Quare lepra non sunt respersi? Soluit Chrysostomus, dicens. Discite, nunc, quòd Ananiæ, & Saphira imitatores non prima, & temporalis, sed mors expectat secunda; & illa æterna. Sic alijs non diluuium

a Mat. 13 *Primum memb.* *b Marc. 5.* *Incredulitas iudęorum quid effecerit* *c Oratione 4. de Theolgia* *d 3. Par. q. 15. ar. 8.*

Christus non miratur propter ignorantiam. B

e Hom. 26 ad Popu. Ant.

Cur non flagellat nũc Deus sicut pri°. C

luuium

luuium; sed infernalis gehenna, & vltio est repromissa. Sic alijs non ignis pluuia e nubibus: sed fluuius igneus iugiter manans paratus est; alijs non pœnæ transitoriæ; sed abyssi pelagus impertransibile alijs non serpentes mortales, at crudelis vermis, qui non moritur. Alijs non lepra superficialis, aut in binas partes continuò secari, & cum hypocritis dilacerari. Omnibus ergò malefacientibus imminet Dentium stridor, torqueri, assari strangulari, continuò absq; consumatione consumi. Sic etiā e conuersò ad nostrā quæstionem reuertentes ritè laborātibus, & benè currentibus iustis, tàm cōcionatoribus, q̄ auditoribus æterna promissa sunt præmia, omnibus miraculis mirabiliora. Ad quid igitur tēporalia? Et ad quid miracula? Sed instabit quis non ritè solutā esse quæstionem: manebant.n. hæc, & iustis in primitiua ecclesia vel in antiqua synagoga. Cur igitur non etiā & modò sensibiles immi

D nēt pęnæ, visibilia & præmia? Ea quidē est omnium patrum rō, & rñsio, φ constituenda erant, & firmanda in exordio nascētis ecclesiæ principia quędam nobilissima, & communissima, super quibus, regi, & gubernari perpetuò debebat Quibus semel iactis, non iterum sæpiùs repetenda: sed super i, sē semper innitendum, v.g. Firmandum erat hoc principium, Deum esse oīum bonorum amplissimum remuneratorem, eumdemquè malorum omniū iustissimū punitorē: Quod principiū firmatū fuit, & manifestatū ex vtraque parte miraculis, & punitionibus, & flagellis, & priuilegijs. Ex quibus firmissimè didicit, tenuit, ac tenet Ecclesia, nullū bonū vnquā irremuneratum, & malum nullū impunitū iri. Ecclesia igitur satis, superq; edocta ad quid vltra edocenda? Illa.n. tēporalia siuè pœnæ, siuè præmia, siuè miracula, siuè flagella, indicia certa, & certa iudicia fuerunt æternorum. Es igitur edoctus Christiane: quid vlterius vis doceri? Audisti? Credidisti? Hoc tibi sufficit ad salutem. Si non credis, nec, si talia uideres, qualia in primitiua Ecclesia, crederes. Si credis, quare non operaris? Vide tibi quæ imminent suppłicia æterna. Conuertamur itaque fratres; & quæstionem commutemus. Nec dicamus vltra, quanta olim audiuimus facta miracula: quare non fiunt & modò? Sed ea omnium sit vna vox; quare Deus nos non punit statim, sicut olim puniebat? Ratio in promptu est ex notissi-

E mo, & certissimo in Ecclesia principio, quòd nullum malum impunitū, &c. Igitur, si non punit temporali punitione, vltio nobis certò imminet æterba. O quis hæc pensando non statim a sua conuerteretur incredulitate? vel a vita sua mala credulitati repugnante? Propter hanc enim incredulitatem vel mortuam credulitatem sine operibus, multis dubio procul tēporalibus priuamur bonis, priuādi (quod peius est, nisi cōuertamur etiā æternis. Nec vos fallat carissimi alia multorum querela superiori non absimilis. Quanta (inquiunt) audiuimus facta in primitiua Ecclesia; quantam fidei dilatationem in momento a mari vsque ad mare; & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum: & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Quare modò coangustata, & restricta videtur Ecclesia in nonnullis Europæ Angulis? Numquid illam Deus penitùs destituit? Num penitus euertenda? Huic enim querelæ similiter occurrit Diuus Chrysostomus vbi suprà, dicens, Paucos, & ipsos probabiles vult Deus, potiusquàm innumeros, & nequiores. Nonnè vides, quòd melius est vnū habere oculū sanum, quàm duos orbatos? Nonne melius ouē vnā habere sanam, quàm decem millia scabiæ repletas possidere? Nonnè cernis expe-

Peccatores expectat mors secunda.

Cur non sunt nunc sicut i primitiua ecclesia signa & miracula.

Homo edoct⁹ nō debet amplius edoceri, sed credere & cōuerti.

Propter incredulitatē priuamur bonis tēporalibus et æternis.

Cur ecclesia coangusteē & restringatur.

rientia, quòd filiorum bonitas cum paucitate melior est, quàm filiorum multitudo cũ malitia? Quid mihi cùm multitudine? Quæ ineptæ multitudinis vtilitas? Nulla: sed potius bonis detrimentum. Multa nihil boni F facientes quid aliud nobis præbebunt, quàm pœnam, ignominiam, & laborem? Nemo enim quòd multi non simus incusabit; sed quòd inutiles. Hoc namquè semper nobis arguent, cum dixerimus, quòd multi sumus. At mali inquient. Si enim pro paucis malis cohibendis, pro paucis bonis conseruandis tot necessarij sunt labores, & sermones tot, & conciones, & correctiones; quid, si multi essent hi, & illi? Quare non magis lugemus, quòd, cum pauci simus adhuc adeò mali sumus? O quàm lugendum, quòd Christiani, cùm pauci sint: infidelibus tamen sæpiùs longè sint deteriores. In hoc igitur confundamur; & firma credulitate reuertamur ad Dominum iuncta operibus: aliàs eius destituemur, nedùm præclarioribus miraculis, sed etiam ordinarijs auxilijs.

Melior est paucitas bonorum quã multitudo malorum.

Secundũ memb.

Non solùm propter hoc; sed etiam propter secundam causam, ob quam Christus acceptus non erat suæ patriæ. Quam tangit Theophylactus, dicens. f Solent homines rara, & admirabilia magnifacere: despicere communia, & familiaria. Vbi expressum innuit contemptum Nazarethanorum erga Christum illis familiarem, & notum. Idem tangit Cyrillus, inquiens. g Contemnuntur enim quodammodo semper etiam optima quæque, quãdò non ratò contingunt; sed suppetunt ad velle. Sic etiam contingit in hominibus: familiaris enim quia semper præsto est, debita reuerentia priuatur a notis eius. O quàm inexplicabile damnum in nobis efficit contẽptus Christi, & rerum diuinarum; quia præsto sunt: quia suppetunt ad velle: quia (vt ità dicam) nimia familiaritate illis coniungimur. Hoc peracutè ponderauit Doctissimus Tertullianus, cùm ait. h Nihil adeò est, quòd mentes hominũ obduret, quàm simplicitas diuinorum operum, quæ in actu videtur, & magnificentia, quæ in effectu repromittitur. Quid enim homo in aqua, & paucis verbis tinctus? Quam vero inæstimabilis hinc æternitatis consequutio? Hinc retrocedunt, Iudæi, Mauri, Ethnici: sic a principio Naaman Syrus, i Numquid (ait) non meliores sunt Abana, & Pharphar fluuij Damasci? Iordanis aquas nempè contemnens. Deniquè seruorum consentiens monitis, aquam priùs contemptam tangens iuxta consilium Prophetæ, mundatus est. Aquarum enim vim simul cum omnibus reijcientibus baptismum contemnens non diuinam considerabat potentiam. Sed audiant D. Ambrosiũ proclamantem. k Non aquarum illam vim sed gratiæ intelligant diuinæ. G Sic D. Pater Augustinus, & Patres omnes cum Ecclesia. Igitur Christiani non vndarum, sed Christi potestatem, & virtutem credant, & intelligant præsto esse. Vade, vade igitur Christiane lauare septies cum Naaman syro: vel in septem Ecclesiæ Sacramentis vilibus te humiliando sensibilibus signis. Vel pauperculo sacerdoti sæpẽ confitendo peccata humiliter; vt indè magnũ recipias Christi gratiæ donũ. Deus.n. hominũ volẽs cõfundere superbiã a primo trãsfusam parẽte, vilibus illũ subiecit elemẽtis, & hominũ æquè peccãtiũ salutari ministerio, vt indè gratiæ largitate, acciperet sub vilibus pretiosissima, sub paruis magna, sub contemptibilibus inæstimabilia, sub caducis æterna. Nemo igitur contemnat vel simplex ministerium sacramentalis confessionis, quo se homini homo humiliat, peccata sua, & intimas etiã cordis cogitationes Deo soli notas aperit, propalat, confitetur. Nemo

f In Luc. 4

g In Luc. c. 4.

Iudæi cõtemnebãt Christũ quia erat ei familiaris.

h Lib. de bapt.

i 4 Reg. 5.

Contemptus & nimia familiaritas rerum diuinarũ magnã parit iacturã.

k Lib. de his qui initiãtur c. 4

mo contemnat vel aquam puram elementarem: vel purum vinum, & azimum panem: vel sanctum oleum, & cetera huiusmodi. Nam visibilia hæc, & sensibilia ritè collata, & administrata conferunt æterna, & inuisibilia. Cęlum pro inferno ponunt: hominem transmutant in angelum: peccatorem in iustum, damnatum in beatum, & denique cælestis patriæ extorrem in ciuem sanctorum æternum, & perpetuum Dei familiarem, & domesticum, efficiunt sic pœnitentiæ sacramentum iuxta D. Hieronymi placitum fętida, & nigra peccata ore peccatoris ritè confessa quasi carbones in pretiosissimos vertit carbunculos: vbi enim apud Isaiam legitur, quòd vnus de Seraphim ad illum volauit, & calculo, quem forcipe tulerat de altari, os eius mundauit D. Hieronymus vult legi. Carbunculum pretiosum: non quòd ignis ille altaris, carbunculis nutriretur incombustibilibus, & ad nutriēdum ignem ineptis: sed quia de altari ablato carbone, ac per manum Seraphim ad os prophetæ amore, Carbo versus est in carbunculum. Sic virtute altaris Crucis Christi acceptis peccatorum carbonibus; & ad os peccatoris per sacramentalem confessionem applicatis, & quasi in sacerdotum manibus consignatis, in carbunculos vertuntur pretiosissimos sacramenti virtute a Christi ara manante: dummodo integrè, ac syncerè peccatorum carbones per confessionem depromantur: si enim dolosè, fictè, ac non integrè Pœnitens confiteatur peccata, quid ad tales apponetur carbones? Non quidem carbunculi: sed implacabilis iræ Dei desolatorij carbones, dicente Propheta. *m* Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? (idest in confessione sacramentali) Sagittæ potentis acutæ cū carbonibus desolatorijs. Videant igitur omnes peccata sua confitentes, quomodo carbunculos in carbones cōuertant, & e contra. Vel synceram, & integram per confessionem: vel per insufficientem, & dolosam.

H

> Diuina sacramēta nō debēt spernari quia licet videātur parua tñ rectè administrata conferūt vitam æternam.
>
> *l Isa. 6.*
>
> Virtus eximia Cōfessionis sacramentalis.
>
> *m Ps. 119.*
>
> Cōfessio debet esse integra.

Sed quò tendimus? Eo digressi sumus iure merito propter contemptum nostri æui in sacramenta ob eorum nimiam familiaritatem, & copiam, quæ secunda fuit causa Christo denegandi suæ patriæ miracula: nunc iam tertiam explicemus; nempè Inuidiam, de qua Chysostomus. *n* Nec enim Christum sustinebāt; sed inuidia se succendebant: nam lippa est Inuidia, nec longinqua videt. Hinc ciues eiusdem patriæ magis inuidia in se inuicem succenduntur, quàm in ciues remotissimæ regionis. D. verò Ambrosius in eandem cum Chysostomo sententiam pergens ait. *o* Hinc patet, quid frustrà misericordiæ cœlestis opem expetes, si fructibus alienæ virtutis inuideas. Aspernator enim Deus inuidorum est, & ab his, qui diuina beneficia in alijs persequuntur, miracula suæ potestatis auertit. Videte igitur fratres quid mali afferat Inuidia, propter quā indigna iudicatur patria, vt in ea ciuis miracula operetur, quæ digna fuit, vt in ea Dei filius nasceretur. De hac inuidia nos pluribus prætertis annis egimus. Vt verò eam apertiùs dignoscamus, quò tutius fugere possimus: nonnulla inter multa, quæ adducit Plutarchus *p* inter odium, & inuidiam discrimina in medium afferamus. Deindè Theologicā veritatē aperiemus. Nascitur (inquit Plutarchus) odiū ex opinione, quam habemus, quòd is, quem odimus, malus sit, aut in vniuersum, aut quantùm ad nos attinet. Inuident verò homines ijs dumtaxat, qui feliciter viuere videntur. Ex felicitate igitur aliena, Inuidia oritur: odiū ex aliena malitia. Hinc secundum discrimen: nàm indeterminata est Inuidia perinde atque oculorum ægritudo, quæ ad omnem splendorem turbatur fe-

I

> Tertium memb.
>
> *n Hom 49 in Matt.*
>
> *o Lib. 4. in Luca.*
>
> Deus inuidos spernit.
>
> *p Opusc. de diff. inter od. & inu.*
>
> Inuidię et odij discrimen.

Inuidia est odio latior.

licitatis. Odium verò certis clauditur terminis: cùm semper erga determinata substantia non nulla permaneat. Hinc tertium discrimen: nam odium etiam in brutis reperitur, & hominum in bruta, & brutorum in bruta. Nam Cantarides, & Rubeta, & Serpentes, & cetera huiusmodi omnes homines ferè oderunt, & Germanicus neque Gallum aspicere poterat. Odium verò, & inimicitias inuicem exercent bruta, pugnamque inter sese: sic Aquilæ in K
Dracones, & Cornices in noctuas, & econuerso. Mirum verò est, quod Egithalli, & Achanthylides insitum habent odium; quorũ (inquit Plutarchus) neque cruor quidẽ, cùm interfecti fuerint commisceri potest; quod si fortè miscueris, rursus fluit, ac separatur. Inuidere verò inter se ferè non possunt; cùm nullum de felicitate alterius iudicium habeant, Neque gloria, vel dedecore moueantur: quibus inuidia augeri maximè solet. Inuidia igitur dumtaxat hominis, & erga hominem est, & humanum non excedit genus.

Inuidia non excedet humanũ genus.

Odium verò etiam brutorum in bruta, & hominum in eadem repentur. Hinc discrimen quartum: nam iustè inuidere nemo vmquam potest. Odio verò quam plures iustè habentur: sicuti quos odio dignos appellamus; qui neque malorum consuetudinem fugiunt, neque abhominantur. Magnum verò huius rei argumentum est, quòd nonnulli odio se quam plurimos habere fatentur, inuidere se alicui negant; nam odium in malos laudabile est.

Odium in malos laudabile.

Idcircò fratris Licurgi filium Charillum Sparthæ præfectum probum, & clementem virum laudantibus quibusdam, restitit collega eius dicens. Et quomodo probus est Charillus, cum nè in malos quidem sit acerbus? Thersitæ quidem turpitudine corporis variè, ac multifariam Poeta describit: peruersitatem verò morum breuiter, & ferè vno verbo conclusit dicens.

Odit & hunc magnus Pelides, odit Vlysses.

q Ps. 118. Sicut verò maximè laudabile iniquos odio habere, dicente propheta. q Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi, idest, quia legem tuã dilexi: ideò
r Ps. 138. iniquos odio habui. Et iterum. r Perfecto odio oderam illos. Ità econuerso (subdit Plutarchus) maximus peruersitatis cumulus est optimis viris inimicum esse. Hinc Inuidia semper iniusta, cùm in optimos, vt plurimum succẽdatur.

Inuidia semp est mala.

Hinc inuidere se omnes negant: quod siquis id eis ostẽdere conetur, mille afferunt excusationes; vel se iratos esse, vel metuere hominẽ, vel odisse L.
dicentes. Aut alia quauis ratione huius affectionis nomen obumbrantes, ac tegentes: Hanc animi ęgritudinem omninò celandam existimantes. Ex quibus patet quàm detestanda, quàm abhominanda vbique, & ab omnibus, & semper sit Inuidia; Qua in re optimè quidem dixit Plutarchus. In eo verò Theologicè corrigendus, ꝙ non semper odium laudandũ; sed cum apposita distinctione; qua etiam explicata, discrimina ruent inter odium, & Inuidiã adducta: duplex est enim odium in hominibus, vel quod oritur ex opinione, quam habemus, ꝙ is, quem odimus, malus sit, & hoc laudãdum odium, pro quo superius adductus est propheta regius, ea etiam conditione cõprobandum, vt inter naturam distinguatur, & vitium, vt perfectum sit odium: perfecto nempè odio vitia in hominibus insequendo, vt conuertantur, virtutibusque ornentur; & inter huiusmodi odium, & Inuidiam optimè fluunt præposita discrimina. Alterum verò est in hominibus odium ab ipsa Inuidia præcise originem ducens, quæ non similibus fluit differentijs, sed prorsus in omnibus, & per omnia cum Inuidia, ex qua ortum ducit, conuenit, & coincidit. Tale vtique fuit primi Angeli odium in Deum:

Odiũ est in homine duplex.

cum

cum enim D. O. M. summum bonum existat, nullum inuenire potuit in eo malum Dæmon, quod odiret; sed præcisè, ac adæquatè Inuidia subcrescente in odium optimi, ac summi boni prolapsus est. Sic Diuus Bonauentura, *f* Scotus *t* paululum variè docent, quòd primus Angelus seipsum inordinatè amans propriam præsumpsit excellentiam, ac Dei æqualitatem, quam assequi non posse ritè cognoscens, cœpit ipsi Deo inuidia contraire. M At, quia nec inuidia obstare poterat, in odium prolapsus est Dei, & eum, quem summè esse necesse est, Deum non esse complacentiæ desiderio appetijt. Tale etiam fuit Cain odium in Abelem, & Saulis in Dauidem. Ab inuidia enim in vtrisque cœperunt, quæ deniquè in peruersum consumata est odium, quo agitatus Cain occidit Abelem; & Saul Dauidem occidere sæpiùs conatus est. Huiusmodi igitur odium quemadmodum & Inuidia ex aliena felicitate ortum ducit, & in solis reperitur hominibus vel dæmonibus ratione participantibus. Nec laude, sed criminatione dignum, & vniuersæ peruersitatis maximus est cumulus. Tale itaquè fuit Nazaretanorum odium in Christum: ab inuidia enim cœperunt, propter quam indigni habiti sunt Christi miraculis; & deniquè in odium exarserunt, cùm ducentes illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas eorum ædificata erat, illum præcipitare conati sunt. Nec igitur mirum (inquit Ambrosius vbi supra) si perdiderunt salutem, qui eiecerunt de suis finibus Saluatorem. O quot malorum causa est inuidia. Cauete igitur fratres, nè aliqualiter eam ingredi permittatis, principijs obstare necesse est; nam ingressa numquam desistet, quousquè perficiat, ac teterrimo vos consumet cum dæmonibus odio perpetuo: Dominus enim noster Iesus Christus, qui docuit Apostolos exemplo suo omnibus omnia fieri; nec volentes, repudiat, nec inuitos cogit, nec eijcientibus reluctatur, nec rogantibus deest: non mediocriter autem; sed magno conatu procul repellenda est inuidia, quæ Caritatis oblita, in acerba odia, etiam causas ipsas amoris inflectit; cùm N enim Dominus per omnes beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant: & surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem; & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, vt præcipitarent eum. Qua in re inquit Beda, *u* Peiores sunt Iudæi discipuli diabolo magistro: ille namque rogans ait. Mitte te deorsum: isti verò facto violenter mittere conantur. Quibus adhuc pœnitentiæ locum reseruat Dominus; ideo transiens per medium illorum ibat. Sic nobis omnibus pœnitentiæ reseruat locum: & quasi non apparens transit per medium nostri. Fugiamus itaquè Inuidiam, & Caritatem amplectamur, quo dæmonum consortium fugiamus perpetuum, perpetuaque Dei fruamur caritate. Amen.

Odium primi Angeli quale fuerit.

f dist. 5. q. 4.
t in 2. dist. 6. q. 2.

Odium Caim cōtra Abelem quale fuerit.

Odiū Iudæorum Diaboli & Cain idem.

Non mirū si perdiderunt Iudæi salutem.

Inuidia inflectit in odium causas amoris & ideo est ei fortiter resistendum.

u In Luc. c. 4.

FERIA TERTIA POST DOMIN. Tertiam Quadrag. Concio LXXVII.

Correctionis fraternæ adeo magnum est emolumentum, vt ipsa cœlestis gloriæ aditum nobis demonstret; quare, vt ea ritè vti possimus, in huius concionis secundo membro de modo eam adhibendi verrimè tractatur.

Sicut

SIcut profunda maris ingredi,& liquẽtis viæ calles inuios trãsmeare artifex nauta inuenit:itá Christi Dñi nostri dicta euangelica quasi altissimi Oceani sensus diuinis vndis interclusos,per germanos in A telligentiæ calles penetrare docuit eiusdẽ Christi Spiritus, quem ille misit nobis a patre Sanctis repromissũ Apostolis.Hinc est,ꝙ ratẽ naturæ mẽtis e carnis littore soluentes,in pelagus euãgelici sermonis intramus, credẽtes,ꝙ flante Spiritusancto cęlestis intelligẽtiæ pueniemus ad portum. Præcipit itaq; hodie Christus;si peccauerit in te frater tuus:vade,& corripe eum inter te,& ipsum solum.Magnum,& salutare præceptum, quòd , cum aliàs a nobis explicatum sit,duo tantùm præsenti sermone ponderabimus: nempè ipsius præcepti pondus.deindè modum illud obseruandi.

Diuisio bimemb. *a In Ps. 41* *Primum membrũ* *Seruorũ proprietas quædam.* *Simil.* *b Gala. 6.*

De primo audiẽdus est D.Pater August. qui hmõi præceptũ de proximi correctione ponderans,ait. *a* Sicut cerui,qñ aliquod longũ iter conficiunt: aut profundũ vadũ prætereunt,cũ habeant grauissima pp magnitudinẽ cornuum capita,sese hoc modo inuicẽ iuuant. Per ordinẽ se collocãt vnũ post vnũ,capita super terga præcedentiũ reclinantes: & cũ primus non habeat super quẽ caput reclinet,spacijs intermissis vadit post vltimum: & ita subleuant,& subleuantur oẽs admirabili hac industria. Sic nos Christiani debemus (vt inquit Apostolus) *b* Alter alterius onera portate: ꝙ nullo expressius fit modo,quã per fraternã correctionẽ proximi errata,quasi onera eidẽ importabilia submouendo.Quod tanti est põderis; vt,hoc pręcepto seruato, subdat Apostolus.Et sic adimplebitis legẽ Christi.Pudeat igitur nos Christianos Christi legẽ suauissimã abhorrere,vel refugere: qñ animalia bruta ratione carentia: Alterũ alterius onera portant,vt legẽ adimpleant naturæ , solo naturali instinctu prædita . Nè verò in tenebris ambulemus, discutiamus quid nam hic præcipiat Christus.D.Chrysostomus distinguit dicens *c* Dñs quandoquè illum,qui contristauit,ad eũ,qui contristatus est,cõducit: sicut ibi.Si recordatus fueris,ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te,vade reconciliari fratri tuo,&c. Qñq; vero ecõtra eũ,qui iniusta passus est,iubet dimittere proximo:sicut ibi.Dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.Hic aũt aliũ perfectiorẽ excogitat modũ: eũ.n.qui contristatus est,ducit ad eũ,qui contristauit.Et ideò dicit.Si peccauerit in te frater tuus.vade,& corripe eũ; quẽ perfectionis modũ ideò excogitauit; quia ille,qui iniusta fecit,non facilè veniret vel iniuriã passũ,verecundatus illius aspectũ,& præsentiã.Hũc igitur,qui passus est, ad aliũ trahit qui iniuriã fecerat,& nõ simpliciter;sed vt corrigatur.Nõ.n.dicit.Accusa: vindictã sume; sed Corripe.Dic ei q̃ ab illo passus es . Cũ.n.ipse ira,& verecundia detinetur;te oportet ad illũ ire,qui sanus es,quasi ad ægrotantẽ,& infirmum.Ideo autẽ hoc,præcipit ei,qui passus est iniuriã,& nõ alij:quia ille,qui fecit iniuriã,ab eo mitiùs,& mãsuetiùs longè sustinet.Et maxime cũ solus eum corripiat.Cũ.n.qui vindictã expetere putaretur . Idẽ salutis videatur diligẽtiam habere ; hoc maximè potest saluum facere illũ,qui intulit iniurias. Qñ igitur (inquit D.Pater August.) *d* aliquis in te peccat,magnã illius habe curã, non tui,qui obliuisci debes iniuriã tuã;sed vulneris fratris tui,cui ex præcepto Dñi mederi debes:qui nihil aliud quærit,quã proximorũ concordiã,& amorẽ.Et hic omnis correctionis finis,quẽ desiderabilẽ maximè,atq; appetibilẽ nouit in suis egregijs symbolis Pytagoras,cũ ait. Numerus singularis est qui omnibus rebus dat esse. Numerus autẽ dualis , omniũ illarum interitus

Fraternæ correctionis maxima vtilitas. *c Hom. 61 in Matt.* *Primum domini præceptum de reconciliatione.* *Secundũ præceptum.* *Tertium præceptum.* *Quare hoc præcipiat ei qui passus est iniuriam.* *d De ver. Domini Serm. 16.* *Numerus singularis oĩbus reb. dat esse, dualis econtra.*

B

ritus est, & corruptio. Obscurissima quidem; sed saluberrima sententia: namque in singulari numero vnitatem, atque concordiam signare voluit, quæ omnibus dat esse rebus. In duali verò discordiam, quæ rerum est interitus. Sic vita vnit: mors verò separat In duo, animam scilicet & corpus. At

C quid morte dirius? Quid vita dulcius? Vita ergo Reipublicæ concordia pax: interitus, & perditio discordia, & discidium. Vndè Christus Dominus noster suauissimam, dulcissimam, & vita plenissimam Rempublicam Christianam instituere volens, ait. *e* In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Quasi dicat. Hoc verũ, certum, & infallibile signum, quòd christiani estis, & discipuli mei: & meę ciues Reipublicæ, si dilectionem habueritis ad inuicem. Non dicit. Si miracula operaueritis. Non dicit. si virtutes & vires astrorum, lapidum, vel plantarum cognoueritis. Non dicit. Si radices herbarum tantummodo, & aquam ad vestrum victum adhibueritis. Nõ dicit. Si nudi, ac discalciati pertexeritis, & cetera huiusmodi. Sed, si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Hoc enim tantum sufficit. Hoc legis impletio, & perfectio: quæ tanto perfectior a quolibet obseruatur, quanto perfectius diligitur. Sola igitur dilectio distinguit in republica christiana, & in maiori, vel minori gradu constituit iuxta maiorem, vel minorem dilectionem. Quare Dionysius Areopagita de diuin. nomi. Amorem (inquit) mutuum dicimus. Amor enim dicit affectus adhæsionem respectu amari. Dilectio verò vltra hoc addit electionem: nam dilectio est ex diuersis electiò. Vnde in diuinis literis. *f* Dilectus meus electus ex millibus. In supremo deniquè gradu constituit caritas dilectionis. Nam addit, magnam appretiationem: carum enim dicitur illud, quod magni pretij æstimatur, vt peroptimè notat Seraphicus doctor Bonauentura *g* Vlterius huiusmodi præceptum latissimè patet: nec minoris latitudinis est, quàm potestas Petro collata. Nàm, interrogante Petro, *h* hoc eodem loco. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Respondit Dominus. Non dico tibi vsque septies; sed vsque septuagies septies: quasi diceret. Nullum peccati genus tàm graue, atque immane committi poterit, cuius non sit venia; & quòd non sit omnino a proximo dimittendum. Sic diuus pater Aug. *i* Nihil aliud fuit dicere septuagies septies, nisi quoties peccauerit ignosce. Et diuus Hieronymus. *K* Toties dimitte quoties peccare potest. Et diuus Chrysostomus *l* non numero con-

D cludit remissionem; sed quod continuò, & semper est, significat. Verumtamen si altius repetamus, inueniemus huiusmodi numerum attributum grauioribus, & scælestioribus mundi primordij peccatis: nam, peccante, Caino turpissimè in fratrem Abelem, notatum fuit eius peccatum per numerum septies: peccante verò lamech per numerum septuagies septies; vtpsemet suas alloquens mulieres ait. *m* Audite vxores Lamech, quia occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum: septies vltio dabitur de Cain; de lamech autem septuagies septies. Quæ verba protulit lamech secundum glos. cum interfecisset Cain. Terribile quidem fuit supplicium Cain, cum in septuplum fuerit punitum; quod, cum non videatur rationabile, nec regulis rectæ iustitiæ conforme: cum iuxta mensuram delicti debeat esse & plagarum modus? Variè torquentur doctores hunc locum exponentes. Procopius hazius in commentariis huius loci ait, quòd cùm Cain occidisset Abelem, occidit pariter, & extinxit septem dona Spiritu

Vitæ reip. concordia.

e Ioa. 13.

Dilectio signũ est Christi discipul os a ceteris discernens.

Amor mutuus dicitur.

Dilectio ex diuersis electio

f Cant. 5.

g 1. sent. di. 10. supertext. dub. 1.

h Ma. 18.

i De ver. d. ser. 15.

K In Ma. 18.

l In Mat. 18.

Septenarius numerus a mũdi initio grauioribus peccatis attributus est.

m Gen. 4.

Iuxta mẽsurã delicti dẽe esse plagarũ modus.

ritu sancti; & ita condigna fuit pœna culpæ. Lamech igitur animaduertens punitionem Cain, qui nullum ante se talis punitionis exemplum habuerat, sic argumentabatur. Si septies vltio de Cain sumpta est, qui sine pœnæ homicidij exemplo punitus fuit, quæ nam vltio de me sumēda erit post orbi vniuerso notissimum de homicidio exemplum? Vtique, si de illo septies, de me septuagies septies vltio sumetur. Alij aliter exponunt; sed breuitati studētes ad Theologorum patrem Augustinum *n* recurramus, qui omnem controuersiam soluens, ità exponit. Numerus denarius legis præcepta designat; vndenarius verò peccatum: est enim transgressio denarij. Numerus verò septenarius vniuersitatem temporis designat septem enim diebus voluitur tēpus. Septies igitur vndecim numerum conficiunt septuaginta septem. Dicere itaque septuagies septies vniuersitatem importat transgressionum, & peccatorum. Cum dicat igitur Christus septuagies septies, omnia peccata dimitti voluit: & quamlibet legis transgressionem, & quodlibet contra illam peccatum toto vitæ tempore commissum; & vno verbo quolibet die in septenario dierum hebdomadæ omnia sunt dimittenda peccata: & qualibet hora cuiuslibet diei, & quolibet horæ momento semper veniæ sit locus, semper aperta sit peccatoribus ianua; & quælibet illis peccata dimittantur quātumcunque grauia, etiam, quod sint contra omnia decem legis præcepta; etiam, quòd sint grauiora peccatis Cain, & Lamech, de quibus & septies, & septuagies septies vltio sumenda erat. Dicit igitur Christus dimittendum esse peccantibus & septies, & septuagies septies, id est, omnium peccata quātumuis grauissima: quod, si hoc de peccatis in Deum verificatur, multomagis de peccatis, & offensis in nos verissimum erit: & dico tibi (inquit Christus Petro) quod si peccauit in te frater tuus, non dico tibi septies; sed & septuagies septies, nedum dimittas ei sed (quod perfectius est) dilige illum, & (quod perfectissimum) Vade; & corripe eum inter te, & ipsum solum: teneris diligendo, & corrigendo, quoties in te peccauerit, vel tibi iniuriam fecerit. Et hoc de præcepto, & præcepti substantia. E

n de ver. d. ser. 15.

Veniæ semper debet esse locus.

Quæcūque sunt dimittēda peccata.

2 mem. Quoad modum verò illud obseruandi Spiritus sanctus docet magna cum dexteritate, ac suauitate proximum corrigendum, in illis verbis. *o* Lingua placabilis est lignum vitæ, quæ immoderata est, cōteret spiritum. Tam enim longe est, vt immoderata correctio finem lucri faciendi fratrem sortiatur: quod potius conteret, si quid residui est Spiritus. Vitam verò afferet, si dulcis, mitis, & placabilis existat. Quemadmodum enim in terrestri Paradiso lignum posuerat Deus vitæ, ad restaurandam, producendam, & propagandam vitam. Sic lingua placabilis in hac miseriarum valle post lapsum, vbi multi labuntur, est lignum vitæ. Qua in re non mediocriter forsam errauit Elias, quando à rege Achab interrogatus. *p* Tu es qui conturbas Israel? Respondit Acerrimè. Non ego turbaui Israel: sed tu, & domus patris tui qui dereliquistis mandata Domini; & sequuti estis Baalim. Quæ correctio, cùm tam rigorosa fuerit, atque in publico, & in Regiæ Maiestatis dedecus, tantum abfuit, vt prodesset, quòd valdè obiurit magnumque incendit persecutionis ignem: cuius erroris redarguere volens Dominus Eliam, tristem admodum illum effecit in spelunca latitantem; & ait ei, Egredere, & sta in monte coram Domino; & ecce spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens Petras ante Dominum. Attamen subdit. Non in Spiritu Dominus. Deinde subsecutus est magnus terræmotus. F

o Prou. 15.

Proximus suauiter est corrigēdus.

Simil.

p 3. reg. 18. & 19

Eliæ à Domino per visionē ostenditur ratio faciēdæ correctionis.

Et

Et post spiritum (inquit) commotio. Verumtamen (subdit) non in commotione Dominus. Vlterius magnum ignis incendium apparuit; & post commotionem (inquit) ignis: tamen subdit similiter. Non in igne Dominus. Deniq; post hæc omnia suauissimus perflauit auræ tenuis flatus: & post ignem (inquit) sibilus auræ tenuis, & Caietanus legit. Et post ignẽ vox submissa subtilis: & cũ hac venit Dominus; & in hac Deus, vt intelligeret Elias, quod nõ prodest vt plurimũ correctio, quæ cum feruoris excessu, & effrænato impetu per spiritum grandem, & fortem designata sit; neq; correctio, quæ magna ira percita quasi terræ motus correptum exterrefaciet; neque cum Zelo nimis accenso, & inflammato, & amaro per ignem figurata; sed illa semper est apta, prodesse, quæ ad similitudinem est auræ tenuis, quæ est vox submissa subtilis, quæ ex lingua placabili oriatur, quasi ex ligno vitæ, quæ fit cum sermone molli, & blandis verbis, quæ a correcto dignoscatur ortum ducere a miti animo, ex radice amoris, ex visceribus caritatis. Notat vlterius Caietanus in Commentariis huius loci, quod tres priores visiones tantummodo imaginariæ fuere scilicet spiritus, commotionis, & ignis. Quarta verò aura tenuis vera fuit, & realis, vt illinc magis constaret discrimen inter asperas; & crudas reprehensiones a miti, atque suaui admonitione. Quemadmodum enim differt homo pictus ab homine verò, atque reali. Sic reprehensio dura, & aspera a molli, atque suaui: prima enim veluti mortua est, ventus, aer, commotio, & cũ qua videtur non esse,
G nisi ignis iræ, passionis, amari Zeli, & intolerabilis. Cum secunda verò vox Domini, & Dominus ipse adestinã lingua placabilis lignum vitæ: quod ritè animaduertens Elias (subdit ibi sacer textus) quod operuit vultum suum pallio quasi verecundatus; nec habens faciem comparendi ante Dominũ: nec Domini sustinẽs faciẽ. Vndè sic opertus pallio vultum, egressus in ostio speluncæ vocem Domini audiuit: quod etsi defendi posset Elias vt vero zelo tactus, Verumtamen ad nostram instructionem hæc scripta sunt, hæc peracta sunt, vt discamus nõ quasi leones, vel gigantes ita perciti, & inflammati correctionem facere fraternam: sed suaui, atq; miti spiritu, modestiaq; ac sub missis verbis muniri; nam lingua placabilis lignum vitæ. Quod aliam per metaphoram perpulchrè ostendit Isaias cùm ait. q Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius adscendet: & requiescet super eũ spiritus Domini idest. Oriatur correctio, vti diximus per virgã hic expressa ex radice amoris, & caritatis Christi, qui per Iesse, ex quo natus est secundum carnẽ, exprimitur. Et ex tali caritatis radice egreditur flos amoris fraterni, & mutui, mutuæque dilectionis: & requiescit super vtrumque corrigentem, & correctum spiritus Domini, spiritus bonæ voluntatis in inuicem; & dilectionis in alterutrum. Caue (inquit D. Basilius) nè correctio tua sit veluti aqua in tempestate: puer Elisei, r qui cum baculo duro, & aspero ad suscitandum viduæ filium perrexit: nil prorsus efficere potuit: nam in baculo, asperitas, & rigor designatur. Sed Eliseus absque baculo; suo spiritu, sua vita se se exinaniens, & conformans pueruli membris, & staturæ, os ad os, manus ad manus, & pedes ad pedes applicando, & adæquando suaui flatu insufflans in puerum, illum statim reuocauit ad uitam. Sic non reuocat ad vitam fratrem per peccatum mortuum duræ correctionis baculus: sed suauis,
H & misericors admonitio coaptata, & conformata dexterrimè, corrigendi fratris capacitati, atque dispositioni. Deniquè hac præmissa dulcedine

Non est facienda cum feruoris excessu.

Nõ cum ira.

Nõ cum zelo nimis accenso.

Simil.

Eliæ visio ad nostram instructionem scripta est.

q Isa. 11.

r 4. reg. 4.

Correctio dulcis & suauis esse debet.

si non profuerit paulo rigorosius procedatur; docet Christus, dicens: Si te non audierit sic suauiter alloquentem inter te & ipsum solum, & mitius, & secretius procedentem, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos: vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Et deniquè pro extremo remedio, si non audierit eos adductos, dic Ecclesiæ. Ad hanc reserua baculum, virgam, rigorem, spiritum fortem, & grandem conterentem petras; ad hanc reserua commotionem, & terræmotum, & conflagrantem ignem diuini Zeli: nam hæc sine passione, vel excessu ordinatè procedit. Est enim de qua Spiritus sanctus ait. *f* Terribilis, vt castrorum acies ordinata. Hæc igitur terribilis suo munere fungens, & suo iure vtens censurarum ictibus, & excommunicationum fulminibus iustè, ac seuere punit, castigat, flagellat, priuat officiis, & beneficiis vsque ad euersionem regnorum, & regum, & monarcharũ; si Ecclesiã non audierit (inquit Christus) sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Cæterum vniuscuiusque priuati munus est suauiter, mitissimè, ac dulcissimè corrigere proximum: ad quod efficiendum nil facilius, & efficacius conducit, quam animaduertere, & ponderare, quòd sumus omnes fratres eiusdem Dei, & Domini nostri filii, qui nos tot doloribus, & passionibus generauit proprio emisso in partu, & effuso pro nobis pretiosissimo suo sanguine in lecto crucis, vt parturiens, manens vbi se comparauit serpenti, de quo ipsemet ait. *t* Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ità exaltari oportet filium hominis: & per pulchrè quidem. Nam, sicut quoddam inuenitur serpentis genus, quod in parturiendo euisceratur, & moritur, & vitam pro filijs profundit. Ità Christus Dominus noster visceribus pro nobis profusis, vt nobis vitam largiretur, mortuus est diro lanceæ ferro eius viscera irrumpente. Tanti igitur patris sanguine procreati, & progeniti, illud corde, atque ore versemur, quod propheta cecinit regius. *u* Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum idest, in vnum patrem Christum. Bonum (inquit) & iucundum: quæ duo non facile in quacumque re huius mundi sublunaris reperiri possunt nisi in concordia fratrum, & amore proximorum, inhabitando fratres in vnum. Multa enim sunt bona, atque vtilia; sed non suauia, & delectabilia; vt ieiunia, mortificationes, disciplinæ, vigiliæ, & cætera huiusmodi. Multa verò alia sunt quidem dulcia, & suauia; sed minimè vtilia, vel proficua; sed nociua, & perniciosa: vt sensualitates, & voluptates cuiuscumque generis inordinatæ. Illud vero, habitare fratres in vnum, Bonum simul, & iucundum, vtile, ac delectabile, suaue, ac proficuum. Pro quibus explicandis duas adhibet propheta similitudines perpulchras: alteram, quæ denotat suauitatem; vtilitatem alterã. Primam ad Religionem pertinentem expressit per vnguentum suauissimum ex pretiosissimis aromatibus myrrha, cassia, cinamomo, balsamo, & aliis confectum. Sicutẽ vngutum (inquit) in capite, quod descendit in Barbam, Barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius. Vtilitatem verò ad Rempublicam, & gubernationem temporalem pertinentem expressit per cœlestem rorem. Sicut ros Hermon (inquit) qui descendit in monte Sion. Nam, cum essent montes illi fertilissimi, in eo consistebat eorum fertilitas, & vbertas, vt ros cœlestis descenderet super eos. Quemadmodum igitur vnguentum super caput summi Sacerdotis effusum, statim diffundebatur, lateque, ac liberaliter communicabatur a capite in faciem, & barbam, & dorsum:

Contra spernentem fraternam correctionem quid faciendũ.

f Cant 6.

Ecclesia terribilis vt castrorum acies ordinata.

t Ioa. 3.

u Ps. 32.

Multa sunt bona & vtiliã nõ tamen suauia & ẽ cõuerso.

sum: & in corpus vniuersum vsque ad extremas vestimenti oras. Et similiter. Quemadmodum ros descendens cœlestis super montem Hermon, qui cæteris erat altior, statim diffundebatur, & discurrebat ad inferiores montes, illos fœcundando.. Ita bona quæcumque tam Religionis, quàm Reipublicæ: tam spiritualia, quàm corporalia, debent diffundi, & communicari seruata proportione in fratres omnes, & in omnes proximos, maxima seruata in inuicem concordia, & amore; quoniam illic (subdit) mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in sempiternum. Vbi illic? In fratribus, qui habitant in vnum. In proximis, qui fruuntur concordia, quæ bona est, & iucunda; & per quam Dominus mandat benedictionem, & vitam vsque in sempiternum, cùm igitur correctionis fraternæ finis extet concordia, & amor, ad quem consequitur Domini vita, & benedictio sempiterna, nulla ex alia radice prodire debet, nisi ex radice Iesse, nisi ex radice amoris, & charitatis Christi; vt Christo per correctionem lucrifaciamus, & reducamus perditum fratrem, Christo filium, quem ipse proprio generauit sanguine. Hoc sit metrum: hæc mensura, hæc radix, hæc origo, hic finis, hic modus omnis correctionis fraternæ, Christi amor diffusus in nos omnes tanquam pretiosissimum vnguentum a summi Sacerdotis capite diffuso, confecto ex aromaribus dolorum, passionum, spinarum, clauorum, lanceæ, crucis, & aliorum instrumentorum, quæ ad tale, ac tantum concurrerunt pretiosissimum conficiendum vnguentum: quo tanquam suauissimo glutino delibuti omnes; omnia in inuicem communicemus bona spiritualia, & temporalia, vt Domini consequamur benedictionem, & vitam sempiternam. Amen.

Bona q̄ sunt debēt communicari.

Correctio fraterna procedere debet ex charitate.

FERIA III. POST DOMINICAM tertiam Quadragesimæ. Concio LXXVIII. De sanctissima Virginis Annunciatione.

Angelus ad sanctissimam Virginem missus de admirabili secum agit incarnationis mysterio. quod tandem tunc perfectum est, cum ipsa humillimo suo responso assensum præstitit; quo per verba prolato Verbum humanam suscepit naturam, Angelisque se tali indutum veste demonstrauit. quod actum est in principio creationis ipsorum.

A QVOD Virgo Angelo nunciante concepit, Natura non habet, vsus nescit, ignorat ratio, mens non capit, stupet cœlum, terra pauet, & creatura miratur vniuersa. Quō igitur sermo narrabit humanus? Quis Dei tātum attinget arcanū? Virginis cōceptū, concurrentes causas, tantæ rei origines, omnium sæculorum negotium, diuinitatis, & carnis comercium, hominemq; Deumq; vnum, & idem quis capere vmquam poterit? Homo, quod credere iussus es, discutere non præsumas: sed cum Virgine, quæ eo quòd credidit beata, beatus & tu credas, quod tuba exclamat populorum, dicens. *a* Magnum pietatis sacramētum; quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu: apparuit

a 1. Tim. 3.

Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mūdo, assumptum est in gloria. Quæ omnia mysterio plenissima, discurrere paruo temporis momēto quin etiā extremis tātum labiis attingere est impossibile, & cū præteritis annis eodem nobis recurrente incarnationis mysterio, multa dixerimus: paucis hoc anno sermonem complectemur. Tria igitur prima tantummodo breuiter prælibanda, videlicet quomodo Verbum Dei in hac mirabili incarnatione Angelo nunciante, Virgine fideliter, humiliterque consentiente manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis.

Diuisio trimembris.

Primum Mēbrū.

De primo intimus ille Secretarius Dei vtramque Verbi increati, & incarnati æternam, ac temporalem describens generationem, temporalem veluti omni ex parte completam, & absolutam concludens, ait. *b* Et verbum caro factum est. Similiter & sacer Euangelista pictor hanc eādem pingens Verbi incarnationem, sic Pastores colloquentes introducit. *c* Transeamus vsque Bethlem, & videamus hoc verbum, quod factum est; factum est, factum est ambo clamant Euangelistæ, vt tanti operis perfectionem exprimant. Siquidem quicunque excellens pictor, vel sculptor, siue Apelles, siue Phydias, vel quicumque alius fuerit ille, aliquam pingens, vel sculpens quantumcunque pulcherrimā imaginem more maiorū semper subscribere solet Apelles, vel Phydias, vel talis faciebat. Cùm itaque omni numero absolutū, perfectumq; sit opus. Quare sic inscribitur faciebat? Ratio in promptu est. Nullus.n. quantumcunque excellens humanus artifex adeò perfectū conficere potest opus, quin aliquid addi ipsi possit, & in aliquo accidēte, vel proprietate adhuc perfici, vel ab ipsomet, qui prius fecit, vel ab alio excellentiori, quàm generis imperfectione carentes omnes humani artifices, subscribunt faciebat, pingebat: non aūt pinxit, vel fecit. Cum itaque Deus, *d* qui est omniū artifex, omnem habens perfectā in summo scientiā, perfectū istud incarnationis opus conficere voluerit, ita, vt nil prorsus illi deesset, in nulloq; perfici vlterius posset, per suos tanti mysterij Secretarios subscripsit. Verbum caro factū est. Quod manifestatum est in carne, in aliis quidē operibus ad extra, vt plurimū Deus (omnibus concurrentibus Theologis) in omnium rerum productione non ita perfectas illas fecit, quin vlterius in aliquo perfici possint. Ideo ad modū pictoris, vel sculptoris non perfectum conficiens opus non, quia nō potuit; sed quia nō sic expedire nouit, a principio subscripsit per suos Prophetas Secretarios faciebat, & non fecit. At prius facientem, deinde subscribentem videamus. De ipso itaque Deo pingente, vel quasi sculpente ait Spiritus sanctus. *e* Sic omnis faber, & architectus qui noctem tāquam diem trāsigit, qui sculpit signaculo sculptilia, & assiduitas eius variat picturam, cor suum dabit in similitudinē picturę: et vigilia sua perficiet opus. Et iterū dicēte Dauide. *f* Quasi de pictore, vel sculptore manibus, digitisq; operāte. Qm̄ videbo cęlos tuos, opera digitorū tuorū. Et iterum cùm cōsumasset omnia, quasi de artifice ex diuturnis operibus lasso inquiūt diuinæ literæ, *g* die septimo requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat. Hæc, & similia de operibus. De subscriptione verò cum hæc omnia perfici adhuc potuerint, subscribit. Faciebat, pingebat, &c. Sic firmata, fundataq; terra subscribit. *h* Appendebat fundamenta terræ. Sic in terra quasi iam in materia sculptis abyssis subscribit. Vallabat abyssos. Iterum in eadem librans, & sculpens aquas subscribit librabat fontes aquarum. Sic sculptis cœlis, & vndequaque tàm vario, ac delectabili pictis ornatu subscribit. Præparabat cœlos: & sic de singulis ibi descriptis.

b Ioan. 1. *c Luc. 2.* *d Sap. 7.* *e Eccl. 38* *f Psal. 8.* *g Gen. 2.* *h Prou. 8.*

Humanæ operationes a quocunque sint semper aliqd imperfectionis habent.

Incarnationis mysteriū perfectissimè cōpletū est.

B

C

pſis. Cùm verò ad Verbum in carne (vt inquit Apoſtolus) manifeſtatum deuentum eſt, non amplius faciebat, vel pingebat; ſed fecit, pinxit. Et Verbum caro factum eſt. Hinc liquido patet, cur tanto temporis longiſſimo interuallo diuina Verbi elaborata ſic incarnatio, & denique manifeſtata. Manifeſtatũ (inquit) eſt in carne, vt quemadmodum ſi pictura, vel Sculptile maximæ conficeretur expectationis, & famæ pro aliqua celeberrima Republica, in maxima, & aptiſſima ad tantum opus aula regia, quod multis præterlapſis iam annis cum inceptum fuiſſet, nec adhuc patefactum, nec manifeſtatum, de die in diem omnes, & ſinguli ciues inſtarent, ac ſępius rogarent,
D & peterent, vlterioris moræ impatientes, vt manifeſtaretur; Artifex vero moras protrahendo ſe ſe de anno in annum eſcuſaret, Paululum expectate, expectate paulum. Denique multos, poſt Annos opere iam completo, & prorſus manifeſtandum audiunt ab artifice, impoſſibile fore opus tam immẽſum per ordinarias demitti feneſtras. Quare ipſi repetitis vocibus exclamarent. Diſrumpe, Diſrumpe muros: & dimitte iam expectatiſſimum opus, nec amplius remorare. Ita in Verbi diuina incarnatione cum tantum opus in cęli manſione deſignaretur, per annorum iam tot elapſa tempora pro vniuerſa humana Republica exclamabant tantæ impatientes moræ eius ciues. *i* Manda, remanda, manda, remanda. Et iterum. *K* Deus meus ne tardaueris. Et iterum. Domine quando reſpicies. Et iterum. *m* Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando conſolaberis me? Et iterum. *n* Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Et mille talibus modis exclamabant ciues Verbi incarnati manifeſtationem petentes. Summus verò artifex Deus reſpondebat. *o* Adhuc vnum modicum: & ego cõmouebo cęlum, & terrã, &c. Et veniet deſideratus cunctis gentibus, & ſimilia. Commouere autem ſe dicit cęlum, & terram non per feneſtras ordinarias, ſed extraordinarias ad tantum patefaciendum opus. Ordinariæ feneſtrę (optime Tertullianus inquit) ſunt Dei ſapientia, Dei bonitas, Dei prouidentia, qua regulariter, & ordinarie mundum gubernat, & regit. Extraordinariæ vero ſunt eiuſdẽ Dei extraordinaria potentia, vel ſapientiã, qua extra conſuetum naturæ curſum aliquid operatur in mundo. Exclamabant igitur patres. Rumpe muros, rumpe muros, idest extraordinaria vtere potentia, & Verbum incarnatum per ipſam nobis manifeſtetur. *p* Vtinam (inquiunt) diſrumperes cęlos, & deſcenderes. Et ecce tandem, (vt olim vnus prædixit ciuium) *q* Inclinauit cęlos, & deſcendit. Et Verbum caro factum eſt. Et magnum hoc pietatis ſacramentum manifeſtatum eſt in carne.

Similit.

Exclamabant patres pro incarnationis miſterio.

i Iſa.18.
K Pſ.39.
l Pſa.34.
m Pſ.68.
n Iſa.14.
o Agai 2.

Quomodo in verbi Dei incarnatione cõmoti ſunt cęli.

p Iſa.64.
q Pſa.64.

Deus inclinauit Cęlos & deſcẽdit quando Verbum caro factum eſt.

Sed vlterius iuſtificatum eſt in ſpiritu. Quõ iuſtificatum? primus homo a primordio ſuæ creationis iuſtus in ſtatu innocentiæ iuſtitia originali prædirus, & gratia gratum faciente ornatus in lucem productus eſt. Verum tamen incõparabili ſpacio diſtat a ſecundo homine Chriſto, in quo Verbum caro fa
E ctũ eſt. Adã nãq; gratia ſecundũ aliquẽ gradũ poſſibilẽ perfici vlterius collata fuit, & hãc amiſibilẽ ſimul cũ iuſtitia originali, quã & per peccatum amiſit. Animæ vero Chriſti sũma collata eſt gratia, & in sũmo gradu ſaltẽ negatiue, vt inquit Scotus; ita, vt maior creari nequeat etiam per potentiã diuinam, & ea inamiſſibilis, eo ꝙ impeccabilis erat Chriſtus. In Adam præterea gratia fuit vt in riuulo, & depẽderet a Chriſto futuro, vel vt glorificatore ſi nõ peccaſſet, vel vt redẽptore cũ peccauit. In Chriſto vero vt in fonte, atq; prorſus inde pẽdenter. In Adã præterea ordinate gloria poſt gratiã cõferenda venie-

Secundũ Mẽbrum

Longe diſtat Adã a Chriſto & maximo cũ diſcrimine Animæ eorũ fuit collata gratia.

bat in gradu limitato. Christi verò aīæ statim fuit collata sūma, gratia, & sūma gloria, ità, vt r de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quare iure merito de hoc incarnationis mysterio dicitur. Iustificatum est in spiritu, hoc est. Cū verbū manifestatū sit in carne, inde factū est, ꝙ caro iustificata sit in spiritu. i. homo Christus & per Christum hominem omnes in Christum credentes homines. Iustificatus ergo in spiritu sic, quod nullus alius vnquam homo taliter iustificatus est, vel iustificari vmquam poterit: omnes, enim alii homines, dempta gloriosa, semperque Virgine Dei genitrice Maria) iisdem differentiis distant a Christi gratia, & iustificatione, cum omnes antequam gratiam, & iustificationem consequantur, in lethali concipiantur peccato, ex clamante vice omnium Propheta, pro omnibusque de singulis dicente. ſ Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Et quod caput est. Nedum animæ Christi collata est summa gratia, & summa gloria, & visio, & fruitio beatifica diuinæ essentiæ non, vt nobis post discessum animæ a corpore, sed statim in eodem incarnationis instanti. Sed vlterius ipsemet Christus fuit secundum quod Verbum, & Deus gratiæ creator, & gloriæ largitor, & communicator: idemque creator, glorificator, redemptor, & iustificator per maximam illam hypostaticam vnionem, per quam naturæ illi humanæ communicata est diuina filii persona. Propter quæ incomprehensibilia mysteria non dixit Apostolus de Christi anima. Iustificata est in Spiritu, vel de Christo homine Iustificatus est in spiritu; sed vt omnia comprehenderet de Verbo incarnato, de verbo in carne manifestato, subdit. Iustificatū est in spiritu: nēpe, vt nō solū Christus homo sūmè iustus, ac summe beatus esset: sed & vnicus omnium hominū redēptor, & iustificator: & per quē omnes homines iustificarentur, & sine quo nullus vnquam a primo Adam vsque ad vltimum nasciturum iustificari poterit, vel potuit. O magnum igitur pietatis mysterium, quod manifestatum est nobis in carne, & iustificatum est in spiritu pro nobis, vt nos per illum iustificationem accipiamus. Cur itaque moramur? Cur procrastinamus? Cum feris, & brutis in peccatis manentes gratia, & iustificatione destituti; ex quo ipsomet genere inferiores euadimus quam longe. Quare non magis nobis ipsis superiores euadere conamur Angelis effecti æquales? Idem enim hoc mysterium, quod manifestatum est in spiritu, & iustificatum in carne. F

Tertio apparuit Angelis, quibus (vt peroptime docet D. Bernardinus) t apparuit statim creatis hoc diuinū Verbi incarnandi mysterium, ꝙ boni credentes, & cum gaudio suscipientes humiliter adorauerunt, inde beati effecti, & Sancti Angeli: mali verò superbiēnes detrectarunt, & renuerunt; inde inimici Dei, & Diaboli effecti. Hoc idem docuit D. Bernardus, referente ibidē Sancto Bernardino, & alii plurimi. Et ante omnes Apostolus Paulus (vt asserit idem Sanctus Bernardinus) vidit hoc magnum mysterium quando vsque ad tertium cęlum est raptus. Hoc igitur verbum manifestatum in carne, iustificatum in spiritu, quod primo apparuit Angelis a principio creationis eorum, vt credendum, & colendum iisdem sanctis Angelis apparuit, iam patratum, in carne manifestatum, in Spiritu iustificatum, ex quo mali angeli cruciati exclamabant. u Cur venisti ante tēpus, torquere nos? Et quidam Dęmon a D. Bernardo Mediolani coactus ex corpore obsesso discedere (vt refert vbi supra D. Pater Bernardinus) hæc verba protulit. Nō exibo propter te Benarde, sed propter magnum Dominū; cui D. Bernardus. Quis est iste ma G

gnus

Marginal notes: r Ioan. 1. — Per Christum hominē iustificātur omnes in Christū credentes. — Omnes (Virgine dempta) in peccato conci piuntur, & iisdē differentijs i gratia a Christo distāt. — ſ Psa. 50. — Christus vt verbū, & Deus gloriæ largitor. Christus omnium redēptor & iustificator. — Tertium Mēbrum — t to. 4. ser. 41. — Incarnationis mi sterium Angelis reuelatū fuit. — Angeli credentes, & verbum adorātes An geli effecti sunt, Dæmo-

gnus Dominus? tunc Dæmon ait. Est Iesus, quē vidi antequam de Paradiso eiectus essem. Igitur subiecit D. Bernardus. In nomine Iesu exi ab homine isto, & sic exiuit. Verum enimuero reiectis Dæmonibus, sanctis apparuisse Angelis non amplius futurum credendum, sed iam patratum adorandū a ducit Apostolus in præfatis verbis. Quare in Christi natiuitate (inquit Euangelista, & ecce Angelus Domini stetit iuxta illos (idest Pastores) & subito facta est cum Angelo multitudo militię cęlestis, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in Altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &cæt. Apparuit igitur Angelis, qui rebellium, & malorum casu, tertia eorum præcipitata parte maximo desiderio flagrabant per hoc mysterium suas implere ruinas. Hinc patet, aliis omissis rationibus, Cur Deus hominem non angelos redemit. Nam cum tota natura humana, non autem angelica tota ceciderit, vt inquit D. Pater Augustinus. *aa* Ideo homines redimendi erant, non Angeli. Quare pro redimendis hominibus dicitur iustificatum est in spiritu. Pro Angelis vero, quia non redimendi, sed lętificandi tantummodo per suarum impletionē ruinarum dicitur apparuit Angelis. O igitur nos beatos, qui ob Christi meritum angelis connumerari, consociari, & coæquari digni euadimus; ita, vt congruè dici posset. O magnum pietatis sacramentum, quod pro nobis manifestatum est nostra in Carne, iustificatum est suo in spiritu, vt nos cęlestibus coæquaret spiritibus: & sic apparuit Angelis per nos restaurandis nobiscum omnibus. Factus fuerat, o fratres, post Adæ peccatum Homo peccati seruus, mortis captiuus, mancipium Dæmonum, Deo infensus, pęnæ obnoxius, Paradisi exul, inferno abdictus. O miserum casum, o seruitutem miseram: quando enim homo non sub peccato tristis? Quando non sub morte lugens? Quando non sub Dæmonibus tremens? Quando non sub Dei vindicta pauens? Quando non sub pœna dolens? At hæc omnia prorsus expulsa, per diuini Verbi incarnati pium mysterium, quo delentur peccata, & homo de peccati seruo liber Dei libertate, qua Christus nos liberauit, efficitur, mors illi temporalis in vitam commutatur æternam; de mancipio Dæmonum, Dæmonum fit fugator: & qui prius Deo infensus per peccatū euaserat, Deo familiaris, & amicus efficitur. Quin Deus Homo, & Homo Deus omni pœna, & inferno superior, & cum Deo ipso fit omnis Homo Paradisi ciues, dicente Apostolo. *bb* Fratres iam non estis hospites, & aduenæ; sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei super ædificati ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui vt verè apparuit in carne, sic nos iustificet in spiritu, glorificet in gloria. Amen.

[Margin: nes vero renuētes Diaboli facti sūt. *u Mat. 8.* *x Luc. 2.* — H — *aa in Enchirid.* Cur Deꝰ naturam humanā, & nō Angelicam reparauit. — I — Homo p pium mysterium Verbi incarnati Dei liber tate liber efficitur. *bb Eph. 2*]

FERIA III. POST DOMINICAM quartam Quadragesimæ. Concio LXXIX.

Maximus cum in audiendo verbo Dei nobis comparetur fructus, studiosa pariter adhibenda est diligentia, vt ipsius prædicationi intersimus, ab eo enim fides gignitur, quæ per se minime consistere potest; quare vt Dei doctrinam cognoscamus, quæ a concionatorum ore suscipimus, executioni demandare debemus.

CHRI-

CHRISTVS Dominus noster Dei virtus,ac Dei sapientia infinita cum inter homines conuersatus est, non quod ipse dicere,sed quod auditor capere posset attendit. Sic fons per tenues venarum primi-
Similit. tus erumpit meatus,atque angustiis diutius in riuulis it serpendo quousq; ampliori successu in magnā se fluuiorum latitudinem pandat,& valenter erum pat,lateque effundat. Sic nato paruulo mox ceçuū A
præparat succum Natura, escam commutat in potum,& stupentes adhuc fauces,torpentesque internorum meatus ad solidioris cibi vsum longa lactis infusione componit.Sic nobis Dominus ad capienda diuina lac potum tribuit,non escam, familiaribusque,ac tritis conformat exemplis,vt auditorum animos ad solidioris doctrinæ cibum disponat: ita, vt aliquando in latos erumpendo sapientiæ fluuios,audiat sibi opponi.Quo-
Diuisio bimébr. modo hic litteras scit cum non didicerit? Qua in re etsi multa doceat altissimè Christus,nos duo tantum ponderanda duximus. Primum. Quanta cum attentione audiebant Iudæi,vt inde valde mirarentur, dicentes, Quomodo hic litteras scit &c.secundum.Quomodo retundit Christus dicens.Si quis voluerit voluntatem eius facere,cognoscet de doctrina,Vtrum ex Deo sit,&c.

De primo mirum quidem non attendi a Christianis Christi doctrina,quā
Primum Membrū ore suo proprio docere dignatus est, vti ponderat Euangelista Matthæus cū ait. *a* Exiit qui seminat seminare semen suum. Ad quid enim illa
a Matth. 13. repetitio. Qui seminat nisi, vt ostendatur, quod vnus tantum est qui seminat? cuius est semen verbi,qui aliàs in veteri testamento per patres,
b Bar. 3. Patriarchas,& Prophetas hoc idem serebat semen; sed in nouo ecce(inquit)
Verbum Dei est semen Quod a multis paruipéditur. qui seminat,id est semper,& vbique in omni statu, & lege nunc autem exiit in persona propria suum seminare semen.Sic olim prædixerat vates. *b* Hic adinuenit omnem viam disciplinæ,& tradidit illā Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, videlicet in veteri testamento,post hæc in terris visus est in nouo.Et cum hominibus conuersatus est, illos in propria persona, & ore suo docendo. Quare igitur non attentissimè auditur? O si sciretis fratres Verbi Dei virtutem, a Iudæis nequaquam superari vnquam permitteretis in atten-
In verbo Dei rami,folia, flores, & fructus continétur. tione: quemadmodum enim paruulo in semine, quod in terram iacitur, non apparent adhuc rami,folia,flores, & fructus, at paruo temporis successu naturæ miraculo hæc omnia multa erumpunt in copia ex paruo illo semine,in quo virtualiter latebant. Sic verbum Dei,quod iugiter prædicatur, & auditur,pro minimo ducitur,& in Republica parui momenti,& a multis nullius æstimatur. Verumtamen in ipso continentur rami habituum,& virtutum folia conseruationis bonorum propositorum, flores inspirationum & fructus B
c Eccl. 3. bonorum operum. Quę matura,& grata Deo nequaquam produci possunt,
Qūo ex verbo Dei ortum hêat omnisnoster fructus. nisi per Dei gratiā;gratia vel abest,vel frustra adest sine fide tum infusa,tum acquisita. Fides non est ,nisi ex auditu; auditus autem per verbum Dei. Ex isto igitur verbi Dei semine omnis noster oritur fructus. Qui ergo vult fructificare, attente Dei audiat Verbum iuxta illud. *c* Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam,id est cum omni attentione,desiderio,& gustu fructificandi ad hoc,vt radices figat,& suo tempore in fructus
d Luc. 8. erumpat:alias,vt Euāgelista præmonuit.Vbi non habet radices arescit,& si-
e Ps. 118. ne fructu manet.Non sic iustus ille,qui dicebat. *e* In corde meo abscondi

elo-

eloquia tua: vt non peccem tibi. Et eius filios premonebat. *f* qui diligunt illum, conseruabunt Verbũ illius. Signum.n.est perfecti amoris omnia verba rei amatæ in corde abscondere, semperq; conseruare. Quod efficit qui attente audit, & intense amat. Contra vero qui remisse audiunt, oscitanter, ac tepidi amant, minimeque verborum semen conseruant; & hi sunt, qui radices nõ habent de quibus Spiritus sanctus. *g* Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Quid vero de attentè audientibus? Electi Dei ex hoc euadunt dicente spiritu sancto de illis. *h* In electis meis mitte radices. Quod maximè se desiderare ostendit Euangelicus propheta, cum ait. *i* Audite cęli, & auribus percipe terra; quare hoc? Subdit rationem, Quoniam (inquit) Dominus locutus est: Quasi dicat. Verbum Dei nedum homines disciplina capaces attente audiant, sed & cęli, vel cursum sistant, attente audiendo, vel ordinate currant iuxta Dei Verbum, vt Dei ordinatione perseueret dies, & ipsa terra suapte natura surda, quasi auribus mille fulta, Dei percipiat Verbum, & in æternum iuxta Dei verbum producat, & germinet herbas, plantas, flores & fructus. Sic cęli, idest cęlestes, & iusti: & terra, idest peccatores, & terreni, audiant attente, auribusque percipiant externis, & internis, illi vt perseuerent fructificando, isti, vt sterilitatem in fertilitatem, & peccatorum spinas in bonorum operum fructus commutent, dicente Apostolo. *K* Terra (videlicet peccatores terreni) sæpe venientem super se, bibens, imbrem, & germinans herbã opportunam, illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo proferẽs autem spinas, & tribulos reproba est, & maledictio proxima, cuius consumatio in combustionem. O miram spernentium Verbum Dei comminationem. O mirum illud negligenter audientium supplicium: nam hi reprobi sunt (inquit) & maledictioni vltimæ ab ore Christi fulminandæ proximi quorum consumatio in combustionem, vt qui noluerunt verbum Dei audire cum fructu, & Salute, audiant in die iudicii. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Quæso igitur fratres, vt ignem euadatis æternum, ignem aptate vobis temporalem, & quasi in vase, vel campana ad stillandum apta, suauissimos Verbi Dei flores per auditum excipientes, & meditationis igne ad sufficientiam illos decoquẽtes, aquam suauissimam lacrymarum vel pęnitentiæ studeatis emittere ad exemplum illius iusti regis, qui sic perceptis Verbi Dei floribus aiebat. *l* Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Vnde etiam nedum aqua pęnitentiæ ordinaria elicitur sic per ignis meditationem Verbum Dei excalefaciendo, sed perfectius, & diutius illud actuando quinta educitur omnium virtutum summæ perfectionis essentia, dicente Apostolo. *m* Non erubesco euangelium Christi. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Euangelium igitur Christi, & Verbum Christi & quinta essentia Dei, est virtus Dei: tantęque virtutis est Verbum Dei, quantæ ipsemet Deus; nã est virtus Dei. Deus autem est omnipotens. Igitur verbum Dei omnipotentis est virtutis iuxta illud. *n* Omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit &c. Quanta igitur digni sunt reprehensione, quanto digni supplicio, qui hanc Dei virtutem, hanc Dei quintam essentiam vel negligenter excipiunt, vel infructuose proiiciunt. Quid quæso si amantissimus Pater, vt filio moribundo sanitatem, & salutem restitueret, omnem suam substantiam daret, & consumaret vt quintam efficeret essentiã filio propinandã: filius verò illam sibi a patre expectatam, & maximo cum amore elargitam vel renueret, vel proiiceret?

f Eccl. 2. Signum amoris est verba rei amatæ in corde abscõdere. *g Sap. 4.* *h Eccl. 4.* *i Isa. 1.* Verbum Dei attẽte audiẽdum. *K Heb. 6.* Verbi Dei effectus mirabiles. Magna commi natio cõ tra vertere bum Dei spernentes. *l Psa. 38.* *m Rom. 1* *n Sap. 18.* Verbum Dei quinta essentia est.

Similit. Quanta reprehensione dignus, quantoque supplicio existeret? quantaque cum ratione pater exprobrare posset dicens. Omnem consumpsi meam substantiam, vt hanc tibi pro tua recuperanda sanitate, ac salute conficerem quintam essentiam, confectamque propinares. Tu vero illam proiicis o ingrate? meam faciem amplius non videbis: in tua obstinatione morere ingrate. Ita Christus amantissimus noster pater, vt hanc Verbi Dei quintam nobis moribundis filiis confiecerct essentiam, totam suam (vt ita dicam) consumpsit substantiam: corpus enim suum, sanguinem, & animam in ara Crucis, ignis amore supposito distillandum composuit, vt inde Sacri Euangelii, & Verbi Dei ad nostram sanitatem, & salutem quintam eliceret essentiam. Tu vero ingrate, quicumque sis, a concionatoribus tibi propinatam, vel negligenter excipis, vel impiè proiicis, nonne perire, nonne æternè mori, nonne a Deo penitus destitui demereris? Quæ vero tantæ negligentiæ vel ingratitudinis causa & propriæ salutis contemptus? equidem arbitror, illam astrui posse, quam refert Plutarchus o adductam a Catone seniore, qui cum apud Populum in prodigalitatè, & immodicos sumptus inueheretur, ait. Quam difficile est verba facere ventri aures non habenti. O Christianorum indignitatem, qui ad tantam stoliditatem deueniunt, vt appellari possint Venter sine auribus. Quid turpius? Quid deformius? Et quanta cum ratione quicumque talis nomine ventris sine auribus dignus sit eo constat, quod verbum Dei inexplicabilis, inæstimabilisq; est virtutis. Est enim Dei quinta essentia, est Dei omnis virtus, est sacramēto altaris lōge efficacius, lōge vtilius, nō dico dignius non dico nobilius, sed efficacius, sed vtilius propter duo. Primū, quia nemini vnquam negatur, omnes possunt audire, omnes posšūt percipere ad perfectā consequendam sanitatem hanc Dei quintam essentiam, Hæbræi, Turcæ, Hæretici, Apostatæ, peccatores, excommunicati, & vno verbo, omnes quantūcumque perditi. Eucharistiæ vero Sacramentum, non nisi Christianis; & his dignissimè præparatis impartiri debet. Secundum. Quia si Eucharistia indigne recipiatur ab existentibus in peccato mortali, hi non medicinā, sed venenum, & venenum valde mortiferum sibi assumunt. Vide Iudam, vide alios. Verbum vero Dei si attente percipiatur a quibuscumque in quocumque gradu perditis hominibus, & supra sanantur, saluantur; Vide Augustinum, vide Cyprianum, Vide Dionysium, Vide Paulum, Vide mille. Nec mirum igitur si efficacius verbum Dei, quam Eucharistiæ sacramentum. Hoc vero illo nobilius. Ita nobilius aurū, at lōge efficacior ignis. O vētres igitur sine auribus, O ventres sine auribus, qui tantam ignis nō percipitis vim, & efficaciam; qui ad tantam Dei virtutem, & quintam essentiam nil penitus nos ipsos mouetis, vel moueri permittitis. Audite itaque Christum dicentem.

Christus seipsum consumpsit vt nobis mederetur.

o In Apoph.

Homo vēter sine aur b. appellari potest. Verbum Dei lōge vtilius sāctissimo Altari sacramento.

Discrimina inter verbum Dei & Altaris sacramētum.

E

Secundū Mēbrū. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina &c. quo in loco docet Christus expresse doctrinam eius capere non posse, nisi qui operibus exercere nititur quod auditu percipit, & fide credit: & sicuti alibi dixerat per vatem suum, p Nisi credideritis, non intelligetis: ita, & nunc dicit, Nisi operibus impleueritis voluntatem docentis Dei, numquam cognoscetis Dei doctrinam. Duo igitur necessario requiruntur ad capiendam, & comprehendendam, idest fide credere, & operibus id, quod creditur, comprobare. Hinc postquam dictum est Verbum Dei attente audiendum, ex quo fides gignitur, subditur sic operibus comprobandum quod creditur, cum dicitur si quis voluerit voluntatem eius

p Isa. 7.

Doctrinā Christi quinā capere potest.

F

eius facere, cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit. Diuus quidem Ioannes statim a principio sui Euangelii hanc cęlestem innuit doctrinam, cum veros Dei filios describens ait. *q* Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quibus? His, qui non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; sed ex Deo nati sunt. Non est ergo verus filius Dei, qui prosapiam sapit ex sanguinibus, idest qui fidem habet peccatis mixtam, designatam per sanguinis metaphoram, secundum quam etiam a peccatis liberari enixè postulabat regius vates, dicens. *r* Libera me sanguinibus

q Ioan. 1.

Qui sunt veri filij Dei.

r Psa. 50.

s 2. Reg. 16.

G Deus, Deus salutis meæ. Et alibi de peccatore turpissimo dicitur *s* vir sanguinum. Non est igitur filius Dei, qui ex sanguinibus ortum ducit, idest qui etsi fidem infusam habeat per baptismum, & Christianus appelletur: peccatorum tamen sanguinibus fędatus, pollutusque manet. Contra quos Christianos nominis tantum, & non rei exclamat Deus per prophetā. *t* Audite hoc sacerdotes, & attendite domus Istael. Victimas declinastis in profundum. Qui sunt isti? Victimas enim offerunt, sed eas in profundum declinant. Certè alii non sunt, nisi Christiani illi, qui opera quidem nonnulla bona secundum substantiam, vel apparentiam exercent: sed pessima cum intentione, vel pessimo fine; vt, qui eleemosynam faciunt ad Virginitates, vel viduitates, vel fides matrimoniales emendas. Vel qui missas, aut conciones audiunt, vt oculorum nutibus animas capiant mutuo se inuicem pelliciētes intuitu. Hi omnes, & alii similes victimas in profundū declinant: nec sunt Dei filii, sed filii sanguinum. Sicut nec sunt filii Dei, qui ex voluntate oriuntur carnis, sicut sunt omnes Reipublicæ moderatores, vel administratores, qui non virtutem, ac merita respiciunt, nec iustitiam pro scopo habent, sed voluntatem carnis, idest agnatorum, & affinium vtilitatem, & exaltationem per fas, & contra fas. Qua in re maximè pudeat Christianos talia exercentes carnem Dei voluntati præferentes; illosque pudeat ab infidelibus, & gentilibus vinci, vt de multis constat; sed vnus nobis pro omnibus sufficiat Arthaxerses filius Xersis cognomento longimanus, de quo refert Plutarchus, *u* quòd cum animaduertisset Satibarzanem suum cubicularium sibi pergratum quiddam non iustum a se petere, æstimatum ab ipso cubiculario triginta millibus Daricorum, talem summam iussit Attaxerses a quæstore sibi afferri, accitumque cubicularium, & pecuniam illi tradens ait. Accipe ò Satibarzane: hæc enim cum tibi dedero pauperior non ero. At si quæ peteras fecissem, iniustior. Quem igitur Christianorum a iustitia aberrantem, tale

Peccatores licet sint Christiani nō sunt tamen Dei filij.

t Ose. 5.

Christiani victimas in profundum declinãt.

Filij sanguinum qui sint.

Mali moderatores Reipublicæ cuiusnā sint filij.

u In Apoph.

Exēplū.

Christiani, ab Etnicis in administrāda iustitia superantur.

H Attaxersis specimen iustitiæ non damnat? Sciant itaque Christiani omnes carnis voluntatem sequentes contra iustitiam nequaquam filios Dei appellari posse. Quod quidem satis clarè patet. Sed quod subditur a Ioanne maximam semper mihi difficultatem ingessit, cum ait. Nec filios Dei appellandos, qui ex voluntate viri nascuntur. Nam per virum hic opera virilia, & moraliter bona intelliguntur: quæ si quis patrauerit in quantocunque numero, vel perfectione, non tamen adhuc voluntatem Dei facere dicetur, nec Dei doctrinam, vt Dei filius ritè apprehendet. Siquidem Socrates, Plato, & alii similes opera moraliter bona multa exercebant, vitia, & peccata fugiebant, & vno verbo, ex voluntate viri operabantur. Nunquid tamen ex hoc filii Dei sunt appellati? Nunquid voluntatem Dei fecerunt, ita, vt Dei doctrinam ritè apprehenderent? Absit. Quot enim viri moraliter

Multi sunt filij viri, non tñ Dei.

boni reperti sunt? de quibus Aristoteles ait. Viros probos, & iustos virtu-

Abstinētes a peccato mūdano verè filij Dei appellātur.

tum chorus peperit. Quot nobiles viri, vel fęminæ a peccatis præsertim carnis abstinent, vt ingenuitatem, nobilitatem, & bonam famam conseruent, nullo habito ad offensam Dei respectu? Numquid tales sic moraliter benè viuentes voluntatem Dei plenè faciunt? Absit. Numquid filii Dei appellandi? Nequaquam. Opera enim bona Philosophorum; vt Socratis, Platonis, & similium, & etiam opera omnia Christianorum morali-

Opera moraliter bona in peccato facta ad quid valeant

ter tantum bona; sed in peccato mortali facta, & non ex gratia Dei principaliter concurrente iuuant quidem aliqualiter, & vltra famam, honorem, sanitates, facultates, & cetera bona temporalia, quæ conferunt eleuant etiam aliqualiter a terrenis affectibus, disponunt ad filiationem Dei, & Dei voluntatem faciendam: sed non introducunt in cœlum, quo filii Dei pertingunt, non dant gloriam, quam filii assequuntur Dei, Dei plenè voluntatem facientes. Sola itaque opera bona in gratia Dei facta ad id sufficiunt, quod I

x Iob 39.

Struthionis proprietas.

optimè expressit Spiritus sanctus dicens. x Penna Struthionis similis est pennis Herodii, & Accipitris. Sanè aliqua est conformitas in pennis talibus, sed non æqualis, nec omnimoda. Struthion super terram volitans, parum eleuatur a terra. Accipiter verò terra quasi posthabita cœlos penetrat, velociterque ad prædam currens, parumper in terram moratur. Sic

Peccator Struthioni Assimilatur iustus, verò accipitri & talis dicitur ex Deo natus.

peccator quasi Struthio pennis bonorum operum vix a terra eleuatur, sursumque disponitur. Iustus verò, & in Dei gratia existens quasi accipiter bonis operibus cęlum scandit, & ad Dei Thronum se sistit Dei filius effectus ab eius voluntate numquam discedens. Si quis itaque taliter voluntatem Dei facere voluerit, hic non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; sed ex Deo natus, & Dei filius effectus cognoscet doctrinam euangelicam, quam prædicamus Dei doctrinam esse. aa Ita olim Abraham mandato accepto de filio Isaac sacrificando, statim nulla intermissa mora, nec id adolescentuli matri annuncians, famulosque ad montis radicem relinquens, vt solius Dei voluntatem spectaret, proprii filii sacrificium conficere molitur, solis Dei oculis contemplandum: vnde mons ille eo titulo decoratus est, vt in monte Dominus videbit appel-

aa Genes. 22.

Faciem Dei tantū exquirere debemus.

latus extiterit. Ita etiam propheta regius solum Dei oculos, voluntatem Dei solum spectans dicere solebat. bb Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram. O felices tales, qui faciem Dei solummodo exquirunt, solum Dei voluntatem perficere nituntur, & quasi castissimæ sponsæ Dei gratia ornatæ soli sponso Christo, cæteris omnibus humanis respectibus reiectis, summo studio placere student. Hi tales veri filij sunt Dei, qui amoris laqueo suauiter ducuntur, qui non sunt veluti equi iuniores effrænati, quos ducere oportet violenter chamo, & fręno,

bb Psal. 26.

cc Psal. 31.

de quibus regius vates. cc Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, peccatores innuens: & subdit. In chamo, & fręno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Sed sunt iusti in gratia Dei quasi K equi longiori disciplina instructi, quos tenui corda serica quocunque velueris diriges, de quibus euangelicus vates. dd Laude mea infręnabo te, ne intereas. Peccatores igitur, & qui ex sanguinibus, & voluntate carnis oriuntur chamo, & phręno indigent inferni timore, supplicijs, atque flagellis. Dei vero filij quasi serico ducuntur solo Dei amore, Dei

dd Isa. 48.

volun-

voluntatem, vel apprimè facientes. O si quis igitur voluntatem Dei facere voluerit, talis efficietur, sicut olim de quodam filio regis Scotiæ legitur, quod, regni hæreditate dimissa, habituque monacali indutus, in eoque diutius viuens, morti iam proximus animam exhalaturus in hæc verba prorupit. Feci Domine quod iussisti; redde quod promisisti. Quibus dictis expirauit in æternum filius Dei in cœlesti regno effectus. Quid nos, quid nos fratres? Numquid regna relinquimus? Numquid in fine vitæ dicere poterimus: Feci domine quod iussisti, redde quod promisisti? O vtinam dicere possimus. Fecimus Domine quod iussisti, vel regna relinquendo, vel ritè illa administrando, redde igitur quod promisisti: pro temporali nempè regno regnum æternum. Quod concedat nobis ille filius Dei, qui nobis omnibus potestatem tribuit filios Dei fieri. Amen.

Filij Dei laqueo amoris ducũtur peccatores vero muto assimilantur.

Exẽplũ Dei mandata obseruanti dat Deus quod promisit.

FERIA IV. POST DOMINICAM QVARTAM Concio LXXX.

Nobis in hac vita opera exhibenda esse demonstratur, cum cætera præter illa ad sempiternam vitam nullius sint momenti, hisq; additur quod in animarum iudicio de illis tantũ actionibus mentio fiet, quæ in hac uita patratæ fuerint, cum post mortem nemini meritoriè agere concedatur.

A DIVVS Pater Augustinus, *a* & venerabilis Beda *b* mirabile currentis euangelij Christi factũ illuminationis cęci nati ab altissima exordientes allegoria sic exponunt. Quod præteriens ęternè Iesus secũdum diuinitatẽ ex memoria fecunda Patris per æternam generationẽ vidit hominem.i.æternè pręuidit, hominẽ cęcũ a natiuitate, quia excæcandum in primi parentis casu (vnde in peccato originali deinde perpetuò concipiendum, ità, vt cæcitate peccati cæcus nasceretur, & a natiuitate cæcus esset pro quo illuminãdo, collegio (vt ità dicamus) in Sanctissima Trinitate collecto triũ personarũ, quarũ vnica, & singularissima est inobliquabilis volũtas, & dicẽte patre, vt Euãgelicus propheta expressit. *c* Quẽ mittã, & quis ibit ex nobis.i.ad illuminandũ hũc magnũ a natiuitate cæcũ, genus humanũ? Verbũ secunda trinitatis persona, introducitur ab codẽ vate. Sic respondens. Et dixi Ecce ego, mitte me. Propterea ad hoc alludẽs in litterali sensu Euãgelij currentis cæcus mittitur ad Natatoriã Siloe, ꝙ interpretatur Missus; nã ad hũc magnũ generis humani cæcũ illuminãdũ filius Dei fuit missus: & concinnè illi competebat cæcũ illuminare, cũ idẽ Euãgelista, qui hanc cæci describit illuminationẽ, de ipso exordiẽs dicat. *d* Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũdũ, & rei gest mysteriũ cõcinnè congruit: nã expuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo, &
B liniuit lutũ super oculos eius. Quemadmodũ verò saliua ex capite in os descẽdit, & in terram expuitur. Sic Dei filius quasi a capite a patre procedens per missionem in virginis terram quasi expueretur missus est: & fecit quasi lutum ex carnis humanæ terra cum saliua filij quando Verbũ caro factum est & liniuit super oculos cæci, quando propter nos homines, & propter

a tr. 44. in Ioa.
b in Tra. c. 9.
c Isa. 6.
d Ioa. 1.

nostram

noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Quare, vt omnes illuminentur homines cæci nati, nil aliud vlterius requiritur, niſi, vt vadant ad natatoriam Siloe, hoc eſt ad Chriſtum pro nobis miſſum, eius miſſionis virtutem ſibiipſis applicando per ſacramenta, & opera in hac præſenti vita, cum in alia nullus prorſus reperiatur operandi locus. Quod maximè vrgere Chriſtus non deſtitit. Nam cum ipſe quod ſuum erat pro cæci nati illuminatione perfectiſſimè expleuerit, præmonet, quod noſtrum eſt, oſtendēs, quod in hac vita operari nobis conuenit, cùm ait exemplo ſuo. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt. Deinde oſtendit, quid in alia vita meritoriè operari eſt impoſſibile, cum ſubdit. Venit nox quando nemo poterit operari. Hæc itaq; duo, quæ ad nos pertinent, cæteris tanti myſterij omiſſis, breuiter percurremus.

Diuiſio bimembris.

a In Io. 6.

Quoad primū D. Chryſoſtomus hunc eumdem locum ſic interpretatur, Donec dies eſt videlicet donec vita hæc conſiſtat, in qua neceſſaria eſſe ad ſalutem conſequendam opera oſtendit Ezéchiel *f* in illa mirabili quatuor animalium viſione in medio quatuor rotarum, vbi inter cætera de animalibus tria nota. Primū, quod alas haberent ad volandum. Secundū quòd oculis erant plenæ. Tertium quod ſub alis manus quaſi hominis extarent. Quid alæ oculis plenæ, niſi fidē, per quam nunc omnia videmus, cœlumq; verſus tendimus, deſignant? ſub quibus manus hominis extāt, per quas opera deſignātur: nàm ſola fide ad cęlum pertingere volando nequimus, niſi fidei iuncta ſint opera. Sic Thronus Salomonis *g* in regū hiſtorijs ex ebore confectus, auroq; tectus, qui æternū Chriſti in cęlis figurabat thronū, duabus regebatur manibus; nā opera neceſſario requiruntur ad præparandū nobis, & ſtabiliendū in cęlis thronū. Huic ſuper paradiſi Ianuam, per quam ad coronam ingredi oportet firmiſſimo decretò exaratum aſſerit Apoſtolus. Nō coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Quo modo verò pugnandū? Certi nō niſi operibus per manus deſignatis, exclamante hoc in genere prælij expertiſſimo belli duce, ac dicēte cum gratiarū actione. *h* Benedictus Dominus, Deus meus, qui docet manus meas ad præliū: & digitos meos ad bellū; Rex vero, & propheta erat Dauid, vt oſtendatur, quòd nec viri ſanctitas, nec dignitas quæcumq; etiam regia excuſat ab operibus. Sed quid immoror? Cūm ipſe Chriſtus de ſeipſo dicat. Mè oportet operari opera eius, qui miſit me donec dies eſt? Vnuſquiſque igitur operetur eſt neceſſe donec dies huius præſentis vitæ luceſcit: nec impotentia, vel debilitas excuſare poteſt; nam quilibet præſtare debet quod eſt ex ſe, quod clarè oſtēdit Deus multis in locis, at clariſſimè in antiquo teſtamento cum omnes Iſraelitas potentes, & aptos, & impotentes quoſcumq; atq; ineptos ad præliandum pergere præcipiebatur, appropinquante verò iam prælio, ſic præcipit Deus. *i* Duces quoque per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabunt. Quis eſt homo, qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? Vadat, & reuertatur in domum ſuam, ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis eſt homo, qui plantauit vineam, & necdum fecit eam eſſe communem, de qua veſci omnibus liceat? Vadat, & reuertatur in domum ſuam, nè fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis eſt homo, qui deſpondit vxorem, & non accepit eam? Vadat, & reuertatur in domum ſuam, nè fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. O mirabilem Dei pietatem, & clementiam: ex hoc enim loco quis non videt,

Primum Mēbrū. *f cap. 10.* *Per alas diſcipulorum fides.* C *g 3. reg. 10.* *Sola fide cęlū pertingere nequimus.* *h Pſ. 143.* *Vltra fidem neceſſe eſt operari cuicumque etiā regi.* *Debiles & infirmi pro poſſe operari debent.* D *i Deut. 20*

clarè,

clarè, quòd D.O.M. nedum non exigit a nobis quæ superant vires nostras; sed nec ea, quæ possint esse nobis quocumque modo impedimenti. Quod optimè animaduertit Gentium Doctor, cùm ait. *l* Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari suprà id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Cùm igitur Deus benignissimus, clementissimusque sit, & præueniat, & proueniat, subsidiumque, ac auxilium omnibus, & vbique præstet, nullus relinquitur nobis nos excusandi locus, nisi saltem præstemus, vel quod ex nobis est; vt quid enim Deus tot labores, itinera tanta, tanta dispendia fieri, & insuper volebat ab Israelitis vsque ad imminens bellum, quo iam instante pro maiori parte dimitti præcipiebat? Certè nullam ob aliam causam, nisi quòd illos præstare volebat quod in se erat. Nullus itaque in hac vita existens, vires pro libidine dimetiatur sua, priusquam opus aggrediatur, se ipsum decipiendo; sed quilibet quod ex se est conferat, non potes homo, verbi gratia vestire nudum? esurientem satiare, in carcere existentem liberare? quod tibi Deus facere posse dedit, hoc instanter operare, & sufficit. Si non vestis nudum; consolare saltem verbis. Si esurientem non satias; da saltem frustum panis. Si existentem in carcere non liberas: illum, vel saltem visita. Et sic in omnibus operibus, dum hac vita viuis præsta, quod ex re est, & sufficit. Et considera, quòd citò pertransit hæc vita, quam totam etsi mille continuaretur annis, diem appellat Christus. Donec dies est inquit. Et quam diem? Audi Prophetam. *m* Dies eiustamquam flos agri. Et alibi. *n* Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum. Qua verò velocitate volat ad scopum sagitta è manu potentis excussa: ita homines ad scopum mortis è manu excussi Dei; adeò, vt Spiritus sanctus alibi dixerit. *o* Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Quid autem puncto minus imaginari potest? cum profunditate, latitudine, ac longitudine prorsus careat, indiuisibileque omnino existat? O vitam, ò punctum, o punctum, o vitam. Quid igitur (o nos insensatos) punctum diuidere conamur? Opera differentes, dilationem dantes? Nonne in puncto anima separatur a corpore? Nonne ita scriptum est de his, qui operari negligunt in hac vita? *p* Ducunt in bonis dies suos; & in puncto ad inferna descendunt? In puncto, in puncto in infernum descendunt miseri, contra quos inuehitur Iudas in sua canonica, dicens. Væ illis, qui in via Cain abierunt. Quænam via Cain? stupendum profectò iudicium; per septem vixit generationes; nec operandi, vel pœnitendi punctum inuenit. Et in puncto inuenit infernum. O quot perditi homines hanc viam perambulant? Quid expectas homo senectutis punctum? Nonne fatuum iudicares, qui equo forti, ac strenuo relicto senem, ac debilem oneraret ad longum peragendum iter? Equus fortis ad opera portanda est iuuentus: quid expectas debilem senectutem? Audi Prophetam. *q* Fallax (inquit) equus ad salutem in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Quasi dicat. Si non saluatur equus ex prælio, & ex prælii periculis innumeris, in maiori suarum virium abundantia, iuuentutis efferuescente calore quomodo saluabitur in senectute viribus iam prostratis, & macie, debilitateque confectus? Quid expectas igitur homo pœnitere in senectute, cùm non supperunt vires peccandi? Tunc nec ade-

Margin notes: Deus requirit à nobis possibilia tantum. *l* 1. Cor. 10 — E — Deus auxilium præbet vt iussa impleamus. — Qui pro posse facit præceptum adimplet. Vita præsens dies appellatur. *m* Psal. 102 *n* Psal. 126 Currunt homines ad mortē vt sagittæ ad scopum. *o* Iob 20. — F — Homo moritur in puncto. *p* Iob. 21. Peccatores non inueniūt punctum pœnitendi, sed in puncto inueniūt infernū. *q* Psal. 32 Qui non pœnitet i

Iuuentute, nec pœnitebit in senectute. aderunt vires pœnitendi. Quid, & neque vires aliquod bonum operandi. Fallax, fallax tunc corporis equus ad salutem. Nec aliud expectas, (mihi crede) nisi prostrationis virium, & omnimodæ impotentiæ punctum, in quo ad infernum bonis expoliatus operibus quasi plumbum descendas.

Secundũ mēbrũ. Velocitatem mortis ostendit Christus. Vbi operari omnino est impossibile; nam ibi est illa nox, de qua loquitur apertè Christus hodie, dicens, venit nox, quando nemo poterit operari. Vbi notandum, quod etsi futura sit nox: tamen propter maximam velocitatem, qua in puncto ad illam peruenitur, loquitur Christus quasi iam transacta esset in præterito, dicens. Venit nox, vbi nemo poterit operari; sed recipere (inquit Chrysostomus *r*) quod quis operatus est, dum viuis fac, si quid facturus es: vltra enim nec fides est, nec labores, nec opera, dicente Propheta. *ſ* Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Vbi Diuus Hieronymus ex Hebræo peroptimè ad propositum nostrum ita vertit. Et non inuenerunt manus suas. Quid est non inuenire manus suas? idest aptas ad opera, quibus videlicet operari possent. In quorum typo legitur, *t* quòd filii Israel, pugnantes aduersus Adonibezech, illum ceperunt; nullaque alia pœna illum affecerunt, nisi quòd summitates manuum, & pedum eius amputauerunt. Dignum sanè tam impii tyranni supplicium: nam ipsemet sic summitatibus manuum, ac pedum cæsis, ita se demereri fatetur, dicens. Septuaginta Reges amputatis manuum, ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Qui igitur sine manibus alios esse fecit, ipse inuenit se ipsum sine manibus, videlicet ad operandum aptis. Dirum sanè supplicii genus, manus habere, nec operari: pedes habere, nec ambulare posse. Sic in præsenti vita qui manus habere noluerunt, sibi ipsis illas præcidendo, nolentes operari: quasi Adonibezech in futura dignum est illos reperiri sine manibus, vt verificetur quod diximus ex Diuo Hieronymo. Dormierunt per mortem: & non inuenerunt manus suas in alia vita, quia eas in præsenti habere noluerunt. O infelices Adonibezech nonne damnati in inferno intellectum habebunt, & voluntatem, & cæteras potentias ad operandum aptas? Quare igitur operari non poterunt meritoriè? Quia sic demerentur, vt Adonibezech, vt qui operari quando tempus operandi fuit illis concessum, noluerunt, ex diuino decreto quasi manuum summitatibus illis præcisis, in æternum operari nequeant. O infelicitatem, oculos habere, nec videre posse; intellectum, nec intelligere: voluntatem, nec velle quæ sibi vtilia forent. Hæc est illa calamitas, quã deplorabat Isaias, dicens. *u* Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Et dixit Custos. Venit mane, & nox. i. Quid de nocte futuræ vitæ? Et respondet custos hominum Christus. Venit mane præsentis vitæ, in qua operari oportebat; qua transacta, venit nox futuræ, in qua operari est impossibile. Venit nox, venit nox. Actum est de illis, qui inferni profunda, & sempiterna præoccubabuntur nocte, in qua nemo poterit operari, & in quam descendent, velint, nolint, non operantes in præsentis vitæ die, iuxta diuinum vulgarum prouerbium. *x* Cæcus, & claudus non intrabunt in Templum. Quid enim per cœcum, nisi carens fide, per quam nunc videmus designatur? Quid per claudum, nisi operibus destitutus? claudicat enim sine operibus

r In Io. 9. *ſ Psal. 75* Peccatores post mortem nõ habebunt manus aptas ad operandum. *t Iudi. 1.* Exẽplũ. G

Maxima pœna nõ posse vti suis potentiis. *u cap. 21.* H *x 2. Reg. 5.*

operibus fides. Hi pariter non intrabunt in regnum Dei, ideſt, in Ieruſalem
cęleſtis æternam gloriam, per templum deſignatam; ſed horribili ſempiter-
na claudentur nocte. Mentiuntur igitur qui ad ſalutem conſequendam ſuf-
ficere dicunt, fidem ſine operibus. Contra quos exclamat vates, dicens. *aa*
Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum
I Domini eſt: quaſi dicat. Nolite confidere in eo quod ſacrati baptiſmatis fon-
te abluti eſtis. Nolite confidere, quòd Chriſtiani ſitis, & ex eo quaſi heredi-
tario iure ad templum Domini pertinetis, & ad cęleſtem gloriam per tem-
plum deſignatam; nam confidentia hæc eſt mendaciſſima, & verba menda-
cij ſunt iſta. Super quibus D. Chryſoſtomus quibus (inquit) indicijs te fi-
delem potero nominare? An quia ſacrati fontis aquam ingreſſus es? At hoc
ipſum, quod tibi collatum fuerat in honorem maioris tibi factum eſt cauſa
ſupplicij: nam vndecumque te voluero cognoſcere, inuenio te a contrarijs
accuſari. Si te ex loco ſcire iurauero, in foro te deprehendo vaniſſimè tota
die vacantem. Si te a veſte conſiderem, nihil a ſcænico te diſtare cognoſcam.
Quod ſi a comitibus, a ſermone, a cibo maior hinc accuſationis materia na
ſcitur Vndè ergo te fidelem eſſe cognoſcere potero? Quid dico fidelem?
Nec enim ſi homo verè ſis potero euidenter cognoſcere cùm ſuperbias
quaſi taurus, in epulis Vrſorum imiteris voratum, & pinguedine corpus
more brutorum diſtendes maltria camelum, rapina lupum exprimas. Cum
iraſceris vt ſerpens, & ſcorpionum atrocitate percutias. Cum ſubdolè inſi-
dieris vt coluber. cum veneno mortiferæ carnis ames, & ameris vt vipera.
Cum denique vt diabolus ipſe aduerſus fratres crudelia ſuſcipias bella. Qua
ratione igitur in hominum te poſſum numero collocare? Quid igitur te ap-
pellare debeo? feram? Sed illæ vno aliquando horum vitio tenentur. Tu ve
rò ſimul in te omnia colligendo ferarum vitia, earum irrationalitatem, ſtul-
titiamque tranſgrederis. An diabolum te potius appellem? Sed ille nec pe-
cunias concupiſcit, nec ventri obſequitur. Cum igitur plura in te vitia ſint,
quàm in feris, & dæmonibus, reſponde quæſo, vnde te poſſum hominem
nuncupare? Si verò hominem nequeo, quomodo Chriſtianum, ac fidelem
appellabo? Vbi diuus Chryſoſtomus omnes illos arguit, qui nomine tan-
tùm Chriſtiani ſunt: non autem factis, & operibus. Quæ a Chriſtianis in
præſenti patrari vita oportere donec dies eſt, aptiſſimo docet exẽplo. Quẽ-
admodum enim inquit, ſi in aliquam paruam terram die, in quo nundinæ
ſunt aduenies quidquid libuerit, mercaturæ inuenies expoſitum. Tranſacto
verò mercati die nec inuenire poteris in quo minimam expendas pecuniæ
partem, quantacumque abundes. Sic vita noſtra quaſi mercatus eſt vnius
diei, dum in ea ſumus, operibus emere poſſumus quidquid libuerit debito
modo nempè redimere poſſumus peccata, pęnam æternã, pęnam temporalẽ
& temporalia impendentia mala, emere poſſumus vlterius, de congruo gra-
K tiã operibus diſpoſitione, augmentum gratiæ de digno; gloriã, & gloriæ gra
dus, & vno verbo quidquid libuerit operũ pecunia emere poſſumus in mer
cato diei præſentis vitæ: qua tranſacta iterum repeto adueniente nocte futu
rę vitæ, nemo poterit quidquam quantumcumque vile ſibi emere, quia ne-
mo poterit operari. Sed quod peius eſt laborabit pluſquã omnes in præſen-
ti vita operantes; nec tamen quidquam emere, quia nil mereri poterit, dicen
te propheta, *bb* Qui non dedit Deo placationem ſuam (ideſt, in die præſen-
tis vitæ) & pretium redemptionis animæ ſuæ (ideſt, operum pecunia labo-

Non ſufficit eſſe Chriſtianus ad gloriam acquirẽdam.

Conuincitur peccator nõ eſſe verus, Chriſtianus.

Homo vitia omnium ferè animalium participat.

Peccator potius fera quam homo dẽt appellari.

Peccator peior feris & Dęmone.

Chriſtiani nomine tantũ reprehẽduntur.

Dum viuimus Paradiſum emere poſſumus.

aa Ier. 7. [illegible]

bb pſ. 48.

Peccatores sine fructu in inferno viuent in æternum
cc Eccl. 9.
Consiliū Spiritus sancti.
dd Eccl. 20.
ee In Apo.
Exemplum.
Christiani a gentili confundûtur
ff Ps. 111.

rabit in æternum (videlicet in futura vita) & viuet adhuc in finem. O miseriarum miseriam. O infelicitatem omnium infelicitatum. In æternum sine fructu, & sine præmio plusquam omnes huius mundi operantes laborare, & in æternum adhuc viuere. Viuere in æternum, & in æternum miserrime laborare. Hanc miseriarum miseriam mente comprehendat qui potest. Et vnde hoc? Quia in præsentis diei vita parumper laborare tales renuunt. Consilium igitur accipe homo a Spiritu sancto dicente. *cc* Quodcunque potest facere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas. Et iterum. *dd* Ex ore fatui reprobabitur parabola: Non enim dicet illam in tempore suo, id est, in præsenti vita donec dies est. Quòd si non te Spiritus sanctus mouet, moueat illustre uiri gentilis factum, qui referente Plutarcho *ee* Moriens accersitos amicos nullam sibi neque fictam, neque pictam imaginem ponere iussit, si quod enim inquit opus bonum feci, hoc meum monumentum erit. Sin nullum, nè omnes quidem statuæ. O Christianum dictum o christianum dictum, & Christianorum confusionem nullum relinquentium post se bonorum operum monumentum, quo decorari asserit omnes iustos propheta regius dicens. *ff* In memoria æterna erit iustus: Delibera itaque de te homo; de te statue nunc: nunc, quando dies est. Vel vis in æternum sine operibus in hac vita in alia miserrimè laborare, & in æternum laborando miserrimè viuere. Vel vis cum operibus in hac vita parumper laborando in memoria æterna esse, & gaudere cum iustis, hāc elige, hanc statue dum tempus adest, donec dies est. Vade in pace Amen.

FERIA V. POST DOMINICAM IV. Quadragesimæ. Concio LXXXI.

Mors cum omnium sit terribilium terribilissimum maximo suis ictibus homines afficit mærore; cumque omnibus indistinctè præfixa sit, illud præter ea additur, quod ipsius aduentus omnibus omnino est ignotus, hoc tamen penè certum est, peccata illam magis celerem ad nos inuadendos efficere; quæ quidem rectis dulcem, peccatoribus vero amarum parat pedagium.

PRAELIORVM peritis militaris tuba personat disciplinam, imperitis terrificum tantum dat clamorem; & veluti magistra bellorum dat suis vires: hostibus dat pauorem, qui sine tuba dimicat miles nō est; fertur furore, non prælio: virtute non agit; sed periculo: quærit perire, non vincere. Constituti igitur fratres in hoc sæculi magno campo, pugnam cū diabolis, cum vitiis certamen subituri, tuba illa insonet auribus nostris Christianæ militiæ vncia, vera magistra, quo nobis det vires, hostes pauore fugando, quo virtute freti vincamus nullo periculo pereamus. Tuba inquam illa insonet Christiana disciplina imbutis vbique salutaris. De qua Sancta ecclesia.

Tuba mirum spargens sonum

Per

Per sepulchra regionum
Coget omnes ante thronum.

Hæc,inquam,insonet,quam D.Hieronymus expertissimus miles, optimaque christiana militari disciplina imbutus, semper auribus insonare suis asserebat. Hæc igitur magistra vera Christianorum bellorum occasione adolescentuli defuncti, qui efferebatur filius vnicus matris suæ nobis Christianis militibus insonet hoc mane. Non quidem omnia, quæ insonare posset ob temporis breuitatem; sed tamen dico videlicet immaturam,& improuisam aliquandò adolescentis exemplo mortem. Secundo eiusdem expertis militibus dulcedinem. Diuisio bimemb.

De primò Gregorius Nissenus ponderans defuncti ætatem, ex quo vocatur a Christo adolescēs,scit significare horam,primam producentem lanuginē.Quare matri erat maternorū oculorū pupilla. Ipse verò iā adspirans ad sponsalium tempus gn̄is virga,successionis ramus,baculus senectutis. Quæ omnia immaturā,& acerbā innuūt mortē,quo exēplo patet illud vulgatissimum nil certius esse morte,nil hora mortis incertius. Sunt.n.hoīes in hac vita,quemadmodū si ad figuli officinā pergeres,& in illa quā plurima vide res vasa,quædā parua,quędā verò magna,& alia quidē magnitudinis maioris,alia minoris.Vbi si figulū interrogares ꝙ nā illorū prius frāgendū esset, ridens te rn̄deret.Quid me vis scire? Omnia sunt vasa terrea;& quod illorū primū vel secūdū percutitur,vel ēt leuiter,aut in terrā cadet, illud frāgetur primo,vel secūdo loco.Sic nos oēs vasa sumus terrea in hac mūdi officina: & quidā ex nobis iuuenes;alij senes,alij mediocris ætatis,alij primæ lanuginis.Quis verò nostrū prius frāgēdus? Sicut Deus nouit. Hoc certū est mortē esse baculū,qui iugiter in hac magna mūdi officina circūuoluitur,varijs, innumerabilibusq́; accidentibus,Dei disponēte,vel permittēte prouidētia. Quare oēs frangi eodē possumus momēto,dicente Propheta. a Reges eos in virga ferrea:& tamquā vas figuli cōfringes eos.Quare nō immeritò mors ab Aegyptijs descripta fuit per mulierē venatricē manu tenētē arcū,oculis velatis,obturatis auribus,alatis pedib. in habitu lugubri,& in capite absynthij corona, venatrix,& cū arcu, vt ostēdatur fortis,& robusta,semper quęrens prædas,cum arcu semper tenso,& in actu vibrandi, quia iugiter modo hunc,modo illum suis ictibus transfigit:oculis velatis,quia sine vllo prorsus discrimine omnes aggreditur:senes,ac iuuenes,diuites,ac pauperes,Principes,& vassallos.Vnde cecinit quidam.

Primum membrū. Certitudo mortis & incertitudo horæ. Nos vasa terrea sumus. Mors baculum dicitur. a Psal. 2. Mors dicitur venatrix.

Pallida mors æquo pulsat pede
Pauperum tabernas,regumque turres.

Obturatis auribus,quia surdescit ad quascunq; preces, vel querelas: nec audit opprobria,vel iniurias,nec placatur blādicijs,vel muneribus.Pedibus alatis:quia mox in oriēte,mox in occidēte percutit;mox ad meridiem,mox ad septentrionē volitat.In habitu lugubri,& cū corona absynthij:nā quocūquè ingreditur,omnia replet merore,tristitia,obscuritate, amaritudineq; plena plusquā absynthiū est,non solū his,qui eā experiuntur. sed etiam de illa tantūmodo cogitātibus,dicente Spiritusancto. b O mors quā amara est memoria tua homini,&c. Acerbitatē igitur, & immaturitatē præsefert semper ex omnibus explicatis. Quod pulchrā per metaphorā expressit Ioānes, c Angelū introducēs,ità clamantē. Mitte falcē tuā acutā, & vindemia bottros vineę. O metaphoram tremendam:quis vmquam vidit falce vineas vindemiari? Nonne falce omnia pariter secantur? Optimè quidem; namque morte,

Mortis proprietates. b Eccl. 41. c Apoc. 14 Mors assimilatur fœnisecæ.

quasi acuta falce omnes pariter cuiuscunque ætatis cæduntur homines. Vnde alius vâtes aliam per metaphoram ait. *d* Tunc cõtrita sunt pariter ferrũ, testa, æs, argentum, & aurum; & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento. Vbi per ferrum iuuenes, ac robustos intelligit, per testam senes, ac debiles, per æs doctos, celebres, fama resonantes, per argentum nobiles, & optimates. Per aurum Principes, & reges? Hi omnes vbi sunt? puluis, & fauilla, fauilla, & cinis quasi æstiuæ areæ. Sic Diogenes Alexandrum arguit magnum sub eius præsentia ossa quædam reuoluens mortuorum: ad quem Alexander. Quid agis Diogenes? Quæro inter hæc ossa (inquit) ditiores, nobiliores, & digniores, vt selectos conseruem. Cui Alexander. Frustrà laboras, cùm nullum in eis appareat discrimen. Et Philosophus non minùs argutè, quàm sapienter. Sic tu magis frustrà totum niteris tyrannicè subijcere mundum, cum sis (velis, nolis) inter hos ignotus futurus. Nullus itaque cuiuscunque dignitatis, & gradus existat, suæ mortis horam scire potest; sed omnibus extemplò, subitò, & in puncto potest contingere, quòd aliam iterum per metaphoram edocuit Spiritus sanctus dicens. *e* Vsque huc venies, & hic confringes tumentes fluctus tuos videlicet sicut mare suis crebris superuenientibus vsque ad cœlum elatis fluctibus, terram obruere velle videtur. Verumtamen ad littus peruenientes, mox omnes confringuntur, & subitò euanescunt. Ità omnes homines cuiuscunque dignitatis, & potentiæ; quantumcunque elati: ità, vt vniuersa terra sufficere illis non videatur. Verumtamen velint, nolint, vsque huc venient ad mortis littus, ibique confringent omnes inutilium cogitationum elatos fluctus, qui subitò euanescent. Quod & alibi ad literam de hominibus loquens innuit Spiritus sanctus, cùm ait. *f* Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Si ergò, termino vitæ adueniente, nullus eum præterire potest omninò; & omnes illum ignorant, nonne omnes subitò, & de repente mori possumus? Vitam enim producere vltra constitutum a Deo terminum clamant impossibile fore diuinæ litteræ, estque receptum axioma theologicum: benè tamen breuiari, quin & dimidiari potest vita, produci nequaquam dicente regio vate. *g* Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vbi per sanguinum viros, vt aliàs explicauimus, peccatores intelligit, qui enormibus vitijs, inordinatisque culpis vitam ducunt inordinatam; & sic vitam suam abbreuiant, ità, vt non dimidient dies suos: & conformiter ad hoc in eam semper deueni sententiam, vt Ezechiæ Israel regi, nullatenùs prolongatus fuerit vitæ primus terminus a diuino decreto sibi constitutus: sed quòd ipse potiùs culpis, & peccatis vitam sibi prius abbreuiauerit. Deinde verò pœnitentiæ virtute a Deo sibi meruerit iterum ad pristinum constitutum sibi terminum reuocari, quandò dictum est ei. *h* Adijciam super dies tuos quindecim annos. Regulariter igitur possunt breuiari dies vitæ: produci nequaquam, nisi ex priuilegio speciali. Quare parati semper simus, *i* nè subitò præoccupati puncto mortis, quæramus pœnitentiæ spatium, & inuenire non possimus.

Quod eò libentiùs facere debemus quòniam congruè præparatis, & dispositis dulcissima extat mors, & consumatæ quietis. Nec obstat, quòd in nonnullis acerba, & immatura sit mors; puta, quòd eorum nihil assecuti fuerint quæ in vita reputantur bona; vt sunt solemnitates nu-

[Margin notes: *d* Dan. 2. — Nullum inter nobiliũ, & ignobilium, ossa discrimen inuenitur. — D — *e* Iob. 38. — Hominũ cogitationes fluctus maris vocătur. — *f* Iob. 14. — *g* Psal. 54 — Vitia, mortem accelerant. — *h* 4. Reg. 20. — *i* Heb. 12. — E — Secundũ membrũ]

tes nu-

tes nuptiarum, fructus matrimonij, disciplinæ integritas, magistratuum dignitas, & cetera similia. Si enim id æqua lance penfetur, clarè constabit, talem acerbam, & immaturam mortem nihil prorsus differre a Serotina, & matura. Nam ad communem patriam necessariò remeare omnes tenemur. Quid refert igitur, si alij quidem præueniunt; alij verò sequuntur? omnes enim ad idem proficiscuntur, quin potiùs si aliquod sit discrimen, melioris condicionis videntur esse qui citò præueniunt, quàm qui serò sequuntur: nā breuiorem habent laboriosam præsentis vitæ peregrinationē, & citiùs ad patriæ dulcedinē, & requiē perueniūt. Quod si immatura mors malū eſt, maximè immatura esset puerorū, atque infantiū. Et adhuc magis eorū, qui nuper geniti sunt. At horū obitus facilè, & æquo aīo ferimus, & gaudētes, & lęti dicere solemus, q; tales angeli Dei sunt, qui recto tramite patriā cū angelis Dei reperiuere cęleſtē. Nec igitur immatura, & acerba mors impedit quin rectè dispositi, eius pſentiā, dulci gustēt quiete. Præterea si vitæ humanæ tēpus vigesimo terminaret anno, quintū, & decimū natū annū nō vtiq; immaturū decedere arbitraremur; sed sufficientē ætatis modū habentē. Eū verò, qui præscriptū viginti annorū numerū cōplesset, vel proximè accessisset, felicissimā, atq; integerrimam peregisse vitā diceremus. Sin aūt ducentorū esset annorū qui centū annos natū decessisset, cū penitùs immaturū esse cēseremus. Cōstat igitur, expressam esse vanitatē, fatuamq; hominū opinionē immaturam cuiuscūq; ętatis appellare mortē. Sūma summarū eſt in gratia Dei mori, taliū omniū vbiq; matura mors, integra ætas, dulcissima requies. Restat igitur solū plāgēda, & lamētanda mors aīæ, quā illi peccatū ingerit mortale. Hæc semper acerba, immatura semper, semper tristis, & mœrens. Cæterum nulla iustis immatura mors. Itā D. Ambrosius de quodā suo amico vita functo, habito nuncio, in hæc prorupit verba. Doleo, nō quia recessit, sed quia pcessit. Quemadmodū si in eodē carcere plures existerēt amici, quorū vnus priùs liberaret alteto, & in eo remanētes dicerēt singuli Doleo, nō quia recessit, cū hoc illi salutare sit, ac dulce, iā in libertatē donato: at doleo, quia pcessit. Sic D. Paulus. K Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic nos oēs in nostrorū corporū inclusi carceribus, in hac vita manemus. Si aliqs nostrū, etiā adolescēs, recedat, dolere debemus nō quia recessit; sed quia pcessit ad libertatē, & vitā, & patriæ dulcedinē, quā & nos expectamus, & cōsequemur absq; ambiguitate aliqua postquā Christus hodierni adolescētis tetigit loculū: nā (vt aduertit Cyrillus l) tangit Christus, vt cognoscas efficax esse Christi sacrū corpus. Sicut n. ferrū adductū igni, ignis perficit opus: ità post quā caro nostra vnita est verbo, qd viuificat oīa, ipsa quoq; facta est viuificatiua, & mortis expulsiua pro nobis oībus: nam in hoc inquit D. Ambrosius m) spē resurgēdi prætereire, quia fertur adolescēs in ligno, quod etsi nobis ante nō proderat, tñ postquā Christus id tetigit, proficere cępit ad vitā, vt indicaret salutē populis per crucis patibulum refundendam. Sicut enim ex ligno mortis amaritudo traxit originem: sic ex ligno dulcedinem per Christum trahere debuit. Et quemadmodum (inquit D. Chrysostomus) mors ab auxilio profecta eſt (nempè a muliere, de qua scriptum eſt. n Faciamus homini adiutorium simile sibi) sic a Christi adiutorio, nobis orta eſt oīs vita. O infelix adiutoriū, a quo mors ortum duxit. Comedi (inquit Adā) & morior pp mulierē, quā dedisti mihi, sed iā Christi adiutorio per ligni cōtactum

Mors immatura, paratis bona, imparatis āc mala.

Maxime dolere debemus de morte, cū in peccato nos inuenit.

K *Rom. 7.*

l *Lib. 4 in Ioa.*

Mors bonis magnā affert dulcedinem.

m *Lib. 5. in Luc.*

n *Gen. 2.*

F, G (margin letters)

ctum vita oritur nobis immortalis: mors enim mortua tunc est in Cruce, quando mortua vita fuit. Quid igitur post Christi contactum dicis immaturam? prædicas amaram? In omnes enim ad illam se preparantes inæstimabilem Christus per eam diffudit dulcedinem. Et quemadmodum (inquit D. Pater Augustinus) o Mors a morsu venit vnius pomi: sic mors per morsum vnum interijt, quo mordere ausa est summam vitam, & aqua mutuò simul morsa; morsu absorta est mors, exclamante indè cum iubilo propheta. p O mors ero mors tua. Et vlterius. Morsus tuus ero inferne. Mortem namq; Christus vnico morsu mordendo confregit, & morsu item vnico meliorem abstulit ex inferno partem, videlicet sanctos patres in limbo delitescētes sui oris virtute liberando. Sicut & nos omnes æqualiter liberat a quacunique inferni pœna, & quocunque (si uelimus) periculo. Et in hoc mortis omnem abstulit, fugauit amaritudinem. Sicut vnicornis aquam veneno infectam sui cornu virtute purgat, salutaremque, ac dulcem reddit: ità Christus suæ virtutis cōtra mortis venenum amarū penitus abstulit. In cuius persona ad hoc idem alludens, eademque vtens cornu vnicornis metaphora prædixerat regius vates. Sicut vnicornis cornu meum. Hinc tuba illa gentium mortē quasi iam euulsa, & euiscerata, illi aliam per metaphoram insultans dicebat. r Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Sicut enim apis pungendo viua corpora euisceratur, stimulum amittens, & moritur. Sic mors pungendo veram vitam Christum, stimulum, quo pungere solebat mortales, amisit, enecata est, euiscerata est, absorta est in victoria. Hinc facta est omnibus Christianis cuiuscunque ætatis mors dulcissima, somnus suauissimus, migratio de labore in requiem, translatio de sæua tempestate ad tranquillum portum, liberatio a dura seruitute in perfectam libertatem: absolutio a vitæ curis, & ærumnis grauissimis, ex acquisitum ius cælestis patriæ omnis consolationis plenissimæ. Et quemadmodum sponsus, & sponsa pergunt ad nuptias pretiosioribus induti vestibus maximo cum apparatu, iubilatione, ac musicis: ità iustorum animæ quādo moriuntur, ad agni nuptias pergunt, & perpetuas cęlestis patriæ delicias, dicente Spiritu sancto de vnaquaque iustorum anima. f Fortitudo, & decor indumentum eius: & ridebit in die nouissimo. Quo die nouissimo, nisi die mortis? in qua decore, ac fortitudine inexplicabili, omnes induūt iusti; qua fortitudine; quo indumento; Quo iubilo, nos quandoque morituros, frui concedat, qui in hodierno adolescentulo mortem reuocauit ad vitam, qui loculum tangens, amaritudinem omnem in omnem vertit dulcedinem. Qui viuit, & regnat, vbi per iustorum animas vti sponsas æternas æternè iubilatur. Cum quibus & nos per Christum, & cum Christo iubilemus. Amen.

Marginalia: o lib. cont. Pelag. — De pomo exiuit mors. — p Ose 13. — Mors Xpi omne abstulit venenum. — q Psal. 91 — r 1. Cor. 15 — Apis pungēdo moritur. — Christi mors, a seruitute nos fecit immunes — f Prou. 30 — Christi tactus conuertit amaritudinē in dulcedinem.

FERIA VI. POST DOMINICAM quartam Quadr. Concio LXXXII.

Purgatorij pœnæ hominibus ab hac uita discedentibus, qui non omnino mundi existunt a peccati reatu, paratæ ab omnipotenti Deo fuerunt, vt quisque, antequam cælū petat, congruo fulgeat splendore: hæc autem tormenta cū diuersis aptentur culpis, varia & ipsa existūt, pro vt legenti sequētia apparebit.

PVR-

PVRGATORIVM animarum ex præsenti vita non nullo cum reatu discedentium purgandarum constituendum omninò vltra diuinæ scripturę, Conciliorum, sanctorumque patrum auctoritatem omnes tenent (quæ aliquid sapere potuerunt) nationes: itá, vt sit firma omnium, & cōmunis animi conceptio. In primis enim ex veteri testamento apud antiquos hebræos celebris ille habetur Machabæorum locus, vbi dicitur. *a* Iudas duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymā, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, iuste, & religiosè de resurrectione cogitans; quod acceptum per antiquissimam traditionem, & non intermissam patet. Nàm per multa sæcula prius ita scriptum reperitur. *b* Panē tuum, & vinum super sepulchrum iusti constitue. Vbi D. Chrysostomus, vt videlicet prosint defunctorum animabus, pauperibus ea distribuendo, vt pro illis orent. Hinc mos in Ecclesia vocandi pauperes, & religiosos, eisque conuiuium parandi, vel eleemosynas distribuendi, vt videlicet ea accepta, pro anima defuncti pauperes fundant accipientes pauperes. Hoc idē habetur alibi in veteri testamento, & clariùs in nouo ex eiusdem Christi ore, vbi dixit, *c* esse quoddam peccati genus, quod non remittitur neque in hoc sæculo, neque in futuro. Ex quo colligunt Patres omnes, nemine discrepāte, quædam peccata in futuro sæculo dimitti, non in inferno, vbi nulla est redemptio: ergò in Purgatorio; & post Christum D. Paulus. *d* Si quis (inquit) superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fęnum, stipulam; per quas metaphoras opera diuersa cuiuscumque generis patrata, maioris, vel minoris meriti, vel demeriti describit: subdit enim explicando metaphoram. Vniuscuiusque opus manifestum erit, si cuius opus manserit, quo superędificauit mercedem accipiet, si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse tamen saluus erit? Sic tamen, quasi per ignem, quòd omnes patres græci, & latini de igne exponunt purgatorij. Concilia porrò multa hoc idem astruunt. Sic Lateranense magnum sub Innocentio III. *e* ità Concilium Florentinum *f* Sess. vltima decr. de purgator. & ita Concilium Tridentinum. *g* Ità docent omnes Apostolorum, & Patrum Lyturgiæ, vt videre est in Lyturgia diui Iacobi Apostoli, & D. Basilij magni. Præterea hoc idem docent patres omnes græci, vt Clemens Romanus *h* lib. octauo Constitut. Dionysius Areopag. *i* de Eccl. Hierar. p. 3. Origenes *K* in Exod. Athanasius *l* ad Antioc. Basilius in lyturgia. Cyrillus. *m* Damascenus lib. de his, qui in fid. migrarunt. Ephrem in suo testamento. Epiphanius. *n* Eusebius *o* de vita Constantini. Ecumenius. *p* Gregorius Nanzianzenus. *q* Gregorius Nissenus oratione pro mortuis. Chrysostomus *r* ad populum. Theodoretus *s* lib. 1. Historiar. Teophylatus *t* in Lucam, & alij quàm plurimi. Ex latinis autem D. Ambrosius *u* Epist. lib. 2. Augustinus *x* de cura pro mortuis Agenda „ Anselmus. *aa* D. Bernardus *bb* in Cantic. Boetius. *cc* Beda. *dd* Cyprianus *ee* lib. 1. epist. Gregorius *ff* lib. 4. dialog. Hieronymus Epistola ad Palmachium, Isydorus *gg* lib. 1. de offic. Hilarius. *hh* Tertullianus in lib. de coron. milit. & alij, quos omitto, præter quam quòd ratio recta hoc idem dictat. Sunt enim quædam peccata venialia sola temporali pœna digna, cùm quibus non dimissis poterit homo

a 2. Mac. 12.
b Tob. 4.
Panē ponere sup mortuorū sepulchra qui d sibi velit.
c Mat. 12
d 1. Cor. 3.
Multiplici authoritate purgatorium ostenditur.
e Can. 66.
f Sess. vlt.
g Sess 25.
h Cap. 47.
i Cap 7.
K Hom 6.
l q. 34.
m Cat. 5.
n Heres. 75.
o lib. 4.
p 1. Cor. 6. 3.
q Orat ad. Cas.
r Hom. 69
s Cap. 26.
t Cap. 12.
u Epist. 8.
x Lib. 1.
aa 1. Cor. 3.
bb Ser. 66.
cc Lib. 4. pros. 4.
dd In Ps. 37.
ee Epist. 9
ff Cap. 55
gg Cap. 18
hh In Ps. 118.

ex hac vita decedere. In purgatorio igitur necessariò purganda. Prӕtereà cum peccatores Deo conciliantur, post patratum peccatum lethale, non semper cum peccato dimittitur tota pœna debita, nec pro ea fit satis aliquando in præsenti vita. ergò necessariò satisfaciendum in alia, & nō nisi in purgatorio. Quod postremo omnium gentium, & nationum concludit communis animi conceptio. Sic hebræi vltra diuinam scripturam vt elicitur ex Iosepho *ii* de bell. iuda.) Sic Maumethani (vt patet ex eorum Alchorano expreſsè) sic Gentiles omnes, vt constat ex Platone, Gorgia, & Phedone, ex Plutarcho plutibus in locis; sed præsertim de sera numinis vindicta. Ex Cicer. in somnio Scipionis in fine. Ex Virgilio. *KK* Et ex Claudiano. *ll* Purgatorium itaq; dari, & reperiri communis est, & fuit semper omnium nationum animi conceptio: etsi earum nōnullæ errent in modo; non tamē in rei substantia. Catholici vero, & rem tenent expresse, reique substantiam, & modum, & cirumstantias omnes, tùm ex diuina reuelatione, tùm ex patrum traditione, ac doctrina. Quorum vestigijs inhærendo (supposito tamquàm de fide apud fideles, cum quibus ago, purgatorio) duo tantum discutiemus. Primum. Quas pœnas animæ purgandæ sustineant. Secundò. Quomodo ab eis liberandæ.

ii Cap. 9I Purgatoriū ēt ab infidelib. cōfitetur & tenet. *KK 6. Aeneid.* *ll Lib. 7. in Ruff.*

Diuisio trimemb.

Quoad primum duplex est purgatorij pœna. Altera damni, Altera sensus. Sicut & damnatorum cum hoc discrimine: quia damnatorum est pœna æterna. Purgantium verò temporalis. De purgatorio enim hic loquimur communi, quod est inferno contiguum, & non de specialibus purgatorijs, de quibus aliàs diximus. In hoc igitur communi purgatorio, eodem inferni igne purgantur animæ, quo cruciantur damnati. Ex quo patet, nullum posse excogitari dolorem in hoc mundo ex quibuscūque cruciatibus adinuentis, & excogitatis ab omnibus mundi tyrannis purgantium dolori similem, vel æqualem. Est enim ignis noster veluti pictus ad infernalem comparatus ignem, quo animæ purgantur. Et hæc principalis earum pœna, quæ dicitur sensus. Est alia sensus pœna (vt docet D. Pater Bernardinus, *mm* Nam torquētur animæ ab ipsismet dæmonibus aliqualiter; & elicitur planè ex offertorio, quod canit Ecclesia in missis defunctorum, vbi dicitur Christum exorando. Libera animas de pœnis, quo ad ignis pœnam. Et subditur quoad cruciatum dæmonum. Libera eas de ore leonis, nè absorbeat eas tartarus: diabolum enim in diuinis literis leonem appellatum, & tartarum per figuram, nullus ignorat. Est ergò pœna hæc sensus duplex. Pœna verò damni, quo priuatæ extant animæ purgantes visione Dei beatifica, sanctorum Angelorum, & beatorum societate, & vno verbo beatorum gloria tam diu durat, quamdiù pœna ipsius sensus, quousque videlicet per illam perfectè purgatæ reddantur: & beatificæ Dei visioni aptæ. Quæ pœnæ simul iunctæ quamdiu durent, & quantæ sint atrocitatis, non facilè potest exprimi. Quò enim ad durationem si temporali præsentis vitæ pœnæ respondere deberet purgatorij pœna temporalis, sacri Canones pro singulo peccato mortali septem annorum pœnitentiam luendam statuunt. Si quis igitur centum peccata in hac vita commiserit, cum ijs tamen non dimissis quoad pœnam, sed quoad culpam tantum, ex hac vita discesserit, septies centum annorum pœnam purgatorij sustinere deberet. Quidquid sit de hoc, Beda: vt aliàs diximus, docet, pœnas purgatorij in nonnullis animabus vsque ad iudicij diem extendi. Cæterum regulariter loquendo vnaquæque anima secundum

Primum memb. Purgatorium duplex sicut & pœna. Nō datur pęna maior dāna torum. *mm Tom. 4. Ser 55. pro extr.*

Pœnę dāni duratio.

Pęne purgatorij atrocitas. Pęne purgatorij duratio. *nn Lib 5. hist. c. 13.*

cundum debiti exigentiam quousque soluerit, in purgatorio manebit, vbi quoad pęnarum acerbitatem, refert idem Beda de quodam Phrontone Angelico, qui lōgissima grauium dolorum infirmitate pressus, eorum diutinam acerbitatē sustinere minimè potens, orauit Dñm instanter, vt eum eriperet;
E cui apparens Angelus, optionem dedit eligendi, quam pęnam sustinere maluerit, vel ijsdem doloribus, quibus detinebatur per vigintiquatuor præmi annos, Vel purgatorij pœnas per vigintiquatuor horarum spatium sufferre. Ipse verò secundam vt breuiorē, & citius finiēdam elegit pęnam. Statimq; mortuus, cum vnica tñ hora in purgatorio eius anima permanserit, exclamare cępit. O Angele, o Angele mētiris, mentiris, cùm multi elapsi, ex quo sum in his tormentis, iam sint dies. Tu verò vigintiquatuor horarum tantummodo pęnam proposuisti. Acerbitas enim pęnarum intolerabilis vni cam horam dies multos illum æstimare cogebat. Quod ex reuelatione didicisse Beda asserit. Etsi autem eodem inferni igne animæ Purgatorij crucientur: in aliquo tñ cruciantur magis, quàm animæ ipsæ damnatę: se habent
F enim sicut excedens, & excessum: nam in eo ꝙ sunt securæ animæ purgantes de salute, minùs patiūtur, quam damnatæ. In eo vero, ꝙ se noscunt filias regni, & summi regis Christi, magis patiūtur. Quemadmodū si filius regis a proprio patre carcere inclusus, cathenisque. constrictus detineretur, longè magis pateretur, quam homo vilis de plebe, vel rusticus, & laboribus assuetus, & nulla nobilitatis, vel generis animi angustia tactus. Sic damnati per peccata, & damnationem iam viles, non afficiuntur ea doloris circumstantia, qua purgantes filij regis. Vel quemadmodum regis filius etsi regni dominium non habeat viuente patre, parum, vel nil ei refert. Si verò patre vita functo ab aliquo potentiori se impediretur, quo minùs regno sibi hæreditario iure debito potiretur, maximo vtique afficeretur dolore, maximaq; animi angustia. Illi verò, ad quos nullo iure pertinet regnum, etsi regno non potiantur, nullam prorsus experiuntur animi molestiam. Sic damnati quoad hanc circunstantiam, etsi cœlo non potiantur, nullus est eis dolor, vel
G angustia: nullo enim iure cęlorum regnum illis competit. Illi verò, qui in purgatorio existunt, cum se regni cælestis hæredes certò agnoscant, maximus est eis dolor, angustia maxima eodem potiri non posse ob pœnæ in purgatorio necessariò soluendæ impedimentum. Vel quemadmodum fame, ac siti valdè vexatus magis cruciaretur suauissimis epulis, & pretiosissimis vinis ante illius conspectum positis: quibus tamen ob aliquod impedimentum vesci nequiret, quàm si cibi, & potus longè distarent, impossibilitasque adesset illos adipiscendi. Sic damnati paradisi delicias ad illos pertinere omninò impossibile esse sciunt. Vndè in hac circumstantia minimè cruciantur. Purgantes verò sibi paratum diuinum illud conuiuium omni vbertate, ac suauitate plenissimum, certò sciunt, illudque maximè, inexplicabiliterque esuriunt, & sitiunt, sibique adesse agnoscunt. Quare maximè cruciantur ab igne purgatorij impediri quominùs
H eo vescantur. Quid plura? Quem dolorem experiretur mercator, qui post multos a sua patria nauigationis, & peregrinationis annos, portum iam optatæ patriæ ingressus; patriam tamen ob aliquod impedimentum ingredi nequiret; eaque diutius exclusus maneret? Purgantes porrò qui hoc mare mundi magnum varijs laborum, & ærumnarum flucti-

Exēplum de atroci tate pęnæ Purgatorii.

Purgatorii pęna aliquādo eccedit īfernalē. Similit.

Purgātes maximo afficiūtur dolore, exulātes ab hæreditate sibi debita. Similitudo.

bus redundans, a cęlesti patria peregrinando nauigarunt, toto præsentis vitæ tempore, portum iam ingressi: quia in purgatorio de salute securi, & a perditionis, & submersionis periculo liberi, quem dolorem experiri credendum cum patria exclusi, in purgatorij pœna diutius maneant? Quam non experiuntur ea ratione damnati: similis igitur videtur esse cœlestis patria respectu purgantium insulæ illi, de qua scribit Holcoth oo in suis libris sapientialibus, vbi refert Giraldum Cambrensem, lib. de Typograph. Hyberniæ, quòd in mari prope Hyberniam apparuit insula quędam, ad quam Hyberni naues applicare nitebantur. Dum verò insulæ appropinquarent, ab eis insula discedebat, & elongabatur: quod semper eueniebat quotiescunque insulæ appropinquare tentassent. Vndè ab incolis postea insula fugitiua est appellata; post multas verò experientias quidam senex consilium dedit, vt sagitta ignita ad firmandam, & stabiliendam insulam, in eam iaceretur: qua iacta, statim firmata est insula, nauigantibusque se habitabilem præbuit. Sic purgantibus patria videtur cęlestis: cum illi enim sint per gratiam, & caritatem propinqui; ab eis tamen refugere videtur quousque uel pœnæ debitum soluerint, per purgatorij ignem, vt sic per ignem sibi patriam stabiliant cœlestem. Vel aliquod igniτum opus, idest ex caritate procedens, illuc a nobis iaciatur, quasi ignita sagitta: vt quotidiè fit in missis, & alijs suffragijs ad stabiliendam illis cœlestem patriam, videlicet ea firmiter illis iam destinata citiùs potiantur. Ceterùm his, & similibus exceptis circumstantijs damnati incomparabiliter atrocius, & dirius cruciantur propter multa, quæ manifesta suppono; & id solum pondero, quòd purgantes multas habent suarum pęnarum temporalium consolationes, & refrigerationes iuxta illud psalmi. pp Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine: psallam, & intelligam in uia immaculata, quando venies ad me. Quod D. Pater Bernardinus de purgantibus exponit. qq Qui cantant, & plangunt, iubilant, & plorant: cantant de misericordia: plangunt de iudicio. Plorant ob pœnas, quibus purgantur, donec immaculatæ fiant. Ideò ait psalmus. Psallam, & intelligam in via immaculata; quando venies ad me, idest in gloria suscipiendum per ignem purgatorij purgatum, & immaculatum redditum, & sic iubilant de certitudine, ac securitate futuræ gloriæ o gratiæ miraculum: in pęnis inferni iugiter canere, atque iubilare. Iubilant primò, quia uident se animæ illæ in gratia confirmatas absque vllo casus periculo. Iubilant secundò de certitudine gloriæ: sicut gauderet constitutus in carcere, qui certò sciret aliquandò se liberum in regem assumendum: cùm enim omnium hominum triplex existat successiuè status, videlicet Naturæ, Gratiæ, & Gloriæ; & tertius præsupponat secundum, secundus primum, in præsenti vita dùm sumus viatores, certitudinem habemus de primo, scilicet de statu naturæ, in quo etiam ignoramus gradum, & gradus certitudinem: in maiori enim & minori constitui possumus dignitatis gradu, & de illo cadere, vel deijci ante mortem, vt multis contingit. Quare magnum est Dei beneficium se videre in altissimo dignitatis gradu constitutum, in eoque a Deo iugiter conseruari. Scimus ergò statum naturæ, in quo successiuè sumus: sed nullā prorsus certitudinē habemus de gratia, & de gloria. Animæ verò purgantes certè sunt de natura de gratia, & de gloria: de gratia, qua actualiter gaudent,

[Right margin: I (beside "Quam non experiuntur"); K (beside "securitate futuræ gloriæ")]

[Margin notes: oo Lect. 6. c. 1. — Purgatoriū insula maris Hibernici. — A Purgatorio, quo liberetur aię. — Purgātes refrigeriū sētiūt in pœnarū atrocitate. — qq To. 4. Ser. 15. ex traord. — Quodnā refrigerium sentiant aiæ in Purgatorio. — Simile. — Triplex hominis status.]

gaudent, & de gloria, quam expectant, licèt gloriæ gradus ignorent. Qui solum in gloria illis fiat notus. Gaudent tertiò de ipsa Dei iustitia tamquam bonæ filiæ, ac sponsæ ex amore correctæ a sponso, & patre. Vndè Vgo de Sācto Victore dicit, quòd in perfecto statu caritatis, & gratiæ (qualis est animarum purgantium) etiam in hac vita quis magis gaudere potest

Quid certum, habeât aïæ in Purgatorio.

L de aduersis, quàm de prosperis: quia in illis Dei voluntati concordat, & ex ijs Deo se placere sciens, in eiusque gratia existere, adeò, quòd vellet potius talis in æternum stare in pęnis purgatorij, sic in gratia, quàm in hac vita sine pęna. Vel etiam in paradiso sine illa gratia, & caritate, & ad Dei beneplacitum Conformitate. Gaudent quartò, & postremò de piorum, & Sanctorum orationibus: nā omnes angeli, & sancti, & ipsa gloriosa Virgo pro ipsis purgantibus orant, vt pro illis, quæ illorum societati coniungi debent in gloria, iunctæ iam per gratiam: vndè sæpissimè animas in purgatorio inuisunt, & solantur, præsertim angeli custodes, & sancti illi, quos aduocatos in hac vita sibi elegerunt animæ illæ.

Certitudo pſentis grę, & futuræ glorię qd in purgātibus efficiat.

Paulatim discurrentes incidimus in secundum explicandum, Quomodo videlicet liberandæ sint a purgatorij pœnis animæ purgantes; quarum typū concinnè gerit hodiernus Lazarus. Erat enim languens inquit Euangelium a principio. Sic animæ purgantes non sunt mortuæ morte secunda, sed languent in purgatorij pęnis. Dicitur prætereà languens Lazarus, qui adiutus interpretatur: nam adiuuari maximè a nobis expectant, & exposcunt, & nostro auxilio, & subuentione maximè gaudent. Nos verò illas iuuare possumus multimodè, idest orationibus, ieiunijs, peregrinationibus, eleemosynis, & alijs quibuscunque bonis operationibus. Ad quatuor verò auxiliorū genera omnia reducit D. Pater Bernardinus vbi suprà, intra nos, vt est oratio, apud nos, vt ieiunium, Vigiliæ, peregrinationes, & cetera opera laboriosa, & corpus affligentia. Extra nos, vt eleemosyna, sub qua cadit iniuriarum remissio, inimicorum dilectio, debitorum quorumcunque dimissio, & denique supra nos, vt missæ sacrificium, & per id, vel aliud opus ecclesiæ suffragia. Non deficiunt ergo nobis modi, quibus animas illas iuuare possumus, & illæ maximè indigent. Nec omittendum vltrà superius dicta, quòd animæ illæ si defraudentur auxilijs, quæ sibi aliquo iure debentur, maximè tristantur. Contra verò maximè gaudent, si eis adhibeantur; de quibus certè fiunt vel immediatè per diuinam reuelationem; vel per angelos, & sanctos a Deo ad illas missos, vel per animas hinc migrantes in statu gratiæ, & ad illas peruenientes, quæ permittente Deo; enarrant legata pia exequuta, vel non exequuta, enarrant opera, & sacrificia pro illis facta, vel non facta a consanguineis, notis, & amicis. Vlterius ipsæmet animæ certa experientia discunt

Secundū memb.

Aïæ Purgatorij licer languent nō sunt mortuæ.

Animabꝰ in Purgatorio multipliciter suffragari potest.

Certiores fiunt purgātes de suffragiis, & quō.

M quando iuuantur: nam sentiunt sibi pęnas alleuiare, sicut supra caput ferens magni ponderis multos lapides, si ab aliqua amica manu modò vnus, modo alius lapis subtrahatur, & auferatur, se alleuiari cognoscit. Sic purgantes animæ sibi subueniri percipiunt ex pęnarum alleuiatione, quam actu sentiunt. De qua nostra subuentione plus incomparabiliter gaudent animæ illæ, quàm si aliquis in hoc mundo in aliqua maxima reperiretur miseria, & indè liberatus ad regium Diadema esset assumptus; quod ex eo patet, quia purgantes animæ seipsas nullatenus iuuare possunt; sed illas pari est necesse. Ex quo etiam constat multo magis mereri qui pro mortuis orat, &

Simili. Magis gaudent purgātes de suffragiis, quā homo acquirēs regnū post infortunia.

sactificat, quàm qui pro viuis. Sicut qui exoneraret, & liberaret onere librarum mille pressum qui aliundè liberari non posset, multo magis mereretur, quàm alius exonerans decem librarum pondus tantum eum, qui & per sei sum, & aliundè exonerari posset. Et sic vniuersaliter magis egenti subueniens meretur magis, sicut faciens eleemosynam seni, ac debili magis meretur, quam illam faciens iuueni, & sano. Ex quo etiam patet quanta digni sint pœna, qui eleemosynas, & legata, vel alia quæcumque designata pro mortuis quomodocumque impediunt. Quod etiam earum vice maximè dolet, & lamentatur propheta regius dicens. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum; factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Liber est enim purgans libertate gratiæ; sed non potest meritoriè operari. Dolet igitur, quod, cum sit liber, & auxilio capax: tamen factus sit inter alios mortuos a multis adiutos ipse sine adiutorio, & sine adiutorio eorum, propter quos fortè in purgatorij pœnis reperiuntur, eos in hac vita nimis iuuando. Sine adiutorio eorum, quibus maximum in præsenti vita præbuerunt adiutorium. O quot parentes, qui, vt filios pinguiores, ac ditiores post se relinquerent, in purgatorij pœnis nunc existunt; & a filijs omni destituuntur auxilio? o quot affines, quot consanguinei, quot amici suas alijs proportionatè legarunt substantias cum onere etiam expresso, vt pro ipsis post mortem erogentur eleemosynæ. Verumtamen omni fraudantur auxilio? O crudeles, o immites, o immisericordes quoscumque tales, & (vt omnia comprehendam) o ingratos, nonnè vos pudet eos destituere auxilio, a quibus omne vestrum est auxilium? Nonnè vos pudet, eos priuare substantiarum, & diuitiarum parte, a quibus omnes vestræ deriuant substantiarum, atque diuitiarum partes? Nonnè iugiter acres, & molestas experimini conscientiæ puncturas? iugiter insonante voce illa vulgata Sancti Iobi, & pro mortuis ab Ecclesia vsurpata. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei. Quod, si non feceritis, audire comminantem vatem. Væ vobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vespe-ri, idest væ vobis, quia declinata die parentum vestrorum, vel consanguineorum, & amicorum, idest transacta iam vitæ illorum die, vmbræ substantiarum, & diuitiarum illorum morte longiores vobis factæ sunt, idest copiosiores, maiores, abundantiores, & ex hoc væ vobis; quarè ex hoc? quia nulla hac ingratitudine reperiri potest maior, nolle mortuos, qui maximè indigent, & aliundè adiuuari nequeunt, iuuare, a quibus tot fortunarum, & diuitiarum bona recepistis. Væ vobis, væ vobis. Et si hoc væ fugere vultis, Miseremini, miseremini parentum, vxorum, maritorum, consanguineorum, amicorum, vt Deus misereatur vestri nunc, & in secula. Amen.

Margin notes: Psal. 87. — Purgans quo dicatur liber. — Ingratitudo filiorum & cognatorum erga parentes. — Impium est purgantibus non suffragari. — Iob 19. — Ierem. 6. — Comminatur. Mortuis non subuenientes.

FERIA

FERIA TERTIA POST DOMINICAM Passionis Concio LXXXIII.

Mundi huius voluptates eam secum afferunt perniciem, vt omnino fugiendæ, ac totis viribus expellendæ sint, cum a mundo prouenant, qui omnis fallaciæ, atque proditionis est auctor.

QVANTVS Christi sit amor erga nos in omnibus ipsius clarè splendet actionibus: omnia.n. quæ, dū inter nos vixit, fecit, dixit, docuit, omnia propter nos homines, & propter nostram salutem est operatus. Quare nec eo fine carere asserendum est quę in currenti Euangelio variè ostendit, inuitatus a suis ad Scænophegiæ festum. Primo enim renuit, reiecit, damnauit huiusmodi festū, dicens. Tēpus meum nondum aduenit. Tempus autem vestrum semper est paratum. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autē non ascēdam ad diem festum istum; quibus non obstantibus, inquit Euangelista, quòd & ipse ascendit ad diem festum. Duo principaliter mea quidem sentētia nos
A docere voluit Christus hac huius facti varietate. Primò, quòd sensus voluptates damnandæ, vt perniciosæ, fugiendæque sunt, quas in similibus festis Iudæi profuse nimis amplexabātur. Ideò ait. Vos ascendite ad diem festū hūc: ego autē non ascendam secundum, quod mundus iste proditor est, & fallax. Ideò suis proprijs non credit fratribus, nec illis associari vult: ait enim Euāgelista, quod vt ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diē festum non manifestè, sed quasi in occulto, vt nos doceret vitanda maxima cū cautela mūdi pericula. Duo hęc igitur Christi exēplo nobis tradita discutiamus. Diuis. bimembr.

De primo. Tēpus (inquit) meum nondum aduenit. Tēpus autem vestrū semper est paratū. Quasi dicat. Vos ad sectandas profusè nimis sensus voluptates, ac delectationes, semper parati estis. Ego aūt in hac vita nil tale prorsus admitto. Sic venerabilis Beda, a & D. Pater August. b exponunt. Tēpus meū nondum aduenit. i. tēpus gloriæ meę, meæ delectationis, & glorificationis; sed nunc tēpus est meę humilitatis, & mortificationis. Et ita oēs nos in pręsenti vita mortificationis, & humilitatis viam tenere debemus, si gloriā cum Christo consequi volumus in futuro: excelsa.n. patria humilis via, qui recusat viā quid quærit patriā? qui viā sequitur sensuū, & voluptatū in præsenti, expectet in futuro cruciatum, & pœnam. Sic Theophylus, c vt vanagloriæ (inquit) passione huius mundi se nō detineri ostenderet quæ sensualitatis est
B via, renuit stipantium pompis delectari, & fauorem hominum concurrentium quærere. Ideò solus non cum fratribus pergere voluit. Venit enim Christus (inquit ibidem Diuus Pater Augustinus) nō gloriari temporaliter; sed aliquid salubriter docere de festo æterno. Ad cuius exemplum Constantinus magnus cum innumeras erexisset basilicas per totum orbem, nulli earum titulum sui affixit nominis. Quin cum Traianus in omnibus operibus a se erectis titulum affigere consueuisset, risit illum Constantinus dicens, Traianum herbam esse parietinam videlicet qui gloriam titulis parietibus affixis, auidius quæreret. Vniuersaliter autem Christus hodiernum iudæorum fugiendo festum, in quo dissolutiones multæ, sensuumque profusiones,

1. memb.

a in Io. 6.
b Tra. 28 in Ioan.

Huius mūdi voluptates, cruciatus sunt in futuro

c in Ioa. 6

Huius mūdi gaudia fugienda sunt.

Sensuum voluptates cani assimilantur. fiones, (vt fortè hoc nostro æuo & in festis euenit) exercebantur, docere nos voluit, vt eas prorsus fugiamus, nisi succumbere velimus: & merito quidem; nam (vt ait D. Chrysostomus *d*) sensuum voluptas cani similis est, si pellas, fugit; si nutrias, permanet, cum tua substantia te ipsum vorando: quin (vt ait Arist. *e*) in bruta ipsa transmutat homines voluptas: est enim (inquit) vita voluptuosa, vita pecudum, non hominum. Et D. Boetius in eandem sententiam ait. *f* Si voluptates beatos efficere possent, nil causæ esset, quin pecudes etiam beatæ fore dicantur. Et antiqui sapientes, nè dum in bruta; sed in lapides insensatos verti homines ostēderūt per Medusæ fabulam, quæ pulcherrima visu, homines tamen dira in lapides vertebat. Sic voluptas pulcherrima quidem apparet sensui, ac delectabilis valde; sed miseros illos, qui se illi subijciunt: nam insensatos reddit, & quasi lapides recta ratione priuos, & destitutos. Medusam verò solus Perseus occidit: nam voluptatem vir prudens penitus extinguit, quod, si hoc posse virum prudentem pulchram per Medusę fabulam antiqui ostenderunt, quid poterit cum gratia Dei Christianus? ô Christianorum confusionē. Sic voluptatibus premi omnis generis; vt nedū gentilibus: sed etiam brutis longè inferiores, ac turpiores euadant; ac, si nulla esset alia vita, nulla intellectualis partis in futuro cōsolatio, beatitudo nulla. Mementote fratres, quod viri voluptuosā vitā ducentes inordinate, æternā beatitudinē consequi minimè possunt; in cuius typo precepit olim Deus Gedeoni sic. *g* Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lābere, seorsū C

d Ho. 22. ad populū
e 1. Ethi. ca. 1.
f 3. de cōs. p. 7.

Illius orbis voluptates tes in animalia irrationalia.

Huius mūdi delectationes vir prudens abhorret.

Mundi amatores regni æterni inhabiles fiunt.

g Iudic. 7.

se: at his cos Qui autē curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proijciente lambuerunt aquas trecenti viri. Omnis autē reliqua multitudo flexo poplite biberat: & ait Dñs ad Gedeon. In trecentis viris, qui lābuerunt aquas, liberabo vos. Omnis autē reliqua multitudo reuertatur in locū suum; vbi expresśe inhabiles ad regnū, & promissionis terrā ostendit qui poplite flexo os, & vultū in aquas immergebant, per quos voluptatibus se se immergentes designantur: salui autē sunt illi, qui manu lambunt aquas per quos iusti, & sobrij, designantur qui moderatè, ac sobriè sensibus, quo ad vitæ sustentationē sufficiat, deseruiunt. Ita sanè canes ægypti sic lambunt Nili aquas, vt, cū ea regio serpentibus abūdet, qui canes approximantes vorare nituntur, canes velociter cursitando paulatim, & sobriè lābant, sic vtiq; in presentis mundi voluptatū aquis abundant serpentes veneno infecti dęmones infernales, circumeūtes, & quęrētes quē deuorent. Quare nisi cautè valdè sicut canes ægypti parce, ac sobriè lābuerimus, has mūdanas voluptatū aquas: & in illis nos immerserimus, actū est D de nobis. Vndè in sybillinis libris tale ad hoc maximè ducens legitur monitū. Miles Romane ægyptū caue. Cuius moniti hęc interpretatio. Vt quibus datū est virtute frui, ac muniri, ægyptū omnino caueant .i. mollitiem, & delicias. Quare quantò erat ominosior populo Romano ęgyptus: tantò prosperiorē ægyptijs oracula promittebant successum ex Romanorum aduentu in regionem illā: nā apud Memphim in aurea columna literis ægiprijs scriptū erat. Tum demū ægyptum liberā fore, cū in eā venissent Romanorū fasces, eorūque prætexta, nimirū qui virtutem, & rerū disciplinā admittit, vitijs liberatur; quod euenit: etenim Romani pace iā terra, mariq; parta, molles ægyptiorū delicias suscepere. Contra ęgyptij delicijs amoris pristinā Romanorū virtutē, industriāq; sibi mox vēdicauere. Hinc origenes doctissimus in illud Iosephi, qui totius ægypti principatū obtinuit ita Christianè philosophatur,

Opprimētes vitia Principes efficiuntur

Ægypti

Aegypti principatum obtinere qui libidinem calcat, nequitiam euitat, omnesque corporis voluptates edomat, atque frænat. Econuerso vates, illos, qui voluptatibus turpiter succumbunt, eorum vice his verbis *b* doler. Aegypto dedimus manum, & Assirijs, idest voluptatum captiui effecti sumus. Proh dolor Momẽtaneæ, ac futilis delectationis voluptate perdi, & perdere incomprehensibilem, & inexplicabilem, æternamque beatitudinis voluptatem. Lysimachus quidam in Tracia a Dromachera superatus (referente Plutarcho) *i* cum seipsum, exercitumque propter sitim tradidisset, postea quam bibit, captiuus iam effectus, Odij (inquit) quàm paruæ voluptatis causa meipsum ex rege seruum effeci? Quod si Lysimachus temporalis dominij amissione adeò tristatus est, eamque lamentatus, nè vel siti periret: quantò magis dolere, ac lamentari debent Christiani suas vices, cùm longè breuiori fruantur voluptate, (etsi in rota vita præsentibus immergantur,) comparatione ad æternam, quam amittunt; quam ipse lysimachus in breuissimo aquæ sorptu? ita, vt multò verius dicere possint singuli Christiani inconsolabilibus fletibus. O quàm paruæ voluptatis causa meipsum ex regni cęlestis æterno, & glorioso rege, captiuum feci? & captiuum perpetuum, & captiuum tartari? mancipium dæmonis? quando videlicet voluptatibus turpiter succumbunt. Quibus occurrere nulla ratione meliùs poterunt, quàm illa, quam docet Christus hodie dicens. Tempus meum nondum aduenit, idest (inquit Chrysostomus) K tempus Crucis, & mortis. Crucem videlicet Christi, & mortem imitando pro viribus proportionatè, ac meditando. Idem enim Christus, vt constat ex dictis, ad festa mundi voluptuosa inuitatus, nil aliud opposuit, nisi suæ crucis, ac passionis tempus. At quæso in hanc incidentes materiam, cur Christus Dominus noster suæ passionis tempus, & horam sic specialiter suum tempus, & horam suam appellat? Innumeræ assignantur a patribus rationes; sed in aliud eis reseruatis opportuniùs tempus, eam solam ponderemus, quam omnes referunt videlicet quia illa fuit hora consumata nostræ redemptionis, & salutis: quam ideò suam appellat; quia hoc suum præcipuum erat opus genus redimere humanum. Et quia cum iam sub tyranni seruitute captiui essemus, & ille suo nos proprio sanguine redemerit, suam appellat horam: quia per suum opus redemptionis iure a tyranni faucibus ereptos, nos effecit suos, & quemadmodum in phrasi nostra vulgata suum tempus habere aliquem dicimus, cum quidquid libuerit, vel desideraucrit, obtinet. Ità Christus tàm ardenter nos amat, vt cum nos redemerit, quasi nil vlterius ei desiderandum superesset, horam suæ passionis, & nostræ redemptionis, horam suam appellat. Cuius horæ metaphora, pulchrũ per typum expressa fuit in veteri testamento, in celeberrimo illo Ezechiæ regis portento *l* retrocessit enim sol eius tempore per decem lineas in horologio Achaz. Quod cum duodecim demonstraret diei artificialis horas, solum per decem retrocessit duabus tantummodò relictis, per quas non retrocessit. Sol porrò Christum designabat, qui vbiquè Sol iustitiæ appellatur ab Ecclesia. Et hinc ecce nostrum, quod quærimus mysterium. Horæ illæ, per quas retrocessit Sol, gradus designabant, per quos retrocedere debebat Sol iustitiæ Christus suæ redemptionis virtute. Etsi autem per decem tantũ horas in Ezechia Sol materialis, Duodecim tamen erant gradus, per duodecim

Margin notes: *b* Tren. 5. — *i* In Apoph. — Parua huius mundi voluptas, ser uos Diaboli nos facit. — E — K Homil. 47. in Ioan. — Christi mors, dicitur tẽpus eius, & vita nostra dicitur. — Ob nostri amorẽ Christus horã eius semper concupiuit. — F — *l* 4. Reg. 20.

cim designari, horas, per quos Christus iustitiæ sol retrocedere debebat mysticè: post Adæ peccatum, quorum sex ad iustitiam, sex ad veritatem pertinebant. Iustitia enim & veritas post peccatum primi hominis ad tribunal recurrentes Dei, duodecim obtinuere, & quasi percurrere gradus punitionis aduersus genus humanum. Primus iustitiæ gradus fuit, quòd genus humanum totum quoad corpus deleretur in puluerem redactum, dicente illi Deo. *m* Puluis es, & in puluerem reuerteris. Secundus quòd puniretur quoad animam æterna vel pœna sensus, vel pœna damni punitione, clauso penitus generi humano cœlorum regno. Tertius vt ipse Adam cum omnibus posteris absque aliqua temporis dilatione, statim post quodlibet patratum scelus puniretur. Quartus vt puniretur irreparabiliter, nec pœnitere vel redimi posset. Quintus vt publicè in totius mundi conspectu puniretur. Sextus & vltimus iustitiæ gradus, vt nunquam Deo reconciliari posset humanum genus, nisi per summam, ac Deo plenè gratam satisfactionem. Sex autem veritatis gradus illi sunt. Primus, vt ignorantia quemlibet obrueret descendentium Adæ, nè peccata cognoscerent: Secundus vt libertatem prorsus amitterent arbitrij. Tertius nè cognoscerent etiam seipsos. Quartus quòd nec proximi sufficientem haberent cognitionem. Quintus quod nec ipsum Deum cognitione ad salutem necessaria cognoscerent. Sextus & vltimus veritatis gradus quod numquam illuminari possent homines ad prædicta, nisi summa inter homines in terra oriretur veritas. Christus igitur verus iustitiæ, ac misericordiæ sol, veritatis, ac pacis auctor in terris ortus, per decem retrocessit lineas, per quinque iustitiæ, per quinque veritatis, iustitiæ suam opponendo misericordiam, suam veritati pacem, canente inde propheta. *n* Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: Iustitia, & pax osculatæ sunt. Et sic Misericordia iustitiæ se opponendo, Pax Iustitiam deosculando, per decem retrocesserunt in Christo gradus, quos percurrerant Iustitia, & Veritas. Per primum Iustitiæ, quæ aboleri nos volebat; & hinc eruti exclamamus. *o* Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. Et in anima, & corpore perfectè resurgendo fruemur Christo; per secundum; quia nullius erit punitio æterna, nisi damnatorum tantum, exclamante pro vniuersis regio vate. *p* Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Per tertium, quia regulariter non statim punitur; sed pœnitentiæ nobis indulgetur tēpus: quia Deus *q* longanimis, patiens, & misericors. Et per quartū, quia scriptū est. *r* Quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatū eius non recordabor amplius. Et per quintū, quia redimi, & pœnitere possumus vita comite. Scriptum est enim. *s* Misericordia eius præueniet me. Et Misericordia eius subsequetur me. Per sextum autem retrogredi non potuit sol Christus; sed, vt nos redimeret, Deo summam oportuit satisfactionem dare, ac plenè gratam per Christi passionem, & mortem; & sic oportuit Christum pati. Et hæc est hora, quam suam appellat Christus, & suum tempus. Similiter per quinque retrocessit veritatis gradus. Per primum, quia peccata cognouimus, & ea cognoscendo per pœnitentiam delemus, dicente Propheta. *t* Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et per secundum, quia sacrosancto reclamante Tridentino Concilio in Spiritu sancto legitimè congregato, *u* libertatem non amisimus arbitrij per Adæ peccatum: nec denuo peccantes amit-

Margin notes: Gradus Iustitiæ assignantur. — *m* Gen. 3. — G — *n* Psal. 84 — *o* Thre 3. — *p* Ps. 129. — *q* Ps. 102. — *r* Eze. 18 — *s* Ps. 58. — Concluditur necessitas mortis Christi. — H — *t* Psal. 31 — *u* Sess. 6.

amittimus. Et per tertium; nam, vt quisque se agnosceret, Diuino eloquio dictum est Adæ, & in Adam omnibus. *x* Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et per quartum, & quintum, docente Moyse, perficiente Christo, illa duo magna legit præcepta. *aa* Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Per sextum autem veritatis gradum retrocedere non potuit Christus; sed, vt nos illuminaret, in terris eum oriri oportuit, iubilante inde Propheta, & dicente. Veritas de terra orta est, & Iustitia de cœlo prospexit. Ambæ, videlicet vnius horæ, & vnius gradus, retinentes proprium gradum, (*x Gen. 3.*) (*aa Gal. 5*)
I sub quo extitit Christus in hora passionis, & mortis. Quare iure merito hanc suam horam, & suum tempus millies potuit appellare, & quam in currenti Euangelio congruentissimè reperit, vt efficacissimum antidotum sensuum voluptatibus, & mundanorum festorum vanitatibus oppositum.

Mundus enim etsi prima facie sensuum videatur socius, sensibusque assentari. Verumtamen in maligno totus positus est, dolis, & proditionibus plenissimus. Et ideò contra hunc secundo loco inuehit Christus, dicens. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt. Ecce Christi clarissimum testimonium. Et ideò nec in fratribus confidebat ob nostrum exemplum. Quare nec illis associari voluit. Exemplo igitur Christi mundum omninò caueamus, cuius opera eiusdem Christi testimonio mala sunt. Est enim hic mundus (inquit Diuus Gregorius Nazianzenus *bb*) mari fluctuanti similis, quod pisces multos agitet, & concas: modo ea absorbendo, modo in littus proiiciendo, modo ad lapides allidendo. Et sic omnis generis pisces agitando, exceptis quibusdam, qui suapte natura scopulis fixius, & immobilius hærent. Sic in præsenti sæculo omnes cuiuscumque generis homines quasi pisces agitantur a malignis huius maris perturbationum fluctibus, exceptis quibusdam iustis, qui firmiùs, & immobiliùs lapidi Christo adhærent, cui per gratiam coniuncti, numquam ab eo discedunt: nec enim aliud est contra huius maris mundi perturbationes omninò remedium, qui mundus optimè a Ioanne Euangelista *cc* per bestiam illam describitur, habentem capita septem, & cornua decem, & vnicum pleuum abhominatione poculum. Primò itaque multa ei tribuuntur capita, quia mun- (*Secundú Mêbrum*) (*Mundus odit veritatê, & amplectitur mendacium.*) (*bb Oratio ne cùm rauertere-tur ex deserto.*) (*Mundus assimilatur mari.*) (*cc Apoc. 14.*)
K dus opinionum varietate, ac volubilitate instabilis eit semper, tot capita, tot sententiæ, vt nil in eo firmum, & stabile prorsus inuenias. Cornua deinde dicitur habere multa; nam alio cornu te ad aliquam dignitatem extollit: alio te deijcit, & subuertit. Et sic perpetuò te voluendo, & reuoluendo inquietum reddit. Poculum verò dicitur habere vnicum, & illud abhominatione plenissimum, & fornicationis immunditia: quodcumque namque bonum tibi largiatur mundus, vt plurimum, si attentè consideras, vel quoad media, vel quoad finem, vel quoad alias circumstantias plenum erit mendacijs, emulationibus, persecutionibus, confusionibus, concurrentium, & aspirantium altercationibus, contentionibus, detractionibus, simoniæ abhominationibus, & consimilibus impietatibus. Est præterea bestia illa velocissima in cursu. O quanto labore sequi oportet hanc mundi bestiam? omnes refugientem, & ab omnibus exquisita diligentia requisitam? Quomodo circa eam cursitant, & post eam, curiales, mercatores, nobiles, (*Mundi instabilitas describitur*) (*Multi sût huius mũdi defectus.*)

Religiosi, sacri, & prophani? Quot munera? quot visitationes? salutationes quot? quot suspiciones? incommoditates quot? quot cautelæ? Nec tamen multoties his omnibus veluti pedibus, aut alis consequi potest quis, nec bestiæ vestigia; ita, vt in persona talium hanc bestiam inordinatè sequentium dicitur a Spiritu sancto. *dd* Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: ambulauimus vias difficiles. Viam autem Domini ignorauimus. O amentiam, o bestialitatem: bestiam tot difficultatibus, laboribusq; sequi per viam perditionis, & viam Christi Domini, quæ suauissima est, ignorare. *ee* Iugum enim meum suaue est (inquit) & onus meũ leue. Et hoc valde lamentabatur per suum vatem Christus, dicens. *ff* Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? idest in via mundi, & sensus per Ægyptum designati, vt bibas aquam turbidam, poculum bestiæ, abhominationibus, & laboribus plenum? Sed nunc perpende, attentè audi. Arguet te (sequitur) malitia tua: & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. Quemlibet enim hanc mundi bestiam sequentem, nisi penitus insensatus existat, arguunt, & increpant eiusdem bestiæ difficultates, labores, coacta seruitutes, vigiliæ, circumuentiones, mendacia, & cætera huiusmodi. O quam verè amarum est propter hanc mundi bestiam reliquisse suauissimum Dominum per alium exclamantem vatem, ac dicentem. *gg* Omnes sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque omni commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum non in panibus: & laborem vestrum non in saturitate? Quasi dicat. Quare mundi bestiam sequimini tanto cum labore vos ipsos cuiscerando maximo cum vitæ dispendio, maxima cum substantiarum dissipatione, & non in saturitate? i. & nihil ex tot laboribus, & dispendiis a bestia consequi potestis. Quare igitur frustra laboratis? Mundus enim nõ potest, ac si vellet, vos temporaliter etiam satiare. Vt quid igitur derelinquentes Christum, vt mundi bestiæ, & bestiæ tot malignitatibus colla perpetuo cum labore subiiciatis? Proh amentiam, Proh insensatos, iniustè, & cum labore iniusta mundi numquam plenè possidenda vultis mundi bona temporalia: & de manu Domini liberalissimè illa offerentis non vultis iustè bona æterna? Quis dare potest, nisi Christus? Et quis maiori cum fidelitate, infallibilitate, liberalitate, amore, offert, dat, quam Christus? Properate (inquit) properate, venite, comedite absque argento, & absque omni commutatione vinum, & lac, idest bona omnem suauitatem in se continentia. Audite (inquit) audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra, idest in omni suauitatis abundantia æterna, & temporali. Quod si audire contempseritis, & mundi aquam turbidam, & bestiæ poculum abhominatione plenum insequi volueritis, Audite iterum Spiritum sanctum dicentem. *hh* Scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris: & super dolentium arma ambulabis. Quod sic legit Diuus Chrysostomus. *ii* Agnosce, quòd in medio laqueorum ingredieris: & super propugnaculis vrbium ambulas. Et inde sic exponit. Non dixit aspice, sed agnosce: multa tibi opus est agnitione, & diligenti scrutatione; non dixit, iuxta laqueos; sed in medio laqueorum. Nec dicit. Pertransis, sed ingredieris. Vtrimque doli, processit quispiam in furo, vidit inimicum, exarsit aspectu solo. Vidit amicum consequentem

Marginalia: *dd* Sap. 5 — *ee* Matt. 11. — *ff* Hiere. 2. — Ipsamet nri malitia nos redarguet. — L — *gg* Isa. 55 — Mundus est insatiabilis. — Exageratio contra peccatores. — M — Exhortatio ad amplectendum summũ bonum. — *hh* Eccle. 9. — *ii* Homil. 25. ad populum.

tem

tem laudem, & honorem, exarsit inuidia; vidit pauperem, despexit, & contempsit. Proh, impietas. Vidit diuitem, & inuidet. Proh vanitas. Vidit infestantem inimicū, & indignatus est. Vidit infestatum amicum, & contristatus est. Vidit speciosam mulierē, & captus est. Vidisti quot laqueos. Nec minimam tamen recensuimus partem. Ideò agnosce, quia in medio laqueorū ingredieris. Nonnè experiris, quòd aliquando vxor vnicum inaduertens, proferens verbum, totā subuertit domum. Sic aliquando filij, sic sæpe amici, sæpe vicini in via, & in platea vnico prolato verbo subuertūt vrbes, prouincias, & regna. In domo igitur laquei, in via, & in platea laquei, in Ecclesia, in concionibus laquei, & laquei vbique. Ideò agnosce, quia in medio laqueorum ingredieris. At qua de re (inquies) tot in hoc mundo Deus permittit laqueos? Ea sanèrōne præcipua, ne deorsum volemus, sed superiora petamus. Etenim volatilia donec altum secant aerē, non possunt ab Aucupum laqueis

N capi. Ità tu donec ad superiora respexeris, nec laqueis, nec vllis alijs facile capieris insidiis. Sursum vola, & liber existes. Audi Apostolum suadentem. *KK* Quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite. Et vbi sursum? Vbi sol? vbi luna? vbi stellæ? Nequaquam. Vbi Angeli, & Archangeli? minimè. Vbi Cherubim, atq; Seraphim? Nec minus; sed vbi (inquit) Christus est, in dextera Dei sedens. O quàm distant a tali sursum, qui voluptatibus, veluti bruta, seu lapides, deseruiunt? O quam distant qui mundi bestiam irrequietā, & malignam sequūtur, Innumeris circumdatā laqueis? Quæso igitur fratres volate, volate sursum, & super euadite laqueos. Quærite quæ sursum sunt omni suauitate redundantia, & facillima captu: nam Christus inuitat, Christus liberalissimè illa tùm profert, tùm elargitur; Indeq; vocat, quo solo cordis affectu pertingere possumus; vbi Christus est in dextera Dei patris, ad quam Christi nos perducat dextera. Qui cum Patre viuit in sæcula Amen.

KK Colos. 3.

Quæ nā sursum sint quærenda ostēditur.

FERIA IV. POST DOMINICAM Passionis. Concio LXXXIV.

Deus ille omnipotens, qui nos ab æterno prædestinauit, illud etiam humano generi contulit munus, vt operibus ad prædestinationis metam perueniamus, quod omni conatu est prosequendum. Multa præterea enumerantur signa, quibus (quasi coniecturis) cognosci potest, vtrum quis ex numero sit prædestinatorum.

A IVDICIA Dei imperscrutabilia regius cecinit vates dicens. *a* Congregans, sicut in vtre, aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Quod ponderans D. Basilius exclamat. *b* Quid ais, Dauid? Numquid Abyssi in thesauris, & non potius thesauri in abyssis, & reconditis terræ visceribus conseruantur? Inuertit itaquè ordinem, soluit Basilius, adducendo eumdem Dauidem alibi, qui per abyssos iudicia, & secreta intelligit Dei. Vbi expresse ait: *c* Iudicia Dei abyssus multa. Istorum igitur iudiciorum, & secretorum Dei abyssi, in the-

a Ps. 32.

b In exame.

c Ps. 35.

sauris, & gaza Dei recondita sunt cuius gazæ solus Deus tenet regiam clauem, aperiens ea quandocumquè, quomodocumquè, & cuicumque voluerit. Quod optimè sancto afflatur spiritu cognoscens Dauid, suam fatendo ignorantiam ait. *d* Existimabam vt cognoscerem, hoc labor est ante me, idest viribus naturæ insuperabilis. Quousque? Donec (subdit) intrē in sanctuarium Dei, i. in Dei gazam, vbi iudicia, & secreta conseruantur Dei, & Intelligam in nouissimis eorum. Et de fine loquitur peccatorum, vltimo vitæ: An videlicet in nouissimis mortis, & iudicij, reprobi fuerint, aut electi. Quòd si Dauid tàm sublimi prophetiæ dono illustratus, & diuinæ sapientiæ lumine eleuatus. Attamen suam fatetur insciriam, nec loqui se posse ait de reprobis, vel electis, donec intret in Dei sanctuarium, & ex Dei hauriat secretorū thesauris. Quid nos peccatores, & ignorantiæ tenebris vndequaque circumfusi? Christo verumtamen duce, cuius doctrina Euangelica, & reuelatione multa didicimus; eiusdemq; gratia, & auxilio freti, duo de tam altissimo prędestinationis mysterio, (cum sæpius de illa sermonem fecerimus) explicabimus. Primum, modum exequendi quantum ex nobis est, prædestinationem. Secundum prædestinationis signa. B

d P. 72.

Diuisio bimembris.

Quoad primū, diximus alias nonnullos speciali quadam prædestinatione sic esse prædestinatos, vt in Dei confirmati gratia numquam peccare potuerint, nec per consequēs damnari: cuiusmodi fuere gloriosa virgo Maria Dei genitrix, Ioannes Baptista, & si qui fuerūt alij. Cui doctrinæ assentire plenè videtur Angelicus doctor. *e* Vbi de sanctificatis in ventre materno loquens ait. Huiusmodi priuilegia gratiæ, quæ dātur aliquibus præter legē communē ordinātur ad vtilitatem aliorū. Et infrà. Iudiciorū Dei non pōt ratio assignari, quare scilicet huic, & non alij hoc munus gratiæ conferat. Vbi duo clarè docet clarissimus doctor maximi momēti, quibus ego æquis velisq; subscribo. Primū, ꝙ nōnullorum prędestinatio est præter communē aliorū prædestinationē secundū communē legē, cuius muneris gratiæ specialis nulla potest assignari iudiciorū Dei ratio. Secūdū, quòd talis quoad nos ratio assignatur ab eodē superius videlicet quòd huiusmodi priuilegia gratiæ specialis, & specialis prædestinationis ad salutē aliorū ordinantur. Alij igitur, qui nō sic specialiter sunt prędestinati; sed secundū legē communē tantū, multis indigent medijs pro consequēdo prædestinationis effectu: & inter alia indigēt, (vt docet Angelicus doctor) taliter sic specialiter prædestinatorū auxilijs: & certā debent facere (vt docuit D. Petrus) *f* per bona opera suā electionē, & vocationem. Cum aūt bona opera multa sint, & varia, varia, & multa erunt, & media, quibus secundū legē communē prædestinati prædestinationis effectū consequi poterunt. Licet igitur tales aliquando in peccatū labantur, & cadant in reprobationis baratrū secundum præsentē iustitiam: resurgere tamen possunt. Qua de re locus extat insignis apud Ieremiam, vbi Deū introducens alloquentem peccatorem prædestinatum ait. *g* In caritate perpetua dilexi te; ideò attraxi te miserans tui; quem locum de prædestinatis explicat Lyranus. Quos Deus (etsi aliquando cadant) caritatiue trahit, & reducit perpetuo illos amore diligens. Vndè Alexander Alensis docet, *h* quod simpliciter magis Deus diligit illum, quem finaliter prædestinatum præuidet, etiam dùm actualiter est in peccato, quam illum, quem reprobum præuidet finaliter, quando etiam est in gratia. Licet. n. prædestinatus aliquando in peccato existat, in eoq; per aliquod tempus perseueret, si tamen bona exerceat C

Primum Mēbrū.

e 3. par q. 27. ar. 6.

Priuilegium vnius vtilitas alterius.

Alij de lege cōmuni prędestinantur alii vero de lege speciali.

f 2. Pet. 1

g Ierem. 31.

h 1. par. q. 32. mēb. 2.

Deus magis diligit prędestinatum in peccato, q̄ prescitum in gratia.

opera,

opera, pęniteat, conteratur, denique, Deo miserante, saluatur. Quod pulchrā per metaphoram sic propheta expressit. *i* Quomodo, si eruat pastor de ore leonis duo cruta, vel extremum auriculæ sic eruentur filii Israel. O egregium, & dignum, Christo pastore, facinus; cum enim Diabolus quasi leo circumeat rugiens, quærens quem deuoret. Sic per peccatum mortale iam in faucibus, & ore ouem peccatoris iam vorandam teneat, dummodo pęniteat, & se Dei auxilio disponat. Et dummodo specialiter extra leonis os appareant aures, & crura, idest dummodo peccator etsi gratiam per peccatum amiserit, non amittat fidem, quæ est ex auditu; & ideo per aures designata: dummodo bona non relinquat opera, designata per pedes, quibus ad cęlum

i Amos. 3.

D pergimus, Christus inuictus pastor sua virtute, suæ gratiæ vi eruit peccatorem de faucibus Diaboli per fidem, & opera. Quemadmodū si pastor eruat de ore leonis duo cruta, vel extremum auriculæ. Quilibet igitur siue peccator, siue iustus secundum legem communem tantum prędestinatus, per fidē, & bona opera se disponendo prędestinationis effectum Christi gratia consequi poterit. Sic sanctus ille Patriarcha Iacob, cum in idolatrarum regione dormiens scalam vidisset, per quam sancti ascendebant, & descēdebant Angeli, e somno euigilans ait. Verè Dominus est in loco isto: & ego nesciebā. Quasi diceret. Ignorabā penitus, ꝙ inter idolatras, & peccatores aliquo modo versaretur Deus. Itaq; si infidelib. Turcis, Iudæis, idolatris suū non denegat auxilium sufficiens Deus; nec denegabit vnquā Christianis peccatoribus fide iā imbutis baptismali, baptismaliq; charactere ornatis. Disponat igit̄ se vnusquisque per bona opera Christi auxilio suffultus, & prædestinationis certū consequetur effectum, ita, vt perditio, & reprobatio pręcisè, ac adęquatè ex peccatorum impęnitentia procedat. Quid plura? Rem iam exemplis, nō verbis demonstremus. Peccat Petrus Christū negando: respicit illū Christus: cōuertitur statim Petrus, acceptat Christi auxiliū, exit foras, flet amare, pęnitentiam agit, se disponit; Christus ei pristinam gratiam, & Apostolatū, quin & Apostolorum principatum tribuit. Peccat Iudas: Christus eum respicit: Iudas in sua duritie permanet; Christus nedum respicit, sed monet, suadet, prædicit, & publicè prædicit, vt confundat, conterat, & reducat. Iudas magis obdurescit. Christus illi comminatur infelicissimum væ. Væ *l* (inquit) homini illi, per quem tradar ego: melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. Verumtamen Iudas, quasi Adamas in sua duritie perseuerat, moritur, perditur. Quem Diuus Pater Chrisostomus per aliam comparationem sua culpa damnatum arguit. Comparat enim ipsum cum Paulo. Duo enim (inquit) fecit Deus in Pauli conuersione. Primum, quòd eum in terram deiecit. Secundū, quòd se Deum esse illi patefecit. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Quibus Paulus ad fidem se statim conuertit in Christum totaliter, pleneque se

K Gen. 28

Nemini Deus negat gratiam.

Christus semper peccatores, req rit, & aliquādo comminatur.

l Matt. 26.

E remittens. Domine (ait) quid me vis facere? Iisdem sanè vsus est Christus cum Iuda: primò ipsum in terram cum omni turba deiecit, quando abierūt retrorsum *m* Secundò se Deum esse illi ostendit, cum asserentibus illis, Iesum Nazarenum se quærere: ipse respondit apertè. Ego sum. Igitur, si Paulus iisdem auxilijs conuertitur, & saluatur, quibus Iudas reprobatur, & perditur, sua penitus culpa damnatur Iudas. Sic Pharaoni, cum multa plura per Moysem dederit Deus auxilia innumerabilia per signa, & portenta, quam Nabuchdonosori. Verumtamen iste conuertitur, ille submergitur. Ergo propria culpa damnatur Pharao. Sic omnes damnantur Christiani

Similit.

m Io. 18.

Iisdē auxilijs alij saluātur alij damnatur.

omni

Baptismus cives cœlestes nos reddit. omni procul dubio; nam certissimè vocati sunt, & iam cœlestibus per baptismum adscripti ciuibus, nullamque oportet aliam (mea sententia) de sufficienti, vel efficaci auxilio moueri quæstionem, si enim in peccatum labantur mortale, certum est propria eorum culpa damnari. Si vero post peccatum lethale non moriuntur statim, hoc certissimum est, atque sufficientissimũ Dei auxilium, spatium pœnitentiæ, videlicet illis concedere, quo illis concesso, si non conuertuntur, cuius culpa pereunt? Certè non nisi propria. Si quis igitur pœnitentiæ spatium se habere nouerit, quod certo scit, si vita superstit peccato, & differt conuerti, prorsus fit inexcusabilis, cui magnum erit confusionis argumentum factum illud celebre Ciuis reginæ Ethiopum, qui dum instrueretur a Philippo aquam offendens nulla interposita mora, nulla data dilatione. n Ecce aqua (inquit) quis prohibet me baptizari? Sic vos omnes ego alloquor, ecce aquæ gratia omnibus perpetuo parata viuentibus: Quis prohibet? quis prohibet? Ecce pœnitendi spatium, quid impedit? quid impedit? Certe non nisi vestra culpa, & obstinatio vestra. F

Deus cũ misericordia sẽper procedit. n Act. 8. Culpa & obstinatio Pœnitentiã ĩpediũt.

Secundũ Mẽbrũ. o Rom. 5.

Hoc igitur pro comperto firmato, & habito vultis ne indicia, vel signa nonnulla quibus prædestinati dignoscantur, percurramus? Diuus Paulus quatuor vno contextu complectitur signa. o Iustificati (inquit) ergo ex fide quid sequitur de iustificatis, & consequenter de prædestinatis? Pacẽ (subdit) habemus ad Deum. Ecce primum signum. Pax interna quædam inexplicabilis, maximaque animi tranquillitas, quam experiuntur internè iustificati subdit Apostolus. In gratiam istam, in qua stamus. Ecce secundum signum. Stare, permanere in Dei gratia. Certitudo quædam, quædam securitas, se non amplius casurum. Nec in peccatis denuo reuersurum. Qui enim titubat, & vacillat, an sit casurus nec ne dubitatque de occasionibus, vel alio quocumque modo, is tali prædestinatorum signo caret. Subnectit Apostolus. Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Ecce tertium. Quoddam internum gaudium inenarrabile, cum quadam firma spe, ac firmo desiderio cœlestis gloriæ, cuius præludia, quasi pignora iam degustat anima: sicut in humanis certa; & pretiosa tenens pignora de aliquo sibi debitore securus est, & gaudens, dicente alibi Apostolo p ad idem alludens clarissime. Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Concludit denique Apostolus quartum signum dicens. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit, quia Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et vnde hoc totum? Quia gloriamur in tribulationibus: & hoc signum prædestinationis eminentissimum? gloriari in tribulationibus, persecutionibus, iniuriis, & nedum ea patienter sufferre, nedum libenter indulgere; sed his etiã gloriari. O signum omnium clarissimum, per quod inquit alibi Apostolus. q Spectaculũ facti sumus mundo & angelis, & hominibus. Et ratio? Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus: in hoc enim naturæ iura transgredimur, non iure naturæ vim vi repellere licet. Hic autem nedum vim facimus, nedum defendi quærimus; sed potius offendi, iniuriari, & conculcari lætamur. Beatus itaque qui ad tale peruenit prædestinationis certũ signum. Sunt alia duo nõ spernẽda in currẽti Euangelio: primũ, Verbũ Dei attẽtè retinere, eoq; sibi cor trãsfigi experiri, de quo clare Christus, oues inquit meæ vocẽ meã audiunt: attente, G

Quædam prædestinationis signa.

p Ephe. 1.

In tribulationib. gloriari debemus

q 1. Cor. 4. Tribulationes non sunt fuggiendæ: tanto magis q sunt prædestinationis signa.

tentè, firmiusq; retinendo. In cuius typo Ionatas Dauidi signum quoddã tri-
buẽs iræ, vel placationis regis Saulis per iaculationẽ sagittarum dixit. r Si di- r 1. Reg.
xero puero. Ecce, sagittæ intra te sunt, tu veni ad me, quia pax tibi est. Si au- 20.
tem sic locutus fuero; Ecce, sagittæ vltra te sunt, vade in pace, quia dimisit te
Dominus &c. Vbi per sagittas verba Dei interpretando, si intra te sunt, sic,
videlicet, vt ea corde retineas, pax tibi est: signum est in gratia Dei te esse.
Si autem vltra te sunt, ita videlicet, vt te prætereant quasi ad te nil pertineãt,
dimisit te Dominus, scilicet sua gratia te destituendo. Secundum ex Euan-
gelio signum prædestinationis est, quando quis omnia propter Christum
H quæcunque sint illa mundi bona pro nihilo ducit, & contemnit pro quo
subdit Christus, & sequuntur me, idest oues meæ mei electi sequuntur me,
ceteris contemptis oneribus: sic Apostolus. f Omnia arbitratus sum, vt ster- f Phili. 3.
cora, vt Christum lucrifacerem. Alia tria signa ex hoc ducuntur Euangelio,
per quæ reprobatio innuitur, & per consequens non prædestinatio. Primum Tria præ-
est conscientiæ maxima inquietudo, quam ostendunt Iudæi in illo Verbo. scientiæ
Quousque animam nostram tollis? Peccatum enim suspensos, inquietosque signa.
illos reddebat. Sic Dominus cum Ægyptum se ingredi per Euangelicum va-
tem prædixisset, per eundem sic vaticinatus est. t Et commouebuntur om- t Isa. 5.
nia simulacra Ægypti. Quare non potius immensa Ægypti ædificia, altissi-
mæque turres; maximæque Pyramides? Sed potius parua Idola? Quia hæc
non illa peccatorum omnium Ægypti causa erant. Ideo illa specialiter ob
peccata commouentur. Sic expresse de peccatoribus alibi Deus. u Dabit u Deuter.
enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam con- 28.
sumptam merore. Et erit vita tua quasi pendens ante te. Sunt enim peccato- Quid eau-
res veluti morsi a canibus rabidis, qui rabie illa, illoque furore acti, aquas vi- set i pec-
dendo, licet nullum videant canem: tamen pauent, ac tremunt, & discrucian- catorib.
tur, ac, si a canibus dilaniarentur. Sic peccati veneno infecti iugiter quasi a peccatũ.
rabido cane internè dilacerantur. Et ideo dabit tibi, ò peccator, Dominus ibi
cor pauidum, idest ibi, vbicumque fueris: & quidquid egeris, & in quocun- Pecca-
que gustu, vel delectatione; semper cor habebis pauidum, & animam con- tor sem-
sumptã merore. Sic Procopius Gazeus optimè adnotauit, quod Deus ignis per cor
flammam super sacrificium Abel descendere fecit in lætitiæ signum, & gra- pauidum
titudinis: in cor autem Cain merorem, pauorem, ac tremorem immisit. Re- habet.
spexit (inquit sacer textus) ad munera eius, idest Abel: ad Cain verò, & ad
munera illius non respexit; sed iratus est (subdit) Cain vehementer, & con-
cidit vultus eius. Quid est concidit, nisi, quia cor pauidum, & deficientes
oculos, & merore consumptam animam, & vitam ante se pendentem iugi- Similit.
ter post peccatum habuit? O quam horrendum esset hominẽ suspensum iugi-
ter ante oculos habere, deformibus, & obliquis exhalantem animã actibus,
siue dormires, siue inuigilares, modo per sõnia, modo per spectra, modo per
imaginationes, nec ab huiusmodi horribili visu te vnquam liberare posses.
I Talem esse tuam ipsius vitam o peccator, dum in peccato existis, hanc per
metaphoram asserit Spiritus sanctus. Et erit (inquit) vita tua quasi pendens
ante te. Et hoc primum signum reprobationis. Ex Euangelio desumptum;
secundum ex illis verbis elicitur, quæ subnectunt Iudæi. Si tu es Christus,
dic nobis palam. Quæ verba sunt simulationis, & hypocrisis plena licet
enim omnia peccata mortalium signum quoddam reprobationis existant, vt
ex superius dictis constat. Veruntamen hypocrisis, & simulatio in rebus di-
uinis

uinis clarius,& manifestius est reprobationis signum,& omnibus aliis magis difficile curatu: qui enim abutitur diuinis, quæ sibi vlterius restant, ad quę recurrat? Qui antidotum in venenum vertit, quæ sibi vlterius parari poterit medicina? Caueant igitur qui sacramenta,& missas,& officia diuina,& cetera omnia exercent solum, vt appareant hominibus,& exterioris cuiusdam religionis gratia: & non propter Deum,& syncere; nam tales cum reprobis connumerat Christus in hodierno Euangelio, illis dicens, Qui simulata protulerunt verba superius posita. Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Quos etiam aperte sugillat per prophetā Deus dicens. *aa* Et tu fili hominis cū Scorpionibus habitas, vbi per scorpiones secundū Vbertinū de Casali, *bb* & alios, simulatos exprimit; Scorpio, enim quasi brachiis ad amplexandum spansis, apparet facie blandus, At cauda retro pungit, & nocens effundit venenū. Sic hypocritæ,& qui christianā simulant religionem, de quibus iterum per alium vatem Dominus ait. *cc* Nonne spelunca Hyenæ hæreditas mea mihi? De qua Hyena scribunt naturales, quod voces imitando humanas pastores educunt è suis tuguriis, illosque sic eductos, & seductos lacerant,& deuorant. Sic simulati homines, atque Hypocritæ blandis in apparentia vtendo religionis cęremoniis, sanctos imitantur viros, vt religionem ipsam,& omnia diuina sub pietatis specie deuorent, & pessundent. Ita hodierni Iudęi Christum enixe quærentes interficere, sub religionis tamen pietate Christum adoriūtur dicētes. Si tu es Christus dic nobis palam. Quasi eius imitatores velle se fieri ostendentes, cum interfectores esse studerent ex animo: quos ideo reprobos appellat Christus dicens. Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Et non solum propter hoc; sed propter aliud, quod tertium reprobationis est signum ex Euangelio depromptum. Illud, videlicet quod non credunt. Loquor (inquit) vobis,& non creditis. Quemadmodū, enim prædestinati Christi vocem audiunt, ei credendo, de quibus subiungit. Oues meæ vocem meam audiunt. Sic reprobi ex eo reprobationis principiū sumunt,& originem, quia non credunt, nec obediunt voci Dei. Illis, enim quos Deus prædestinat, statim fidem elargitur,& fidei obedientiam, sic sub sponsæ metaphora omnibus,& singulis electis ait. *dd* Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argēto. Vbi Prosperus Rosetus aduertit, quod vsque ibi non est auditum plurale verbum in canticis, sed singulare tantum, vt Introduxit me rex, &c. Dilectus loquutus est &c. Osculetur me, &c. Trahe me &c. sed ad murenulas conficiendas in plurali dicitur. Murenulas aureas faciemus &c. Nam, cum fides sit ex auditu, per murenulas, quæ auribus appenduntur, significata, non possunt confici murenulæ, nisi ex concursu liberi arbitrii,& fidei obedientia. Ideo ait faciemus, idest simul gratia cum libero arbitrio concurrente. Vbi cum gratia Principem locum teneat,& primum omni primitate, per aurum designatur,& murenularum dicitur massa totalis ex auro constare. Argentum vero, per quod liberum designatur arbitrium, non concurrit, nisi quibusdam punctis,& notis auro innixis, ac super aurum fundatis. Ideò vbi nos legimus Vermiculatas argento, septuaginta legunt. Cum notis argenteis. Qui nolunt ergò concurrere cum auri tota massa, idest cum inuitante, excitante, mouente, ac promouente abundantissima gratia Dei, vel saltem punctis minimis,& minimis notis consensuum liberi arbitrii fidem,& obedientiam præstando, hi reprobi sunt. Ideoque notandum, quòd cum Spiritus sanctus aurium ornamenta, per quæ fidem voluit designare, sponsæ conficien-

Margin notes: *aa* Ezec. 2. *bb* in apoc. c. 9. Peccatores veneno pleni. *cc* Hier. 12. Hyene proprietas. K
Prædestinati Dei vocem audiūt, præsciti vero eam spernūt. *dd* Cãt. 1. L
Per argētum liberum arbitrium designatur.

cienda descripsit, insolita, & inaudita vtitur metaphora murenularum, quæ a murenis deriuantur. De quibus notat Pierius, quòd Romani olim suos captiuos inobedientes murenis proijciebant deuorandos. Quare non potius leonibus, Pardis, & Vrsis? Sanè, vt iuxta delicti mensuram esset & plagarum modus, & per quæ peccauerant, per ea & punirentur. Cum igitur auribus peccassent; propter inobedientiam murenis deuorandi tradebantur, quæ vltra omnes pisces auribus munita sub aquis percipit statim quemcunque mo-
M tum, vel sonitum. Qui igitur quasi sine auribus inobedientes extiterant, auricularis piscibus deuorandi tradebantur. Sic reprobi quasi sine auribus Christi vocem non audientes, murenis dęmonum, vt reprobi in æternum cruciandi tradentur. Et ideo ait Christus. Loquor vobis, & non creditis: & non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Audite igitur, fratres, Christi vocem, & quæ auditis credite: quæ creditis autem seruate. Quæ, si seruaueritis, ego vice Christi vitam æternam vobis promitto, dicente ipso. Et ego vitam æternam do eis. Amen.

FERIA VI. POST DOMINICAM Passionis. Concio LXXXV.

Concilium Scribæ, & Pharisæi contra Iesum conuocant de eius morte disserentes; in quo tandem ipsum turpiter enecandum statuunt, vnde nostra salus omnino prouenit; cuius quidem effectum vt consequi possimus, quid præstare debeamus, ostenditur.

CERTE, si recondita non essent Christi diuina mysteria, nulla inter fidelem, & infidelem, vel inter impium Christianum, & pium discretio existeret: esset q; deuotus, vt indeuotus, obediens vt contumax, iners, vt qui laborat, peruigil vt qui dormit. Nunc verò, cũ anima petit deuota, pulsat deuota mẽs, religiosus quærit sensus, modesta sperat pietas, firma exigit fides, sancta meretur intentio, apparet fidelis fructus, & desidis pęna, largitoris clementia, & iustitia iudicis. Concilium equidem hodierna die ab impiis contra impios collectum describit Ioannes cum ait. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium aduersus Iesum, &c. Idem verò pro sanctis, & piis fidelibus piè, ac salubriter cõclusum diuinitus a Spiritu sancto idem Euangelista testatur, cum subdit de Caipha. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, quòd Ie-
A sus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente; sed, vt filios Dei, qui erant dispersos, congregaret in vnum. Cõcilium igitur hoc nos primo cõsideremus, vt pro nostra est cõclusum salute: secundò quõ, & qualiter adimplendũ. Cõciliũ contra Iesum. Diuisio bimembris.

De primo difficile videtur infideli, & impio, quod homo in cruce inter malæ famæ latrones actus, & mortuus, totius generis extet redẽptor humani. Et quod inter peccatores moriẽs (vt partes ponderant) peccatorũ salus vniuersa existat. Hoc idem euangelicus miratur vates, cũ ait. Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Quasi dicat. Impossibile videtur, quod huiusmodi generis homo sit mundi redemptor, & Saluator: & in eo diuina tota resideat potentia per brachium designata. Quis igitur istud credet? Primum Membrũ a Isa. 53

credet? Brachium tale cui est reuelatum? Respondet propheta. Et ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitienti, idest. Nullo humano fulcietur Christus omnino subsidio: nulla humana iuuabit ope, sed vniuersa prorsus natura, veluti aliqua terra sitiens, & arida, quæ nullum vnquã radici subministrat humorem; sed potius ariditate, ac siccitate sua, illam exsiccat, exhaurit, & consumit. Ita Christus de humana surgens natura, quasi radix ab hominibus nedum aliquid vel fauoris, vel auxilij, vel cuiuscunq; operis, est consecutus vnquã: sed contra ipsum conspirarunt semper, coniurarunt, vel intentatũ reliquerunt; & hodie conciliũ colligũt, & eum vt reum morte condemnant. Sed his non obstantib. fuit sicut virgultum coram Deo; quia cũ omnibus terrenis impedimentis habuit hęc diuina Christi planta benignos oẽs cęlestes influxus gratias, atq; fauores: ita, vt verè dicatur Virgultum coram Deo. Et sic in vniuersa Christi vita certare ad inuicem videntur circa ipsum terra, & cęlum. Terra exsiccare quærens radicem, inutilemq; reddere, cęlum eam iugiter nutriendo, fouendo, multiplicando: ita, vt Cœlum, & terram denique impleat. Sic, si terram inspicias arefacientem, statim a principio nascitur in stabulo. Si cœlum nutriens, & protegens, ecce apparent Angeli, conuocantur pastores, aduenuint reges, stella de cęlo ducente. Si terrã, Herodes propter ipsum occidit pueros, ipsumque in Aegyptum fugere cogit. Si cęlũ, iterum angeli apparent in somnis Ioseph illum consiliando. Herodes moritur. Christus ex Aegypto reuertitur. Si terram, desertum non pascit: Dæmon tentat: lapides pro pane offert; præcipitare tentat. Si cęlum, ecce iterum Angeli accesserunt ministrantes ei. Et sic in tota Christi vita ita, vt Dei potentia iure dici possit, & Dei brachium: & coram Deo oriens, & crescens virgultũ. Ad propositum autem nostrum terra, idest homines terreni, & impij mori decernunt Christum ob propriam eius culpam, propriumque reatum, damnando, & sententiando: & cum iniquis, & sceleratis deputando. Cęlum verò testatur apertè non propter sua ipsius, (cum nullum habuerit omnino) sed propter scęlera nostra, & propter nostra mortuum esse peccata, reclamante propheta vbi supra. Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scęlera nostra. Et iterũ. Propter scelus populi mei percussi eum: dabit impios pro sepultura eo, ꝙ iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et iterum. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Quem vltimum prophetæ locum S. Theodoretus ponderat acutè animaduertens, ꝙ Christus vno, eodemque contextu, nedum oui, sed etiam agno comparatur morienti. Primùm comparatur oui; quia omnes nos, quasi oues errauimus: vt idem Propheta eodem loco testatur: & vnusquisque nostrum in viam suam declinauit: & posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. Erramus igitur sicut oues sine pastore, quibus nil stolidius, nil stultius reperiri potest: cæteris omnibus animantibus maiori prędìtis existentibus naturali solertia, quam ouis errans sine pastore. Tales omnes erant homines, dicente regio vate. *b* Dominus de cęlo respexit super filios hominum: vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Et iterum alibi. *c* Erraui sicut ouis, quæ perijt; quære seruum tuum. Quasi dicat. Cùm sicut ouis errauerunt, actum est de me, nisi tu me requiras. Quare igitur seruum tuum, vt ouem sine pastore perditam reducas. Quia igitur Christus pro vniuersis mũ-

di

Marginal notes:

Per brachiũ: Dei potentia intelligitur. B

Iudæi ipsi, in Christũ conspirarunt.

Prodigia in Christi natiuitate.

Oẽs opprobria pro nobis ptulit Christus.

b Psal. 13. C

c Psal. 118.

di ouibus mori debebat, oui assimilatur morienti: sed quia (subdit Theodoretus) pro tot ouium satisfactione vnica non sufficiebat ouis, additur & agnus: Et magno cum mysterio; nam, cum ouis generis, & naturæ sit fœmininæ, naturam in Christo significabat humanam pro nobis offerendam. Agnus vero, cum sit masculini generis, & vigoris filium significabat Dei in Christo
D hypostaticè humanę vnitum naturæ: & sic non homo simplex, & nudus pro nobis mori debuit, sed homo Deo iunctus, ho..o, qui esset Deus, & homo. Et hinc nedum oui: sed agno etiam assimilatur: & ideo maximo cum mysterio dum Christum oui comparat occidendum ait dicens. Tamquam ouis ad occisionem ducetur. Cum vero illum comparat agno, non prædicat occidendum; sed ꝙ tondetur ait. Et coram tondente se obmutescet; quia Christus vt homo, tãtum per ouē designatus mortuus est, sed, vt Deus ibi per agnum demonstratus non moritur; sed solū se tondere permisit, humanæ naturę lana quæ ipsum quasi cooperiebat: non, quod vnquam dimiserit quod semel assumpsit, lanæ radicibus in agno fixis manentibus, anima, videlicet & corpore Verbo semper in triduo vnitis manentibus: at pro modo quo potest explicari similitudo, quasi tonsus apparuit, distinctis ab inuicem anima, & corpore. Ex quo humanitas quasi lana, tertiaque entitas a Verbo ablata est in triduo; & sic tonsus apparuit Dei filius, non mortuus; sed quod ad rem nostram attinet, oui, & agno comparatur Christus, vt eius omnimoda monstretur sanctitas, & innocentia. Et quod non propter sua; sed propter nostra attritus est scælera; nedum vt ouis, & agnus, sed, vt summus etiam Sacerdos innocens, & impollutus seipsum pro nobis obtulit, dicente Apostolo. *d* Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, non manufactum, idest non huius creationis; neque per sanguinē hircorum, aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Vbi expresse docet Christum, vt summum Pontificem ab omnibus aliis longe diuersum nouam inuenisse redemptionem, a nullo alio vnquam inuētam redemptione (inquit) inuenta. Quā igitur adinuenit? Certè cęli aditum nobis aperuit, omnino ante Christi aduentum occlusum. Vnde (vt D. Anselmus *e* notauit, & Dionysius Alicarnasseus, *f* & Emilius Porta eius cōmētator) Pontifex a Pōte dicitur, vel a pōtibus faciendis & Christus (inquit D. Anselmus) pons pro vobis est factus ad gloriam: & ideo Pōtifex pro nobis factus. Dionysius vero, & Emilius in-
E quiūt Pōtifices eo a pōtibus faciēdis dictos, quia pōtes quosdā antiquitus faciebāt, super quos miris quibusdam, inusitatisq; cęremoniis victimas offerebāt; Quas grauissimus, ac fide dignissimus describit Prudētius his versibus.

Christus non vt agnus, sed vt ouis mortuus est.

d Heb. 9.

Cęli ostium ob Christi mortem patefactum.

e Ad Hebr. 9.

f In antiq. rom.

Scindunt sub inde vel terrebrant aream
Crebroque lignum perforant acumine
Patent minutis vt frequens hiatibus
Huc Taurus fronte torua, & hispida
Sertis reuinctus super armos floreis.
Aut impeditus cornibus deducitur
Necnon & auro frons coruscat bestiæ
Hic, vt statuta est imolanda bellua
Pectus sacrato diuidunt venabulo
Eructat amplum vulnus unda sanguinis
Feruentis inque testa pontis subditi

Fundit vaporum flumen, & late æstuat
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber tabidum rorem pluit,
Quem sacerdos excipit
Guttas ad omnes turpe subiectans caput,
Et veste & omni putrefactus corpore
Qui mox supinat, obuias offert genas,
Supponit aures labra, nares obijcit
Oculos & ipsos perluit liquoribus
Neque iam palato parcit & linguam rigat, F
Donec cruorem totus atrum combibat.
Procedit inde Pontifex visu horridus:
Ostentat vdum verticem barbam grauem
Victas madentes, atque amictus ebrios:
Hunc inquinatum talibus contagijs
Tabo recentis sordidum piaculi,
Omnes salutant, atque adorant eminus.

In quibus, tanto Poeta, dignis versibus concinne, ac breuiter illa duo continētur, quæ nos præsenti perpendimus sermone, videlicet quod Christus primo loco pro nobis certus existat, firmus, ac securus pons ad gloriā per suam passionē, & mortē. Pontes vero gentiliū vanissimi protsus erant, & Pontifices hebræorū ad cęli aditū inutiles; vt qui tantum figura extarent futuri Pōtis Christi: nō tamen arbitror sine Dei speciali prouidētia factū; vt quemadmodū Iudęis prophetas, gentilibus dedit sibyllas ad futura Christi vaticinanda mysteria: ita & illis sacrificia varia, & varias sacrificiorū cærimonias vel concessit, & ordinauit vt hebræis, vel permisit, vt gentilibus ad Christi verū sacrificiū adūbrandū, ne illis de repente omnino ignotū, & nouū, insoletūq; appereret. Sed quibusdam quasi pręuiis præparationibus, ad illud aliqualiter disponerentur. Et hinc non solum in sacrificiis ipsis figuram, & vmbram futuri Christi sacrificii præferebant, sed etiā in modo offerendi & cęremoniis permultis idem adumbrabant.

Christi passio, firmus & stabilis Pōs est. Dei prouidentiā ad oia concurrere dilucidè apparet.

Secundū mēbrū. Quo sacerdotes antiqui sacrificabant.

Quod secūdo loco explicādū proposui, & Prudētii versus miræ continēt ait enim Gentiliū sacerdotes ita immolasse victimas, vt super pontes ad hoc fabrefactos, minutisq; foraminibus terebratos, tauris vel aliis impositis victimis, Earūque aperto pectore, sacerdotes sub pōtibus manebāt fluētē sāguinē per pōtis foramina excipiētes sup caput, super veste omniq; corpore, nec nō supina facie sup genas, aures, nares, oculos, labia, linguā, & palatū ipsū. Inde Pōtifices visu horridi vndiq; sanguine madentes, eminùs populo se ostēdebāt: Quos populus & salutabat, & adorabat. Nonne ista (vt dixi) vmbrā satis viuā, diuina disponēte prouidētia, cōtinebāt futuri Christi sacrificii? Ipse nāq; nō vitulorū, vel hircorū sanguine sed pprio, & pretiosissimo sanguine suo vndiq; respersus, super nouo crucis ponte a plāta pedis vsq; ad capitis verticē sanguine vndique redūdabat; ita, vt de illo prædixerit vbi supra Euangelicus uates. g Nō est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus. Et desiderauimus eū despectū, & nouissimū virorum, virū dolorū, & scientē infirmitatē: & quasi absconditus vultus eius, & despectus. Vnde nec reputauimus eū. Et infra. Et nos putauimus eū quasi leprosum & percusū a Deo, & humiliatum. Quibus omnibus describit propheta G

g Isa. 53. Assignantur causæ, ob quas dicitur de Christo non erat ei spēs, neq; decor.

Chri-

Christum in cruce per vniuersum deformatum corpus flagellis, percussionibus, clauorumq; spinarum, & lanceæ vulneribus confossum, & vndique sanguine madidum. Vndè concludit Propheta. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo. Vbi (vt notat Arias Montanus) communis vigebat opinio apud hebræos, lepræ contagionem a Deo immitti ad humiliandos, mortificandosq; homines. Sic percussus lepra, & humiliatus fuit
H rex Ozias. Sic percussa, & humiliata Maria soror Moysi. Et denique omnes leprosi ob contagionem, & deformitatē lepræ inuisi erant, visu horridi, quos cæteri abhominabantur. Et hinc, vt Christi deformitatem ostendat propheta, in cruce proprio sanguine deformati, appellat eū quasi leprosum, & absconditum vultū eius. Et ecce modus, quo pro nobis offerri voluit, vt inexplicabilem suum erga nos amorē ostenderet. Cum enim pro totius mundi salute vnica satis fuisset sanguinis gutta, quam in Circumcisione iam emiserat. Verumtamen, vt satisfaceret amori erga nos, totum voluit sic in Cruce propriū emittere sanguinem, vt reputaremus eum leprosum, despectum, nouissimum virorum, & absconditum vultum eius. Quod inæstimabile beneficium Apostolus ità proclamat. *h* Christus assistens pontifex futurorum bonorū, & cætera, numquam sanguinem vitulorū, aut hircorum; sed per propriū sanguinē introiuit &c. Et iterū. *i* Vnde & saluare in perpetuū potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis: talis enim decebat, vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem quotidiè (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deindè pro populi: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Semel, quia nulla in eo existente peccati macula, quin & omni plenus innocentia, virtute, atq; iustitia fecit satis pro vniuersi mundi peccatis, & pro mille quoque (si darentur) mundis. Et quis dubitet, si erat impollutus, innocens mundus, & excelsior cœlis, quod pro vniuersis existentibus in ima terra satisfaceret? Hanc suam innocentiā Christus per os prædixit Salomonis, cùm ait. *x* Ego flos campi, & lilium conuallium: quod explicans Alexander Alēsis ait. Pulcher est flos, pulcherrimus est Christus, de quo Spiritus sanctus iterum per Salomonē. *l* Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus; nā sine omni macula prorsus existebat peccati, Odore plenus est flos: ità Christus omniū virtutū odore plenissimus. Vndè iterū de illo ad virtutū odorē alludens ait Spiritus sanctus. *m* In odorē vnguentorū tuorū curremus: nempè virtutum
I omnis generis. Flos cū apparuerit, spem certā affert fructuū: de Christo vero dicitur ab vno vice omnium. *n* Tu es spes mea a iuuentute mea. Et iterum. *o* spes mea ab vberibus matris meæ. Per quam Christi spē certi sumus de futuro fructu, dicente Apostolo, *p* quod spes nostra est in spe fructus percipiendi; flos modico durat tempore; mox enim extinguitur, & Christus inter nos breuissimo voluit florere tempore: nam pro nobis extingui quā citius voluit. Modicū (inquit) *q* & iam non videbitis me. Et iterū. *r* Filioli adhuc modicū vobiscum sum; nā supradixerat ad Iudā. Quod facis fac citius. O Saluatorem florē modicū inter nos florens, & voluntariè pro nobis quā citius extinctū. Flos ministerio aptū suaue nobis tribuit mel: & Christus mille circūdatus apibus, de quibus pphera. *s* Circūdederūt me sicut apes. In Crucis alueario suauissimū nobis protulit gratiæ, ac infiniti meriti mel. Flos victoriosos coronat, ac triūphantes: de Christo verò inquit vates. *t* In die illa erit

Dominus

Christi deformitas quando in Ara Crucis aderat ostenditur.

h heb. 9.
i heb. 7.

Christi morsom ne absolit defectum.

x Cant. 2.
l Cant. 1.
m Cāt. 1.
n Ps. 70.
o Ps. 21.
p 1. Cor. 9.
q Ioa. 16.
r Ioa. 13.
s Ps. 117.
t Isa. 27.

Christus flos suauissimus dicitur.

Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis. Hunc ergò florem vidimus despectum, percussum a Deo, & humiliatum. Quare? Vt quemadmodum e flore odorifera per sublimatorium educitur aqua: Sic e Christo nostro vnico flore percusso, & repercusso ad tribunalia, & columnam igni infiniti sui supposito amoris erga nos, per sublimatorium crucis denique in nos omnes effudit abundè, nè dum odoriferam ex latere a-

Exageratio cōtra abhorrētes florem scilicet Christū.

quam; sed sanguinis pluuias, & per sanguinem aquam sapientiæ salutaris, K
meriti infiniti, & infinitæ gratiæ. O ingratos igitur qui, tali abiecto flore cum indignitate illum pedibus calcant: & qui sunt isti? certè non nisi peccatores, qui suis scæleribus impudentissimè Christum florem conculcant; quos comminatur seuere Apostolus dicens. *u* Quantomagis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, spiritui gratiæ contumeliam fecerit? væ illis, væ illis, qui sic florem Christum conculcant, & sanguinem per sublimatorium crucis pro nobis effusum, peccatis polluunt; de quibus ibidem subdit Apostolus. Scimus enim qui dixit. Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum. Quia iudicabit Dominus populum suum.

u Heb. 10.

Quod terribile sit deuenire in Dei manus cum peccato.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Quam verò sit horrendum ex eo perpendite fratres, quod in illas, cùm inciderit Christus homo propter scælera nostra percussit eum, flagellauit, morte turpissima condemnauit, cruci inter latrones affixit, & ibi expirauit, pro nostra, omniumque salute. Quam, si respuerimus, impudenter, & indignè, o quam horrendum, o quam horrendum erit incidere in manus Dei viuentis: non enim pro aliorum peccatis, & culpis, vt Christus Dominus noster; sed pro nostris proprijs incidemus in eas, quod idē Christus auertat. Quemadmodum enim si in regis curia seruus aliquis pretiosissimum frangeret vas pergratissimū regi: regis verò filius ob maximum in seruum amorem vasis fragmenta suis in manibus deferens, regi patri offerret, dicens. Ego sum pater, qui hoc vas fregi, & contriui. Rex autem iratus proprium occiderit filium. Ità confracto

Exēplū.

x Eccl. 43

humanis generis vase Deo pergratissimo, de quo Spiritus sanctus. *x* Vas admirabile, opus excelsi, non nisi per peccata, quæ famulus perpetrauit: nempè Adam, & omnis homo post eum, Christus ob maximum erga hunc famulum amorem dispersa omnium hominum fragmenta idest eorum culpas in proprijs assumpsit manibus, dicente propheta. *aa* Posuit in eo iniquitates omnium nostrum, eique obtulit patri, illis dulcissimis verbis, quæ olim *bb* in huius rei figura protulit Dauid vsus. Ego sum, qui peccaui; & ego iniquè egi: isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur (obsecro) manus tua contra me. O Christi amorem, o Christi amorem erga nos. Peccata nostra, in quibus nullam prorsus habet partem, sua propria vocat. Ego (inquit) qui peccaui, & ego iniquè egi. O quàm verè posuit in seipso iniquitates omnium nostrum, & nos omnes quasi fragmenta in manibus L
portans proprijs, ait. Isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur (obsecro) manus tua contra me. Quod idem est, cum eo, quod in cruce ait. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quasi diceret. Vertatur (obsecro) manus tua contra me: percute me flagella me, crucifige me, ac si ego peccassem, ac si ego inique egissem: isti, qui oues meæ sunt, quid fecerunt? Quid fecerint nesciunt. Ignosce illis, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: & vertatur (obsecro) manus tua contra

aa Isa. 53

bb 2. reg. 43.

Christus ob nostri amorem peccatorem se vocat.

tra

tra me; & ita factum est, attestante Deo ipso per Isaiam Prophetam. *ee* Propter scelus populi mei percussi eum: populus enim confregit seipsum, vt vas, dicente Spiritu sancto, de vniuerso hominũ genere. Cor fatui quasi vas confractum: & omnem sapientiam nõ tenebit. Quare opus fuit, vt Christus flos noster, & noster pastor nos fragmenta in manibus portaret, vt reficeret, & reintegraret nos, offerẽs Deo Patri validissima illa deprecatione. Ego sum qui peccaui: & ego iniquè egi: isti, qui oues sunt, quid fecerũt? vertatur (obsecro) manus tua contra me. Et ecce conclusum fratres, modum verè inexplicabilem, quo Christus Dominus noster se ipsum pro nobis obtulit Deo Patri, quia cum esset innocẽs, impollutus, immaculatus, & verè suauissimus flos: pro nobis tamen abiici voluit, proiici, conculcari, percuti, flagellari, & crucifigi: & sic pro nobis, vt nostra omnium peccata sua propria faceret, & prædicaret. Ego sum (inquit) qui peccaui: ego, qui iniquè egi: isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur (obsecro) manus tua contra me. O modum verè inexplicabilem, o amorem ineffabilem. Sed sistite gradum fratres, & addi-

ee cap. 53 Christus accepit supra dorsum suũ peccata nostra.

M re. Si famulus, pro quo Regis filius mortuus est volũtariè ob maximũ serui amorẽ, in eundem filiũ iam mortuũ crudelissimè deseruiret, ac patri regi clarè oĩa, peracta nota fierẽt de vase a seruo confracto, de filii pro seruo perpessa morte, ac de serui in filium ingratitudine, quænam supplicia, quæ tormẽta in seruum pararet? dicite vos, dicite vos: vestrum esto iudicium, & cõcludite cum Paulo. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit &c. O quam horrendum, o quàm horrendum erit sic incidere in manus Dei viuentis? Quod, vt effugiatis de Christi sanguine pro vobis mortui, per eundem sanguinẽ nunc proficiatis pro vobis effusum, per quem ita obtestor. Ite in pace. Amen.

Simili.

FERIA VI. IN PARASCEVE.
Concio LXXXVI.
Adoratio ad sacrosanctam Christi Crucem.

Diuinum Verbum humano indutum corpore ostendere cupiens cunctos orbis homines sub sua existere ditione, in Regem vngi voluit, atque à populis acclamationem exquisiuit, quo peracto thronum Regium sibi pergratissimum, nobis autem vtillimum ascendit, quod quomodo intelligatur factum ex discursu toto apparet.

ECCE, o insigniores Christi vasalli, & deuotæ animæ, clauem Regni cœlestis, qua omnis aperitur conregnantibus diuinus thesaurus, datam super humerũ *a* Dauidis mistici, Domini nostri Iesu Christi. Ecce misticam iuniperum, *b* sub qua omnes itinerantes ad regnum quiete refrigerium capiunt, Eliæ, ac prophetarũ omnium regis vmbra suauiter protecti. *c* Ecce arcum veri fœderis,

A quo militibus pro Christi fide in hac vita certantibus, fideliter pax repromittitur in Regno futuro æterna. Ecce diluuii arcã, *d* in qua vniuersi orbis Dñs concupiscentiarum, & peccatorũ sæua exorta tempestate, mirificè saluat omnes ad eam recurrentes deuotas animas. Ecce virgam semper florentem, *e* ex quo pependit in ea qui de virga floruit Iesse, quæ florentem facit semper omnem

a Isa. 22. *b 3. Reg. 19.* *c Gen. 19.* *d Gen. 6.* Crucis insignia.

omnem Rēpublicam,& ſtaturum cōfugientem fideli ſpe ad ipſam.Ecce miſtici Iacobi ſcalam, *f* & Salomonis miſtici aſſenſum purpureum, *g* quo cœlum Chriſti ſanguine purpurati ſecurè conſcendimus. Ecce verum ſignum Tau, *h* quo à Chriſto Rege ſignati, & ornati milites, tutiſſimi vincentes triumphant, vt vnicuique verè dici poſſit, quod olim Conſtantino Magno, in hoc ſigno vinces. Ecce vexillum,& inſigne regium, & imperatorium labarū, ſub quo feliciſſimè ſemper militātes triumphauerunt à ſæculo, triumphant in præſentiarum,& in perpetuum triumphabunt cum duraturo mundo Chriſti Regi veri vaſſalli,& milites. Ecce denique regium thronum, & aram vere regiam,in quo Rex regum ſummus,& ſummus etiam Sacerdotū ſacerdos gubernans reſidet,reſidebit iudicaturus,vt Rex,& ſe ipſum immolauit ſacrificium æternum in æternum Sacerdos, de quo ritè vaticinatus eſt ſimul & ſemel Regem,& Sacerdotem demonſtrans eius inſignis progenitor B
i Pſ.109. ſecundū carnē,cum ait. *i* Tu es ſacerdos in æternū: ſecūdū ordinē Melchiſedech,qui nēpe rex fuit,& Sacerdos. Ad hāc igitur aīę deuotę recurramus regiā arā:ad hunc læti properemus regiū thronū Chriſtiani vaſſalli,quo rex noſter pro nobis voluntariè diram oppetens mortem,ſe obtulit ſacrificium: inde regiā captantes gratiā paternam,ne in futurum in eundem incidamus iudicii ſeuerū thronū, ad hanc ſalutis noſtræ inquam,vnicā ſpem confugiamus, & eam intimo corde ſalutantes, & adorantes genibus flexis dicamus.

O Crux, aue ſpes vnica
Hoc paſſionis tempore
Auge pijs iuſtitiam,
Reisque dona veniam. Amen.

Exordiū Erat in fatis diuinis,& in diuinis decretis Chriſti verū Dei Filiū,& filium Virginis verum,Deū pariter,& hominem propter nos homines, & propter noſtrā ſalutē in ara crucis mori prorſus debere. Siquidem ab exordio naſcentis mundi hominem creauerat Deus vniuerſi orbis Regem,& ſub illius prin-
K Gen.1. cipatu, *K* & dñio omnia, quæ ſunt ſub Lunæ orbe cōſtituens, Auguſtiſſima
l Eccl.17 imagine regia ipſius Dei illū ſplendere voluit,dicēte Spiritu ſancto. *l* Deus creauit de terra hominē,& ſecūdùm imaginē ſuā fecit illū,& ſui ampliſſimi ſtatus regii cognitionē illi tradidit clarā,vt clarè innuit Spiritus ſāctus ibidē ſubdēs. Et iterū conuertit illū in ipſā,i.in ipſā Dei optimi maximi auguſtiſſimā imaginē,vt eā cōtemplās,& pro merito expēdēs pro dignitate ſeruaret. Ac inſup eūdē humani totius generis regē veſti induit regia donorū gratuitorū vltra naturalia, & virtutū habitibus, cōcludēte ibidē Spiritu ſancto. Et C
Adā per peccatū regiā poteſtatem amiſit. ſecūdū ſe veſtiuit illū virtute. Sed proh caſū; cecidit è gradu, & ſtatu regio per patratū inobediētiæ ſcelus,Adā; & amiſſa regia maieſtate cū veſte regia originalis iuſtitiæ,& aliorū cōſequentiū donorū,redactus eſt nedū in priuatorū hoīum,ſed & iniumētorū ordinē;comiſerāte illi Propheta,& cōdolente,illis verbis. *m* Homo cū in honore eſſet,nō intellexit,cōparatus eſt iumē-
m Pſ.48. tis inſipiētibus,& ſimilis factus eſt illis. Quid tūc humana reſpublica vniuerſa futura ſine capite;ſuo deſtituta genuino rege? Proh dolor:illā inuaſit diriſſimus,ac teterrimus tyrānus,a cuius tyrānide nullus hoīum quacūque creata facultate ſubtrahere ſe poterat, vt ſacroſanctū docet Cōcilū Tridentinū,cū ait. *n* Si quis nō cōfitetur primū hominē Adā,cùm mādatū Dei in Paradiſo fuiſſet trāſgreſſus,ſtatim incurriſſe per offenſam præuaricationis hmoi,irā,&
n Seſſ.5. indignationē Dei,aq; ideò mortē,& cū morte captiuitatē ſub eius poteſtate

qui

qui mortis. Deinde habuit imperiũ, hoc est Diaboli anathema sit. Et iterũ o declarat Sancta synodus quòd omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdiderunt, facti immundi, & (vt Apostolus inquit) p Natura filij iræ serui, serui peccati, & sub potestate diaboli, ac mortis, vt non modo gẽtes per vim naturæ, sed nè Iudæi quidem per ipsam etiã litteram legis Moysi, indè liberari, aut surgere possint. Regno itaquè vniuerso sic destituto, & sine legitimo successore per multa decurrente sæcula, & a dirissimo tyranno diabolo inuaso, & subiugato, qua ope illi subueniendum erat? quærebant.n. subtrahere se ciues a tyranni iugo vniuersi, ac insigniores ritè intelligebant, nulla via, vel ratione hoc fieri posse, nisi legitimum adinuenirent regem pristinæ genuinæ regiæ stirpis, qui ceteros omnes dignitate, ac nobilitate longè prætergressus ab vniuersorum lege solutus, nequaquã innocentiã perdidisset; sed innocens q mundus, impollutus, immaculatus, & natura filius Dei extaret potestatẽ habens, & super mortẽ, & super peccatum, & super diabolum. Qui, tyranno eiecto, regnum ad pristinũ reduceret splendorem. Et indè regia tuba per vniuersum regnũ exclamare posset. r Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.i. tyrannus diabolus. Talem igitur ab exordio mundi, quærentes regẽ humani ciues, nunquã inuenire potuerunt, nec poterant quidẽ nisi verbũ Dei carnem assumeret; a signis.n. illũ disquirentes, & peruestigantes, vt videlicet in eo signa vera & veræ notæ apperetẽt pristinę regiæ antiquæ, stirpis, qui superior: Peccato, Morte, ac Diabolo existeret, nullũ inuenerunt, nisi Christũ Dñm, & a signis, & notis regijs eũ cognouerũt. Sic primum dedit, signum in nuptijs aqua in vinum versa, dicente Ioanne. s Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suã: & crediderũt in eũ discipuli eius. Ibidẽ signũ quærẽtibus des sua regia stirpe cum eiecit omnes e templo cum suis mercibus respondit Iesus. Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Et iterum ibidem. Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. Et iterum expresse Nicodemus Iudæorum princeps ait. t Scimus, quia a Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et iterum inquit Euãgelista. u Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat. Et infrà. Iesus ergò cũ cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterùm &c. Quare ipsum regem constituere volebant? nempè, quia ex notis signis regijs ipsum verũ regẽ maiestate plenissimũ regia, & regię stirpis cognoscebãt. Quid autẽ concludũt, cũ ex innumeris notis, & signis regijs (a nobis ex industria ob breuitatẽ omissis) ipsũ verũ regẽ, & genuinũ agnouissẽt? Congregãt cõsiliũ cõicant colloquiũ, aperiũt causam, regia fatẽtur signa, & dicunt. x Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Quasi dicerent. Compertissimum est, & luce meridiana clarissimum hunc esse verũ regẽ, ex notis, & signis regijs. Quid igitur concludendũ? Adstitit Spiritus sanctus, & per os Pontificis concludit. Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc aũt (inquit Euangelista aa peroptimè.) A semetipso nõ dixit; sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit. Quid prophetauit? Quòd erat in fatis diuinis, & in diuinis decretis, nempè, quòd Iesus filius Dei, & filius hominis moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente; sed, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, idest vt rempublicam humanam vniuersam ad pristinum reduceret splendorem, ad immortale, ac perpetuum reduceret regnum in æternum duraturum sub Christo æterno

o Sess. 5. 1.
Omnes in præuaricatione Adæ innocentiam perdiderũt.
p Ephe. 2.
Cur non poterãt hoies à Dæmonis tirannia liberari.
q Heb. 7.
r Ioã. 12.
Christus verus & legitimus Rex
s Ioan. 2.
t Ioan. 3.
Signis mirabilibus Christus se ostendit Regem legitimũ
u Ioan. 6
Cur turbæ vellent facere Christũ regem.

regum rege;constituto itaquè rege statim ex hoc,quasi clarissimo, & lucidissimo principio certam, & infallibilem elicimus à Spiritu sancto dictatam conclusionem videlicet quòd morte manifestandus est rex morte acclamandus,& non nisi per mortem regnaturus,& per mortem crucis. Hoc itaque passionis pijssimo, sed magnifico sermone tria deuotè simul, & intrepidè percurramus. Primum Christi regis inunctionem proprium per sanguinem. Secundò eiusdem regis acclamationem ab vniuerso populo,& tertio deniquè regis thronum,& residentiam regalem.

Diuisio trimēbr.

Primum membrū

Quoad Christi vnctionem in regem,altiùs repetendum; mos inoleuerat ex diuina institutione reges temporalis regni vngendi; sic primus ex Republica Hebræa electus rex, inunctus est a Samuele propheta sic regum narrante historia. *aa* Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius,idest Saulis; & sic alij reges, vt ex eorundem regum sacra constat historia vnctione quadam sacra externa inungebantur,a Sacerdoribus, & Prophetis. Christus autem rex noster ante sęcula nulla indigebat externa vnctione; nam omnis eius inunctio ab intus naturaliter emanare,atque oriri debebat, sicut emanauit,& exorta est; nam per vnionem ineffabilem hypostaticam statim,quod verbum caro factum est,& homo factus est Deus, vidimus (exclamat Ioannes) *bb* Christum hominem plenum gratiæ, & veritatis. Ità,vt sicut infra subdit D. Ioannes de plenitudine eius omnes accepimus,& gratiam pro gratia:quasi dicat. Amiserat regnum, & regiam vestem primus homo Adam per amissionē innocentiæ, ac diuinæ gratiæ; sed hoc totum longè maiori cum vsura,& maiori cum lucro redditum est nobis cum Christo loco Adæ constituto rege; ità, vt non amplius sub captiuitate degamus impij tyranni diaboli nexibus colligati criminum, & mortis; sed omnes de Christi nostri regis plenitudine accepimus,& gratiam pro gratia. F

aa 1. Reg. 10.

Quare Christus non fuit vt cæteri in regem vnctus.

bb Ioan. 1

Quid sit omnes accipere de Christi plenitudine.

Itaquè Christi nostri regis gratia,maiestas regia,regia dignitas, & ornamentum regium ab intus erat,exclamante regio propheta *cc* Omnis gloria eius ab intus.Igitur,si per hypostaticam vnionem Christus rex regum, & dominus dominantium inunctus erat, quanam externa inungendus erat vnctione? Non quidem ad institutionem,cum iam institutus ab intùs ex hypostatica vnione extaret,sed ad manifestationem orbi vniuerso,& non solum,sed & angelis & potestatibus vniuersis tuba resonante apostolica. *dd* Vt innotescat principibus, & potestatibus in cęlestibus per ecclesiam multiformis sapientia soli secundùm præfinitionem seculorum,quam fecit in Christo Iesu Domino nostro.Ad manifestationem igitur cęlestium,terrestrium,& infernorum incolis maiestatis regiæ Christi, qua naturaliter, ac genuina iam præditus ab incarnatione ipsa extitit,inungendus erat.Qua verò vnctione? G Non alia, nisi proprij sanguinis,vt erat in fatis diuinis, & in diuinis decretis,quemadmodum præfati sumus.Quæ sanguinis vnctio ab intus oriri debebat,vndè genuina emanabat regia potestas,& dignitas:nempè ab intimo, pariterquè æterno Christi Dei decreto, quo conclusum erat etiā in concilio Iudæorū dictante Spiritu sancto expedire Christum hominē prorsus mori debere.Proprio itaquè sanguine inungendus Christus ab intùs emanante, ac profluente: nempè a voluntate humana concurrente simul cum voluntate diuina postquam conclusum est a Christo homine,colloquēte cū Christo Deo.*ee* Non mea,sed tua voluntas fiat. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. O verè sanctam, ò verè sacram vnctionem, sanguinis pretiosi emanantem a Christi corde a Christi voluntate,a

cc Ps. 44.

dd Eph. 3

Christus quō in regem inūgēd.

ee Luc. 20

te, a Christi vltimato decreto cum diuino concurrente atque scaturientem a corde, Verbo hypostaticè vnito, vt inde originem trahens per totum Christi corpus copiose proflueret, ita, vt etiam terram irrigaret. Hanc insoletam, & inauditam in regem vnctionem figurauit quondam deuota illa Christi discipula, pęnitentium norma, & Apostolorum Apostola in mysteriosa illa vnctione, quando fracto alabastro vngu enti. *ff* Nardi spicati pretiosi, effudit super Christi caput. Qua in re oculatè ponderandum,
ff Matt. 26. & Marci. 14

H quod Maria Magdalenę non semel tantum, sed ter attulit alabastrum vnguēti pretiosi, vt Christi corpus inungeret. Primum duas expendamus videlicet vltimam, de qua supra: & primam quandò Magdalena conuersa est ad Christum. Quæ duæ vnctiones varijs ac mysteriosis ad inuicem discrepant differentijs. In prima enim Magdalena *gg* vnxit Christi pedes. In secunda: verò superius citata vnxit caput. In prima non fregit alabastrum, sed fundēs vngebat pedes. In secunda fracto alabastro totum effudit super caput vnguentum: & deniquè alijs omissis prima fuit merè in obsequium. Secunda verò tota mysterium. Hinc Dominus noster Christus vtriusque principalis auctor, & ex consequenti verus interpres primam laudauit non vt mysteriosam, sed, vt obsequiosam tantum, & in signum veri amoris effectā post conuersionem peccatricis. Ideò inquit ad Pharisæum. Oleo caput meum nō vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos: propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Vltimam. verò vnctionem idem Christus mysterio plenam totam docet: nam murmurantibus qui adstabant de fracto alabastro, & effuso vnguento, excipiens Christus ait. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me: mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis. Vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. Eccè clarissimè, quod Christus docet hanc postremam capitis vnctionem, fracto alabastro mysterio plenam. Et quod sepulturam eius, mortem, & passionem præfiguraret. Quæ cum ab inunctione ortum ducere deberet, & vnctione proprij sanguinis, per vnguenti vnctionem præfigurata est. Et hoc; fracto allabastro. Distinctius itaque (Christi gratia præueniente) mysterium, quod Christus innuit latere in illa Sacra capitis vnctione, peruestigantes; dicamus Alabastrum candidum totum prætioso vnguento plenum, Christi corpus candidissimum, nempè sine omni prorsus peccati labe conceptum, & conflatum significasse. Quod corporis Christi alabastrum vltra diuinitatem, qua plenum erat secundum Apostolum, *hh* plenum etiam erat super omne vnguentum, & super omne aurum, & argentum, & lapidem pretiosum, pretiosissimo sanguine, cuius pretium ita ineffabile, & inæstimabile extat, vt minima eius gutta omnium theologorū consensu totum superet in valore mundum. Alabastrum igitur vnguento pretioso plenum corpus est

gg Luc. 7.

Vltima verò misteriosissima.

Alabastri plenitudo, & fractio quid sibi vellet.

hh Colo. 2

I immaculatū Christi sanguine ipsius pretiosissimo redundans. Quid verò caput nisi diuinitatem Christi designat? dicente Apostolo. *ii* Caput verò Christi Deus. Fractum est igitur in horto, corporis Christi Alabastrū, rimulas per diuersas super caput eiusdem Christi, nempè super diuinitate, cui humanitatis alabastrum vnitū erat hypostaticè, &, super diuini verbi decreto. Quo fracto, & aperto vndique corporis alabastro sanguinis pretiosissimi vnguentū diffusum est totum, & factus est sudor eius (inquit Euangelista) sicut guttę, sanguinis decurrentis in terram, & eccè vnctio sanguinis emanantis ab in-

ii 1. Cor. 11.

tus ab ipsa nempe vnione hypostatica cum verbo: Addit verò Sanct. Ioannes *kk* Euangelista tertiã corporis Christi vnctionem ab eadẽ Magdalena peractam mediã inter duas expositas, concurrentẽ in mysterio cum vltima explicata. Quare de illa, solum superest explicanda particula, quã addit Ioannes auream videlicet quod ex præfata effusione domus impleta est ex odore vnguenti. Sic namque fracto Christi corporis alabastro in horto super Christi diuinitatis caput: & effuso vnguẽti pretiosissimo sanguine, repleta est domus tota ex odore vnguenti, idest, tota ecclesia non modo militans, sed etiã triumphans, & quæ in inferno extabat, in sinu Abrahæ, nã quis dubitat effusionẽ illã pretiosissimi Christi sanguinis per Angelũ, (qui tunc apparuerat Christo confortans eum,) annunciatã cœlestibus, & terrestribus vel subterrestribus, qui in limbo extabant? Vt iam cognoscerent de propinquo portas inferi aperiendas, Christi captiuos liberandos, *ll* & educendos: & palam in illis triumphandum *mm* inuncto iam rege vnctione sibi propria per proprium effusum sanguinem decurrentem in terrã. Repleta igitur est vniuersa Ecclesia triumphans, & militans, & quæ adhuc sub captiuitate degebat, ex fama odoris sanguinis vnguenti effusi, ad illos recurrente. Ceterum cum sic inungendus esset rex proprio sanguine, fracto corporis alabastro super diuinitatis caput, causas verumtamen peruestigemus tam prodigiosè sanguinis effusionis. Primam equidem docuit idem Christus diuam Caterinam senensem, vt ex vita ipsius habetur *nn*) nẽpè, quòd cum ecclesia tota (vt diximus) replenda esset ex odore sanguinis Christi fundendi in Cruce: nihilominus innumeri futuri essent peccatores, qui nullum indè perciperent fructũ: nullam sibi adsciscerent salutem. Hinc orabat patrem in horto. Pater mi transeat a me calix iste. Quorum verborum sensus inter alios compossibiles a patribus assignatos (inquit Christus ad Caterinã) hic est præuidens peccatorum impænitentiam, & ingratitudinẽ, & ex consequenti æternam eorum damnationẽ; qui obdurate nimis, & ingratè sanguinis Christi pretium repudiaturi erant, id sibi applicare nolentes: expostulabat patrem, vt & illis proficeret suus in cruce sanguis fundendus. Et ideò dicebat. Transeat a me calix iste idest, transeat a me in peccatores. Et iterum. Trãsfer a me calicẽ istum idest, a me in peccatores quo ad meritũ, & salutẽ. Addebat autẽ orando particulã illã, si fieri põt, si vis: quia noluit efficaciter pro eis obstinatis rogare, nè vim inferret eorũ voluntati: nec voluit Dei voluntati contraire; ideò concludebat. Verũtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis, verumtamen non mea, sed tua volũtas fiat. Quasi diceret. Ego quidẽ vt homo cõpatiens carni meę, quã assumpsi, misericordiã superexaltans, oẽs penitus vellem saluari: sed verumtamen, si nolunt conuerti, fiat voluntas tua, itaque appareat iustitia. Ex qua sibi manifesta Christus amariorem calicem reputans hanc peccatorum impœnitentiam, & damnationem, in multis præcognoscens suo labore se frustratũ, & quoad illos inutiliter, & infructuosè mortem se oppetiturum, tantam præsensit suæ humanæ carnis violentiam, vt factus in agonia fractum corporis alabastrum; & fractus indè sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Ecce obstinati peccatores, inusitatæ vnctionis in regem pri mã causam, & radicẽ Christi ore prolatam: vestram nempè impenitentiam, obstinationem vestram; qua mediante nullam percipitis ex Christi passione vtilitatem, fructum percipitis nullum. Aliam tam prodigiosæ sanguinis effusionis ex ipso Euangelio colligere possumus rationem; inquiunt enim Euangelistæ. *oo* Et cępit pauere, tædere, contristari, & mæ-

kk Io.12

Ecclesia tota repleta est ex odore Christi sãguinis & quomodo.

ll Zach. 9.

mm Colo. 2.

K

nn ca.29

Notabilis declaratio Christi super sua oratione in horto.

Primus Christi dolor. 1.

L

oo Matt. 26. & Mar. 14.

& mæstus esse. Quibus in verbis quatuor dolorum in Christo præcipua genera designata esse anno superiori latiùs demonstrauimus. Primus dolor fuit formido, & pauor, grauissimarum imminentium pœnarum, atque adeò funestæ, diræque mortis, quam suaptè natura exhorrebat. Secundus dolor tædium fuit; nàm illum tædebat omnium rerum in hac vita, cùm se planè M videret ab omnibus magis caris desertum. Tertius fuit maxima tristitia; nàm a patre ipso se destitui videbat, quemadmodum postea in cruce lamentatus est. Deniquè mæstitia maxima hoc est magna quædam, & grauis animi anxiétas, quia tùm Iudæos præsentes, tùm futuros Christianos maxima in scelera casuros præuidebat, & omnia eorum peccata, offensa omnia eorum præ oculis habebat. In his itaquè uersabatur doloribus, & dicebat. Tristis est anima mea vsque ad mortem: nam quos assumpserat ad mortem vsque retinuit. Sed præsertim in horto, cùm secundo, & tertio eundem sermonem orabat pàtrem, quousque tandem apparuit illi angelus *pp* de cęlo confortans eum. Et factus in agonia prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et ecce, animæ deuotæ pullulans ratio, quare tàm larga proprij sanguinis effusione inungatur Christus. Eleuamini, quæso, mecum, & pie, maximaque cum attentione contemplamini. Quare non statim Christus post assumptos illos maximos dolores, pauorem, tædium, tristitiam, & mæstitiam non emittit sudorem sanguinis? sed iteratæ orationis intermisso spatio post angeli apparitionem, & consolationem in prolixiori, & amariori factus agonia, sanguinem emisit? Ratio in promptu est: ex pauore namque, tædio, & tristitia in omnibus hominibus omnium Philosophorum consensu, & omnium hominum experientia, sanguis non dilatatur, non diffunditur, sed potiùs restringitur coagulatur, & congelatur: recurrit ad cor, & ad intima reducitur extremis exanguibus remanentibus: quare non sic in Christo? Cùm in his doloribus, & in ea mæstitia versaretur, vt ipse asseruit, vsque ad mortem? Sed e contra factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram? ità, vt sanguis dereliquit cor, ab intimis recessit, externa petiit, ad cutem prolapsus, & vsque in terram extra corpus decurrit. Sanè post Angeli consolationem recurrente, vt in alijs hominibus etiam in ipso Christo sanguine ad cor, ex præfatis assumptis doloribus iuxta consonum naturæ morem ipse Christus non eam ex consolatione Angeli, quàm ex proprio suo decreto, quo se conformauit decreto patris, magno, & immenso amoris igne ex intimo cordis Christi prodeunte occurrit sanguini recurrenti ex tristitia, & pauore ad intima, illumque magno cum impetu repressit, & retrogredi fecit; & hęc fuit agonia illa magna, quam N refert Lucas: qua in agonia, quo in conflictu pugnante amore cum dolore, lætitia cum tristitia sanguinem excussit; & qui prius ad cor, & ad intima ex pauore, ac tædio recurrebat, ex lætitia, & amore magno cũ impetu, & magna copia reductus est ad externa: & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. Et quasi clamans cõtra recurrentẽ ad intima sanguinẽ ex timore, ac tædio dicebat. Non iam seruetur sanguis, sed expendatur pro peccatorum salute. Non uincat formido, & pauor, sed constantia, & amor; non ad intima, non ad cor sanguis constringatur, & congeletur. sed exhilaratus amore, dilatatus caritatẽ prodeat omni ex parte cor-

Xp̃s prævidebat hoies in multa peccata casuros.

Quare Christus prima vice non emiserit, sanguinis sudorem.

pp Luc 22

Causa sudoris sanguinis.

In sanguinis sudore vicit amor, et constantia et nõ pauor, & formido.

te corporis, omnibus ex artubus, magna cum copia, vt omnia sanet, copiosè satis, ecclesiæ membra. Et ecce secundo loco vnde factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et ecce vndè tàm inusitata, sed O
amoris plena sanguinis vnctio in regem: hoc totum concinnè satis de Christo rege regius prædixit vates his verbis. *qq* Dilexisti iustitiam, & odisti

qq Ps. 44. iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. O quàm pulchrè, ò quam aptè, o quam concinnè singula breuiter expendamus, ac pie. Odisti (inquit) iniquitatem: & quam iniquitatem? omnium hominum peccata, omnia patrata, & in perpetuum patranda scelera. Ex quibus (vti diximus) pauor, tædium, tristitia, & mestitia. Sed quid indè? Dilexisti (inquit) iustitiam: hoc est ex magno iustitię amore, ex magna hominum dilectione illos iustos efficere cupiens, & dilectionem iustitiæ præualere volens, & decernens cuiuscunque assumptæ passioni; ex intima cordis lætitia sanguinem ad intima recurrentem excussit ad extima, totumque perfudit sacrum corpus. Hinc Sanctus concludit Dauid. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Ecce Sacram regis vnctionē insolitam, & inauditam non oleo materiali peractam, vt olim in alijs regibus: at oleo (inquit) lætitiæ, oleo arcanis plenissimo, mysteriorum oleo, & (vt clarè dicamus) oleo sanguinis ortum ducentis a cordis Christi lætitia. Et ideò inquit Dauid, vt singula simul iungamus. Quia odisti iniquitatem ex pauore, ac tædio, sanguinem constringens ad cor: sed magis dilexisti iustitiam, ex dilectione sanguinem reduxisti extra cor, & extra corpus, in riuulos decurrentes in terram. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, qui te dereliquisse videbatur, ex quo tristitiam prætendebas. Oleo lætitiæ sanguinis videlicet ex lætitia cordis emanantis, & profluentis. Et quo tandem gradu? Præ consortibus (concludit) tuis. Qui sunt Christi consortes? Vide mihi Andream, vide Thomam, vide ceteros Apostolos, & Apostolorū caput quanta cordis lætitia pergebant ad ludribria, ad verbera, & ad crucem. Vide vltrà ipsos Apostolos Stephanum Laurentium, & mille, & mille. Vide Catarinam, Cæciliam, Agatham, Luciam, Vrsulam, & innumeras alias quanta cordis lætitia dabant guttura, exhibebant pectora, obijciebant corpora tyrannorum diuersis tormentis. Quid omnium istorum (etsi innumerabiles existerent), lætitia in eorum passionibus, cum lætitia cordis Christi in passione sua? Vnxit (inquit) te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, idest super omnes tuos consortes. Et quis vnquam de hoc dubitet?

Quā libē ter tormē ta, perpessi fuerint sācti Dei.

Diximus aliàs pluries Christum assumpsisse pauorem, pro suis, timorem, tædium, & tristitiam, vt sui postea discipuli, & electi lætitiam, & intrepiditatem inducerent. At nunc dicimus & verè dicimus lætitiam cordis Christi P
incomparabiliter maiorem extitisse omnium aliorum martyrum, quorumcunque, & cuiuscunque gradus, & sexus lætitia; & fuisse quasi perennem, & copiosum fontem lætitiæ plenissimum: vndè riuuli omnes particularium lætitiarum in corda martyrum particularium, emanarunt in eorum passionibus, & martyrijs, vt verissimum, & competentissimum sit præfatum Dauidis vaticinium. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et ecce regem habemus inunctum oleo lætitiæ sanguinis proprij. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Hinc oleo lætitiæ sanguinis inunctus,

Christus oleo lętitiæ sui sanguinis vnct⁹ fuit ac semp intrepide pcessit.

intrepidè semper, & regaliter processit toto passionis decursu. Hinc regaliter *rr* surgite, eamus: ecce qui me tradet propè est. & iterum. *ss* Quem quæritis? Ego sum, ego sum. Et abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. O quàm intrepidè, o quàm regaliter: & iterum. Sinite hos abire. O quàm regiè, o quàm imperatoriè. Et iterum. *tt* An putas, quia non possum rogare patrem, & exhibebit mihi modo plusquàm duodecim legiones angelorum? Et ad Pilatum. *uu* Tu dicis, quia rex sum ego: regnum meum non est de hoc mundo. & sic semper munctus iam in regem, vt regis est, procedit; sed qua inunctione inunctus? Pretioso suo lætitiæ sanguine, vt obediret patri, vt saluaret mundum, & ostenderet, quia vitam pro te peccatore vna cum sanguine profundere statuerat. Quid tu homo? Numquid sanguinem pro Christo fundere es paratus? Et quid dico sanguinem? Num & lacrymas? Num & aquæum sudorem vnquam pro Christo emisisti? Proh dedecus, proh nequitiam, proh ingratitudinem. Christus pro te homine fundit in tanta copia sanguinem: tu homo pro Christo nec sudorem?

Homo nō daret pro Xpo parū aquæ licet ipse p nobis sanguinē effuderit.

rr Matt. 26. & Mar. 14.
ss Ioā. 18.
tt Mat. 26
uu Ioā. 18

Sed hoc parum est: tuum audisti regem inunctū; excipe nunc recognitum, audi acclamatum, ex vnctione quippè iam pronosticare certo potestis animæ deuotæ, quænam futura sit regis recognitio, & acclamatio. Idem enim erit Viuat rex, quàm reus est mortis, vel quàm crucifigatur, nàm sanguinis vnctioni correspōdere debet recognitio, & acclamatio, q̄ erit reus est mortis. Crucifige, crucifige. Sic olim cognito in concilio (vt superius innuimus) concludunt omnes, dictante spiritu sancto. Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo: quod idem fuit, ac si dicerent. Hic eligatur in regem: hic pro vero & genuino rege acceptetur: nam iam inunctus per sanguinem, non aliter, quàm per mortem ex decreto Spiritus sancti acceptandus erat in regem cognoscendus, & adorandus. Ideò quotiescunque reperi audieritis moriatur, crucifigatur: crucifige, crucifige: eas voces ità excipiatis, ac si dicatur. Viuat rex, viuat rex. Hinc inuncto iam rege proprium per sanguinem, formatur curia: veniunt populi apparatur conformi ad vnctionem, & ad acclamationem. Veniunt namquè mixti, gentiles, & Iudæi omnis generis peccatores, cum funesto apparatu futuræ mortis, & futuræ acclamationis in regem, dicentibus Euangelistis. *aaa* Iudas ergò cùm accepisset cohortem (Ecce gentiles) Et a Pontificibus, & Pharisæis ministros (ecce Iudæi) venit illuc cum laternis, & facibus, cum gladijs, & fustibus, & armis: & pro regia salutatione, ac debita reuerentia (omissis, quæ Christus cum maiestate regia intrepidè peregit) subdunt Euangelistæ. Manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt, & ligauerunt eum. Ecce iam clara præludia futuræ acclamationis mortis. Vice namque regiæ potestatis, & libertatis, quam Respublica humana in Adam primo rege amiserat, adducunt faces, laternas, & arma; & tenuerunt. & ligauerunt eum, vt satisfacere iam inciperet Adæ peccatis, nempè in facibus scientiæ inordinate concupitæ ab Adam. In laternis desideratæ perperam immortalitati ab eodem. Et in armis affectatæ diuinitati. & potentiæ, vt superiori anno latiùs diximus. Et pro furto pomi, Domino inuito, attrectari; tenuerunt, & ligauerunt Christum. Et eccè primum recognitionis, & acclamationis in regem signum euidens. Considerate itaque tanti regis vassalli, quòd rex ligatur vester: vt vos a funibus criminum soluat; captiuus fit

Vnctioni Regis respōdere debet recognitio & acclamatio.
Secundū memb.
xx Ioā. 11

Crucifige, crucifige quid sibi uellet.
aaa Io. 18 Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Præludia acclamationis Christi ī regem.

Primum acclamationis signum.

rex,

rex, vt vos in libertatem vendicet. Accesserunt magno impetu (inquit D. Gregorius Nanzianzenus) *bbb* & manus iniecerunt, non apprehendentes tantum, sed grauiter cedentes, tenuerunt, & traxerunt (inquit sanctus Leo *ccc*) huc, & illuc impellentes, Heu quot uincula? quot manuum uiolentas iniectiones? quot percussiones. Hæc tibi peccator, tuisque peccatis debebantur: roga dominum, vt hac sua captiuitate a Dæmonis te liberet potestate: & hisce suis vinculis a peccatorum te absoluat vinculis, & suis percussionibus, a concupiscentijs, & vitijs te cohibeat, quæ te iugiter huc, & illuc agitatum trahunt, & impellunt. At cetera prosequamur: & omissis alijs ad ea, quæ iam insonant, viuat rex, accedamus: nàm post deductum Christum ad Annam primum, & indè ad Caipham, post multas interrogationes, & falsas accusationes: post alapã Christo inflictam, post Petri casum, & lacrymas, de quibus aliàs: post multa excogitata a Principe Sacerdotum Cõmenta, volens audire, vt iam conclusum erat in Concilio præterito, Viuat rex, ait. Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt Reus est mortis, Reus est mortis. Quod idem est, ac Viuat rex, viuat rex. Quo sic acclamato, viri, qui tenebant Iesum (subdunt Euangelistæ) illudebant ei, cedentes, & expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt, & velauerunt eum: & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes; Propheriza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Considera nunc anima fidelis, qua clementia rex tuus audierit vnanimem omnium hanc acclamationem Reus est mortis. Ab his nempè, quorum infirmos curauerat, quorumque mortuos ipse suscitauerat; & quos etiam per mortem suam a spirituali morte suscitare intendebat. Considera vlterius, quænam obsequia tuo sint exhibita regi. Et quidem pro his offensis, quas tu in eumdem Christum committis; quia tu Christum cędis quotiescunque proximum lædis: & caput quidem quando superior es offendis: colaphis autem percutis, quando insidiaris occulte: faciem aperta manu, quando aperte persequeris; conspuis, cùm sordidis cogitationibus maculas conscientiam; faciem velas, cùm erronea conscientia in peccato delitescis: conuitiaris deniquè quotiescumquè his omnibus, quæ pro te pariter Christus rex tuus, scelera, & peccata rependis, quæ sunt illa multa, de quibus Euangelistæ subdunt; & alia multa blasphemantes dicebant in eum. O Inaudita in regẽ regum obsequia, o inaudita, sed mysterijs plena encomia: pro laudibus enim, & panegyricis regibus tribui solitis, multas, & varias ingerunt blasphemias: & sic eumdem stylum perpetuo retinentes, ducunt, & adducunt ligatum ad tribunalia; & primò ad Pilatum præsidem, vbi principaliter disquiritur de summa causæ: nempè de regno, & rege, An Christus pro genuino rege sit agnoscendus, acceptandus, & acclamandus. *ddd* Hunc inuenimus (inquiunt accusantes Iudæi inter cetera) dicentem se Christum regem esse. Et in hoc premit Pilatus interrogans Tu es rex Iudæorum? *eee* Respondit deniquè Iesus. *fff* Regnum meum non est de hoc mundo: si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiquè decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ei Pilatus. Ergò rex es tu. Respondit Iesus. Tu dicis, quia rex sum ego. Vbi clarè Dominus noster nostrum in hoc sermone sensum confirmat: non enim humanarum regum more in[...]tur: sed proprio sanguine, vt audistis non humano more acceptari, agnosci-

bbb In Christo patiente.
ccc Ser. 7. de pas.

Reus est mortis & uiuat rex idẽ sunt.

Christum cœdimus quotiescũq; cædimus pximum.

Cur prima Ponti fices ducũt Xpm ad Pilatũ.

ddd Luc. 23.
eee Matt. 27.
fff Ioã. 18

S

T

gnoscitur, acclamatur; sed, vt ex parte iam intellexistis. Nec humano more format curiam, quod explicans Ethnico principi ait. Potes coniicere Præses, me huius mundi regnum non ambire, nam aliàs ministri mei potentissimi decertarent, nè traderer iudæis: nullos autem in mei defensionem conspicis: nullis me vides constipatum curialibus, & militibus, nàm regnum meum non est de hoc mundo, nec humano mundanorum regum, more: non dicit, regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo. Nec dicit, regnum meum non est hic, sed non est hinc; Vt præterea nos Christi vassalli Christiani, verborum eius sensum perciperemus, quia regnum Christi non habet originem hinc de mundo, sed ab intus ex hypostatica vnione. Ideò non oleo, sed sanguine perungitur. Ideò pro Curialibus habet furentes ministros, & satellites: pro encomijs conuicia: pro debitis obsequijs, illusionum, & verberum genera diuersa: pro regijs ornamentis velamina, & vincula, & pro acclamatione regia, non viuat rex: sed moriatur. Reus est mortis. Et hinc paulùlum audietis. Crucifigatur. Interim Pilatus audiens Christum Galilæum, remisit illum ad Herodem, qui mysterium ignorans, arbitratus illum deridere, spreuit cum exercitu suo, & illusit vestitum veste alba. Ignorabat (inquam) regni Christi mysterium: nempè, quòd hic esset constituendus a Deo modus, agnoscendi, & acceptandi Christum in regem, idest per illusiones, & contemptus, inter quos veste alba induit quasi veste regia, & splendida, vt vellet, nollet Herodes, regia obiter eniteret dignitas. Considera interim anima deuota iterùm Christum pro te ab Herode spretum, & irrisum, & a militibus militari petulantia tractatū nihilo certè mitius (piè credo) quàm in domo Caiphæ: & considera item, Christum verum esse tuum regem, sed talem, qualem hic mundus non agnoscat, sed accuset, rideat, contemnet, spernat, velet, conspuat, cedat. Quibus equidem Christus rex noster promeritus est nobis, vt cum ipso rege regum super omnes reges exaltato, reges immortales & nos in regno cælorum efficiamur, & vestibus albis immortalitatis induamur. Interim cum regnum Christi non sit de hoc mundo, sed ab intus oleo lætitiæ in his omnibus, quæ patitur, munitum, gaude & tu si cum Christo irrisionem, vel persecutionem te pati contingat propter iustitiam, quia (repromittente Christo) *ggg* per id iure debito, tuum est cælorum regnum. Comitare itaque diuerso animo a Iudæis, & militibus Herodis, & Pilati Christum ad Præsidem; & repetitas audi tui regis acclamationes; nam iterùm Pilatus interrogat Iudæos. Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? Quid faciam de rege Iudæorum? Et illi, Barabam dimitti exposcentes, acclamabant Christo. Crucifigatur, Crucifigatur. Et ecce, Viuat rex repetitum, quod vobis prædixeram: more namque acclamantium regem (inquiunt Euangelistæ) iudæos acclamantes his verbis. At illi iterùm clamabant. Crucifigatur. Crucifige eum, crucifige eum. Et instabant vocibus magnis postulantes, vt Crucifigeretur. Et inualescebant voces eorum; & magis clamabant. Crucifigatur. O quas Christo dignas acclamationes. O nouum, & inauditū Viuat rex. Rege autem sic recognito, & acclamato decernunt proportionata, & correspondentia illi aptare ornamenta regia, & regia iterum frequentare obsequia: subdunt enim Euangelistæ *hhh* Tunc ergò apprehendit eū Pilatus,

Cur Xpō nō comitabantur sui curiales.

Regnum Xpi vnde originem haberet.

S

Xps remittitur ad Herodē, & qua re.

Herodis illusio quā fuerit mistériola.

Notabilis meditatio.

Iudęi petūt Barabbam.

ggg Mat. 5

Nouū & inauditū viuat rex.

Xpō pro rege recognito, preparantur ornamēta corrispōdentia.

T

hhh Io. 19 Matt. 27. Marc. 15.

tus, & flagellauit, & tunc milites Præsidis suscipientes Iesum duxerunt in atrium Prætorij, & congregauerunt ad eum vniuersam cohortem; & tunc exuentes eum, clamydem coccineam circumdederunt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & veniebant ad eum; & genuflexo adorabant, & illudebant ei, V
& cœperunt salutare eum, dicentes, Aue rex Iudæorum. Ecce deniquè apertè regem salutant postquam determinarunt morte in perpetuum victurum: dicentes namquè, moriatur, & Crucifigatur, ignorantes dicebant

Xp̄s pro rege ap. te salutatur.

Viuat rex, non ad multos annos, sed ad perpetuas æternitates; nam Christus crucifixus morte deuicta per crucis mortem, indè resurgens, in perpetuum viuit, & regnat Rex omnium sæculorum immortalis. Quæ verò interim exhibent regi obsequia? Primùm apprehendit eum Pilatus, & flagellauit. Ecce per totum Christi corpus nouum repetitum ornamentum regium purpureum, non ab extrinseco allatum, sed (vti diximus de inunctione per sudorem Sanguinis in horto) sic modo ab intus hauritur, & emanat regium hoc ornamentum a Christi sanguine per militum flagella mirabiliter intextum, & contextum. Contemplare anima deuota regem tuum hactenus, vt regnum tibi acquireret varijs modis, debitorum obsequiorum loco varijs modis irrisum fuisse, consputum, vellicatum, verberatum. Nunc autem acclamationis prælulia (quæ est mortis, & Crucifixionis) aliqualiter ei prægustanda exhibentur: ventum est enim ad vulnera, & sanguinem; &, qui tibi regiam libertatem largiri statuit in anima, & in corpore; tui causa in anima, & in corpore illa omnia perpessus est: ità, vt nunc etiam largiter sanguinem per flagella profundat, nudet viscera, cor totum per flagella communicet, artus omnes laceros elargiatur, & hac flagellatione ad Crucifixionem præmissa, per totius corporis vulnera te totum sanaret, qui totus languebas, teque totum acciperet, qui se totum tibi dedit, & viscera caritatis ei aperires tota in proximo, qui sua tibi viscera in flagellis detexit tota; & ei vel saltem rependas cor, qui cor tot per vulnerum fenestras apertum vides: illuc ingredere per contemplationem

Pro nr̄a libertate passus fuit Xp̄s.

Cor Xp̄i per vulnerum fenestras itueri potest.

in aulam vndique militibus refertam, & contemplare attentè Christi vultum serenum, regium, amabilem militari manu, crudeli petulantia constiparum: qui primum vestibus illum spoliant omnibus, nudumque in medio constituunt; deindè sacrum illud corpus columnæ alligant bracchijs in altum erectis, vt omnia verberibus exponerentur membra, quo sic alligato singuli milites, qui erant sexcenti sexaginta sex, vel ex allatis fasciculis virgas compingunt, vel ex funibus flagella connectunt. O dirum in regem obsequium, Gentiles milites (qui Iudæorum legem non tenebantur, qua cautum erat, *vt* nè infligerentur verbera vltra quadraginta:) hunc numerum vsque adeò excesserunt, nulla commiseratione commoti, vt sancti quidam reuelatione se didicisse asserant ad quinque millia quadringenta verbera milites excessisse; per flagella, quibus non liber, sed seruus cędi solebat, X
vt dignoscas, Christum tuum regem, & dominum pro vili mancipio reputatum, vt in libertatem regiam te assereret, o quot diris verberibus? O quot immanibus flagellis? disce, & conijce ex militum petulantia, cùm pro sua quisque libidine illum flagellaret. Conijce item ex causa legis de flagellandis, qui supplicio crucis damnandi erant, quæ fuit, vt dilaniato Crucifigendi

Xp̄s quo colūnæ alligat⁹.

iii Deu. 25.

Xp̄i verbera, quā longe excederent legem & quare.

cifigendi corpore, nihil appareret, quod nuditate ad aliquam turpitudinem spectatores moueret. Nihil itaque formosum, iucundum nihil, sed fęda omnia in talibus Crucifigendis, commiserationisque plenissima conspiciebantur. Commiserare igitur, & piè compatere tuo regi sic pro te seuissimè flagellato, ac dirissimè dilaniato, supra dorsum prius iuxta illud. *KKK* Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores (& ex
Y textu Hebræo clarius immanitatem exprimente) arauerunt aratores. *KKK Ps. 128.*
Deinde flagellato iam dorso ad columnamque verso; pectus, venter, tibiæ, non minùs crudeliter verberibus excipiuntur, vt illud adimpleretur; *lll* A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Tu contemplare hinc verberum dolores, nudata ossa, patefacta viscera, pro *lll Isa. 1.* fluentem sanguinem, & humi decidentem: collige, collige, tuisque adhibe peccatorum vulneribus in medelam, vt sanatus Dominum sequaris, qui post flagella exhaustus pœnis, & sanguine, vix pedibus consistere potens per seipsum sparsas hinc inde vestes collegit, easque magno cum dolore iterum induit, vt puta vulneribus adhærentes, & vulnera denuò affligentes, indue, indue tibi has Christi vestes, vel meditatione, super Christi vulnera impositas, & arctius tibi applica, vt veste regia indutus purpurea, *Meditatio valde notabilis.* vel per meditationem, appareas, ex Christi sanguine, in die mortis tuæ, ac iudicij. Sed redeamus ad regem, quem post flagella, & vestibus indutum proprijs, exuentes eum, chlamidem coccineam circumdederunt ei. O dira, o dira Christo regi exhibita obsequia: nouo enim ornandi regem adinuento modo, nouum etiam tormenti genus tortores excogitarunt. Quod & affligeret, & ridendum exponeret: vt, qui regem se dicebat Iudæorum, regio vestiretur ornatu; sed mysterio ab illis vtiquè ignorato, hinc plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Vbi quatuor obsequiorum noua genera exhibent regi nostro Christo: exuunt vestibus proprijs, quas paulò ante induerat, non sine magno dolore vulnera, quibus pannus inhæserat renouantes, quæ vestium spoliatio, qua Dominicum corpus tot vulneribus deformatum apparuit, indicat fęditatem animæ tuæ vulneribus peccatorum undiquè sauciatæ: quæ a te in seipsum transtulit Christus, vt omni te plaga curaret. Secundo Chlamydem coccineam circumdant, vt velint, nolint, regium ornamentum indicarent in veste purpurea, imposita super corpus, purpureo sanguine, ornamento sibi genuino, & proprio perfusum, Innuit autem per Christus per chlamydem purpuream super sanguinem purpureum peccata tua rubra *mmm* sicut vermiculus, per suam passionem sublata, Christique veste meritorum in omnibus Ecclesiæ membris plenè contecta. O vtinam nos omnes hac sub veste nostris cum criminibus contegamur; & illud verificetur de nobis. *ooo* Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt *Velint, nolint Iudæi fatentur Christū regē genuinū.* *mmm Is. 1*
Z peccata. Tertiò pro diademate coronam ex multis spinarum ramis contextam Christi capiti imprimunt, quæ Domini tempora (vt meditatur Tertullianus *ppp*) & fędauerunt, & lancinauerunt. Spinosa porrò corona ista sunt peccata nostra fratres pungentia æquè, ac sterilia ex maledicta corporis terra per concupiscentiam iugiter exorta. Qua Christi caput toties lancinamus, quoties criminum spinas (heu me) renouamus. Quartò deinque arundinem pro sceptro in manus illi tradunt. En regem tuum Chri- *ooo Ps. 31.* *ppp Lib. de Corona militis.*

 stiane,

stiane, en triumphum coronationis eius, en arundinem manu tenet, vt ostendat homines fragiles, inanes, & nodosos, plenosque vanitate, se passione sua, & sua dextera sustentare. En vides omnia in recognitione, acclamationes, coronationesque regis nostri misterijs plena, nobis vndiquè salutaria. Etsi ministri hæc minimè intelligentes peruerso animo illas exequerentur, pergentes iterum alia exhibere obsequiorum genera, à præteritis non degenerantia: nam (inquiunt Euangelistæ) veniebant ad eum, nempè vt ministri ad regem per ludibrium. Tu anima deuota venire satage per verum pietatis cultum, non sicut illi, qui genuflexo adorabant, & simul, & semel illudebant ei. O fraudolentum hyppocritarum cultum, & omnium eorum, qui genua corporis externa flectunt: animum verò per superbiam elatum, vel per vitia, & libidinem retinent extortum. Vtinam & varijs

Illudunt hodie multi Xpm sicut illudebât Iudæi.

modis non illudant hodierni peccatores, quemadmodum illudebant ei ministri procaces passionis prout petulans nequitia suggerebat; nam salutantes eum, & dicentes Aue rex Iudæorum per ludibrium, conspuebant eum, & accipientes arundinem percutiebant caput eius: & dabant ei alapas. Et quidem etsi illi ficto obsequio (quasi fessum onere scepteri leuantes acciperêt arundinem, re vera quoad mysterium cum significaret orbis vanitates, & peccata, & criminum nodos, & hominum fragilitates omnes, quis non dicat pondere tanto premi Christi dexteram? Hinc cum non esset illorũ, tantum sustinere pondus reclinabant super Christi caput, percutientes caput

In Arundine desi gnantur omniũ vitiorũ genera.

arundine: adeò quòd vel in dextera vel super caput omnia mundi scelera, & peccata per arundinem designata solus Christus ferre debebat, iuxta illud. qqq Peccata nostra ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quo verò ad literam, arundinis percussionibus capiti dirius imprimebantur spinæ ad ossa cranij penetrantes, & iuncturis ossium adhærentes, in illis etiam infixæ manentes, & confractæ, per alapas non nuda, sed contra spinarũ aculeos armata manu inflictas. O tu anima deuota, firmius, & fixius in te imprimi cures has tui regis diras pũncturas, & spinarũ infixiones, quas pro te passus est Christus tuus rex, & tuus Dñs. Qui sic male acceptus, vt cuiusuis cor etiã adamantinũ ad commiseratione cõmoueretur, producitur foras a Pilato. Exiuit ergo Iesus foras portans spineã coronã, & purpureũ vestimentũ. Væ illis, qui sic dñm de corde suo grauibus peccatis dilaceratũ ignominiosè educunt, & eijciunt: adeoq; domi pectoris sui nõ patiuntur illum quiescere per vitia, & peccata. O fratres, o fratres, potius excipite, atq; recipite in domos, in animas, in pectora, in viscera Iesum portantem spineam

qqq Is. 53

Xps producit foras a Pilatus.

coronam, & purpureum vestimentum. rrr Egredimini uos filiæ Ierusalem animæ deuotæ, & videte regem vestrum Salomonem misticum in diademate, quo coronauit eum impia mater sua synagoga Iudæorum. Egredimini, & contemplamini, & excipite regem verè pacificum, totumque pacificum eius corpus, manibus hostium dirius laceratum: quo pacem vobis cum Deo, & cum vestra conscientia firmiter conciliaret. En, considerate cultum regium, quem regi vestra, vestra certè imposuerunt peccata. Pro diademate coronam gestat ex ramis contextam spinarum, & quasi gemmis distinctus, dilabentibus vndiquè sanguinis guttis procedit: manus, & bracchia pro armillis habent uincula, collum, totumque corpus pro torque aurea, & balteo funibus cingitur; phrygia-

rrr Cât. 3.

Quẽ cultũ regiũ, Xpo imposuerit peccata nostra?

tum

tum opus in toto corpore mirè elaboratum, sunt vibices, & vulnera, flagella, & verbera; vultus verò diuinus flegmate, sanguine sordibus, ac sputis tamquam pigmentis depictus affectum, & compassionem in vobis moueat. Expendite cum Propheta, ſſſ quia non est ei species, neque decor; & dicite, mente vidimus eum, & non erat aspectus; & quasi absconditus vultus eius, & despectus: & nos reputauimus eum quasi leprosum. Vos, vos Christi vassalli hunc regis vestri cultum considerate intimo cordis affectu, & summa excipite veneratione; nam sic depugnans aduersus hostes victoriam vobis reportauit, & gloriam: Quare flagella ista, hæc sputa, & has ignominias, quæ omnium bonorum vobis cumulum attulerunt, magno in pretio habere, studiosè asseruare affectuosè osculari, sanctè colere, pie amplecti, & religiosè meditari, vbique debetis. Ex hoc namque Christi corpore vndiquè scissuris aperto, & lacero, quasi fracto (vt superius diximus) alabastro, vulnerum scissuris mirabilem percipietis, & ineffabilem spirare odorem ita suauem, ttt vt post ipsum currant omnes deuotæ animæ ità penetrantem, vt saxea etiam findat peccatorum corda; ità peracrem, vt dæmones quosque abigat, & abijciat. Denique sic ornatum regem educens Pilatus, & in loco eminenti ostendens ait. Ecce homo. Quasi diceret non intelligens, primus homo ex rege u u u similis factus est iumentis insipientibus. Ecce nunc qui ad pristinam dignitatem non amplius visam reducit hominem sua per flagella, sua per vulnera; ab Adam vsque ad hunc non potuit verè dici: Ecce homo, quia nullus fuit ex omni parte integer, & perfectus homo ex vera genuina Regia stirpe, nisi solus Christus: ideò solum de ipso dicitur verè: Ecce homo. Et inferius. Ecce Rex vester: ità vt vnum, & idem sit dicere. Ecce homo, qui post lapsum hominis vndique perfectus existit homo. Et ecce Rex vester, quia hoc adinuento iamdiù quæsito homine, adinuentus est hominum Genuinus Rex. Idem ergò est, ecce homo, & ecce Rex vester: adinuento autem Rege, quid in fatis diuinis, quid in diuinis decretis de ipso? Clamant omnes. Crucifige, crucifige eum. Et vbique pariter quando dicitur. Ecce homo, dicunt. Crucifige, crucifige eum. Quandoque dicitur ecce Rex vester, clamant similiter. Tolle, tolle crucifige eum. Ecce millies repetita acclamatio, ecce verum viuat Rex; nam talia non intelligentes Iudæi cùm dicerent, Crucifige, crucifige, verè dicebant viuat Rex, viuat Rex non ad multos annos, sed in æternum; quia per mortem Crucis in æternum, & in sæculum sæculi regnare debebat Christus: sicut regnat sæculorum Rex immortalis. Vtinam & nos vassalli, pro quibus passus est Christus, illi conregnemus. Contemplare ad hoc anima Christiana cum Diuo Basilio (vt superius præfari summus) quòd homo creatus fuit aurea corona gemmis vndiquè ornata virtutum: & cecidit ex eius capite per admissum peccatum, ex quo Deus illum eiecit, & coronauit verecundia, & pudore: venit Christus, & coronam pudoris verecundiæ, atque opprobrij (vt audistis) abstulit e capite hominis, & super se posuit in spinea superius explicata corona. Indè cum ipse naturaliter per vnionem hypostaticam coronatus

ſſſ. Isa. 53.

Christo nobis victoriam reportauit.

ttt. Cã. 1.

uuu Ps. 48.

Ecce homo.

C D (margin letters)

tus

tus existeret aurea diuinitatis corona & innocentiæ virtutum omnium gemmis ornata, eam homini tradidit. O perutilem, o salutarem nobis commutationem; pudoris, & verecundiæ coronam Adæ in coronam gloriæ, gratiæ, ac virtutum Christi commutare, & hoc merito spineæ coronæ eiusdẽ Christi. Et quid aliud prætendebant Christi bracchia tota nocte extensa, & flagellata, nisi illas easdem Moysis voces olim dicentis. xxx Aut dele me de libro, quem scripsisti: aut parce populo huic? Quin & eccè hic longè plusquàm Moyses; nàm sine flagellis Moyses solis brachijs extensis orat. Christus autem incomparabiliter maior Moyse, & bracchia, & manus, & caput, & pedes, & dorsum, & faciem, & pectus, & humeros, & corpus totum flagellis per totam exposuit noctem. O potentissimam igitur Christi orationẽ, E & o ingratissimos, & verè inexcusabiles peccatores, qui ex ea fructum non percipiunt copiosum, & certam salutem. Lamentabatur olim Salomõ. aaaa Mulierem fortem quis inueniet? quasi dicat, nullus purorum hominum. At inuenta humanitate singulari in Christo, sine proprio supposito; sed hypostaticè supposito verbi vnita sub nomine talis mulieris fortis, eam propheticè describens ait. Quæsiuit lanam, & linum. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, & purpura indumenta eius, & eccè omnia in Christi humanitate adimpleta; cuius caro fuit lana, pectinibus, & cardis laniata: & fuit linum flagellis percussa, & repercussa millies, & millies. Hinc ex flagellorum, & verberum varietate stragulata, & genuina constitit proprij sanguinis Christi vestis: byssus eius byssina innocentia; purpura eiusdem sanguis purpureus, & sic regio exornatum cultu, regia proportionatè correspondente acclamatione. Crucifigatur, crucifigatur vobis relinquo piè, sanctè, ac deuotè meditandum, contemplandum, colendum, adorandum, & eius carnis laniata lana, & repercusso lino, & eius purpureo sanguine vos coopertos, & ornatos relinquo dum respiro.

xxx Exo. 32.

Christus quam lõge excederet Moysem in oratione.

aaaa pro. 31.

Christus à Salomone mirabiliter describitur.

SECVNDA PARS.

3 Memb.

Iam ex inunctione sanguinis, & ex acclamatione illis vocibus. Moriatur, crucifigatur, crucifige, conijcere possumus quænam futura sit residentia nostri Regis Christi, & qualis eius Thronus: non enim alius, quàm ille, quem salutauimus, & adorauimus a principio, nempè Sanctæ crucis lignum, de quo Isaias. bbbb Filius datus est nobis, idest, rex: cuius imperium super humerum eius. Vbi expresè Crucem innuit. Sic in psalmo, cccc vbi nos legimus. Tecum principium in die virtutis tuæ: alia translatio legit. Tecum principium in die crucis tuæ; adeò, quòd æternitatis principium cum principio Regni Christi hominis: in die virtutis eius F diuinæ, quæ fuit dies crucis in cruce coniungi debebat; vt idem sit dicere, Diem virtutis Christi, & Diem crucis Christi. Et quemadmodum vnctio per proprium sanguinem ex diuinitate per vnionem hypostaticam ab intus emanauit: & acclamatio per mortem crucis ex diuino decreto duxit originem. Sic regalis crucis thronus eidem virtuti diuinæ sit vnitus; vt dicatur. Tecum principium in die virtutis tuæ, & in die crucis tuæ. Hinc Pilatus diuinitus, & nulla alia causa, vel ratione motus, vt ipsemet fatetur,

bbbb c. 9.

Lignum crucis Christi tronus.

cccc psal. 109.

Dies crucis dies Christi.

tur, nesciens propter quid, adiudicauit (inquiunt Euangelistæ) fieri petitionem ipsorum: Et Iesum flagellatum tradidit voluntati eorum, vt crucifigeretur. Et ob id etiam, cum instaret dicens. Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices. Non habemus Regem, nisi Cæsarem; nàm (vt vsurpemus, si non Spiritum, saltem litteram Ioannis) cum essent Pontifices prophetabant, quia non habebant regem
G non crucifigendum, nisi Cæsarem, & in Cæsare omnes alios designatos reges temporales. Regem verò illi Reipublicè, quin & vniuerso generi humano genuinum & proprium ab ipso mundi exordio hominibus promissum tot deinde sæculis expectatum, & reexpectatum; missum tandem a summo cælorum diuina patris commiseratione, in salutem orbis vniuersi Cruci affigendum clamabant, & reclamabant, quia sic erat in fatis diuinis, & in diuinis decretis, vt per mortem Crucis Rex crucifigiendus, qui fuit solus Christus, regnaret in perpetuum. Et ideò a Pilato ministerialiter tantum, sed principaliter diuinitus Crucis morti adiudicatur. Meditemur interim cum Diuo Bernardo, & alijs Patribus (vt alias etiam diximus) quòd Cruci non adiudicabantur, nisi latrones vel homicidæ. Latro verò, & homicida fuit ab initio Adam, & cum eo ceteri omnes eiusdem successores, & posteri participatiuè saltem in originis peccato. Et quemadmodum si multi latrones (ait Bernardus) caput sibi constituerent, vt super eum omnia reponerent furta, per totum eorum vitæ tempus peccata. Indè capto latronum capite ministri iustitiæ ligant, exponunt plebi cędendum, illudendum, flagellandum, & deniquè crucifigunt. Sic ab Adamo vsque ad mundi finem omnes homines vere latrones Dei gloriam furantes in multitudine peccatorum Christum sibi constituerunt caput, in quo, & super quo reponerent omnia cum durante mundo in toto suo decursu peccatorum furta; cuius rei figura extitit perpulchra Christi progenitor secundum carnem Rex Dauid, *dddd* qui antequam Regno potiretur, Princeps fuit electus, & quasi latronum caput: nam conuenerunt ad eum (vt sacra narrat historia) omnes, qui erant in angustia constituti, & ære oppressi alieno, & amaro animo: & factus est eorum Princeps, & caput. Dauide itaque Christum referente ceteri ære oppressi alieno, & angustiati, & afflicti; vniuersi generis peccatores designant: Qui omnes conuenerunt ad Christum misticum Dauidem, & eum sibi constituerunt caput. Sic lucas Euangelista, erant (inquit) appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores: & iterum. *ffff* Erat turba multa publicanorum cum Christo discumbentium: & murmurabant, quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? &c. Et respondit. Non veni
H vocare iustos, sed peccatores. Vndè Paulus. *gggg* Christus venit in mundum peccatores saluos facere. Omnes igitur omnium peccatorum furta super Christum posuerunt, dicente Isaia. *hhhh* posuit in eo Dominus Iniquitates omnium nostrum; & ideò, vt latronum, & sceleratorum caput, captus traditur ministris iustitiæ, ac gentibus ad illudendum, cędendum, & flagellandum, & denique cruci-

Quomodo Iudæi non habebāt Regem.

Meditatio mirabilis.

Quomodo dicatur Christus latronum caput.

dddd 1. Reg. 22.

Christus misticus Dauid.

eeee Luc. 15.

ffff Lu. 5

gggg 1. Thim. 1.

hhhh ca. 53.

crucifigendum. Ipse autem (subdit Isaias) vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra, & cetera, quæ prosequitur ibi. Itaque pro nobis omnibus in Adam homicidis, & latronibus cruci adiudicatus est a Pilato: vndè subdunt Euangelistæ susceperunt autem Iesum Milites, & exuerunt eum chlamydem coccineam, & induerunt eum vestimentis suis, & eduxerunt vt crucifigerent. Ecce iam ad residentiam, & ad thronum regalem accedens rex noster, iterum immitissimi satellites renouant vulnera, chlamydem exuentes magna cum insolentia, & propria cum induentes vestimenta. Considera hic anima deuota purpuram hic sanguini concreto adhærentem, & vulneribus; insolenter detractam, secum abstraxisse laceram cutem cum carne, sanguinemque iterum elicuisse pretiosum. Qui propria deinde absque dubio tinxit vestimenta, vt sic purpuratis proprio sanguine iam vestibus, Regio cultu ad sceptrum properaret regium, & ad regium crucis thronum. Quam sic eductus extra Pilati domum ostendens, & in humeros, vt suum principatum illam assumens inquiunt Euangelistæ, & baiulans sibi Crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus, & sui typi Dauidis totam explens figuram, vt ille deinde assumptus fuit in regnum, & suum stabiliuit thronum. Ità Christus a peccatoribus vt suprà, in eorum caput electus, & constitutus, deinde a Iudæis in genuinum acclamatus, & recognitus Regem crucem stabiliuit sibi thronum, in quo resideret, in quo perpetua resplenderet auctoritate Regia, in quo regia omnia expleret munera, huius throni expressus typus fuit ille celebris, quem fecit Salomon, de quo narrat diuina regum historia, *iiii* quod fecit nempe thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis qui habebat sex gradus, & duæ manus hinc, atque indè tenentes sedile: & duo Leones stabant iuxta manus singulas, non est factum tale opus in vniuersis Regnis. Ita crux prius nigra, & fœda inter omnia suppliciorum genera ob infamiam sceleratorum, qui in ea pendebant: deinde thronus Christi effecta, candida euasit, quasi ex ebore innocentiæ, ac Sanctitatis Christi redolens, ineffabiliter grandis ob meriti indè pendentis infinitatem. Scala quidem Iacob vsque ad cœlum pertingebat. Hæc cœlum cœlorum penetrans, & vsque ad Sanctissimam Trinitatem scandens, ad Limbum peruenit patres liberans, & ad infernum ligans dæmones quo ad altitudinem, & profunditatem. Quo verò ad latitudinem duobus brachijs vniuersum prorsus repleuit mundum: aurum deinde fuluum nimis, quo splendide vestitus est Thronus crucis, diuinitas fuit Christi, ex qua, vt ex Principio effectiuo lux omnis gratiæ resplenduit statim, per Christi humanitatem, vt per meritoriam causam: deindè sex gradus ad tam grandem, & tam sublimem thronum sunt, quos Christus ipse, vt in suo resideret regio throno, ascendit ordinatè, vt audistis. Primus igitur gradus per quem, summus Rex noster Christus ordinatè ascendit, vt in tam sublimi ac supremo throno resideret regio a Patribus asignatur inunctio per proprium sanguinem in horto. Secundus obsequia illa inaudita

Residentia Christi quæ sit.

I

iiii 3. Re. 10.

Thronus Salomonis, figura throni Christi.

Encomnia throni Regis Christi.

K

in domo Caiphæ Christo exhibita. Tertius dira illa flagellatio ad columnam in domo Pilati. Quartus expoliatio propriarum vestium iterum, & chlamidis assumptio cum spinarum coronatione, & cæteris ibi peractis. Quintus iterum expoliatio coccineæ chlamidis, & propriarum vestium reassumptio. Sextus denique baiulatio crucis vsque ad Caluariæ montem, in quo nunc versamur. Et baiulans crucem sibi (diximus) exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus: nempè, vt ibi figat suum thronum grandem, ac talem, vt multo verius, quàm de illo Salomonis dici possit. Non est factum tale opus in vniuersis Regnis. Opus equidem inusum, & inauditum in Regnis vniuersis, quæ cætera omnia mysteria Christianorum aliqualiter nouerunt, hoc solo ignorato: Trinitatem enim aliqualiter Mercurius nouit Trismegistus, resurrectionem corporum viderunt Stoici, animarum immortalitatem Platonici, & sic de alijs magis arduis mysterijs. At crucis thronum, in quo Deus homo sic pependit, penitus ignorarunt. O verè inauditum, & inuisum omnibus Regnis thronum, ac taliter inuisum, vt ex Cicerone habeamus, grauem culpam fuisse Ciuem Romanum ligare, grauiorem percutere, patricidium occidere. Si vero (inquit) Ciuem Romanum crucifigi contigisset, nomen proprium ad talem, ac tantam indignitatem exprimendam, sufficiens, & idoneum, se inuenire non potuisse fatetur. O Cicero, si tam indignum reputas, ciuem crucifigi Romanum, vt neque sit fas, eam indignitatem exprimi, quid, si audires Deum ipsum crucifigi? Et verumtamen certissimum, & compertissimum est, quod Christus verus Deus, & Homo verus baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus: & ibi (cæteris omissis aliàs contemplandis) crucifixerunt eum. Ecce iam vassalli Christiani, ecce, inquam, Rex vester in suo solio maiestatis, in sua Regia residentia. De Saule quondam in Regem electo, ait Samuel. KKKK Videte quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo: & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum. Ita de Christo, & multò verius dicere possumus. Videte quem elegerit Dominus, Christus Deus, Christum hominem, in hominum Regem, & Regem regum. Verè non est illi similis in omni populo, qui sit Deus, & homo; homo, qui possit pro nobis pati, vt nos ab omni redimat captiuitate, & in regiam vindicet libertatem. Deus, qui se ipsum resuscitet, vt in se nos omnes ad immortalem, & gloriosam resurrectionem extollat. Et (quod caput est) altior verè omni populo ab humero, & sursum existit: nam super solum humerum eius factus est crucis Principatus. Ipse solus omnia hominum scelera super se tulit (vt superius diximus) ab humero, & sursum, ab humero, & sursum. Cæteri omnes quicumque sint sub alarum llll ipsius vmbra protecti sunt, & ab illo redempti, qui solus in crucis throno Regio, Deus, & Homo, Redemptor hominum residet. Vbi residens multis Iudæis Rex intitulatur æternus, & immortalis illis verbis numquam excisuris, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Inde sic residens in throno, regia explet munera; concedit gratias, dimittit crimina, ignoscit reis. Pater (inquit) ignosce illis, &c. largitur munera, & munera regia, quia regnum æternum, dicens. Amen dico tibi: hodie mecum eris in Paradiso. Adoptat in Regnum. Mulier (inquit) ecce filius tuus. Dat commendas,

Inaudi-tũ opus fecit Christ⁹.

Immor-talitatē animę asserētes, omnino Christi mortem ignorāt.

KKKK 1.Reg.10

Omniũ generũ scelera pro nobis su-pra se Christus tulit.

llll Psal. 15.

mendas,

mendas, dicens Discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. O commendam inæstimabilem, & à cœlorum spiritibus etiam inuidendam. Format iudicia, & à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam, & obscuratus est Sol. Interpellat in throno ad residentiam Patrem. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Conuocat ad audientiam populos, cùm ait sitio. Firmat, claudit, & sigillat legem conditor legis, dum concludit. Consummatum est: & denique munito iam Regno, inuncto Rege, recognito, & acclamato, & residente in throno firmatis legibus, quid restabat vlterius? eiicere tyrannum, pellere inuasorem Regni, exturbare dæmonem cum peccato, & morte; vero exclamante Rege, Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et iterum. *mmmm* Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Et ita factum est, vt Christo in Crucis throno exaltato, foras è toto terrarum orbe, sit exterminatus Dæmon P cum peccato, & morte, suoque Regi Christo vniuersus orbis, & mundi totius omnia regna obedientiam præstiterunt. *nnnn* Ecce mysticum Isaiæ thronum quando vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius. Et quando Isaias? certè non nisi quando Christus in throno Crucis, vt Rex Regum residere sibi complacuit; sicut expressè hanc Isaiæ visionem exposuit de Christo in Cruce exaltato Ioannes Euangelista, dicens. *oooo* Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius, idest Christi in cruce exaltati, (vt ibi pater) tunc enim impleta est omnis terra maiestate Christi. Et omne cœlorum cœlum, ad quod pertingebat solium illud excelsum, & eleuatum, quod videtat Isaias, quod aliter expressit Spiritus sanctus per os Dauid illis verbis. *pppp* Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. De se ipso hæc Dauid, sed misticè de Christo, qui in cathedra regia residet crucis, inter Patrem, & Spiritum sanctum, Filius sapientissimus, quia illi attribuitur sapientia: tenerrimus tamen vermiculus, quando caro factus est; & vermiculus ligni, quando in cruce est exaltatus. Et vermiculus adeo fragilis in toto corpore, vt de se ipso per Dauidem alibi. *qqqq* Ego sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Attamen (inquit Spiritus sanctus) octingentos interfecit impetu vno. O naturæ miraculum miraculo diuino correspondens. Vermis in toto corpore tenerrimus, & fragilissimus extat: ore tamen Q tam fortis, & potens est, nescio quo naturæ miraculo, vt omne quantumcumque forte magno cum strepitu corrodat lignum. Ita Christus in cruce residens quasi tenerrimus ligni vermiculus toto corpore flagellatus, & laceratus (vt superius diximus) ore tamen adeò potens fuit, vt omnipotentem fari sit necesse. Ore namque solo dimicauit in cruce: dixit, vt olim in creatione mundi, & facta sunt. Ne respicias o impie Iudææ flagellatum corpus quasi vermis, sed respice os, respice os, & videbis potentiam, & omnipotentiam Christi. Dixit enim & aperuit paradisum, & cœlum, Hodie mecũ eris in Paradiso. Respice os, respice os: & videbis diuinam in ore Christi potentiam. Dixit enim & tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã. Dixit, & obscuratus est sol. Quid dico? Respice os, respice os, & videbis in ipsa

Marginalia: De Christi morte prodigia. — Opera q̃ Christus operatus est quando exclauit Deus, Deus me', &c. — *mmmm Ioan. 12.* — *nnnn cap. 6.* — Crux, regia Christi residẽtia. — *oooo cap. 12.* — *pppp 2. Reg. 23.* — Vermis, & nõ homo christus i cruce dicitur. — *qqqq Ps. 21.* — Vermis proprietas. — De Christo quid

ipsa emissione spiritus, (nempe quando Iesus emisit spiritum) quod velum templi scissum est, terra mota est, petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt; & multa corpora sanctorum surrexerunt. Quid plura? quid plura? Credis hominem, quia vulneratum quasi vermiculum infra hominem, & non credis Redemptorem, & Deum; cum videas vno solo impetu oris, illa omnia patrari, quæ solus Deus patrare potest? Veni, veni o impie iudee ad Christum iudæos pariter, & gentiles, & peccatores omnes vocantem, magna cum siti animarum omnium, cum ait, sitio. Quo in verbo, litteraliter, decidens Aristoteles quæstionem longè maiorem pœnam sitim constituit, quam famem. Dat rationem, quia potum est vltimum refrigerium naturæ, quo

attendendum.

Quando dixit sitio omnes vocauit.

R destituta natura durissimè affligitur. Inexplicabilem igitur contemplare anima deuota Christi cruciatum hoc vltimo refrigerio naturæ destituti in cruce: vbi post tot flagella, tota nocte, ac die perpessa, post labores tantos, cùm per totam diem adductus, & reductus esset ad tribunalia, & ad caluariæ montem sub cruce: cum omnibus quæ superius expressa sunt Denique in cruce clauis dirissimè affixus pendens; quisnam vnquam comprehendere poterit sitis ardorem, & cruciatum, quo angebatur Christus? certe incomprehensibilem, & ineffabilem inter alios Christi cruciatus: præsertim illis concurrentibus circumstantijs, in hac siti, quas ponderant Patres: vt Origenes, Nulla (inquit) natio tàm barbara inuenitur, quæ in omnibus non complaceat in extremis morienti: sola impia synagoga omni barbarie crudelior hoc denegat Christo in cruce morienti; Quin (inquit Rupertus Abbas) ne dum complacent Iudæi; sed omnium ingratorum ingratissimi pro manna de cœlo, dederunt fel: & pro aqua de petra, exhibuerunt Christo acetum; a quo illa receperunt, nempè a Christo Deo, de quo Dauid clarissimè. rrrr Pluit illis manna ad manducandum: & deduxit eis tam quam flumina aquas. Et iterum. Et eduxit aquam de petra. Et alibi pluries. De Iudæis verò eorum ingratitudinē arguens in persona Christi ait. ſſſſ Ipsi autem dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Verum est quidem (inquit D. Cyprianus) quod fel, & acetum oblatum noluit Christus bibere, nè uitam sibi abbreuiaret. Sed, vt produceret eum tormentis, vt pro nobis diutius pateretur, petijt aquam, dum ait, sitio. At cru-

Iudęi omni barbara natione crudeliores.

rrrr Psal. 77.

Iudeorū ingratitudo satis apparet.

ſſſſ Psal. 68.

S delissimi Iudæorum satellites dirius torquere volentes Christum, (inquit Cyrillus Alexandrinus) quia nullus erat amplius locus vulneribus, & plagis extra in corpore vndiq; iam lancinato, & dilacerato, intus in visceribus torquere pro viribus conati sunt, felle, aceto, & siti. O durissimū tormēti genus ad morientē in extremis dirissimè applicatum. Quod nedū intus cruciauit, quemadmodum Cyrillus meditatur; sed simul, & intus in visceribus, & extra in vulneribus petulans nequitia modum excruciandi Christū excogitauit: nam inquiunt Euangelistæ, quòd vas erat positum aceto plenum; & continuò accurrens vnus ex eis spongiam acceptam impleuit aceto, & imposuit arundini, & hyssoppo, & dabat ei bibere. Vbi siti perurgente interius viscera, & aceto illa multo acrius exasperante, certissimum est ex illa spongia sic aceto impleta, multas aceti decidisse guttas in aperta crucifixi vulnera, suaq; acredine carnem dominicam corrosisse. O dirum, o crudele tormentum: eccè quomodo simul, & semel, intus, & extra excruciarunt; sed (vt meditatur quidam sanctus pater) ad Christi, votum, qui non adeò aquam sitiebat, quàm plura tormenta. O bone Iesu & quam

Inuentiones iudæorū ad Christū tormentandum.

in partem excipies corporis cum nulla sit a tormentis immunis? Vtrique; respondet, animæ deuotæ. Et ecce modus excogitatur quod simul exterius, atque interius crucietur. O animæ deuotæ multisne Christo regi nostrum in extremis extremè patienti, ac sitienti summum, & pergratissimum refrigerium afferre? Date animas, afferte animas: illas. n. super omnia sitit, & pro illis præcisè patitur. Date igitur animas, afferte animas, nam hoc est Christi refrigerium summum, & summa vestia, & perpetua requies, quā nobis concedat rex, qui mortuus regnat viuus in sæculorum sæcula. Amen.

DOMINICA RESVRRECTIONIS, Concio LXXXVII.

Ecclesia sancta occasione Resurrectionis Saluatoris nostri exultationem nobis proponit, quod vt tota mente compleamus, tres præcipuè afferuntur causæ lætitiam Christianis subministrantes; quæ ex concione præsenti innotescunt.

OMNES, Qui arduas hominum subleuant, & solantur angustias, probant ad solatium laboris naturaliter nobis datam cantilenam. Hinc nautæ cantu superant marina discrimina: Hinc immensa pondera canticorum leuamine attollunt. Hinc viatores calles arduos facit vox transcendere sonora. Hinc A præliatores præcedens cantus concitat subire bellorum amara. Ac (nè multis) quodcumque durum, operosum quodcumque, quodcumque laboriosum efficit dulce, vincit dulcis cantus. Ità nos fratres quadragesimalibus longis laboribus cantica iungamus iam diuina, vt præteritæ quadragesimæ pondus cœlestis temperet cantus, symphonia subleuet cœlestis, prouocante nos ad hoc beato Dauide, atq; canente dulciter, & cum iubilo. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. Ità ipse regius pastor dum fistula pecus demulcet, & oblectat in pascuis cantu dura didicit superare bellorum: cantu meruit populos ad salutem allicere: cantu valuit vocare gentes, reducere Iudæos, fugare dæmones, Dei filios ad superni patris obsequium conuocare, & hodierna die Dei filio congaudere, dulciter canens. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. Exultemus fratres canentes in cordibus nostris; & lætemur in ea. Primò, quia in ipsa (vt prædixit Isaias *a* iugum oneris eius superauit Christus. Secundo, quia superauit virgam humeri eius. Et denique tertio, sceptrum exactoris eius. Pro quibus ad lætitiam, & exultationem idem inuitans propheta, subdit pro superato iugo Lætabūtur in te, sicut qui lætantur in messe. Pro deuicta virga, Sicut exultant victores capta B præda. Pro inclinato sceptro. Quando diuidunt spolia singula percurramus.

In angustijs satis iuuat cātus.

a Isa. 9.

Diuisio trimembris.

Quoad primum de Christo loquens propheta inquit, quod iugū oneris populi ab ipso liberandi superauit id est sua victoria in sacrosancta resurrectione manifestata iugum antiquæ abstulit legis, de quo D. Petrus. *b* Iugū, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt. Et D. Paulus. *c* lex iram operatur. Quam ire legem, iugumq; legis veteris importabile abstulit Christus à nobis, quoq; imposuit humero, Hinc subdit propheta Christū

Primum Mēbrū.

b Act. 15.

c Rom. 4.

allo-

alloquens. Lętabuntur in te, sicut qui lętantur in messe. Quemadmodum.n. agricultores laboribus varijs, variisq; exercitijs nullam habent quietē nunc arando, nunc fodiendo, nunc ferendo, ac talibus mille succumbendo ærumnis, ac sudoribus quousq; messem omni vbertate plenā intra proprias habuerint domos, qua reposita nullum iam iugum, labor nullus, nullū laboriosum
C exercitiū, sed beata quadam vita fruentes lętantur in messium suarum abundantia. Ita Christus postquam crucis aratro terrā proprii scidit corporis postquā clauis, & lanceis quasi fodere se permisit; dicente propheta. *d* Foderunt manus meas, & pedes meos. dinumerauerunt oīa ossa mea. Et alibi. *e* Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores. Vbi alius textus. Supra dorsum meū arauerunt aratores: prolongauerunt sulcos suos. Et postquam laboribus, exercitiis, ęrumnis inexplicabilibus, & sudoribus etiam proprii sanguinis propriam sui corporis terram satis, superq; coluit, innumera serendo in his meritorū, & gratiarū grana. Hodie gloriosus resurgit plenissima cum messe eorum, quæ tanta fuit cum vbertate, vt non solum sibi, & vniuerso mundo; sed, & innumeris, si reperiri possent, sufficientissima sit mundis. Et iam nullus est Christo vlterius labor, non crucis iugum, non clauorum, & lanceę aratra, nullumque vlterius laboriosum exercitium, exclamante iā tuba. *f* Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Iure igitur merito o Christe gloriosę lętantur in te, sicut qui lętantur in messe. Iugum.n. oneris nostri superasti. Hęc itaq; dies, fratres, quam fecit Dn̄s: exultemus, & lętemur in ea. Nunquid autē antiquę legis iugū, & onus penitus abstulit Christus? Absit. Sed superauit (inquit) quid est superauit? Nisi, ꝙ super seipsum tulit onus, & pondus portando totū. Et sua gratia leuius efficiendo in tantum, ꝙ superante gratiæ auxilio legis pōdus, iugum (inquit) oneris eius superauit. Et indè per suū regiū vatem prę dixerat Christus. *g* Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Quomodo? Tributa, & onera imponendo, sicut cęteri solent Principes, & reges terreni? Absit. Sed iugum oneris eius auferendo: & super seipsum portando. Et indè legis antiquæ rigorem, & grauissimum onus mitigando, & alleuiando. Ideo subdit, Postquam dixerat se constitutum regem. Prędicans præceptum eius. Quasi dicat. In eo rex constitutus sum, vt regis rigore abolito, nouū patris prędicem pręceptū. Et quodnam pręceptum? Suauitatis, dulcedinis, & amoris. *h* Hoc est (inquit) præceptum meum, vt diligatis inuicem. Et hinc nil aliud petit a suis vasallis,
D & fidelibus, super quibus constitutus est rex, nisi corda, viscera, & animas. Et nil aliud expostulat a patre: nam, dicente patre. Postula a me. Subauditur statim, quænam fuerit postulatio ex concessione cum additur. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ. Itaque ex omni terræ terminò, & a mari vsque ad mare gentes oneris iugo liberatas in suam sibi adsciuit hæreditatem Christus, quam in sua Resurrectione partis iam laboribus, quasi in messem sibi paratam præuidet. Iure itaque merito lætamur in te, sicut qui lætantur in messe, in messe populorum, nationum, & gentium toto terrarum orbe diffusarum. Hæc itaque dies, fratres, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. Hoc est illud, quod alius expetierat propheta, dicens. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Quasi dicat. Emitte regem dominatorem super mōtem Sion, qui non sit iratus taurus, nec ferox leo, nec indomitus elephas, qui omnia vastet, & dissipet, qui tributa, & onera imponat importabilia:

Similit.

Ob bona omne iugū suaue.

d Ps. 21.

e 128.

Ex cruciatibus triūphū exiuit.

f Rom. 6.

g Psa. 2.

Christus omnium Priceps, non onera subdito imposuit, sed suaue iugū.

h Io. 15.

Christus a nobis corda solūmodo exquirit

Christus Agnus mitissimus. nec tamen sit ceruus, qui fugiat: sed agnum Domine, qui nondum sit aries, ne ferire queat, sed agnum mansuetum, & mitem, qui suauitate regat, & dominetur terrę, Agnum dominatorem terræ legis amoris suauitate. Non sicut Agammenon, de quo scribitur, quòd in scuto pro insignibus leonem deferebat occisorem, hisce inscriptum literis. Hic est terror hominum: & qui portat illū est Agammenon. Quasi diceret ferox est leo: sed qui portat hoc insigne longe illo est ferocior Agammenon, quantum nempè distat leo viuus a leone picto: sed Dominus noster mansuetus est agnus terræ dominator, non occisor; sed pro nobis occisus nos viuificat. Et ideo qui iugum oneris superauit nostri. Hæc igitur dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. Non etiam sicut Alexander ille magnus, qui modo se radium appellabat, E

Mansuetudo Christi ostenditur. modo cum fulgure in manu se pingi permittebat, quia quasi fulgur, & radius vniuersa sibi occurrentia destruebat, dissipabat, euertebat, vt vniuersæ dominaretur terræ; nec tamen sibi successit, misera namque immaturaque morte fuit præuentus, vt enim se radium, & fulgur appellabat, super ipsum de repente iræ Dei radius, & fulgur descendit: & eadem, qua multis quasi radius potitus est regnis, celeritate, in momento amisit omnia, & diuisit imperium suum pueris suis. Hinc Daniel cum in illa mirabili statua caput aureum Chaldeorum imperio, & argenteum pectus Medarum, & Persarum comparasset, æreum ventrem Græco assimilauit, quod Alexander tenuit magnus. Fuit enim quasi voracissimus venter. Sicut enim omnia volatilia, & animalia, & pisces, & omnem aliam comestibilem substantiam venter deuorat, & deglutit. Sic Alexander Magnus omnia penè vno haustu deuorauit. Sicut autem venter omnia, quæ deuorat, eadem facilitate distribuit ad Epar, ad cerebrum, ad venas, & cęteras corporis partes. Sic Alexander Magnus, qui totum penè deuorauit mundum, eadem facilitate (vt diximus) morte præuentus immatura, omnia distribuit, & diuisit imperium suum pueris suis. O infœlicitatem

Quib. Erūnis subiiceat homo. hominum, qui, cū sint debiles, caduci, mortales, mortisque mille singulis momentis accidentibus subiecti; verumtamen terrore, potentia, tyrannideque dominari se posse arbitrantur. Discant ab omnipotente Deo, cuius potentia est omnipotentia, nec tamen, vt leo potentia; sed, vt mansuetissimus agnus mansuetudine, ac suauitate tantum vult dominari: vt inde cum propheta exclamare possimus. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Et cum iam pro nobis, & pro nostra salute sit occisus Agnus, nos a morte liberando, & cum pro nobis onus portauerit, iugum oneris nostri superando, & iam cum plena omnium nationum, & nostri messe resurrexerit, lætemur in eo, sicut qui lętantur in messe. Et iterum ad alleuiandos præteritos quadragesimæ labores cum propheta gloriosè cantemus. Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

Secundū Membr. Quomodo per virgam Dæmon intelligatur. Non solum propter hoc; sed quia etiam virgam humeris eius superauit. F Per quam virgam non inconcinnè Dęmonē intelligimus, qui ante Christi aduentum virga erat dura nimis, nimisque intolerabilis vniuersum flagellans humanum genus, quasi a tergo: ideo virgam humeri eius appellat, cui a mundi exordio dictum fuit. Tu insidiaberis calcaneo eius, a tergo, videlicet flagellando. Propheta vero mutans metaphoram humeri virgam vocat. Hanc superauit Christus, & superatam ostendit in sua Resurrectione, quando princeps huius mūdi eiectus est foras: irrepserat. n. Dęmon, tāquam terribilis Pirata in hoc mare mundi magnū, de quo Psal. K Hoc mare magnū, &

K Ps. 103

spatio-

ſpatioſum manibus. Vt vniuerſi generis pręlam faceret humani ſua inſtituta claſſe vitiorũ farragine, criminũq; triremibus, & ſic de, prædabatur, depopulabatur oẽs animarum pretioſas merces, quibus cõmotus rex regum, & Dominus dominantiũ, tyranni conatus coexercere volens, quaſi humano more ſecreto inſtructa longe potentiori claſſe: Verbum carnem aſſumere decreuit, *l* Chriſtumque Dei virtutem, & Dei ſapientiam, *m* portantemque omnia verbo virtutis ſuæ miſit in mundum ad tartaream debellandam Claſſem, quæ è palude ſoluerat ſtygia. Hanc vero munitiſſimam Dei claſſem, in qua Dei virtus tota reſidebat, ſoluit Deus a vẽtris Virginalis littore, quaſi media no-
G cte, vt inopinato, & derepente in tartaream inueheret. Et ne dignoſceretur quaſi ſtratagemmate a Chriſtianis in turcas vti ſolito, vſus eſt, permutando inſignia: cum eſſet enim Chriſtus omnipotentis Dei virtus tota, totaque potentia; noſtræ tamen humilitatis, & imbecillitatis, carniſque infirmitatis præ ſe tulit inſignia; ſicut quando Chriſtiani barbaris vtuntur indumentis & inſignibus, ne a Turcis cognoſcantur. Et denique inuictam dęmonum claſſem quaſſauit, perdidit, deprædatus eſt in ſua morte, ac magis in reſurrectione ſua mutatis inſignibus, iam debellata morte, dęmone, inferno, & Sanctis, qui detinebantur in limbo captiui, ſolutis, ac liberatis. Quod totum pulchram per metaphoram deſcripſit ſpiritus ſanctus his verbis. *n* Cum quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus exiliens de cęlo a regalibus ſedibus &c. Ecce ſecreto inſtaurata claſſis diuina aduerſus dęmonem, peccatum, & mortem in Verbi incarnatione ſequitur ibi. Inſimulatum imperium tuum portans. Ecce mutatis inſignibus, & indumentis, ne a dęmone dignoſceretur Chriſtus: & ſubditur. Durus debellator in mediam exterminii terram proſiliuit; & ſtans repleuit omnia morte. Ecce in Chriſti morte manifeſtatis, apertiſque Dei virtutis inſignibus, inuehitur Chriſtus in tartaream claſſem; illamq; perdit, & euertit ſimul cum omnibus aſſeclis criminum turmis, & amara morte. Concludit denique Spiritus ſanctus. Et vſque ad cęlum attingebat ſtans in terra. Nempè in Chriſti glorioſa Reſurrectione, in qua etſi corpore in terra maneret: vſque ad cęlum tamen pertingebat, nedum per vnionẽ hypoſtaticam, ſed & per humanitatis integram, completamque beatitudinem; qua in reſurrectione in anima, & corpore beatus extitit totus, ſimul ſecum beatificando Sanctos, quos captiuos in claſſe dęmonis repererat patres, de quibus ad hoc allu-
H dens alius propheta dixit. *o* Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti victos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Clarius vero Apoſtolus ait. *p* Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter palam triumpans illos in ſemetipſo. Cum enim Chriſtus quaſi ſecreto claſſem inſtruxiſſet ſuam, & in medio noctis ſilentio ſoluiſſet in natiuitate: denique reſurgens poſt partã victoriam, de qua ſupra, triumphauit palam ſecum educens quaſi glorioſam prædam, qui tenebantur in limbo captiui, Sanctos patres. Et cum triumphi pompa ſathanã ligatum ſub pedibus cum ſuis omnibus ſatellitibus a tergo pallidam mortem, & procul criminum farragines clare oſtentans. O quanta itaque cum ratione cum propheta iubilando exclamare poſſumus. Et virgam humeri eius, nempe dęmonem glorioſe ſuperaſti, capta inde locupletiſſima præda. Ideo exultamus in te, ſicut exultant victores capta præda. exultemus igitur, & cantemus iterum. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. O quot belli pericula, quot longa itinera, quot labores

l 1. Cor. 1.
m Heb. 1.

Ex Virginis partu eximia exiuit virtus.

n Sap. 18.

Chriſtus in eius Reſurrectione mũdum, Dæmonẽ, & carnem debellauit.

Chriſti reſurrectio Limbum expoliauit.

o Zac. 9.
p Colo. 2.

Christus in morte ærumnis plenus, in Resurrectione autem victoria ṗditus.

res milites pergendo ad bellum suscipiunt, & in ipsa belli pugna quot vulnera, quot sanguinis guttas, clades quantas, imminentes que mortes subeunt milites. Post pugnam vero parta victoria, magnaque capta præda quomodo exultant victores? Ita Christus post belli tanta superata pericula, post sanguinis proprii emissionem totam, post labores tantos, post vulnera tanta suscepta victoriam ex mortuis resurgens dignissima secum animarum sanctarum, & nobilissima tracta præda, dignum est, vt illi occurrentes lętemur in illo, & exultemus, sicut exultant victores capta præda. I

Et iterum canamus, præteritos militiæ alleuiando labores. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lętemur in ea. Sic mulieres hodie ad monumētum pergentes, in victoriæ manifestum signum viderūt reuolutum lapidem

q 1. Reg. 7. q Ita olim Samuel illustri de inimicis obtenta victoria, erexit lapidem inter Masphat, & Sen; Masphat speculatio interpretatur: Sen vero super vulnus. Nā super Christi vulnerib. reuolutus lapis quasi erectus in titulū, futurā immortalem vitā designat, per speculationē designatam. Et vlterius locum illū lapidē adiutorii vocari voluit Samuel; quia Christi adiutorio reuolutus lapis mortalitatē nostrā in immortalitatē cōmutatā demonstrat. Etsi Christus resurrexit, & nos resurgemus. O quā amplā, o quā latam omniū Christi victoria resurgētiū prædā. Exultemus igitur in Christo, sicut exultant victores capta ṗda. Et iterū canamus Hæc dies, quā fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. Exultemus & lętemur, quia lapis reuolutus est nēpe virga humeri affligētis demonis in sceptrum suauissimū amoris regis Christi. lapis reuolutus est iræ diuinæ in suauem Dei erga nos misericordiam. Lapis reuolutus est grauissimi oneris legis in dulcem, & leuem Euangelii, lapis reuolutus est

Lapis q̄d significet ostenditur.

doloris Virginis, & Apostolorum in cumulum guadii, & lætitiæ. lapis deni que Christi reuolutus est, qui ex altera parte inscriptus legebatur. Exinaniuit semetipsum vsque ad mortem certando vulneribus confossus, & fatigatus ex itinere, Et cū iniquis reputatus est; & similia. Nunc autem reuoluto lapide legitur. Propter ꝙ Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, ꝙ est super omne nomen. & in nomine Iesu omne genu flectatur. Et data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Et Christus exurgens ex mortuis iam non moritur. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Et mille talia. Exultemus igitur in co sicut exultant victores capta præda. Et iterum canamus. Hæc dies &c.

Tertium Membrū

Et denique lætemur Tertio loco: & exultemus sicut exultant victores quando diuidunt spolia: nam sceptrum exactoris nostri superauit Christus. Quod vero sceptrum dęmonis dirissime nostrum omnia, supra quam dici potest tyrannice exigentis? omnem, videlicet substantiam, omnia corporis, & fortunæ bona, & cor, & animam ipsam? Certe non aliud, nisi crux, quam sibi vsurpauerat, & in qua cruciabat finaliter impios, & reprobos ad inferna secum trahendo. Et hoc exactoris dęmonis sceptrum mirè superauit Christus, illud sibi auferendo, & suæ Christianæ militiæ inuictum instituendo insigne. Quod Christi gloriosissimum factum non incongrue per illud adum- K

r Chart. li de imag. Deorū. brari quandam per similitudinem potest quod referunt r de Atheniensibus cum Persis. Persæ namque superbia tumidi, & elati victoriam se consequi sperantes secum non paruam lapidum quantitatem tulerunt, pro erigendo victoriæ tropheo, quam certè obtinere confidebant, Contra verò Athenienses vicere, & inter alia, quæ in præda repererunt Athenienses, inuenerunt lapides illos pretiosos, quos pro victoriæ triumpho secum Persæ detulere.

Quod

Quos Phydię celebri eius sculptore consiguarunt, vt illos in troph cum erigeret, Phydias verò ingeniosè valdè pulcherrimã ex illis construxit Nemesis, vel Ranusiæ statuam, quæ vindictæ Dea dicebatur, quam etsi antiquitus cum freno in manu pingerent; Phydias tamen hic variè illam composuit: coronam, videlicet capiti eius coaptando; cuius coronæ summitates in cornua desinebant ceruι, & in manu vas aptauit in actu, quod sibi ad os illud applicare videretur. Ausonius porro famosissimus Poeta de hac historia tale confecit epigramma.

L *Me lapidem quondam Persæ aduexere trophæum,*
Vt fierem bello nunc ego sum Nemesis.
At sicut Græcis victoribus adsto trophæum
Punio ne Persas vaniloquos Nemesis.

Qua in re Phydiam redarguere voluisse Persas nullus est ambigendi locus. Sicut enim ceruus fortissimus omnium videtur animalium tam graui cornuũ præditus mole. Verumtamen eo nullum est vilius, & timidius. Ita Persæ magno illo armorum, & militum apparatu, longe fortiores quocumque mundi exercitu apparebant. Verumtamen quasi cerui timidi, & viles ab Atheniensibus accepta clade, in fugam versi sunt, & euersi, facti inimicorum præda cum suo ipso, quod adsportabant trophæum. Imprudentiæ verò Persas arguit Phidias in vase in applicando, vt varium, incertumque denotaret eo actu belli euentum: nam iuxta vulgatum prouerbium. Multa cadunt inter calicem, supremaque labia. Vnde si quis non est certus calicem, quem tenet manu, ad os applicare se posse, quin multa inter ipsum, & labia fortè cadant. Quanto magis incertos de futura victoria se facere debebant Persæ? cum nil tam sit incertum, tam varium, quam belli euentus? Quod verò ad rem nostram attinet illo eodem trophæo, quod pro triumpho reseruabant Persæ Athenienses gloriosè triumpharunt. Ita concinnè satis, Dæmon, qui quasi leo videbatur, mundum totum inuertẽs, Christum denique ipsum adoriens, sceptro Crucis, quo triumphare se sperabat, superatus & victus quasi timidus eiectus, expulsusque est Ceruus; belli euentum obstinatus experiens; Inter alia verò, quæ Christus prędatus est, crucis trophæum abstulit Dęmoni, in eoque triumphat, eiusque virtute nos omnes triumphare posse concessit, & dedit. Ita nulla ratione mirabilius triumphare potuerit, quam sceptrum exactoris nostri sic superando, vt eodem sceptro Christus triumM phans, eodem & nos exactorem ipsum constringere, coniurare, ligare, vincere, superare possimus. Et indè cum iubilo exultemus in Christo, sicut exultant victores, quando diuidunt spolia; & iterum cantemus. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea &c. O quot prędarum genera ex Christi victoria nobis credentibus proueniunt. Colligite, colligite deuotæ animæ: sceptrum enim exactoris superauit Christus; & in huius sceptri virtute spargit abundantissimè prædarum cumulum, spargit è crucis sceptro meritorum, sacramentorum, gratiarum, & virtutum aceruum. Spargit clauorum, spinarum, flaggellorum, lanceæ, aliorumque instrumentorum passionis merita innumera. Spargit (vt ita dicam) corpus, animam, sanguinem, & diuinitatem. Accurrite, accurrite omnes, & colligite, quæ vultis spolia virtute sceptri Crucis vobis elargita. At vultisnè vobis colligere pretiosissimum Adamantem inæstimabilis pretii quinque ornatum rubinis, omnia continentem? Colligite vobis Dominum nostrum Ie-

Cerui proprietas.

Incerta est victoria.

Ex Christi victoria multa præclara prouenjunt.

Christus gemmis ornatus. ſum Chriſtum diuinum Adamantem, qui nos pluſquam ſeipſum Adamans, ſeipſum pro nobis tradidit totum. Et huiic rubinis quinque ſacrorum vulnerum ornatum, hunc ſuſcipite, hunc vno imbibite hauſtu, hunc e ſceptro ſuperato crucis pendentem ſuſcipite totum: & cum ſit vnius præda, & cum ſit multorum, poteſt ſine diuiſione eſſe & omnium, & cum ſit omnium, eſt & ſingulorum. O Chriſti victoriam, o Chriſti victoriam, o prædam, o prædã, o meſſem, o meſſem. Venite, venite igitur omnes: Et quia Chriſtus iugum oneris, & virgam humeri, & ſceptrum exactoris noſtri ſuperauit, lætemur in eo, ſicut qui lętantur in meſſe. Exultemus, ſicut exultant victores capta præda. Lætemur, & exultemus, ſicut qui pretioſiſſima diuidunt ſpolia. Et pro vniuerſorum quadrageſimalium laborum ſubleuatione concludamus canentes. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lętemur in ea. Amen.

FERIA SECVNDA PASCHATIS
Concio LXXXVIII.

Deus vt nobiſcum perfectum poſſet habere commercium, atque amicitiam ita ſe exinaniuit, vt nobis ſimilis ſit factus, hinc maximam familiaritatem contraxit, quod multis in rebus demonſtrauit, vnde tandem perfecta in nos orta eſt beneuolentia.

RECVRRENTE nobis celebritate Paſchali nunquam ſatis de illius lætitia vires poſſunt fari humanæ, inuitante nos iterum (vltra illa, quæ heſterno ſermone diximus) Chriſti charitate, qui per quadraginta continuos dies quaſi tantæ lætitiæ celebrando encomia, variè ſuis apparuit Apoſtolis eos inſtruens, cum illis gaudens & manducans, varięque illos lætificando, & ad tantum inuitando gaudium: ſicut hodie duos euntes in Emaus adeo lætificat, vt vix lætitiæ magnitudinem continere poſſint; fatentibus illis: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis? O Chriſti erga ſuos charitatem. Quod Chriſtus (fratres) Deus noſter mare, cœlum, terram, & in eis magnas, multas, varias condiderit creaturas, miranda potentiæ ſuæ A
documenta monſtrauit. Quòd verò humana ſuſcipiat, agat hominem, ætates tranſeat, intret tempora, virtute curet, ſimilitudines loquatur, proponat exempla, verbo doceat, patienter diutius inſtruat, ſcripturas interpretetur etiam poſt ſuam ſanctiſſimam Reſurrectionem; ſui erga nos affectus, pondus aperit, & ineffabilem dilectionis charitatem ſibi erga nos in eſſe pãdit. Hinc ſe iungit vacillantibus diſcipulis; iter ſuſcipit cum illis, cęleſtia terrenos docet, exemplis confirmat antiquis, de præteritis præſentia ſcripturarũ

Diuiſio trimembris. teſtimonio probat, de præſentibus dat futura ſapere, inuiſibilia viſibilibus inſinuat argumentis; probat hoc totum cũ hodiernis diſcipulis colloquium,

&

& conuersatio. In quibus humanorum cum diuinis, & Dei cum hominibus perfectum extare comercium, perfectamque amicitiam & tribus ostendit; nempe, æqualitate, familiaritate, atque mutua beneuolentia.

Primum Membrũ

Quoad primũ, hæc sunt illa tria, in quæ impingens Aristoteles illum turpiter labi fecerunt, contendit enim in suis Ethicis *a* nullatenus amorem posse mutuum reperiri inter Deum, & homines, cum nulla ibi sit æqualitas, cum Deus infinitus, & immensus existat, infinitæque perfectionis pelagus. Homo vero finitus, & limitatus, & vndique imperfectus; & nulla etiam ibi extat familiaritas, cum Deus in superna cęlesti regione versetur. Homo vero in terrarum imis, & denique nulla beneuolentia mutua, cum Deus, vt summum, infinitumque bonum nostra non sit capax beneuolentia. Hæc Aristoteles. At nos in singulis tribus circumstantiis oppositum Christi, hodierno exemplo, ut promisimus, ostendemus. Et primo quoad æqualitatem. Vt altius repetamus, consentimus Aristoteli, aliisque philosophis in eo, quod æqualitas inter se mutuo amantes aliqualis esse debeat. Hinc dixerunt Philosophantium antiqui, Amorem esse proportionis filium, & perbelle satis. Re vera enim amans in omnibus quærit assimilari, & proportionari, etsi non simpliciter, saltem secundum proportionem possibilem rei amatæ, vt in moribus victu, vita decretis, & similibus, In eo vero dissentimus ab Aristotele, ab omnibusque illum sequentibus, quod talis æqualitatis proportio inter Deum, & hominem nõ extet; nam Deus, cum esset immensus, & infinitus, vt se nobis, quos ardentissimè amat, secundum proportionẽ æquaret, factus est homo. Quod pulchrum per typum Elisæus ostendit propheta cum puero *b* aduitam reuocando, se pro viribus coæquauit, coarctando, & coangustando sui corporis grãdiora, & lõgiora mẽbra: ita, vt puerulo applicatus defuncto, os ad os, manus ad manus, pedes ad pedes & ita singula hominis ad singula pueri rñderent mẽbra. Sic Deus quasi (vt ita dicam) coangustauit, & coarctauit se, vt homo fieret, vt diceret inde Apostolus. *c* Verbum abreuiatum fecit Dñs super terrã. Et D. Hieronymus expresse. Ideo se Deus vt se hominib. ęquaret, hominem fecit. Et q̃ in vniuersum cum hominibus vniuersis Deus effecit, vt ostendat, se non minus amare seorsum singulos, quam simul omnes. Hoc idem Christus cum duobus efficit discipulis, illis, videlicet se in omnibus coęquando, & euntem cum euntibus, itinerantem cum itinerantibus, & peregrinum cum peregrinis ostendit. Sic olim cum vndecim apparuisset Apostolis, & illi conturbati; & conteriti æstimarent, se Spiritum videre, Christus vero, vt se illis æqualem per omnia comprobaret, ostendit eis manus, & pedes, dicens. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere. Vbi inquit Beda, *d* quod discipuli carnis resurrectionem adhuc non credentes, spiritum se videre existimabant. Ideo Christus carnem veram eandem, quam exuerat, resumpsisse ostendit. In hoc (inquit Cyrillus) comprobans deuictam esse mortem, & humanam naturam in Christo corruptionem exuisse. Vnde etsi in hoc inæquales illis videri potuisset, quia per subtilitatis dotem ianuã penetrauerit clausam: tamen (vt notat D. Ambrosius, *e* futuram nostram æqualitatem sui corpori glorioso demonstrauit; nam in corpore nos quoque resurgemus. At subtilius, adeo, quod sicut Christus, ita & nos per subtilitatis dotem quodlibet quantumcumque densum corpus penetrare poterimus. Non enim corpus

In quo cum Arist. conueniam*.

b 4. Reg. 4

c Rom. 9.

Deus coangustatus est vt fieret homo.

d In Luc. 24.

e lib. 10. in Luc.

Quales resurgemus.

f In Luc. 24.

nostrum (vt inquit D. Gregorius) in resurrectionis gloria erit impalpabile (sicut blasphemat Euthichus) at subtile quidem per effectum spiritualis potentiæ: palpabile autem per virtutem naturæ. Et sic per omnia nobis æqualem se ostendit tum in vita, tum in morte, tum post mortem per argumenta multa post resurrectionem; non autem (inquit Diuus Chrysostomus) *g* Simul omnibus se manifestabat, vt ferret fidei seminа: qui enim prius viderat, & certus erat, aliis referebat; deinde sermo prodiens præparabat animã auditoris visioni.

Christus in omnibus nobis æqualẽ se ostẽdit.

g In Luc. 24.

Et sic successiue Christus omnibus apparens discipulis non solum suæ cũ nostra carne astruebat æqualitatem; sed eodem ductus amore, familiaritatem secundo loco gignebat. Sic olim Deus cũ vniuersis hominibus contra id, ꝙ Aristotiles ignorans asseruit intimam familiaritatem profiteri, se testatur dicens. *b* Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Et alibi de hoc iubilans propheta, & de hoc quasi gratias agens dicebat. *i* Deus, cuius ignis est in Siõ, & caminus in Ierusalem. Et quæ maior poterit reperiri familiaritas, quam illa ciuium eiusdem ciuitatis? qui domum, ignem, & mensam, & delicias habent communes? Talem autem familiaritatem se habere cum hominibus asserit, qui mentiri non potest, Deus in omnibus deliciis, domo, & igne communi. Eandem profecto Christus cum duobus hodiernis discipulis familiaritatem gignere volens (inquit Euangelista) quod cum ipsi fabularentur, & loquerentur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant, & secum quærerent, An, sic essent vacillantes; Iesus appropinquas ibat cum illis. O Christi amorem, se illis iungi, qui de ipso dubitabant, vt a perfidia reduceret ad fidem. Et quia parum fuit, se illis iungere; & appropinquans cum illis ambulare, vt magis ad familiaritatem sibi conciliaret, prior interrogare cępit. Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes: & estis tristes? Quod totum (Theophylus inquit) faciebat Christus, vt incredulitatis vulnus detegat, & medicinam recipiant; deinde vt paulatim cognoscant eum, & discant, quod corpus, quod passum fuerat, resurrexerat; non tamen tale, vt esset omnibus visibile; sed his tantummodo, quibus volebat. Et denique, vt videant, quia de cetero non conuersari debebat post resurrectionem suam cũ huius vitæ hominibus; quemadmodum & nos post resurrectionem nostram cum angelis conuersabimur, & filiis Dei. Quibus tamen non obstantibus, vt magnitudinem sui ostendat amoris cum illis familiarius, diutiusque conuersari voluit, vt in eis familiaritatem, & ex familiaritate amorẽ gigneret. Ipsi vero adhuc cęci, nec minus ingrati, quã stolidi, pergunt multis incredulitatem suã pandere: qua patefacta Christus, vt arctius, familiariusque sibi illos astringeret, altius intonare cępit sermonẽ, dicens. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ: nonne hęc oportuit pati Christum; & ita intrare in gloriã suam? Et incipiens a Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnib. scripturis, quæ de ipso erãt. O quàm altã simul, & claram tradidisse Christum doctrinã firmiter credendum: nam (inquit Euangelista) ꝙ incepit a Moyse, & omnibus prophetis, & ꝙ interpretabatur in omnibus scripturis, quæ de ipso erãt. Vnde sic, vel tali cõsimili modo, exorsũ esse Christũ, arbitrãdũ. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnib. quæ mentẽ vestrã vacillare facit, quæ vestro iudicio minus digne passus est Christus. Nonne de his omnibus, quæ passus est, & quæ ꝓpter hominũ salutẽ egit, locuti sũt prophetæ? Quid expe

Secundũ Membrũ

b Prou. 8.

i Isa. 31.

D

Quare Christus fuit primus ad interrogandum.

Ex familiaritate gignitur amor.

E

ctabaris fortè in regia, & metropoli Ierusalem oriturum Christum? Nonne in Bethlehem illum nasci oportuit, cum in eius figura illum delineando in Bethlehem sit natus Dauid Rex; & de hoc expresse locutus fuerit Propheta, dicens. *K* Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim orietur Dux, qui regat populum meum Israel. Quid vos turbat, quòd quasi derelictus ab omnibus, & destitutus, ortus sit in stabulo, & indiguerit asini, & bouis ope, vt calefieret? Numquid non tenetis memoriæ, quòd in huius rei figura Moyses ita natus derelictus, destitutusq; fuit? hinc & missus in fiscellam, & aquis expositus? Et nonne Isaias hoc expressè vaticinatus est, dicēs. *l* Cognouit bos possessorem suū, & asinus præsepe Domini sui? Et præterea quantum est illud, quòd non sine miraculi splendore voluit Christus nasci: sicut enim in figura venit Regina Sabæa ad Salomonem munera illi offerens: ita venerunt ad Christum natū orientales Reges munera offerendo. *m* Et hoc expressè Dauid Rex prædixit. Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent. Quod, si ęgrè fertis Christum templo fuisse pręsentatum, quia repugnet Messiæ, ac Saluatori sic præsentari; nonne scitis, quòd Samuel, qui Christi typum gessit adhuc puerulus in Templo est præsentatus? Et Malachias id testatus est, cum ait. *n* Statim veniet ad Templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis: & Angelus testamenti; quem vos vultis. Et si vos magis conturbat, quòd in Ægyptum fugerit quasi timidus, & impotens in Ægyptum in huius facti figuram fugit Abraham; & Isaias hoc vaticinatus est, dicens. *o* Ingredietur in Ægyptum. Et ne timoris, & impotentiæ argueretur, miraculo hunc suum in Ægyptum ingressum illustrauit Christus omnia euertendo Ægypti idola, subiungente ibidem similiter Isaia. Et commouebuntur simulachra Ægypti a facie eius. Et ideo reuersionis eius ex Ægypto figura fuit Moyses inde populum educendo: quod prædixit Oseas, ex persona Patris, dicens. *p* Ex Ægypto vocaui Filium meum. O stulti igitur, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ adumbrarunt suas per figuras Patres, & locuti sunt Prophetæ. Fortè vos commouet, quia in Iordane noua, & insoleta cæremonia baptizatus est Christus? Sed hoc delineauit Deus Naaman illum Syrum, in Iordanem abluere faciens & Ezechiel clarè prædixit. *q* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini. Et sic videbitis adimpleri omnes homines per baptismi lauacrum saluari; & hinc neque turbare vos debet, si modo quodam inusitato illum validissimè in deserto tentari audistis a diabolo: namque inusitato modo etiam validissimè a diabolo tentatus est Iob; & de Christo id vaticinatus est Zaccharias. *r* Et Sathan stabat aduersus eum, vt aduersaretur ei. Et quemadmodum Iob: ita Christus gloriosè vicit. Et accesserunt Angeli ministrantes ei. Et si opponatis, illum se quadraginta dierum ieiunio præmunisse, quasi vinci posset, & præmuniri indigeret, quadraginta dierum ieiunium præfigurarunt Moyses, & Elias. Et de Christi ieiunio Dauid expressè. *s* Operui in ieiunio animam meam. Fortè vos magis exagitat, quia Principes, & nobiles illum non sunt secuti; sed solùm pauperes populi, piscatores, & viliores. At nonne scitis, pauperes discipulos sibi elegisse Eliam, & Helisęum? Et hoc prædixit clarè Isaias. *t* Euangelizare pauperibus misit me. At quanti faciendum est; quòd quemadmodum Elias, & Helisęus, vt suam comprobarent doctrinam, innumera

Marginalia: *K Mich. 5.* — Discursꝰ, & doctrina mirabilis Christi. — *l Isa. 1.* — F — Adoratio Magorū pręuisa a Dauide. — *m Ps. 71.* — *n Malach. 3.* — *o Isa. 19.* — Fuga in Ægyptū vaticinata. — *p Ose. 11* — *q Ezech. 36.* — G — Baptismꝰ Christi præfiguratus. — *r Zacc. 3* — Tētatio Iob figura tentationis Christi. — *s Ps. 68.* — *t Isa. 61*

innumera patrarunt miracula, innumera etiam patrauit miracula Christus,
u Isa.35 & qualia nullus alius, & de miraculis idem Isaias ait. *u* Tunc aperien-
Miracula Christi praui- tur oculi cœcorum: & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus,
sa fuit. claudus, &c. quòd si, his nō obstantibus, multas, & graues passus sit insidias Christus, graues, & multas passus est Dauid, qui hoc idem prædixerat de Christo. *x* Insidiatur in abscondito quasi Leo in spelunca sua. Hinc
x Psal.9. etiam consilium contra ipsum proprij fratres inierunt quemadmodum contra Ioseph, eodemque vendiderunt, quo venditus fuit Ioseph, pretio. Et
aa Gen. 49. de consilio Patriarcha Ioseph ait. *aa* Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum non veniat anima mea. Et de venditione Zac-
bb Zacc. 11. charias prædixit. *bb* Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.
Vēditio Christi vaticinata. Fortè nimis indignum vobis videtur, quòd nudis pedibus torrentem pertransierit, proprium fugiendo discipulum, & indecorè nimis prætérea ab H
inimicis captus, comprehensusque fuerit. Sed simili modo nudis pedibus torrentem pertranseundo, proprium fugit filium Dauid; & archa Dei, quæ Christi figura erat expressa capta est ab inimicis indecorè. De fuga, & de
cc Psal. 109. comprehensione Christi vaticinatus est Dauid, dicens. *cc* De torrente in via bibit; de fuga. *dd* Et ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes
dd Psal. 58. pro cōprehensione. Quare nec vos moueat, si Iudæ osculo traditus est: nā & osculo traditus est Amasa, & de proditione idē Dauid expressè ait. Qui ede-
Christi compræhensionē præcecinit Dauid. bat panes meos magnificauit super me supplātationē. Hinc Samson ab inimicis est ligatus, quia ligatus ab inimicis est Christus. Et de hoc Ezechiel. *ee* Fili hominis data sunt super te vincula: & ligabunt te. O stulti igitur, & tardi corde ad credendū in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ; nonne hæc oportuit pati Christū? Sicut & omnia, quę inde passus est per figuras, & prophe-
ee Ezec. 3. tias delineata fuere, atque clarè vaticinata. Vnde, si falsi testes contra ipsum insurrexere, falsi & insurrexere contra Susannam: & de his Dauid. *ff* In-
ff Ps.26. surrexerunt in me testes iniqui. Si Christus fuit a multis illusus in sua passio-
gg Abd.1 ne, illusus a multis fuit Hæliseus: & de hac illusione Abdias. *gg* Illuserunt
Falsa accusatio Christi delineata fuit. tibi viri fœderis tui omnes viri tui illusores. Si sustinuit blasphemias, blasphemias a Semei, & aliis sustinuerat Dauid. Et de his Isaias. *hh* Blasphemauerunt Sanctum Israel. Si alapam dederunt Christo: alapam dederunt Michęæ; & de hac Isaias. *ii* Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Si Christum quamplurimi negauerunt: quam-
hh Isa.1. plurimi negauerunt & Dauidem; & de negatione hac Hieremias. *KK*
ii Isa.50 Negauerunt Dominum, & dixerunt non est ipse. Si eum nudauerunt, &
KK Hierem.5. Hieremiam; & de hoc Michæas. *ll* Vadam spoliatus, & nudus. Si fla- I
ll Mich.1. gellatus fuit a planta pedis vsque ad verticem, a vertice vsque ad plantam pedis fuit flagellatus Iob: & de Christi flagellatione Dauid. *mm* Flagella-
mm Ps.72. tus fui tota die: & castigatio mea in matutinis. Si morte damnatus est crucis, morte crucis damnatus est Mardochæus: & de hoc Salomon expres-
nn Sap.2 sè. *nn* Morte turpissima condemnemus eum. Si crucis lignum super pro-
oo Hiere. 11. prios portauit humeros, lignum huius figuram super proprios humeros portauit Isaac: & de hoc Hieremias. *oo* Mittamus lignum in panem eius.
pp Psal. 21. Si crucis ligno affixus est Christus deformis apparens, ligno deformis affixus est serpens æneus; & de crucifixione Dauid. *pp* Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Si per aliquod tempus in ligno suspensus mansit, suspensus mansit per aliquod tempus Absalon:

salon:& de hoc Iob. *qq* suspendium elegit sibi anima mea. Si aceto cum potauerunt: sic aceto potauerunt & Buth: & hoc prædixit Dauid. *rr* Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Si inter iniquos mortuus est Christus, inter iniquos mortuus est etiam Iudas Machabæus: Et hac de re Isaias. *ſſ* Et cum scæleratis reputatus est. Si lancea transfixus est, lancea transfixus est Absalon: & de hac Iob. *tt* Irruit in me quasi gigas lanceis suis &c. O igitur stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ: nonnè hæc oportuit pati Christum; & ità intrare in gloriam suam? Nonnè millies audistis, quod omnia in figuris contingebant illis? Et quod omnia legalia sacrificia taurorum, & hircorum, & aliorum quorumcumque animalium ab origine mundi vsque ad Christum oblatorum, Christi vnicum figurabant sacrificium? Nec vltra hircus pro peccatis offerendus, cùm Christus omnia suo sacrificio deleuerit peccata. Nec vltra iuge sacrificium, nec propositionis panes, nec passeris oblatio; nec aliquod aliud antiquorum sacrificium, quæ solum figurabant gratiam per Christum præstandam: non autem conferebant. Pro totius igitur mundi salute, & pro vniuersis omnium abluendis hominum peccatis hæc oportuit pati Christum, & in crucis aram sic offerri. O stulti, & tardi corde ad credendum. Cum hæc omnia per figuras, & prophetias adamussim descripta, prædictaquè sint. Et si hæc omnia sunt completa, vt sensu vestro vsurpatis, & manu tangitis tanta cum veritate: cur non creditis impletum esse quoque iam Christi resurrectionis mysterium? Nàm hoc figurauit Sampson, quandò post mediam noctem euigilauit, fractisque vinculis, & ablatis ciuitatis portis euasit; Nonnè clarius Ionas post tres dies ex ventre surrexit piscis? Et eccè plusquam Ionas hic magister vester Christus. Et de hac resurrectione vaticinatus est Dauid, cum ait. *uu* Refloruit caro mea. Et iterum. *xx* Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et iterum. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cythara: exurgam diluculo. Et Isaias clarissimè. *bbb* Erit sepulchrum eius gloriosum. Et multi alij Christi resurrectionem prædixerunt. Vt quid ergò dubitatis o stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ? Credite, credite iam, cum cætera omnia sint impleta. Christum iam resurrexisse a mortuis, quemadmodum prædixerunt vobis mulieres ex Angelorum visione: & comprobauerunt quidam ex vestris, qui ad monumentum perrexerunt, inuenientes ità esse, vt a mulieribus audierunt. Hæc, & similia verbis infinita sua sapientia, & gratia dignis dicere potuit Christus duobus discipulis, vt innuit Euangelista, vt familiaritatem cum eis pareret, quam re vera o quantam cum dulcedine quanta parere potuerunt Christi sermones, & scripturarum sacrarum interpretationes?

K

qq Iob 7. *rr Ps. 68.* *ſſ c. 53.* *tt c. 16.* *uu Ps. 27.* *xx Ps. 15.* *aaa Psal. 56.* *bbb Isa. 11.*

Omnia iudæis contingebant in figuris.

Oportuit Christum pati pro totius mundi salute.

Debem' de Christo omnia credere cũ sit oia impleta de ipso.

Et tertio deniquè loco maximam ostendit eis beneuolentiam, quemadmodum Deus erga homines in vniuersum, dicẽte Apostolo. *ccc* Deus vult omnes homines saluos fieri; & alibi, testante Christo illis verbis. *ddd* Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Quam amoris excellentiã prorsus eandem cum duobus discipulis monstrat hodiè Christus. Nam, sicut Deus sic dilexit mundum ipsis appositis circumstantijs videlicet vt sic Deus diligeret mundum sic idest sic inexplicabiliter dilexit, mundum sic inexplicabiliter indignum, vt filium suum vnigenitum

L

Tertium Mẽbrum. *ccc 1. Thi. 2.* *ddd Io. 3.*

Maximũ amorem ostendit Christus.

daret

daret sic inexplicabiliter ad mortem, & mortem crucis pro ingrato mundo. Quo igitur ad primam circumstantiam sic Deus dilexit mundum; Quomodo? Inexplicabiliter incomprehensibiliter: vndè in Chronicis ordinis nostri legitur, quòd quædam mulier deuota suo dixit simplicitate quadam patri spirituali. Credisne Deum me amare? Cui pater. Scias, te Deum amare magis quam ipse ametur ab omnibus iustis, beatis, Angelis Cherubim, atquè Seraphim, & vniuersis omninò creaturis. Cui mulier. Tunc id credam, quandò videro arborem (& innuit arborem quamdam trans flumen) illam huc indè transplantari. Et statim arbor cum radicibus ex vna ripa in aliam transplantata est. O incomprehensibilem Dei amorem. Sic igitur Deus diligit mundum, vt comprehendere omnes nequeant creaturæ non solum, sed mundum sic indignum; ità, vt Diuus Chrysostomus ibi super Ioannem. Quandò propter scælera, quibus repletus erat, plenè innumera iudicandus, & condemnandus totus fuerat; illum tunc sic dilexit Deus; quem dignum conceptum clarè innuit Euangelista ibidem dicens. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum. Quasi dicat etsi mundus de rigore iustitiæ iudicandus, & condemnandus tunc erat; non tamen ad hoc misit Deus filium suum; sed, vt saluetur mundus per ipsum. Sic alibi. Cùm inimici essemus Deo, reconciliati sumus per mortem filij eius. O amorem, o amorem verè inexplicabilem. Plutarchi nunc intelligo dictum aureum. Amor (inquit) est sicut hedera, qui quo se alliget inuenit: hedera videlicet, & veterascenti, & iam labenti muro, & putrido alligatur ligno, nescio quomodo inueniat ibi aliquid, cui se colligare, conglutinareque possit. Ita Deus. Quid vidit in mundo sic, sic videlicet peccatis obruto, & labente? certè non, nisi turpitudines, & fœditates: vndè D. Pater Augustinus diligit animas nostras fœdas, vt pulchras efficiat. Et Caietanus peroptimè. Sicut vapores terrei, fœtidi, & sulphurei non impediunt cœli motum: ita, nec peccata nostra Dei amorem. Quid igitur mirum, si Deus dilexit sic, & mundum sic, vt Demquè filium suum vnigenitum daret sic? Quomodo? Passionibus repletum, & cruci affixum, vt superius per figuras, & prophetias ostensum est. Non sicut Romani, qui ad triumphi gloriam captiuos ante currus victos ducebant. At Deus in amoris erga nos triumpho proprium filium victum sic nobis tribuat, & filium sic volentem oblatus enim est quia voluit. Et volentem sic, vt aliud addamus, quod sicuti de optimo, & excellentissimo cathedrante, vel musico in prouerbium vertere solemus. Natus est in cathedra, fuit musicus in ventre matris: multò verius de Christo dicamus. Natus est in crucis cathedra; fuit in cruce in materno virginali ventre. Quod, vt comprobetis, nè temporis terminum ad dicendum concessum prætergrediar, vestræ penitus relinquo discussioni, & meditationi, vt videlicet applicando hunc Dei amorem vniuersalem, ad Christi amorem erga duos hodiernos discipulos quam verè, quam concinnè sic Christus dilexit inexplicabiliter duos istos euntes in Emaus sic tardos corde, sic stultos ad credendum, vt seipsum illis daret sic æqualem, sic itinerantem, sic peregrinum, sic familiarem, sic ratiocinantem, & colloquentem, sic scripturas interpretantem, sic denique beneuolum, & amantem, vt amoris flammam in corda eorum accenderet, dicentibus illis. Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis,

[Marginalia: Exemplũ Mirabile. — Ostenditur maximus Christi amor erga hominem. (M) — Amor hederæ Assimilatur. — (N) — Prouerbium. — Ex Dei amore vniuersali potest cognosci Christi amor erga his discipulos.]

bis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Hæc vos perpendite fratres: & concludite iam, quòd mutuus, perfectissimusque inter Deum, & nos vigebit perpetuus amor, si culpa non desit nostra, qui non æquales Deo, & Christo esse volumus, sed longè superiores, volentes gloriam sine passionibus; qui familiaritatem cum criminibus, non cum Christo habere volumus, mundum inordinatè amantes, non Deum. Amemus itaque Christum, vt cum Christo familiares, & coæquales, & cohæredes eiusdem regni in æternum regnemus. Amen.

FERIA TERTIA PASCHATIS Concio LXXXIX.

Christus Dominus noster post gloriosam suam resurrectionem Apostolis apparens nobis præscripsit normam, qua vti debemus in manifestanda cordis lætitia, cum exhibeat se psalmum & psalterium iucundum, & à nobis requirat tympanum cum cythara, quæ verba singula quid sibi velint perbelle, ac luculenter significatur.

A VBI vernalis auræ tempus annuos ouium cœperit aperire partus, vbi per campos, prata, vias cœperit fœcundi gregis germina copiosa dispergere, se sistit pastor bonus, & cantu, discursuque vario, & placido, teneros quærit, legit, colligit fœtus, atque nunc eos collo, nunc humeris, nunc vlnis lætus vector imponit, vt saluos omnes perferat, ac tutas perducat ad caulas. Sic nos fratres vbi resurrectionis Christi, arridente iam vernali tempore, dominicum gregem vberes videmus fundere partus, omnes per ecclesias ouibus iam refectis omnibus Eucharistiæ communione sacra, tractatus nostri cantus, & Paschalis iam assumpti sermonis epulas præponendo, totam quadragesimæ iam præteritæ curam concludimus hodierno sermone; Christi veri pastoris exemplum sequentes in componendo, & comportando cælesti germine, libenti labore anxij, ad æterna pascua: nam, quia videmus iam agnos hoc tempore paschali redditos gregi, ac totos intra Christi esse iam septa, diuinos lætissimi reuocamus ad campos cum Dauide beato. Canamus igitur sic dicentes cum illo. a Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cythara, quæ bina binis reddendo, psalmum cum psalterio de Christo exponemus. Deinde tympanũ cũ cythara de nobis, atq; duo consortiter. De primo inquit Euangelium. Stetit Iesus in medio discipulorũ suorum. De secundo, & dixit eis pax vobis: ego sum; nolite timere. *a ps. 80. Diui. bimembr.*

Primum optimè congruit cum psalmo, nã ex eo, fratres, quod stetit Christus in medio discipulorum, vt surrexit a mortuis, Canamus dulciter illi: sumite psalmum, & psalterium iucundum. Vbi per psalmum irrefragabilis doctor Alexander Alensis intelligit gratiam quandam eminentẽ spiritualẽ, cũ speciali quadã lætitia. Sic Genebrardus ibidẽ exponit dicẽs. Excipite cũ animi voluptate, & lætitia, cũ gaudio, & hilaritate Dominum. Et similiter psal- *1 memb.*

B (marginal letter beside "mite psalmum")

terium exponunt supplicationẽ,& sacrificium pro peccatis,offensis,& trãs-
Declaratio notabilis. gressionibus decalogi quasi decem cordarũ per psalterium, quod est decacordũ,designati, & quænam gratia cum lætitia speciali,& cũ speciali animi voluptate,nisi Christus a mortuis resurgens? Et quenã placatio, & quod sacrificiũ,nisi Christus in cruce pro nobis oblatus? qui placatione facta,resurgens a mortuis stetit hodiè in medio discipulorũ suorum,seipsum verè psalmum exhibens,& psalteriũ iucundum. Ideò & nos canamus hilariter,Sumite psalmũ. psalterium iucundũ,idest, excipite Christum,qui pro nobis oblatus placauit Deũ de transgressionibus decem præceptorũ legis. Et resurrexit a mortuis cũ animi lętitia,& voluptate.Hoc.n.idem hortatur ipse Christus per prophetam regiũ alibi dicens.*b* Exurge gloria mea,exurge psalteriũ & cythara:exurgam diluculo. Vbi gloriã suã resurrectionẽ appellat; & suũ psalteriũ, & suam cytharam inuitat ad illam, nempè excipiendã summo cũ gaudio,& animi voluptate.Et meritò quidẽ resurrectionẽ gloriam appellat, sicut passionem tenebras appellauit. *c* Hæc est (dicens) hora vestra, & potestas tenebrarũ. Hinc Dauid Passionis, & Resurrectionis anthitesim formãs ait. *d* Sicut tenebræ eius: ità & lumen eius,idest, sicut in passionis tenebris fuit:sic in resurrectionis gloria,& lumine. Sic nos, fratres, *e* si compatimur in hoc mundo cum Christo,cum eo conglorificabimur in alio.Sicut e conuerso:si vanè,si inordinatè in pompis gloriabimur mundi huius;in alio mitti nos in tenebras exteriores oportebit,æterneque ibi cruciari.Sic ad literam Spiritus sanctus *f* Quantum glorificauit se;& in delicijs fuit,tantum date illi pęnam,& luctum. Christus porrò stetit in medio discipulorum suorũ quasi centrum in medio circuli fidelium,& electorum,vt ad circumferentiã vsque,idest, ad omnes, & singulos glorię resurrectionis suæ radios diffundat clarissimos. Et hinc per prophetam inuitat. Exurge gloria mea,exurge psalterium,& cythara:exurgam diluculo. Et iterum. Sumite psalmum,psalteriũ iucundum,idest,congratulamini mihi:congaudete mecum: excipite me resurgentem cum lætitia, & hilaritate. Venite, ornate vos resurrectionis meæ floribus;& ex eis coronam animabus intexite vestris,inuitante vos mea vice progenitore meo secundum carnem, & dicente. *g* Refloruit caro mea. Quid est refloruit,nisi, quia prius floruit? floruit prius in ventre virginali; & ex ventre virginali in hac vita iuxta Isaiæ vaticinium. *h* Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet,idest,ex genealogia,& virga,& stirpe Iesse flos,qui est Christus,qui de seipso alibi. Ego flos campi,& lilium conuallium.flos igitur iste in morte non plenè, sed aliqualiter extinctus in triduo per separationem animę a corpore;in resurrectione refloruit: & ideò ait.Refloruit caro mea.Quasi dicat. Ad hoc refloruit, vt ex resurrectionis floribus Gaudij, ac lætitiæ corona vobis intexatis: & ideò stetit in medio discipulorum suorum,quasi coronam sibi illos statuens,& se coronã illis,& in illis omnibus nobis. sumite igitur psalmum & vos psalterium iucundum.Vicit enim sibi Christus, vicit & nobis:& suæ victoriæ triumphis nos gaudere volens, resurgens stetit in medio discipulorum suorum quasi seipsum palmã in manum vniuscuiusque illorum in signũ victorię inijciẽs. Palma,quæ conculcata, & diruta videbatur : veruntamem ampliori cum gloria resurrexit; quia resurgens a mortuis iam non moritur:sic de quodam palmæ genere orientali scribit Plinius, quod etsi excisa tota, totaque diruta, dummodo tamen radix maneat, statim reuiuiscit pulchrior, & gloriosior.

Sumere psalmum quid significet.

b Ps. 56.

c Lu. 22.
d Ps. 38.
e Rom. 8.
f Apo. 18.

Christus in medio & in cor dis cẽtro.

g Ps. 27.
h Isa. 11.

Flos, idest, Christus,neq; in morte fuit extinctus.

C

D

tioſior. Ità Chriſtus, manente in ſua æternitate diuinitatis radice, cui ſemper iuncta fuere anima, & corpus; licèt conculcatus, deſpectus, & quaſi extinctus videretur: vt palma tamen glorioſior, illuſtrior, & maiori cum ſplendore ſurrexit, qui certè illa eſt palma, de qua in canticis. *k* Aſcendam in palmam, & apprehēdā fructus eius: nempè paſſionis, & reſurrectionis fructus copioſè apprehendimus, cùm in Chriſti palmam per medicationem, & contemplationem aſcendimus, certa fide credentes, firmiterque ſperantes, quòd, ſi cum Chriſto in hac vita compatimur, licèt morte extinguendi, in cineremque ac puluerem reducendi: cum ipſo tamē conglorificabimur, & longè illuſtriores, glorioſioreſq; reſurgemus, vt palmæ, dicente regio vate de vno quoquè noſtrum. *l* Iuſtus, ut palma, florebit. Stetit igitur Chriſtus palma in medio palmarum diſcipulorum, vt ſeipſum palmam palmis, trahendo, palmas ornaret, palmis ipſe ornatus; palmaſque inuincibiles, lætitiæque plenas efficeret ſua ipſius palmæ virtute, vt canere indè poſſemus. Sumite pſalmum: pſalterium iucundum ideſt excipite Chriſtum gratiæ fontem cum lætitia, & iubilo, cum gaudio, & animi voluptate, hilaritateq; pleniſſima. Et iterùm *m* Buccinate in neomenia tuba: in inſigni die ſolemnitatis veſtræ ideſt in die reſurrectionis, qua nulla inſignior. Et Genebrardus ibidem exponit. Buccina clangite in nouilunio ideſt prima die menſis: apud hebreos enim menſes erant lunares, & eorum primus dies celebrabatur ſolemniter: ſolemniſſimè verò in paſchate. Cùm igitur hac die, pluſquam in omnib. alijs nos lętari, & exultare moneat eccleſia, iure nobis repetendum Sumite pſalmum: pſalterium iucundum. Buccinate in neomenia tuba: in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Super quo vlteriùs notandum, quòd in ſolemnitatibus omnibus clangebant ſacerdotes, tubaſque inflabant, Ioſepho teſte, ad congregandam eccleſiam, & cętum, quemadmodum nos hodiè campanis ad eccleſias populum conuocamus. Hoc verò ſolemnius fiebat in nouilunio ideſt initio menſis; quia (vt notat ibidem irrefragabilis doctor Alenſis) nos in nouitate vitæ ambulare debemus, alioſque prædicationis tubâ inuitare; & quandò clarius, & quando ſolemnius? quàm in Chriſti glorioſa reſurrectione? quæ non fuit neomenia vniuſmenſis, & vniuſmenſis nouilunium, & initium; ſed initium ęternitatis, nouæ, & nouitatis æternæ futuræ gloriæ, qua in anima, & corpore cum Chriſto reſurgendo, æternè potiri debemus Buccinate, buccinate igitur in neomenia tuba: in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Sumite pſalmum: pſalteriū iucundum: ad hoc enim ſtat hodiè Chriſtus in medio: Triplex vlterius (vt idem Alexander Alenſis notat) erat argentearum tubarum vſus in antiquo *o* teſtamento in bellis, in epulis, in feſtis. Quæ omnia in Chriſti reſurrectione ſimul concurrunt: bellum enim atrox fuit contra mundum, dęmonem, peccatum, infernum, & mortem, parta iam de his omnibus in reſurrectione victoria. Epulæ ſunt lautiſſimæ in ſacroſancto euchariſtiæ ſacramento fidelibus appoſitæ omnibus, eſtque inſignior, & ſolemnior, omnium paſcharum dies. Igitur pleno ore buccinate in neomenia tuba: in inſigni die ſolemnitatis veſtræ, quia ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum.

Et dixit eis. Pax vobis, vt cecinimus. Sumite pſalmum: pſalterium iucundum: repetamus canentes. Et date tympanum cum cythara. Sumite pſalmum, & date tympanum. Sumite pſalterium iucundum, & date cytharam. Accipite (inquit D. Pater Auguſtinus *p*) & date. Quid date? Accipite pſalmum, & date tympanum. Accipite ſpiritualia; date carnalia. Accipite

Chriſtus dicit palma.

k Cap. 7.

l Pſ. 91.

m Pſ. 80.

Quibus, in ſolemnitatibus ceremonijs antiqui ſacerdo tes vtebātur.

n lib. 4. c. 34.

Precipue ī hac riſurrectionis ſolemnitate lætari debem°.

o Num. 10

Triplex tubarū vſus.

Secūdum membrū.

p In pſ. 80.

Christum gloriosio, resurgente a mortuis per psalmum, & psalterium designatum:& date vos ipsos totos Christo in anima, & corpore, per tympanũ designatos,& cytharam. Ad hoc enim dixit Christus. Pax vobis, vt pacem tribueret corporis,& animæ:corporis in tympano; cytharæ in anima figura tæ. Ideò dixit Christus. Pax vobis Date igitur primò tympanum idest (inquit ibidem D. Pater Augustinus) corpus mortificatum. Sic Alexander Alensis ibidem. Quemadmodum enim tympanum fit de corio sicco sonanti, extenso,&c. Ità corpus in hac vita exiccari debet per mortificationem,& pœniten G tiam, vt spiritui subdatur,& cum eo iugi concordia, paceque fruatur:cum ad hoc hortetur Christus, dicens. Pax vobis. Date itaque tympanum corporis mortificatum, vt indè recipiatis in alia vita gloriosum, & resonans. Vt corpori Christi conglorietur, & conglorificetur. Et carmina versiceaturilla.

Quid designatur per tympanũ & Cytharam.

Terret aues tenuis fragilis cau mortua lenis
Tensa cutis lignis verbere sicca sonans.

Corpus namque Christi gloriosum terruit rapaces aues idest dæmones, de quibus alibi. q Volucres cæli comederunt illud. Tenue præterea fuit Christi corpus gloriosum per subtilitatis dotem. Cauum per impassibilitatem post vnionem animæ ad corpus in resurrectione. Lene per dotem claritatis. Tensum per agilitatem, & siccum denique, ac sonans per immortalitatem. Quibus omnibus gaudebunt gloriosa corpora nostra, si cum Christo in præsenti compatimur. Date igitur tympanum mortificationis in præsenti, vt recipiatis tympanum glorificationis in futuro, idest, date corpus mortificatum, pacatum, & cum spiritu conciliatum in præsenti, vt recipiatis corpus cum anima glorificatum in futuro. Ideò date tympanum, cum cythara idest cum anima æterna contemplante, subdit ibidem Alexander Alensis. Quemadmodum enim tribus poritur lignis cythara. Sic anima tribus præcipuis potentijs. Et Genebrardus ibidem, Cytharam fuisse instrumentum ait effigiæ græcæ literæ Δ quæ triangularis existit decem chordarum, plectroque pulsatum: nam anima nostra, quæ per tres potentias Trinitatis est imago, decem chordis instructa esse debet idest decem præceptorum diuinæ legis obseruantia, plectroque pulsari, quod nõ nisi manu mouetur, vt ex ipsius animæ imperio, & dictamine opera exerceantur bona, & meritoria per plectrum, quod manu mouetur, designata. Et indè anima dulci harmonia in contemplationem, laudemque insurgat Dei. Date igitur sic tympanum cum cythara idest opera meritoria ex corde, ex animi voluntate cum Dei contemplatione, ac laude. Et sic erit pax continua vobis, iugisque cordis lætitia. Date tympanum cum cythara idest corpus, & animam, sacra simul communione refectam; neque Christum expellere velitis, nec fieri, sicut loca illa, in quibus tanto apparatu feria sexta parasceuæ reponi- H tur eucharistiæ sacramentũ per vnicum tantum diem naturalem, ex quo Sabbato sancto extrahitur, & sumitur. Non sic vos, quasi Veneris hebdomada sanctæ sepulchra per vnum diem, vel duos Eucharistiæ sacramentum retinentes:& indè per peccatum expellentes, sed potius date tympanum cũ cythara, idest, cũ anima iugiter Christo vnita p gratiã, cũ aiæ cythara iugiter psallente per meditationẽ,& cõtẽplationẽ Christi gloriosã resurrectionẽ cũ anima iugiter cantante. Cantate, cantate Deo: psalmum dicite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum, super occasum mortis, vt in vobis

Christi resurrectio maxime Dæmones terruit.

q Luc. 8.

Anima ob tres potẽtias imago ẽ Trinitatis.

Meditatione & contemplatione cantare debem⁹.

vobis numquam ampliùs audiatur secunda mors. Iter facite ei, iter facite
ei, qui ascendit resurgens, explanando semitas corporis, & cordis vestri a
montibus arrogantiæ, ac superbiæ mundando eas a luto carnis, & luxuriæ:
ornando virtutum, & operum stratis. Date tympanum, & cytharam, cor-
pus, & animam simul: quia stetit Christus in medio discipulorum suorum,
& dixit eis. Pax vobis. Quia sic stat in medio vestrum, & dicit. Pax vo-
bis, Pax vobis. Sumite igitur psalmum, & date tympanum: psalterium
iucundum cum Cythara. Excipite Christum totum in anima, & corpore,
I ac diuinitate. Date vos Christo totos, in vobis eius conseruando
perpetuò diuinitatem. Vos ille in æternum conseruet. Buc-
cinate in neomenia tuba solemnitatis vestræ, vt ad æ-
ternam cum Christo resurgatis gloriæ cœlestis
perpetuamque. Solemnitatem, quam
vobis concedat in futuro, tri-
buens in præsenti tran-
quillitatem, & pa-
cem. Amen.

Finis Tertiæ Partis.

SACRA

SACRA
CONCIONVM
CENTVRIA
PARS QVARTA.

CONCIONES DE ADVENTV ANNI 1609.
Ab eodem Reuerendo Patre Fratre Octauiano publicè declamata eiusdem Serenissimę magnę Ducis Christinæ matris ad imperium. Et numerum Concionum trium præcedentium Quadragesimarum continuando

DOMINICA XXIV. POST PENTEC.
Concio XC.

Variæ diuersorum auctorum afferuntur sententiæ de abbominatione, quæ præcessit desolationem ciuitatis Hierusalem, ac miserabilis ipsius interitus, ac deploranda euersio vberrimè explicatur, quidque in ea factum sit notatu dignum in medium affertur; proponuntur præterea remedia in hac opportunitate a Christo tradita: & denique maxima animarum desolatio, ac pernicies ostenditur.

a Isa.9. MAGNVS ille Euangelicus vates ad plebem vaticinaturus Iudæam immunda labia se habere deplorans, enixè clamauit ad Dominum. a Et missus est ad eum vnus de Seraphim carbonem superni ignis manu gestans intrepidus, qui & sua sic temperat manu, quòd prophetæ purget, non comburat labia; quin labia mundat, purgat ora, illustrat corda. Clamemus igitur & nos, ploremus & nos fratres, vt veniat Seraphim Dominus, feruentique Sancti Spiritus igne caritatis ardentis calculo sancta moderatione vestros purget auditus, inflammet corda, iniquitates auferat, peccata depurget: me verò immundum, immundaque habentem labia mundet, inflammet verba A

incendat

incendat sermonem, vt ad corda vsque perueniens vestra, calor iste carbonis non solùm auribus gustum, sed mira suauitate totam sensibus, & mentibus gratiæ diuinæ infundat lætitiam, & dignam præparet futuro Christi in carne aduentui viam. Ad quam non faciliori poterat nos Ecclesia, atque efficaciori preparare medio, quàm celeberrimæ illius ciuitatis Ierusalem desolationis exemplo, quo nos terrens præparat. Et circa quod Primò desolationis descriptionem. Secundò Christi allata remedia perpendamus.

Diuisio bimemb.

B

De primo. Abominationem desolationis (D. Hieronymus exponit) vel imaginem Cæsaris, quam Pilatus in templo posuit; vel Adriani Imperatoris equestrem statuam, quæ in sancta sanctorum delata est, ibique locata. Sed primum refellit Iosephus, *b* qui in ciuitatē quidem Cæsaris imagines a Pilato inuectas docet: in templum verò nequaquam. Quin & de ipsa Ciuitate illas auferri iussit, Iudæorum cedens obstinationi; ait enim Pilatus denuncians trucidaturum se omnes, nisi imagines Cęsaris susciperent, annuit militibus, vt educerent gladios. Iudæi autem omnes subitò corruerunt, & ceruices nudatas excipiendis ictibus pararunt, vociferantes, vniuersos se interfici magis velle, quàm legem prophanari. Tunc Pilatus circa Religionem studium populi demiratus, confestim de Ierosolymis statuas iussit auferri. Similiter Phylo ait, *c* Pilatum clypeos auratos intra vrbem dedicasse in Herodis regia: Iudæos autem repugnasse, atque effecisse, vt iussu Tiberij Imperatoris auferrentur. Ex quibus constat, Pilatum nequaquam posuisse imaginem Cæsaris in templo: nullo enim modo id Iudæi tulissent. Secundùm etiam refellitur; nam Adriani statua equestris multo post euersionem templi fuit in eo locata. Non ergò signum fuit euersionis a Christo prædictum. Diuus autem Chrysostomus, quem sequuntur Euthymius, & Theophilactus, *d* abominationem desolationis, exponit Vespesiani, vel Titi statuā, quam expugnata, desolataq; vrbe, temploq; subuerso Titus erexit in tēplo iam desolato. Quæ opinio subsistere nequit vllatenus; tùm, quia templo iam solo ęquato signū esse poterat futuræ desolationis a Christo prædictum (vt superiùs diximus) tum, quia nulla de hac re fide digna extat historia. Origenes *e* verisimilius, & D. Chrysostomus iterum, *f* & ex modernis Caietanus, Salmeron, Emanuel Sa, & Barradius abominationem desolationis Imperatorem, & exercitum Romanum esse censent, quæ sententia ex eo probatur, quia quod apud Matthæum legitur, cum videritis abominationem desolationis, &c. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Apud Lucam sic habetur. Cùm videritis circumdari ab exercitu Ierusalem; tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, &c. Vbi Lucas Matthæum explicat expresè, ac docet abominationē desolationis, quę dicta est à Daniele propheta, fuisse Romanū exercitum, qui ideò dicitur abominatio, quòd idola coleret abhominabilia, & desolationis, quia Ierusalem desolauit. Quæ quidem sententia in eo vera est, quòd signum fuit desolationis Ierusalem, vt Lucas Euāgelista expressè testatur, sed aliquantulū remotiùs illo, quòd Matthæus describit; nempè, abominationis stantis in templo: nàm exercitus, de quo Lucas. Numquàm fuit in templo, sed extra vrbem. Est ergò aliorum sententia certissima hic abhominationem desolationis a Matthæo appellari templi prophanationem, quæ a Zelotis hominibus seditiosissimis facta est Iosepho teste. Quam sententiam sequūtur. Hesse-

Primum memb.

b Lib. 2. de bell. Iud. ca. 8.

Melius est occidi quā legē prophanare.

c De lega. ad Cain.

Opiniones uariæ de primo signo abhominationis.

d In Mat. 24.

e Tra. 29. in Matt.

f Hom. 77 in Matt.

C

Abhominatio desolationis a Mat. descripta q̄ fuerit.

g In Mat. c. 24. h Ibidem. q. 98. i Ann. 60. 8. K Lib. 5. debel. c. 2. l Lib 6. c. 16.

Hesselius, & Iansenius, g Et Abulensis, h & Cardinalis Baronius. i Siquidē Zelotæ in templo steterunt, illudque prophanarunt; & hoc signum fuisse desolationis Ierusalem propinquum, ostendit Clarissimè Iosephus K his verbis. Vetus quidem sermo ferebatur. Tunc demum ciuitatem captum iri, sancta quoque flammis exurenda esse lege belli, cùm seditio fuisset exorta, fanumque Dei propriæ manus ante violassent. Quorum Zelotæ se ministros præbuerunt. Et vlteriùs. Puto, inquit, quòd si Romani contra tàm noxios nostræ gentis homines venire tardassent, aut hiatu terræ deuorandā fuisse ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulminum ad similitudinem Sodomæ incendia passuram: multò enim magis impia progenies fuit, quàm ea, quæ illa supplicia pertulerat. Est ergò sensus iuxta hanc sententiam, quam ego sequor. Cùm videritis abominationem desolationis stantem in loco Sancto idest cum videritis templum occupatum, ac prophanatum a Zelotis, Rempublicam simul desolantibus, quod iudæis valdè abominandum videbitur. Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant, &c. Has igitur duas concordando sententias vltimas, vt infallibiles, quia ex Euangelistis depromptæ, dico, quod signum expressum fuerunt euersionis Ierusalem, abominatio in templo; illud Zelotibus occupantibus, & prophanantibus iuxta Matthæum; & obsidio ciuitatis Ierusalem per exercitum Romanum sub Cæstio Siriæ præside iuxta Lucam, quod (vt clarius pateat) altiùs repetamus. D

Si Romani tardassent ad destructionē ciuitatis, vt Sodoma perijsset.

Anno siquidē Christi sexagesimooctauo, Neronis xij: Iudæorum orta commotione in Florum, Rex Agrippa vt deploratis cōsuleret rebus, conuocans populum ad concionem, disertaque habita oratione, persuadere nisus est, nihil eos debere innouare, sed quiescere, Florumque recipere, donec à Cæsare, qui ei succederet, mitteretur. Populus autem in ceteris acquiescens Agrippæ, cùm de subijciendo se Floro audisset, vehementer incensus, nec a verborum in Regem contumelijs temperauit, sed eum protinùs e ciuitate pepulerunt, in quem & procaciores nonnulli etiam lapides coniecere. Nec id tantum; sed factiosorum hominum in vnum conflatus exercitus, & Romanorum aggressus præsidium, quod vocabatur Massada, eo potiti iudæi, Romanos omnes, qui ibi erant, interfecerunt teste Iosepho. m Et Vlteriùs vi militum consuetæ hostiæ pro Imperatore, & Romanis offerre sunt reiectæ, quamuis proclamantibus Pontificibus, & pharisæis, qui videntes arbitrio seditiosorum, omnia misceri, & iam defectionem multis esse argumentis declaratam, ad Florum, & Agrippam legatos miserunt, eorum implorantes auxilium ad compescendum seditiosorum furorem: contemnente hæc Floro, Agrippa ter mille misit equites, quibus aduentantibus in duas diuisa est ciuitas partes. In alteram, eamque superiorem ad arcē Sion conuenere nobiles, & optimates, equitum vallati præsidio. Inferiorem verò vrbis partem seditiosi coeuntes occuparunt simul cum templo, quod prophanarunt militum furētium, & bellantium præsertim seditiosorum, & flagitiosorum more. E

Iudæi interfecerūt præsidium Romanorū.

m Lib. 2. de bel. ca. 6 & 7.

Ierosolyma diuisa est in factiones.

n Lib. 7. c 4.

De qua re Iosephus. n Illi templum Dei castellum, ac profugium sibi fecerunt; & cadauerum non ciuitas tantum, sed etiam omne templum repletum est; supra sacras portas iacula, & balistas, & saxorum dispositere tormenta, vt omne quidem circa fanum spatium multitudine mortuorum sepulcro: templum verò ipsum castello simile videretur. Et alibi. o Missilia machinarum vi ad aram vsque, templumque peruenientia in sacerdotes cadebant, sacra celebrantes, ac multi, qui ad templum ab vltimis finibus terræ venissent,

Templū Dei factū est Castellum.

o Li. 6. c. 1.

venissent, ante ipsas hostias procubuerunt, aramque suo sanguine imbuerunt. Indigenis autem mortuis alienigenæ, ac sacerdotibus prophani miscebantur; perque atria diuina stagnum fecerat diuersorum cadauerum sanguis. Et hæc abominatio in templo. Intereà verò Cestius Syriæ præses vt ait Iosephus *p* Exercitu valido comparato post multa deuastata in palæ-
F sthina oppida mense Octobri Ierosolymam obsidet: cumq; illa potiri sæpiùs posset, abstinuit, sic disponente Deo, vt Christi vaticinium plenè adimpleretur per Euangelistas, Matthæum, & Lucam descriptum: nempè, vt simul concurrentibus duobus præfatis signis, & de exercitu Romano circũdante Ierusalem sub Cestio præside iuxta Lucam, & de abominatione seditiosorũ stante in templo iuxta Matthæum, Christiani, qui tunc Ierosolymis reperiebantur, Christi verba impleta videntes, egrediendi ex vrbe opportunitatem, & spacium haberent. Quod Iosephus aliqualiter vidit: ait enim. *q* Cum hæc Ierosolymis agerentur, quamplurimi Iudæorum malorum futurorum non falsi coniectores Ierosolymis elapsi in alias emigrarunt regiones. Illos autem fuisse Christianos testatur Epiphanius, *r* quòd sic eos Christus olim admonuisset: nẽpè, vt cũ hæc viderent fugerent ad montes, &c. Hoc igitur primo aduentu exercitus Romani uiso, suos, vt fugam captarẽt, videtur Dominus admonuisse. Quod posthac non ampliùs liberum esset Iudæis Ierosolymis agentibus, indè recedere: nàm sequenti anno sic ciuitas Zelotarum est arctata custodijs, vt nulli ampliùs egrediendi fuerit data facultas. Nam sicut olim ne innocens Loth periret cum Sodomitis Deus maxime cauit, sic ne innocentissimi Christiani scælestissimorum supplicio inuoluerentur, ea longe antea prædicendo, commonuit, signaque dedit clarissima exercitus circumdantis Ierusalem, & abominationis in templo, desolationis fere imminentis pronostica, vt illud verificaretur. *f* Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. Quod locum habuit; nam fugisse Christianos, qui erant Ierosolymis antequàm obstructus, & interceptus penitus esset illis egressus illud perspicuum est argumentum, quod Simeon Ierosolymorum Episcopus, qui Iacobo fratri successerat, nequaquam cum ceteris Iudæis, qui ibi sunt inuenti, necatus est: nàm constat, illum a tempore Traiani superstitem fuisse, sub eodemque Imperatore consumasse martyrium: & non tantum ille; sed cum esset bonus pastor, suos omnes, quibus præerat Episcopus, tamquam oues sibi creditas, foras eduxit extra Ierusalem, & ceteris omnibus abiectis, ecclesiæ sacra supellectilia secum asportauerunt ut ex historia colligitur Eusebij. *t* Affirmandum igitur Christianos post primam sub Cestio obsidionem fuga sibi consuluisse, quod eis minus facere licuisset in secunda: validiori obsidione. Sic igitur eodem planè tempore vtrumq; signum a Christo prædictum Christiani videntes, & ciuitatis obsidionem ab exercitu Romano, & abominationem in templum seditiosorum, quæ omnium sordidissima, ac funestissima fuit, fuga sibi consuluerunt. Quæ abominatio desolationis a Daniele, ceterisque prædicta, denique a Domino suis discipulis repetita est, vt ex Mat-
G thæo constat; quæ contigit anno sexagesimo octauo a Christi natiuitate, vt diximus, & duodecimo Neronis: & perseuerauit iuxta propheciam Danielis vsque in finem; nam sequenti anno tertiodecimo Neronis, &

Stagnum sanguinis & cadauerum in atriis templi.

p De bello li. 2. ca. 22

Quare Cesti9 abstinuit ab euersione ciuitatis.

q Lib. 2. c. 25.

r Heres. 29. 30.

Christiani visis signis desolationis Ierosolymis elapsi sunt.

f Ps. 59.

Eps Ierosolymitanus omnes Christianos eduxit.

t Lib. 7. c. 14.

Desolatio ciuitatis a multis prędicta.

Christi sexagesimo nono mutuò inter se Iudæis ciuili bello digladiantibus ingenti clade affecta est Ierosolyma; nàm excitante Anano Pontifice Iudęorum animos in Zelotes ad vindicandas iniurias, & prophanationes templi, & Zelotis ex equo in ciues incensis, perseuerabat inter eos prælium, & crebris insultibus magnæ vtriusque partis cedes fiebant Iosepho teste. *u* Ciuibus tandem præualentibus, amissa Zelotæ parte exteriore templi, in interiorem, vt munitiorem locum, se receperunt. Interim factum est, vt Idumęi quasi vindices patriæ libertatis, Ierosolymam vocarentur, & clanculum in ciuitatem admissi dolo Ioannis cuiusdam e Giscali, ingentem ciuium fecere stragem, & in Pontifices odio exardescentes, eos quæsitos occiderunt, eorumque insepulta abiecere corpora. Fuitque inter alios Ananus Pontifex maximus in ciuitatis medio iugulatus. Miserandum planè spectaculum, (vt ait idem Iosephus) erat videre Pontifices paulo ante sacris indumentis amictos, ac toto orbe celeberrimæ religionis auctores, iacere nudos in prædam canibus, & feris expositos. Sed ex his æqua lance diuina prouidentia pensari vindictam considera; nam, sicut a sacerdotibus, & Pontificibus cogentibus conciliũ de inferenda Christo morte sumptum est exordium: ità in primis ab eorumdem nece ad Ierosolymitanum excidium ianua est patefacta. Nàm post occisionem Pontificum Zelotæ simul Idumæis coniuncti (vt idem Iosephus refert) *x* in plebem grassati sunt, ac reliquum vulgus, ex eisque peremere quàm plurimos, quorum nullus est numerus, & rursus in nobiliores gladium conuertentes, eosdem captos, & diris cruciatibus exagitatos diuerso modo necarunt. Fuitque numerus vltra innumerabile promiscuum vulgus nobilium tantùm duodecim millium occisorum. Zaccharias etiam vir sublimis, & in rebus agendis potens, in medio templo est occisus. Anno verò sequenti Christi septuagesimo, & Galbæ primo cum Iudæis Ierosolymis manere tutum non esset in ea flagrante intestina discordia, nec foras egredi, custodijs vbique positis prohibentibus, ac pariter seuientibus miserrimus omnium reddebatur status. Anno deinde Christi septuagesimo primo Galba, & Othone interfectis, atque Vitellio; Anno primo Vespasiani, qui cum Tito filio Alexandriæ agebat, vt Romam nauigaret, quum hac occasione a Romanorũ armis Iudæi aliquantisper quieuissent; nihilominus bellis ciuilibus mutuò digladiantes, longè deteriora, quàm ab hesternis hostibus a suismet inuicem patiuntur: nàm (vt Iosephus refert) seditio, quæ Ierosolymis exorta inter duas partes adhuc vigebat, populum nempè ciuitatis, atque Zelotes, hoc eodem anno trifariam est aucta, primæque factionis, quæ ex latronibus collecta erat, Simon Gioræ filius princeps erat. Secundæ verò Zelotarũ dux erat Ioannes. Tertiæ autem præses erat Eleazarus Simonis filius, qui interiorem templi partem occupauerat: exteriorē verò Ioannes tenebat. Simon verò superiorem ciuitatis partem occupauerat. Ex quo non tamen admirari possumus tantam amplitudinem, & magnitudinem templi, in quo duo exercitus sibiipsis contrarij habitarent, quàm eiusdem templi, ac Sanctæ Ciuitatis infandam abominationem vsque in finem perseuerantem; nam in hunc modũ Iudæis trifariam diuisis, ac inter se digladiantibus, templi atrium sanguine inundauit: & vniuersum templum non hircorum, vt priùs, vel taurorum, sed hominum sanguine propriorum crudeli cæde fędabatur. Anno verò Christi

u Lib. 4. c. 38.

Magna ciuium occisio ab Idumęis.

Lamētabile spectaculum in ciuitate.

x Li. 5. c. 1

Occisio pontificũ ianua ad excidiũ.

aa Lib. 6. c. 1.

Factio ciuitatis augetur.

Factionũ Princi-pes.

Tēplũ humano sanguine fœdatum.

Christi septuagesimo secundo, & primo similiter Vespasiani incalescente: Ierosolymis (vt dictum est) ciuile bello, a Ioanne *bb* ipsa die azimorum immissis clanculum suis militibus armatis in templum, quotquot ibi reperti sunt Zelotæ, omnes ad vnum interfecti sunt, & sic ex tribus duæ tantummodo remanserunt factiones: Ioannis altera, & altera Simonis, cæsis in templo Dei Zelotis illis, qui veluti templi honorem falsò Zelantes, abominationem in templo ab exordio statuerunt, in eademq; abominatione obruti sunt, merita suarum abominationum dantes pœnas. Persistente itaque templi abominatione iuxta prophetiam Danielis vsq; ad vltimum vrbis excidium, ac desolationem vltimam, Tito iam loco patris Vespasiani obsidere Ierosolymam, eodem tempore, quo in templo hæc agebantur, admoueri ad murum iubet machinas, & Iosepho teste *cc* v. nonas Maij primum expugnat murũ, & quinto post die, secundo potitus est, tertiumq; aggressus. Cùque saltem quingenti per singulos dies, vel plures Iudæorum iussu Titi crucibus ante omnium oculos affigerentur, adeò multiplicatus est crucibus affixorum numerus, vt iam spatiũ crucibus deesset, & corporibus cruces; sæuiente in eos iusta Dei uindicta, qui exclamauerant in Christũ Crucifige, crucifige: Sanguis eius super nos, & super filios nostros; cùm.n. fames magis, magisque in dies inualesceret, eo necessitatis compulsi sunt, vt foras potius egredi eligerent crucis supplicium certo subituri, quàm intus fame perire. Quæ sciens Titus quo magis illos fame perurgeret, omnem exitum ne quis vel ad herbas pascendas egredi posset, occlusit, quinq; aggeribus cõtra vrbem constructis: quibus a Iudæis dissipatis, Titus murũ construere circũ ciuitatem statuit, quo penitus omnis interceptus esset exitus; quod tanta celeritate consummatum est opus, vt omnem superet humanũ captũ, diuinitusq; potius, quàm humanitus absolutum, dicente Iosepho minus quidem vno mutrus, quadraginta stadiorum erat: ad hoc autem foris castella tredecim ædificata sunt, eorum gyrus denis numerabatur stadijs; totũ autẽ opus triduum constructum est, vt tamen dignum mensibus videretur, celeritas verò fide careret. At minimè caret apud illos, qui diuinam hic agnoscũt vindictam, & illud Christi verificatum. *dd* Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, nempè muro, & coangustabũt te vndique, & ad terrã prosternẽt te; & filios tuos, qui in te sunt: inexplicabilis.n. calamitas eos vndiq; insectabatur; nam extra vrbẽ potentissimi exercitus obsidio penitus insuperabilis, vt iam dictũ est. Intus verò ciuile, irremediabile bellũ, famesq; perualida, quibus innumera: hominum multitudo morte absumpta est; quorum corpora extra mœnia proijciebantur tanto in numero, quòd circuiens Titus murum, quem extruxerat, vbi plena cadaueribus omnia vidit, ingemuit, & manibus extensis Deum testabatur factũ illud suum non esse. His accessit noua calamitas; nam ex illis, qui ad Romanos confugerunt, vna tantum nocte duo millia hominum fuerunt reperta, qui miserie sunt occisi a militibus, eorum viscera perscrutantibus, vt aurum, quod parabant deglutitum, reperirent: increbuerat enim rumor illos habere in visceribus aurum voratum, & reconditum, nè ab hostibus auferretur. Quis autem fuerit numerus eorum, qui fame consumpti periere in ciuitate, a decima quarta mensis Aprilis, qua Titi cœpit obsidio, vsque ad Calendas Iulij ex eo Conijci potest, quòd custos vnius portæ Mannæus Lazari filius trans-

K (margin, beside "nationem in templo")

L (margin, beside "qui miserie sunt occisi")

Margin notes: *bb* Iose. de bel. iud. lib. 6. c. 4. — *cc* Lib. 6. c. 7. & inde. — Iudæorũ per quã multi cruciãtur. — Fames prualida inualescebat. — Vallatur muro ciuitas, vt ad Erbã pascendã exire nõ possent. — *dd* Lu. 19 — Multitudo mortuorũ Titũ mouet. — Viscera iudæorũ perscrutatur. — Numerus mortuorũ in obsidione.

trāsgressus ad Titum, testatus est per eam solam portam sibi creditam, elata fuisse cadauerum centum quindecim millia, & octoginta, vltra illa, quę propinqui sepelissent. Post hæc nobiliores profugi mortuorum egenorum sexcenta millia portis eiecta nunciabant. Aliorum verò numerum nequaquam potuisse comprehendi; nam cum pauperibus efferendis non sufficerent, congesta dicebant in maximis ædibus cadauera, ibique conclusa; porrò cum populum tanta inuasisset fames, vt nec essent herbæ, quibus vesci possent, de stabulis fimum quærebant in cibum, collectoque stercore vescebantur: sed ea magis in dies inualescente, eos nec ab humanis carnibus temperasse idem Iosephus testatur. Iam enim calceamentis, cingulisque ac insuper corijs, quibus tegebantur scuta, in cibum consumptis, veterisque fæni laceramentis magno pretio venditis, quæ his careret eo immanitatis redacta est, fame improba cōpellente, nobilis, ac prædiues mulier Maria noīe filia Eleazari, vt lactentē filiū occiderit, quē comestura mox coxit, à seditiosis. n. iā vitæ substantijs exuta, vt quo sibi consuleret, fame rabida impellēte, nil aliud sibi occurreret, quàm proprius filius illū occidit, & coxit cuius nidoris odore illecti milites, qui sibi victū quacūq; possent raptu quærebant; cū eius persuasissent domū, partē assati filij, quæ superetat intuiti, detestari facinus abiere: moxq; repleta est eius scaleris fama ciuitas tota, & vnusquisq; ante oculos cladem illam sibi proponens, tamquā hoc ipse admisisset, horrescebat. Quibus nō obstantibus perseuerabat adhuc abominatio obstinatissima in templo: ità, vt licèt sæpius inuitati, & cohortati Iudæi, qui intus erāt, vt si non sui; templi saltem rationem haberent, nè irruentes, illud milites inflammarent. Omnibus tamen spretis obstinati perseuerauere. Titus itaque contestatus Deum, & Homines, ad vrbis, & Templi excidium se inuitum compelli; validius turrim nomine Antoniam, quæ iuxta templum erat, oppugnat, ac tandem expugnat, milites vincebant turri ab Aquilone partem porticus templi incendio concremant: occidentalem vero porticum ipsi Iudæi, qui intus obsessi erant, quo Romanos, qui occupauerant illum, perderent, incendunt. Commiseratus interim Titus, nobilissimi omnium templi incendium, quod interiora porticus depascebat, restingui iussit. Inde non obstantibus procerum uotis de templo concremando, sui prærogatiua suffragij, parcendum illi esse decreuit, iussique sunt milites quiescere, & a templi incendio temperare. Sed licèt hęc Titus decreuisset; numinis tamen compellente vindicta, militum quidam non expectato cuiusquam edicto, neque tantum facinus veritus, ex ardente materia raptum ignem in fenestram inserit auream, quare flamma excitata Iudæorum exoritur clamor: Titus accurrit, clamat, vrget, instat, incendiumque restingui iubet; nec audiri valuit, magis, magisque flamma inualescente; ità, vt nulla valuerit amplius humana ope restingui. Facta est igitur huiusmodi templi conflagratio decima die mensis Augusti, qua etiam die alias a rege Babylonis fuerat concrematum a prima structione templi, quam Salomon rex inchoauerat annis mille centum triginta, mensibus septem, & diebus quindecim. A posteriori verò per Cyrum facta sexcentis triginta nouem annis, & quadraginta quinque diebus iuxta Iosephi supputationem, qui demum colligens interemptorum, & captiuorum numerum ait. Captiuorū quidem omnium, qui toto bello cōprehensi sunt, nonaginta, & septem millium

Fames quò reduxerit obsessos. ee Li. 7. c. 6. & inde.

Mater Filium comedit.

Tit⁹ Deū contestatur se cōpelli ad tēpli excidium.

Iudæi igne Porticū succendunt

Tēplū inuito & reclamāte Tito totum comburitur.

Tēpli cōbustio qñ fuerit.

Numerus captiuorum.

millium comprehensus est numerus, mortuorũ verò per omne tps obsidionis vndecies centũ millia. Et hæc abominatio desolationis, quam citat Christus hodierno Euangelio ex Daniele cuius cum hęc sint verba. *ff* Erit in tēplo abominatio desolationis, & vsque ad consummationē, & finem perseuerabit desolatio, quam sint impleta ex præfatis in sensu literali nullus vtiq; sanæ mentis negare pōt. In sensu verò mystico D. Hiero. & Glos. interlinearis, *gg* & D. Hilarius, *hh* & D. Ambrosius, *ii* & Irenæus, *KK* & alij quã plurimi abominationē desolationis exponunt Antichristũ, de quo ēt apertissimè docet D. Paulus, ꝙ erit extrema templi abominatio, mundiq; desolatio his verbis. *ll* Ita, vt in tēplo Dei sedeat, ostendens se tanquam si Deus &c. quã Antichristi abominationem desolationis hoc vno verbo describam vestris relinquens mentibus eius ponderationē, & perscrutationem, quòd illa Ierosolymitana desolationis descripta abominatio, qua nullã vidit vnquam calamitosiorē, & miserabiliorē mundus, figura fuit quędã, & vmbra, & veluti somnium, in cōparatione futurę Antichristi abominationis desolationis. Cetera itaque vos ponderate, ac perpendite, quid nos interim hæc inter extrema tàm suaue tenentes medium? Quota fruimur pace? Nam etsi mundus multa patiatur, per Antichristi membra in diuersis partibus quasi futuræ abominationis desolationis præludia nos quanta inquam: fruimur pace? quanta fruimur securitate? abundantia? iustitia, & (quod caput est) quasi verissimæ, ac sanctissimæ religionis cultu? o quantum debemus Deo, & Domino nostro Iesu Christo, & principibus nos regentibus, & gubernantibus? hęc vel saltem vnica recognoscite propter Christi amorem in pauperes eleemosyna dum respiro.

Numerus mortuorum. *ff Dan. 9* *gg in Mat. ca. 24.* *hh can. 25 in Mat.* *ii in Luc. ca. 20.* *KK lib. 5. ca. 25.* *ll 2. Thess. c. 2.* Desolatio Ciuitatis licet magna, fuit tantũ vmbra abominationis futuræ tempore Antichristi.

SECVNDA PARS.

Descripta iam abominationis desolatione, remedia secundo loco adhibet Christus. Tunc (ait) qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Tunc. i. post Cestij pręsidis obsidionē, postquã liberum fuit, fuga cōsulere vitæ, antequã Titi magna veniat obsidio, in qua nullus erit effugij locus, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Quod nonnullos effecisse Iudæorũ testatur Iosephus his verbis. *mm* Post Cestij obsidionem liberum fuit fuga consulere vitæ. Quare nobilium iudeorũ multi tanquã e naui pessum itura ex ciuitate enatabant fugisse autē Christianos tunc tēporis, de quibus dubio procul Iosephus loquitur, testantur D. Epiphanius, *nn* & Eusebius, *oo* & Nicephorus, *pp* & venerabilis Beda, *qq* qui omnes asserunt, quod christiani post Cestij obsidionem a Christo prædictam, abominatione iam in templo existente, moniti sunt ab Angelo, vt migrarent ab vrbe antequam bellum exardesceret, atque adeo sancti viri non solum vrbem illam regiam; sed etiam vniuersam Iudæam omnino deseruerunt: & in vrbem quamdam trans Iordanem, quæ Pella, nominatur, se transtulerunt; & quæ sub tutela erat Agrippæ, qui Romanorum Imperio subditus agebat. Non solum autem Christus fugam præmonuit; sed modum addidit fugæ, cum ait. Et qui in tecto est non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro est, nō reuertatur tollere tunicam suam. In quibus verbis, & alijs, quæ sequuntur, magnum vrbis, & regionis vniuersæ excidium imminere, ostendere voluit. Et per hyperbolē docere, quod velocissima, & absque vlla mora fuga esse debebat: aliàs nequaquam

2 memb. *mm lib. 2. de bel. ca. 25.* *nn Hæ. 29. 30.* *oo lib. 3. hist. c. 5.* *pp lib. 3. c. 3.* *qq i Mar. c. 13.* Christiani Angelico monitu Iudeã deserũt, &

quam futura fuisset. Ideò ait. Qui in tecto sunt non descendant, vt cibũ, vel pecuniam, vel aliud quidpiam e domo exportent, nã tecta Iudææ plana erãt; in hisq; Iudæi versari consueuerant: & licet qui in tecto erat fugere nequibat, nisi ad ostiũ vsque ædiũ descenderet, non præmonet Dñs, vt non descenderet; sed nè in descendendo tunicã vel aliã aliquam rem quæreret, quę illum remoretur, atque implicet, ex eo docere volens, malum iugens, & ineuitabile imminere, & summã calamitatẽ, vti docent D. Chryso. *rr* & Abulensis, *ss* & Iansenius. *tt* Qua re celerrima fuga hæc oĩa imminentia mala effugere oportebat. Quo in sensu ẽt subdit. Et qui in agro est, non reuertatur vestem de domo accipere sed statim fuga sibi consulat. Et similiter alia verba. Vę autem prægnantibus, & nutrientibus illis diebus; nam fugę impedimento sunt filij vel in vtero existentes, vel in sinu gestari, lactandi, & similiter cõsequitur. Orate, nè fiat fuga vestra hyeme vel sabbato, tpš fugę tãm necessariç, ac celerrimè exequendę ineptũ ostendit hyemale; & diẽ sabbati, quo iter longũ Iudęis facere, fas non erat, ineptũ; & nõ talẽ, qualem expostulabat fuga. Et hęc literaliter expleta, vt vidimus. Pro fine verò concionis mortaliter ea percurrendo, quæ nã abominatio maior, & in quo sanctiori loco stans quã peccatũ lethale, stans in aĩa christiana sacro sanctificata Baptismate? nil peccato abominabilius, nil detestabilius; anima sic sanctificata nil in hac vitã sanctius. Tolle peccatũ, nulla erit in mundo abominatio, quod peccati contritio maximè indicat: nã per contritionẽ peccatum super oĩa mundi mala detestamur propter Deũ: & quare? Non nisi, quia malũ culpę detestabilius, & abominabilius est, quàm omne malũ pęnæ, vt docent scholastici oẽs, & sacri Theologi, mala pęnæ facit Deus, mala culpæ facere nequit. Homo Dei cultor mala pęnæ omnia cũ gaudio tolerat: mala culpæ sufferre nequit, & illa super oĩa abominatur, dicente propheta. *uu* Iniquitatẽ odio habuit, & abominatus sum: legem autẽ tuam dilexi. Hinc illud aureum D. Anselmi. *xx* Si hinc peccati pudorẽ, & illinc cernerẽ inferni horrorẽ, & vni eorum necessario haberẽ immergi, potius me in gehennã immergere, in quã peccatũ in me immitterẽ. Mallem. n. a peccato purus infernũ intrare, quã peccati sorde pollutus cęlorũ regna tenere. Et iure merito: nã peccatũ in Paradiso ẽt abominabile nimis, & ipsamet vbiq; abominatio, & abominatio, desolationis, mirã. n. quocunq; ingreditur, desolationẽ efficit, mirã affert vastitatẽ. Et sicuti nulla peccato maior abominatio. Sic nulla maior desolatio. Considera orbis desolationes totas, oẽs ex peccato reperies ortas: vndè cęli desolatio cũ ex illo tot Angelorũ corruere millia? ex peccato. Vnde ortũ diluuiũ, quod totũ terrarũ desolauit orbẽ? ex peccato. Vndè ignis, quo Sodoma, & Gomorra sũt assumptæ? ex peccato. Vnde bella? Vnde morbi? vnde pestilentiæ? vndè reliquæ hominũ strages? oẽs ex peccato. Et quid plura? vndè mors ipsa, quę oĩa vastat, atq; desolat? Non aliũde, quã ex peccato. Et hæ quidẽ prædictæ desolationes carneis vsurparetur oculis. Sunt aliæ longè, incomparabiliterque maiores. quas mente sola percipimus. Quid enim præstantius gratia? quid caritate locupletius? quid optabilius excogitari potest? Hac peccatum priuat hominem fœdissimaq; contaminat macula. Quæ locupletior hæreditas, quam æterna gloria? Hac hominem spoliat peccatum. Quid horribilius æterni orci flammis? In has peccatum præcipites agit. Hanc igitur fratres caueamus abominationem desolationis. *aaa* Et quemadmodum coram archa Dei Idolum Dagon subsistere nequiuit, erectus, sed pronus corruit, & euersus

rr In Mat. 24. *ss ca 113.* *tt in Mat. ca. 24.*

Ablato peccato nulla erit in mũdo abominatio.

uu ps. 118 *xx lib. de simil. cap 190.*

Peccatũ vbicũq; fuerit sẽ per estabominatio.

Omnes mũdi desolationes ortũ habent a peccato.

Mors ex peccato orta.

Mali effectus peccati.

aaa 1. Re. 5.

Q

R

euersus est: itȧ cadat coram Dei gratiā, peccati abominatio. Vel (quod pulcherrimum erit Stratagema) deturbet abominatio abominationem; nam abominationem peccati nil deturbare, nil euertere poterit, nisi contritionis abominatio. Est enim peccatum abominatio obiectiuè tantum; quia detestabile prorsus, & abominabile super omnia. Contritio uerò est abominatio ipsa, & actus, quo peccatum abominamur, & detestamur, abominandoque, ac detestādo peccatum abominatione abominationem euertimus. Et quemadmodū Bombardę impetu arces ruunt, & mœnia vrbium: itȧ Ruunt abominationes peccatorum, contritionis actu, & impetu abominandi peccatum. Abominatio itaq; peccati minus peccatori nocet, si statim cadat, si non stet; si autē fiat abominatio stans, sequetur infallibiliter omniū bonorū desolatio sempiterna, & erit abominatio desolationis. Cadat igitur peccati abominatio p abominationē cōtritionis, & sacramentalis confessionis, quib. peccatū detestamur, & abominamur, vt, cadente peccato, surgat gratia, cuigilet charitas, oriantur virtutes, opera multiplicētur bona, & deniq; adsit pleue rātia. Nō passus ē Moyses abominationē Idoli stare diutius in loco sancto; sed arripiēs (inquiunt diuinæ literæ *bbb*) vitulū combussit, & contriuit vsq; ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. Sic nemo nostrū patiatur abominationem peccati stare diutius in anima per baptismū sanctificata; sed conteratur, in pulueremq; reducatur per contritionē: poterit deindè per diuturniorē considerationē, & confessionē cū lachrymarū aquis, in ciuitate quoq. Niniuè multæ stabant abominationes, quib. stantib. nō poterat stare ciuitas. Adhuc (inquit) Quadraginta dies, & Niniuè subuertetur. Euersis verò per pœnitētiam peccatorū abominationib. ciuitas Niniuè stetit & impletum est (inquit D. Pater Augustinus *ccc*) Ionæ vaticiniū: nā euersa est Niniue, quia euersæ sunt eius abominationes. Euersa est (inquit) Niniuè, quæ mala erat, & bona ędificata est, quæ non erat; stantib. mœnib. atq; domibus, euersa est ciuitas in abominationibus euersis per abominationes idest detestationes peccatorum & vitiorum per sanctarum ędificata uirtutū viuitate, ciuis penitētibus, & ieiunantibus: Ita in vnoquoq; peccatore vel euerti oportet animam, vel peccatū: stare simul ambò nequeunt. Aut. n. sicut sodomitę homines euerti oportet, pro peccatis, aut sicut Niniuitæ peccata euerti oportet, ut saluentur homines. Quanta verò cęleritate peccatū euertendū, ibi declarat Christus, qui in tecto est, nō descēdat; & qui ī agro est nō reuertatur, &c. sic spūs sanctus Eccles. V. Nō tardes cōuerti ad dominū: & nè differas de die in diē; subito. n. veniet ira illius, & in tpe vindictæ disperdet te. Scias quicunque sis, q tps, & diē post diē tibi donat Deus, nō ut pęnitere differas, sed ut imminētē possis fugere irā. Vtere quolibet die, qualibet hora, quolibet momento velociter, arripe sinè mora; festina, qa forte crastina dies tibi nō suppetet, qa uita, & cū vita tps extemplo, & subito tibi desinet. Quare (vt moralissimus ait Seneca *ddd*) Cū celeritate tpis vtendi velocitate certādū, & velut ex torrēte rapido; nec semper casuro citò hauriendū. O aureū dictū. Simile nāq; tps torrēti, pluuiæ aquis inūdanti, & paulo post euanescēti. O vtinā illud nō eueniat alicui nostrū, q euenisse scribit Greg. Magnus, *eee* cuidā, qui tpis torrētē diutius inundātē, multosq. habuit dies, mēses multos, multos annos; sed hac inūdatione tpis ad flagitia perpetrāda visus e. Ad extremū vitæ veniens exiccato tpis torrente, apertis oculis, teterrimos vidit Viros. & spūs nigerrimos corā se assistere, vehementerq; vrgere, ut ad inferni claustra eū raperent. cępit ille tremere, pallescere, sudare, magnisq; vocib. exclamare. Indu cias

Abominatio abominationis est cōtritio.

bbb Exod. 32.

Moyses uitulum cōtriuit.

Stante peccato nō poterat stare Niniue ciuitas.

ccc 22. de ciu. c. 24.

Quomodo Niniue euersa fuit & Ione uaticinium adimpletum fuit.

ddd Lib. de bre. ui. cap. 9.

eee lib. 4. dia. c. 38.

Exemplum.

Correctio contra procrastinantes.

cias uel usq; mane. Inducias uel usq; mane: sed in ipsis uocib. clamãs, de carnis habitaculo euulsus est, atq; ad tartara deductus O īfelices, o millies infelices qui tot dies, mēses, & annos terrenis tēporis hñt, & differunt de die in diē, quousq; hora ā adueniēte extrema, exclamare cogātur. Inducias uel usq; mane. Inducias uel usq; mane: nec tñ torrētis guttā, tēporis punctū cōsequi possunt. Cū celeritate itaq; tpis utēdi uelocitate certādū est, uelut ex torrēte rapido, nec semp casuro citò hauriēdū, citò, citò, haurite, quia citis euertet Christus p suā gratiā peccati abominationes. Caritas exurget: stabit aīa, orietur, uirtutes, regnabit Homo, cōregnabit Xpo in sęcula seculorū. Amen

DOMINICA I. ADVENT. Concio XCI.

De magno Iudicij die agitur, ac de signis terrenis, ac cœlestibus. (doctrina quidem ualde notabili) uariæ sententiæ recensentur peccatoresque dum Sol Luna & stellæ misticæ sibi lucent, ad conuersionem exhortantur. A

MVndi totius conditur, cuius posse suū est uelle, cuius velle suum est sapere, cuiusq; sapiētia errare nequit, res, quas mira potētia cōdere voluit, mira quoq. administrat, & regit sapiētia. Cumq. oīa ęterne pręuiderit, sapienterq; præordinauerit, ea priusquā euenirent, pro nostra instructione, ac salute distinctè prædici per suos uoluit administros prophetas, anteq̄ in hūc a se conditū veniret mundū: In quē nouissimè veniens, implendo q̄ prędixerat per prophetas cętera post ipsū futura, ipsemet prædixit, sicut in currenti Euang. Erunt (inquit) signa in Sole, Luna, & Stellis &c. Cumq; (vt pra monet D. Greg. *a*) multa impleta clarè videamus, a Christo prædicta ut de abominatione, ac desolatione nobilissimæ illius Vrbis Ierusalem, nobilissimiq; Ierosolymitani templi; de qua p̄terita diximus dominica; & sic de alijs pauca, quę restant certo certius implēda, credere debemus vt illa. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis &c. Sic D. Aug. ait *b* de Deo. Vera se narrasse præterita ex his, quæ futura prenunciauit, cum tanta ueritate implentur, ostendit. Eadem itaque infallibili veritate implebuntur & illa currentis Euangelij. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis &c. Quæ in duo, principaliter secantur; nēpe in signa celestia, & terrestria, iuxta illud Ioelis, *c* Dabo prodigia in cęlo, & in terra.

a Homi. 3 Aduentu.
b 11. de ciui. Dei. cap 10.
Diuisio bimemb.
c Cap. 2.
Primum memb.
d Ser. 130 de temp.
e In Matt. ca 24.
f Cap. 21.

Signa porro celestia enumerantur in Euangelio tria, In Sole, Luna, & Stellis. De his in uniuersum dicit D. Pater Aug. *d* D. Hieronymus, D. Chrisostomus, Euthymius, Theophilactus, *e* Beda *f* & alij. Nō verè in cęlo euentura, nec verè obscurandū Solem, nec Lunā, nec Stellas; sed per comparationem ad incomprehensibile lumen Christi gloriosi ad iudicium venientis, dicūtur Sol, & Luna obscurari, & Stellæ de cælo cadere. Vel vt inquit D. Greg. *g*) Quia in summis dolorum, ac mestitiæ tenebris uersabuntur homines su. ęstimmis per metaphoram dicitur Solem illis, & lunam, & Stellas nihil præbere luminis. Quo in sensu etiam D. Hieronymus exponit illud Isaiæ. Stellæ cęli, & splendor earum non expandent lumen suum: & obtenebratus est Sol in ortu suo; & Luna non splendebat in lumine suo. Quo etiam in sensu est illud Amos. *h* Et erit in die illa; occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis: & conuertam captiuitates vestras in luctum: & cantica uestra in planctum. Quibus locis, & alijs consimilibus Sol, & Luna, & Stellæ obscurari dicuntur ob magnas mestitiæ, dolorisque tenebras, homines præoccupantes. Qua metaphora ēt vtitur fusius D. Chrysostomus B

Signa in magno Iudicij die uentura.
g In 1. b. cap. 18.
h Amos. c. 8.
Sol Luna, & Stellæ, obscurari quomodo intelligantur.

fostomus eodē sensu. *i* D.verò Aug. *k* et D.Amb. solē,lunā obscurādā exponūt Ecclesiā,quæ magnā tēpore antichristi passura ē iacturā. Origenes aūt solē obscurandū exponit diabolū:lunā verò infideliū cōgregationem.Quæ oēs interpretationes(vt patet)sensum sequūtur mysticū.At in sensu literali apertissimè Christus docet solem istū visibilē verè obscurandū, & ex consequenti lunā,& stellas ēt,quæ a sole suū recipiūt lumē. Qđ signū erit iudicij vniuersalis imminētis euidētissimū. Sic apertissimè Ioel. *m* Dabo prodigia in cęlo,& in terra sanguinē ignē,& vaporē fumi:sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanginē,antequā veniat dies Domini magnus &c. Quòd ita fieri debere docet Origenes,vt ex mūdi extremo incendio excitatæ nubes fumi, caliginē hanc in solē sint effecturæ.Quæ sn̄ia eo cōsistere nequit, qđ prius dandum est hoc signū iudicium præcedens,quàm homines,vel mundus incendatur.

B Melius itaq; Carthusianus *n* tres modos ponit, quibus tunc obscurari poterunt sol, luna, & stellæ idest vel quia immediatè à Deo lumine priuabūtur. Vel quia corpora interponētur opaca,& densa,inter illa,& terrā Vel quemadmodū tēpore passionis miraculosè luna(vt D. Dionysius Areopagita docet)soli se supposuit:& in vniuersā terrā tenebras efficit perq̄ densas.Sic tēpore futuri iudicij euenire poterit. Abulensis,& Lyranus magis approbāt secundū modū.Caietanus *o* verò primū,quē probat ex textu ipso Euāgelij,cuius hęc sunt verba clarissima.Sol obscurabitur,& luna nō dabit lumen suū. Sic apertissimè citata verba Ioelis sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinē. Vbi de hoc signo præcedēte iudiciū secūdū sacros oēs interpretes,nemine penitus discrepāte,loquutur. Cui sn̄iæ ob apertissimā verborū expressionē libētius & ego subscribo. Et vlterius pōdero verba Ioelis, q̀ sol,& luna nō obscurabūtur modo cōsueto;sed inusitato, & lōgè horribiliori ad malorū,& iniquorū terrorē.Ideò nō simpliciter obscurāda vaticinatur Ioel;sed solē(inquit)vertēdū in tenebras:& lunā in sanguinē.O terribile,o tremendū iudiciū,duraturū(vt Abulēsi placuit *p*)per tres horas,vel circa, vt passionis tēpore cōtigit,vel potius(vt Barradio placet)per plures duraturū dies:nēpè vsq; ad orbis vniuersale incendiū. *q* Si.n.per tres dies in ægypto, qn̄ vnica prouincia tm̄ subuertēda erat, densissimæ perdurarūt tenebræ:quātò plures dies duraturæ tenebræ qn̄ nō vnica prouincia;sed vniuersus prorsus cōcremādus ē orbis? Nā propter tria principaliter cōditor æternus(vt elicitur ex diuina scriptura)condidit solē,lunā, & stellas. Primò, vt [illegible]ibus prodessent,eos illuminādo ad quæcumq; ab ipsis patrāda opera terræq; [illegible] eosdē fertilitatē afferrēt,vt luceat(inquit sacer textus)in firmamento cęli,& illuminēt terrā.Secūdò:vt solatiū essent eisdē hoībus,diei, & noctis vicissitudine leuādo tędiū,sublcuādo animos.Luminare(inquit)maius, vt præesset diei,& luminare minus,vt præesset nocti.Tertio deniq; vt essent futurorū oīum signa,vt sint(cōcludit)in signa, & tempora &c. Hoc.n.certum est Christi principalia mysteria præsignata his luminaribus fuisse:incarnatio quippe verbi Dei præfigurata est in Ezechia *r* per solem, quando per

C decem retrocessit [illegible];nam Dei filius quasi per nouē retrocedendo lineas. per nouem Angelorum choros ad decimū descendit hominū. Similiter eius mansio,conuersatio,& vita nobiscū in terris [illegible] *r* pfigurata est,quando ait. Sol cōtra Gabaōn ne mouearis. Et stetit sol;& [illegible] effecta dies,quā vnquam fuerit:quod sanè diē illā designabat,in qua stetit [illegible] Christus, & de qua dicebat. *u* Me oportet operari opera eius,qui misit me donec dies

i Hom. 2. ad Po. Ant.
k epist. 80.
l In luc. c. 21.
m cap. 2.
Magna in die iudicij erunt prodigia.
n Matt. 24.
o in Marc. 13.
De Iudicii prodigiis, multi multa dicunt.
p quaest. 161.
q Exod. 10.
Diuersæ opiniones circa iudicij durationem.
r Gen. 1.
Propter tria Deus condidit solem lunam, & stellas.
s Isa. 38.
t Iosu. 10.
u Ioa. 6.

Eandem signa quę in Christi morte fuerunt erunt & in iudicij die.

x cap. 24. aa ca. 34. bb Hom. ad Neophit.

est:& qua nũquã visa est,nec vidẽdã maior. Postremò Christi mors,& passio ità fuit in sole, & luna expressa,quòd nõ modo in Iudæa; sed per totũ terrarũ orbẽ(vt superius diximus)tenebræ factæ sunt. Et ità signa erũt expressa imminentis futuri vniuersalis iudicij. Et hæc de sole,& luna obscurandis. De stellis verò peculiariter dicitur ab Euãgelista Matthæo x Et stellæ cadẽt de cęlo. Vbi D.Chrysost. Euthymius, & Alij asserũt, stellas omninò abolẽdas, quia nullũ vlterius vsui in nocte. Quod etiã probãt per illud Isaiæ .aa Tabescent omnes virtutes cœlorum:& cõplicabitur cœlũ sicut liber;& stellæ omnes cadent, sicut folia ex vite,& sicut cadũt folia de ficu. Quemadmodũ igitur(inquit D.Chrysost.) bb Folia propter fructuũ conseruationem. Sic stellę propter homines. Igitur quemadmodũ fructibus depositis cadũt singula folia. Sic extinctis hominibus ad quid stellæ? Sed re vera nõ consentit cõis opinio:& ad priorẽ respõdetur obiectionẽ, stellas adhuc relinquendas propter solũ cęli ornatum D. quidem August. præfatã non improbat opinionẽ; sed probabilius ait. Videtur tropicam esse locutionem: Tot enim fulgura, totq; inflammatæ exhalationes formã stellarum referentes, tunc temporis e cœlo in terrã ab Angelis iaculabuntur, vt stellæ ipsæ mere videantur. Quod verba videntur sonare Isaiæ citata, Et ex ipso videtur elici textu Euangelij. Cũ videlicet stellas casuras prædixerit, quasi in citato sensu reddẽs rationem, subdit. Nam virtutes cęlorum commouebuntur: nempè Angeli Dei exponunt ferè omnes interpretes D.Hieronymus, D.Chrysostomus, Euthymius, Theophilactus & alij.cc Qui Angeli vt præfati sentiunt doctores) cõmouebũtur, vel admirationis motu. Sic Hieronymus, Euthymius,& Theophilactus. Vel timore quodã reuerẽtiali. Sic D.Aug. dd Et D.Chrysostomus.ee Vel vt superius dictũ ẽ, cęlitus quasi ardẽtes emittẽt stellas, fulgura, tonitrua tẽpestates, validissimos vẽtos, & cætera similia in terras. Vel cęlos inordinatè magno cũ terrore mouebũt, siderũ perturbãdo cursus,& ordines. O terrorẽ, o terrorẽ. Iansenius verò, & Gaietanus per virtutes cęlorũ exponũt cęlorũ, corporumq; cęlestiũ vires oẽs, quas ante iudiciũ penitus commutari,& cõturbari debere asserũt. Nos vtrumq; fieri cũ iisdẽ doctoribus credamus; nã & cœli ab Angelis moti,& Angeli eos mouẽtes cõturbãdi,& cõmouẽdi. Nã de corporibus,& sideribus cęlestibus apertè loquuntur Euang. vt de sole luna, & stellis. De Angelis verò cũ Ecclesia cantet, tremũt Potestates;& D.Greg. de Angelis illud exponat. ff Colũnæ cęli cõtremiscũt,& pauẽt ad nutũ eius, aliquo extraordinario motu in fine mũdi Angelos cõmoueri oportet. Vel vt supra expositũ ẽ, vel motu iræ, atq; odij aduersis mũdi peccata, vniuersos[illegible] pios ad vindictã malefactorũ gaudiũ bonorũ; Dei obsequiũ; erunt etiã signa In sole.i.in Christo inqt D. Chrysost. gg qui vbi modo misericors,& benignus pater se exhibet, iudicẽ tũc seuerũ se mõstrabit. iudice porrò adituri nõ sessionis tẽpus expectat,& iniæ; sed illũ præueniũt, beneuolũ reddũt, interponũt amicos placãt muneribus. Hoc idẽ magna cũ diligẽtia præstemus, & nos fratres monente regio Propheta. hh Venite, præoccupemus faciem eius in confessione. Venite, venite, pręueniamus, peniteamus, confiteamur peccata nostra Præoccupemus faciem eius in confessione, vel in muneribus. Da inopi pecuniam, [illegible] placaueris aliquando commouendum signus, atque dictum [illegible] esuriui, & non dedistis. Sitiui, & non dedistis &c. Quare dicet [illegible] à me maledicti in ignem æternum. O tremendum, o ter[illegible] benignum in sole Christo futurum, qui benignum, & pium semper miseri-

cc in Mat. c. 24. dd Ser. 130. ee Ser. de cin.& latr.

Quomodo intelligatur stellas casuras esset.

ff Iob.16. Ad Dei nutũ omnia cum tremiscunt.

gg Hom. 5. de pœnit.

Iudex seuerus in iudicio Deus.

hh Ps 94. Ad Pœnitentiam exortatio.

D

E

misericordem, & clementem se exhibet. Iudicij vero tempore diram ostendet Iudicis iram, monente Isaia. *ii* In loquela enim labii, & lingua altera loquetur ad populum istum: cui dixit. Hæc est requies mea. Reficite lassum: & hoc est meum refrigerium; & noluerũt audire. O dulcem, o suauẽ Christi loquelam. O mitem linguam, o gratiosa labia suam appellare requiem, suumq; refrigerium pauperum refectionem. Tunc autem Sessionis tempore in loquela labii, & lingua altera loquetur. Quid est hoc fratres? qua lingua vtetur Christus? Lingua (inquit) altera, lingua peregrina, & aliena. Quemadmodum enim principes magni lingua vtuntur sibi vernacula, & genuina: non autem peregrina, vel aliena, nisi vel per interpretes, vel aliqua coacti necessitate. Sic Dei, & Dñi nostri Iesu Christi lingua vernacula, genuina, & propria est pietas, misericordia, clementia. Quod ipsi cęli ostendunt, dicẽte Propheta. KK Cęli enarrant gloriam Dei. i. Dei misericordiã exponunt ferè omnes: qua iugiter nos in cœlorum ordinatis motibus perfruimur. Tunc autẽ lingua loquetur sibi quasi aliena, quasi altera, & peregrina, lingua iustitię, vindictæ lingua, monente eodem Propheta regio. *ll* Annunciabunt cęli iustitiã eius. Et clamãtibus Euangelistis. *mm* Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis: & Sol obscurabitur; & Luna nõ dabit lumen suum: & virtutes cœlorum commouebuntur. Nam & Sancti, & Angeli etiã, quasi stellæ Solem suũ Christũ imitãdo sua dabũt signa, & absorti erũt. *nn* Hinc D. Bernardus. Iuncti petræ iudices eorum. i. absorti plenè in affectũ iustitię summi Iudicis in soliditatẽ Petræ Christi plenè transeuntes. Non enim exorabunt, non deprecabuntur pro peccatoribus iudicem; sed iustitia plenè armati, erũt Iudici in iudicio, & sententia perfectè iuncti. Et sic erunt signa in stellis. Vel etiam erunt signa in Sole, Luna, & stellis. i. in intellectu, & volũtate in finem vitæ peccatoris impœnitentis, dicente Dauide. *oo* Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me: nempè in die mortis, & iudicij particularis, in quo iniquitates, & peccata vniuersa quasi rabidi leones, & effrænati vrsi fame, ac furore periti circundabunt calcaneum, idest finem vitæ, ad quẽ peruenit impœnitentis iniquitas; & ideò iniquitas dicitur calcanei. Qui vero sunt illi, quibus hoc sæpius accidit? quibus Sol intellectus, & Luna volũtatis obscurantur in fine? Et quorum stellæ sensuum penitus cadunt ad pœnitentiam inepti? *pp* qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarũ suarum gloriãtur. O quàm satiùs esset illas in pauperes distribuere, Spiritusq; sancti monitum præ oculis habere, dicẽtis. *qq* Memẽto Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, quando tenebrescent videntes per foramina; quando ibit homo in domũ æternitatis suæ. Memento Creatoris tui antequã conteratur hydria super fonte: & confringatur rota super cisterna; vbi singula verba Spiritus sanctus de vltima hora loquitur morientium: & miras per metaphoras ostendit, quomodo tunc Sol obscurabitur intellectus; & Luna voluntatis non dabit lumen suũ, & obtenebrescent stellæ sensuũ. Ideo præmonet, hortaturq; dicens. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuę: nempe ad pœnitentiam, & sacramenta recurrendo, confessionis, & Eucharistiæ dum sanus es, & pęnitere potes, dũm clarè discurrit intellectus, dum voluntas plenè deliberat, dùm vigent sensus, antequam veniat tempus afflictionis tuę, idest infirmitatis, & mortis, in qua magna est peccatorum afflictio, pressura magna, quando tenebrescent videntes per foramina, idest homines per potentias videntes sensitiuas externas, per

ii cap. 28 | Magna ex ore Dei oritur suauitas. | Similit. | F | *KK Psal. 18.* | *ll Ps. 21.* | *mm Matthæi 24. Luc. 21.* | *nn Psal. 140.* | *oo Psal. 48.* | Peccata i die iudicij sicut ferocissima animalia erunt. | G | *pp Psal. 24.* | *qq Eccl. 12.* | Diligenter præmeditanda est mortis hora. | Dũ vigẽt sensus, tunc pœnitẽtiam agere debemus.

quas animæ sunt videntes, & cognoscentes quasi per angusta foramina, sed non plenè. Quæ potentiæ in diē infirmitatis, & mortis obtenebrescent, vt neque sic per foramina sensuum videri possit sensibus iam cōfusis, atque attonitis existentibus, obscurato intellectu, perturbata voluntate, timoreque horribili vndique oppressis, ita in peccatis morientibus; nam sic obscurè, atque confusè vndique obtenebrati aduertent se post horam vel dimidiam, vltimam subituros terribilem inappellabilemque supremi Iudicis sententiam. Discedite a me maledicti in ignem æternum, comminante desuper ira Dei, efferuescente inferius dæmone, atque inferno, remordente intus atrociter conscientia, prementibus exterius vndequaque perpetratis malis, omissis bonis, quando in momento, in puncto ibit homo in domum æternitatis suæ. H

Iusta mortis horâ omnes sensus obtenebrati sunt.

O tremendum, o ponderandum spectaculum nunc domus nostræ, domus extant breuissimi temporis, tunc ibit homo in domos æternas, in suę æternitatis domos nullam aliam habet ęternā; sed sua ęternitas est in futuro, in Inferno, vel in Paradiso æternitatis suæ inquit; nam secundùm vniuscuiusque merita, vel demerita suum quisque facit cęlum, vel infernum, suamq; æternitatis efficit domum. Memento itaque (repetit Spiritus sanctus) Creatoris tui, scilicet pœnitendo, & misericordiam implorando antequàm conteratur hydria super fonte, & confringatur rota super cisternam. Vbi alias pulchras per metaphoras idem, quod supra repetit: nam per cisternam hic designatur, & describitur mundus, in quo voluptates, & diuitiæ, cæteraque omnia temporalia bona sunt quasi aqua in cisterna è pluuiis collecta, breui consumenda, & exsiccanda, facileque cum non sit aqua viua, corrumpenda, & euanescenda. Rota verò est hominis vita, quæ quasi rota modò eleuatur, modò deprimitur, modò in gaudiis, modò in tristitiis, modò in spe, modò in metu, modò in prosperis, modò in aduersis; & sic iugiter ad modum rotæ voluitur, & reuoluitur, & cum ea super huius mundi cisterna reuoluitur corporis hydria: nam corpore quasi hydria omnes huius mundi aquę voluptates hauriuntur. Præmonet itaque Spiritus sanctus. Memento Creatoris tui antequàm conteratur hydria corporis super huius mundi fonte, antequàm Sol intellectus obscuretur, antequàm Luna voluntatis perturbetur, antequàm potentiæ obtenebrescant sensitiuæ, antequàm conteratur ista corporis hydria per infirmitatem, & mortem, antequàm confringatur vitæ rota super voluptatum, & sensualitatum cisterna. Memento, memento Creatoris tui: nam in puncto incipit, in puncto desinit vitæ rota; & si mundi huius bona tui corporis hydria fusius, & latiùs hausisti ea, vel saltem nunc in pauperum leuamem, in tui subsidium per eleemosynas refunde, vt respirare possis dum & ego respiro. I

Diuitiæ, & reliquæ huius mūdi voluptates, sunt sicuti aqua in cisterna.

Pœnitentię tēpus est accelerandū.

SECVNDA PARS.

Secundū mēbrū.

Signis explicatis cœlestibus subdit Euangelista terrestria. Et in terris (inquit) pressura gentium. Quo in verbo, cæteris omissis, congeries, ac moles innuitur malorum, vt inquiunt D. Pater Augustinus. rr Et venerabilis Beda. ss Vel vt inquiūt Santhes, Pagninus, & Theophylactus. tt Erit pressura.i.coarctatio animorū, & angustia maxima. Erunt enim homines cōfusi, perplexi, anxii, cōsilii inopes, aridi, arescētibus (inquit) hoībus pręcōfusione quo se vertant nescientes. Mare namque deficiet, vt ita dicamus, erga impęnitentes peccatores bonitatis, & misericordiæ Dei, eiusdem vindicta, & ira exardescente in eos, qua cęlū, & terram, omniaq; in illis contenta pessundabit,

rr Epist. 80. ss in Luc. 21. tt In Luc. 21.

bit, ac penitus corruere faciet. Si enim cum Deus populum suum electum ex
Ægypto educere voluit, omnia Aegyptiorum idola euertit; quanto magis
in fine mundi, quando non vnicum electum populum, sed omnes omnium
nationum, quæ sub cęlo sunt, electos de illo est educturus, omnia ipsius mun
di destruet idola? idest omnia, quæ quasi idola in mundo sibi constituerunt
homines regna, ciuitates, arma, exercitus, palatia magna, magnas aulas, vil-
las, possessiones, & cętera omnia, quæ ferè adorant homines quasi sua ido-
la, ac si æterna essent. Audient itaque propheram regium dicentem. *uu* *uu Ps. 48*
Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarum suarum glorian-
K tur, videlicet, ac si essent æternæ; & qui tabernacula ædificant in progenie,
& in progenie, idest palatia, & possessiones perpetuare credunt in suis suc-
cessoribus, in progenie, & progenie fine fine. Et qui vocauerunt nomina
sua in terris suis, scilicet per inscriptiones, epitaphia, encomia, insignia super
ianuas, & in parietibus. Hi omnes relinquent alienis diuitias suas: & se-
pulcra eorum domus illorum in æternum. O dirum spectaculum. Om-
nia relinquere, & relinquere alienis, & infernum petere pro æterna sua do-
mo. O inexplicabilem sola consideratione pressuram. Tunc enim Deus in
terris tria dabit in vniuersis prorsus creaturis principalia signa signum suæ
omnipotentiæ: quia perdet ferè omnia, ita, vt videatur ea in nihilum redu-
cere, vt se ostendat eum, qui creauit, qui conseruat, & eadem potentia in ni-
hilum reducere potest, signum dabit sapientiæ; nam sic destituet mundi cur-
sum, & ordinem, vt magna in confusione per omnia inuersus videatur peni-
tus absque rectore, vt se ostendat eum, qui sua sapientia mundum nobis or-
dinatè dirigit, signum dabit bonitatis: nam ab hac ad iustitiam transiet, &
lingua loquetur altera, vt supradictum est, puniens vindicans, vlciscensque
seuerè non in duos, vt olim in Dathan, & Abyrone non in prouinciam vni-
cam, vt olim in Pentapoli: sed in vniuerso prorsus orbe, & in vniuersos de-
seuiet suppliciis, & vltionibus inauditis peccatores. O pressuram, o pressu-
ram. Et quis nostrum non timet, ac tremet? ea sola mente percipiendo? cer-
tè qui hoc non corripitur timore peccator, actum est de illo. Diuus quidem
Bernardus ad Thomam de sancto Audomare scribens ait. *xx* Ad omnem
recordationem tui animam meam transuerberat gladius timoris tanto acer-
bius quanto te minus timentem considero. Quid igitur de nobis miserrimis
peccatoribus? cum sanctus adeo timeat sancto solum quia sanctus non ti-
met? O facinorosi, vnde tanta securitas? Audite iterum D. Hieronymum de
seipso ad Eusthochium dicentē, *aaa* cum iam in eremo redactus esset pęni-
tentia insuperabili degens. Ille ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere
ipse damnaueram scorpionum tantum socius, & ferarum. O quid nos cum
L tam insignis pœnitentia sanctus ob gehennæ metum (inquit) se tali damnas-
set carcere? Ita D. Cyrillus Alexandrinus, *bbb* ita D. Gregorius Magnus, *ccc*
ita omnes sancti, & electi Dei maximè sibi timuere. Ponderate itaque fratres;
quòd qui ambulant in via sęculi huius audaciores, sunt etiam fortiores: timi-
diores verò sunt imbecilliores. Contra verò accidit in via Dei. Sic D. Grego
rius in illo Iob. *ddd* Vbi est timor tuus? ait. Sicut in via sæculi audacia
fortitudinem: ita in via Dei audacia debilitatem parit. Et sicut in via sæcu-
li timor debilitatem: ita in via Dei timor fortitudinem gignit. Nihil enim
timet creaturam qui timet creatorem. Nec inuenit, quòd extra metuat,
qui Dominum timet intra. Mens namque nostra rectò metu conditori
con-

Tria principalia signa de Dei omnipotentia in die Iudicij demonstrabuntur.

xx Epist. 108.

aaa Epist. 22.

Sancti Dei magnopere infernum metuerunt, quanto magis hoc peccatores facere debent.

bbb oratio de exitu animæ.

ccc lib. 8. mor. c. 13.

ddd c. 4.

conuincta, potestate super omnia subleuatur condita. O sanctum, ô vtilem, o salutarem, o audacem, o fortem, o præpotentem Dei timorem. Timet (inquit Diuus Basilius) *eee* homo imbecillis pecuniæ detrimentum, ignominiam, vel mortem, atque ideo crimine se inquinat. O prauum timorem, o timorē obliquum. Rectus ille timor est, de quo Christus. *fff* Ostendā vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, potestatem habet mittere in gehennam. Diuus verò Augustinus *ggg* concinnè in timore præferunt homines ipsi Deo res, quas a Deo acceperunt. O stultos, o insensatos: nonne auferre poterit qui dedit? Et quis nam poterit conseruare, si qui dedit non conseruat? O timorem vanum. O puerorum timorem. Sic D. Chrysostomus. *hhh* Pueri parui laruas timent, ignem non timent: nam ad lucernam portari manum apponunt. Sic nos timemus mortis laruam, ignem peccati terrum non timemus. O, si gehennæ timor adesset, omnes alij abessent. Sicut in corporis doloribus inferiorem superior absorbere consueuit fratres, qui pauet cauet, qui non pauet cadet. Qui pauet cauet, qui non pauet cadet. Sic Tertullianus. *iii* Qui præsumit, minus veretur, minus præcauet, magis periclitatur. Puto igitur (inquit Diuus Pater Augustinus) *KKK* quia magna iam sit peccati pęna, metum ac memoriam futuri perdidisse iudicij. Et Diuus Gregorius. *lll* Qui hanc perdidit memoriam clausis oculis in rogos tartareos se præcipitat. Non sic sanctus Iob: sed inquit. *mmm* Quasi timentes fluctus timui Deum: & pondus eius ferre non potui. O bone Deus si sanctus Iob iustorum, ac patientium norma, & idea, se adeo timere asserit. Quid peccator in extremo die? horrenda exorta iudicii, & iræ Dei procella in corporis peccatoris nauem peccatorum ponderibus, ita, vt pessundet onustam? O pressuram, o pressuram verè inexplicabilem, quæ hinc patere potest vnico exemplo ex vitis excerpto sanctorum. Beato Agathone morien te, atque ingemiscente eum interrogarunt discipuli. Quare ingemiscis pater? Et ille. Quia sum coram Deo. Et illi. Tot Deo seruisti annis, & adhuc ingemiscis? Et ille iterum. Scitote hoc solum, quia sum coram Deo. O quàm inexplicabiliter distat, coram hoc mundo esse, & huius mundi potestate vniuersa, & esse coram Deo? Memoriæ mandare fratres, quia sancta Ecclesia vt pia mater Dominica præterita, & hodierna, iudicii signa a Christo prædicta commemorat, vt sancto reuocet ad pęnitentiam timore peccatores. Quod facilè consequetur in vobis, si hoc solum commendetis memoriæ. Quod stare debetis coram Deo, coram Deo, coram Deo. Ite in pace. Amen.

eee In Ps. 33. *fff Luc. 12.* *ggg De tẽpore barbarico. c. 1.* *hhh Ho. 3. ad po.* *iii lib. de vultu fæmin. c. 2.* *KKK Ser. 120. de tẽpore.* *lll Hom. 39. in Euang.* *mmm ca. 31.* Exempl. M N

IN FESTO S. ANDREAE APOSTOLI. Concio XCII.

Christus iuxta mare ambulans Andræam maximo cum amore in Apostolum accersit; cuius amabili, atque benignæ voci non verbis, sed operibus respondit obediens Discipulus, illud executioni demandando quod ab ipso requiritur.

SI

SI perfecta omnia, si robusta, si nullius indiga gigneret, & proferret natura, deficeret ingenium, ars periret, aboleretur pietas: & si non esset disciplinæ studium, aurum obscuraretur in terra, gemma occultaretur in lapide; vtrumq; tamē inuenit, purgat, distinguit, elimat opifex disciplina & ars industris vsq; ad murenulæ speciosæ speciē, & gratiam perducit. Et
A quæ terra naturæ largo de fonte producit, aut aspectantur in sensibus, aut agresti dominante luxuria, siluescit in campis, nisi ad cultum, & decus agricolę reuocet solers industria. Et (ne longius vagemur) Quid homo in cunabulis natus recenter? Tunc homo in homine latet, ratio in hōne sepelitur, mēbrorū vsus in mēbris hebescit, stupent sensus in sensibus, & vniuersa hominis in homine torpescunt: vnde, si non inclinaretur parentum pietas, nisi nutricis laboraret affectio desudaret industria, coleret ars, & (vt plenius dicam) nisi quot hominis membra, tot essent hominis magisteria, vt hominem perficerent, numquam homo aut esset, aut videretur homo. Et hæc omnia quidem præstat parentum naturalis humanitas. Quanto vero sublimius, eminentius quanto Dei filius, vt ad super cęlestia, & supernaturalia eueheret hominem, in rebus præsentibus infirmari voluit studiumque adhibere diuinum? Etenim, vt in rebus æternis hominem collimaret, atq; in his, quæ sunt supra naturā, perfectum redderet, multo maiorem adhibuit disciplinam, excellentiorem longe docuit cultum, adhibuit, inquam, ipsemet Dei filius homo factus, opus, laborem, studium, industriam disciplinam, posuit opera merita, vitam, laborem, corpus, sanguinem, & vniuersa, quæ habuit, vt hominem ab imperfecto ad perfectum perduceret, ac ab infimis, & terrenis ad suprema, & super cęlos sublimaret. Ita hodie cum duos vidisset simplices, ac rudes piscium piscatores, illos uocando, eosque suo studio perficiendo, efficit super omnem terram principes ac suos ad capiendas pretiosas animas legatos. Venite (inquit) post me: faciam vos fieri piscatores hominum. De solo autem Andrea de quo sancta celebrat hodie solemnitatem Ecclesia, sermonē habituri, Duo tantum breuiter ponderabimus: nempe Christi vocantis modum secundo promptam sequentis Andreæ obedientiam. *Diuisio bimembris.*

De primo inquit Christus. Venite post me: non ante me, non simul mecū, sed post me; nam in fronte pergit exercitus Christus, primus irrumpit inimicorum aperit cuneos, penetrat acies, vincit, aperit, viam facit vt nos post ipsum tuti, ac sine periculo incedamus. Ideo ait. Venite post me. Et hæc ratio (vt notat D. Bernardus) cur Christus Dominus noster ad primum crucis congressum cępit pauere, tædere, contristari, & męstus esse. Primus, enim in leuas totas, & diras inimicorum, acies armatas irrupit, Quid post ipsum iam
B inimicorum fracto exercitu Andreas noster? Secutus (inquit) & gaudens. O bona crux venio ad te. Quid igitur? Andreas fortior Christo? Absit: sed quemadmodum concinnam per figuram primus homo in mundo non dignitate, sed tempore costam ex seipso dedit firmam, & fortem ad mulierem socium sibi ædificandam, & loco fortis, ac stabilis costæ fragilem, & mollem induit carnem dicente textu. Et repleuit carnem pro ea in carne, videlicet Adæ. Ita secundus tempore in mundo Adam dignitate primus Christus Dominus noster, pro ædificanda sua sponsa Ecclesia per Euam figurata suæ intrepidæ,

Primum Mēbrū.

Quare Christus ad crucis igressum cępit pauere, Andræas autem gaudere hic declaratur.

Hæc solatio ciuitatis a multis prędicta.

Christi sexagesimo nono mutuò inter se Iudæis ciuili bello digladiantibus ingenti clade affecta est Ierosolyma: nàm excitante Anano Pontifice Iudęorum animos in Zelotes ad vindicandas iniurias, & prophanationes templi, & Zelotis ex equo in ciues incensis, perseuerabat inter eos prælium, & crebris insultibus magnæ vtriusque partis cedes fiebant Iosepho teste. u Ciuibus tandem præualentibus, amissa Zelotæ parte exteriore templi, in interiorem, vt munitiorem locum, se receperunt. Interim factum est, vt Idumęi quasi vindices patriæ libertatis, Ierosolymam vocarentur, & clanculum in ciuitatem admissi dolo Ioannis cuiusdam e Giscali, ingentem ciuium fecere stragem, & in Pontifices odio exardescentes, eos quæsitos occiderunt, eorumque insepulta abiecere corpora. Fuitque inter alios Ananus Pontifex maximus in ciuitatis medio iugulatus. Miserandum planè spectaculum, (vt ait idem Iosephus) erat videre Pontifices paulo ante sacris indumentis amictos, ac toto orbe celeberrimæ religionis auctores, iacere nudos in prædam canibus, & feris expositos. Sed ex his æqua lance diuina prouidentia pensari vindictam considera; nam, sicut a sacerdotibus, & Pontificibus cogentibus conciliũ de inferenda Christo morte sumptum est exordium: ità in primis ab eorumdem nece ad Ierosolymitanum excidium ianua est patefacta. Nàm post occisionem Pontificum Zelotæ simul Idumæis coniuncti (vt idem Iosephus refert) x in plebem grassati sunt, ac reliquum vulgus, ex eisque peremere quàm plurimos, quorum nullus est numerus, & rursus in nobiliores gladium conuertentes, eosdem captos, & diris cruciatibus exagitatos diuerso modo necarunt. Fuitque numerus vltra innumerabile promiscuum vulgus nobilium tantùm duodecim millium occisorum. Zaccharias etiam vir sublimis, & in rebus agendis potens, in medio templo est occisus. Anno verò sequenti Christi septuagesimo, & Galbæ primo cum Iudæis Ierosolymis manere tutum non esset in ea flagrante intestina discordia, nec foras egredi, custodijs vbique positis prohibentibus, ac pariter seuientibus miserrimus omnium reddebatur status. Anno deinde Christi septuagesimo primo Galba, & Othone interfectis, atque Vitellio; Anno primo Vespasiani, qui cum Tito filio Alexandriæ agebat, vt Romam nauigaret, quum hac occasione a Romanorũ armis Iudæi aliquantisper quieuissent; nihilominus bellis ciuilibus mutuò digladiantes, longè deteriora, quàm ab hesternis hostibus a seipsis inuicem patiuntur: nàm (vt Iosephus refert) seditio, quæ Ierosolymis exorta inter duas partes adhuc vigebat, populum nempè ciuitatis, atque Zelotes, hoc eodem anno trifariam est aucta, primæque factionis, quæ ex latronibus collecta erat, Simon Gioræ filius princeps erat. Secundæ verò Zelotarũ dux erat Ioannes. Tertiæ autem præses erat Eleazarus Simonis filius, qui interiorem templi partem occupauerat: exteriorẽ verò Ioannes tenebat. Simon verò superiorem ciuitatis partem occupauerat. Ex quo non tamen admirari possumus tantam amplitudinem, & magnitudinem templi, in quo duo exercitus sibi ipsis contrarij habitarent, quàm eiusdem templi, ac Sanctæ Ciuitatis infandam abominationem vsque in finem perseuerantem; nam in hunc modũ Iudæis trifariam diuisis, ac inter se digladiantibus, templi atrium sanguine inundauit; & vniuersum templum non hircorum, vt priùs, vel taurorum, sed hominum sanguine propriorum crudeli cæde fędabatur. Anno verò

u Lib. 4. c. 38.

Magna ciuium occisio ab Idumęis,

Lamētabile spectaculum in ciuitate.

x Lib. 5. c. 1

Occisio pontificũ ianua ad eccidiũ.

aa Lib. 6. c. 1.

Factio ciuitatis augetur.

Factionũ Principes.

Tēplũ humano sanguine fœdatum.

H

I

Christi

Christi septuagesimo secundo, & primo similiter Vespasiani incalescente Ierosolymis (vt dictum est) ciuile bello, a Ioanne *bb* ipsa die azimorum immissis clanculum suis militibus armatis in templum, quotquot ibi reperti sunt Zelotæ, omnes ad vnum interfecti sunt, & sic ex tribus duæ tantummodo remanserunt factiones: Ioannis altera, & altera Simonis, cæsis in templo Dei Zelotis illis, qui veluti templi honorem falsò Zelantes; abomi-
K nationem in templo ab exordio statuerunt, in eademq; abominatione obruti sunt meritas suarum abominationum dantes pœnas. Perseuerante itaque templi abominatione iuxta prophetiam Danielis vsq; ad vltimum vrbis excidium, ac desolationem vltimam, Tito iam loco patris Vespatiani obsidēte Ierosolymam, eodem tempore, quo in templo hæc agebantur, admoueri ad murum iubet machinas, & Iosepho teste *cc* v. nonas Maij primum expugnat murū, & quinto post die, secundo potitus est, tertiumq; aggressus. Cūque saltem quingenti per singulos dies, vel plures Iudæorum iussu Titi crucibus ante omnium oculos affigerentur, adeò multiplicatus est crucibus affixorum numerus, vt iam spatiū crucibus deesset, & corporibus cruces; sæuiente in eos iusta Dei uindicta, qui exclamauerant in Christū Crucifige, crucifige: Sanguis eius super nos, & super filios nostros; cùm.n. fames magis, magisque in dies inualesceret, eo necessitatis compulsi sunt, vt foras potiùs egredi eligerent crucis supplicium certo subituri, quàm intus fame perire. Quæ sciens Titus quo magis illos fame perurgeret, omnem exitum ne quis vel ad herbas pascendas egredi posset, occlusit, quinq; aggeribus cōtra vrbem constructis: quibus a Iudæis dissipatis, Titus murū construere circū ciuitatem statuit, quo penitùs omnis interceptus esset exitus; quod tanta celeritate consummatum est opus, vt omnem superet humanū captū, diuinitusq; potius, quàm humanitus absolutum, dicente Iosepho minus quidem vno murus, quadraginta stadiorum erat: ad hoc autem foris castella tredecim ædificata sunt, eorum gyrus denis numerabatur stadijs; totū autē opus triduum constructum est, vt tamen dignum mensibus videretur, celeritas verò fide careret. At minimè caret apud illos, qui diuinam hic agnoscūt vindictam, & illud Christi verificatum. *dd* Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, nempè muro, & coangustabūt te vndique, & ad terrā prosternēt te; & filios tuos, qui in te sunt: inexplicabilis.n. calamitas eos vndiq; insectabatur; nam extra vrbē potentissimi exercitus obsidio penitus insuperabilis, vt iam dictū est. Intus verò ciuile, irremediabile bellū, famesq; perualida, quibus innumera: hominum multitudo morte absumpta est; quorum corpora extra mœnia proijciebantur tanto in numero, quod circuiens Titus murum, quem extruxerat, vbi plena cadaueribus omnia vidit, ingemuit, & manibus extensis Deum testabatur factū illud suum non esse. His accessit noua calamitas; nam ex illis, qui ad Romanos confugerunt, vna tantum nocte duo millia hominum fuerunt reperta,
L qui miserie sunt occisi a militibus, eorum viscera perscrutantibus, vt aurum, quod putabant deglutitum, reperirent: increbuerat enim rumor illos habere in visceribus aurum voratum, & reconditum, nè ab hostibus auferretur. Quis autem fuerit numerus eorum, qui fame consumpti periere in ciuitate, a decima quarta mensis Aprilis, qua Titi cępit obsidio, vsque ad Calendas Iulij ex eo Conijci potest, quod custos vnius portæ Mannæus Lazari filius

bb Iose. de bel. iud. lib. 6. c. 4.

cc Lib. 6. c. 7. & inde.

Iudæorū per quā multi crucifigūtur.

Fames prualida inualescebat.

Vallatur muro sic ciuitas, vt ad Erbā pascendā exire nō possent.

dd Lu. 19

Multitudo mortuorū Titū mouet.

Viscera iudæorū perscrutatur.

Numerū mortuorū in obsidione.

trãſgreſſus ad Titum, teſtatus eſt per eam ſolam portam ſibi creditam, elata fuiſſe cadauerum centum quindecim millia, & octoginta, vltra illa, quę propinqui ſepeliſſent. Poſt hæc nobiliores profugi mortuorum egenorum ſexcenta millia portis eiecta nunciabant. Aliorum verò numerum nequaquam potuiſſe comprehendi; nam cum pauperibus efferendis non ſufficerent, congeſta dicebant in maximis ædibus cadauera, ibique concluſa; porrò cum populum tanta inuaſiſſet fames, vt nec eſſent herbæ, quibus veſci poſſent, de ſtabulis fimum quærebant in cibum, collectoque ſtercore veſcebantur: ſed ea magis in dies inualeſcente, eos nec ab humanis carnibus temperaſſe idem Ioſephus teſtatur. Iam enim calceamentis, cinguliſque ac inſuper corijs, quibus tegebantur ſcuta, in cibum conſumptis, veteriſque fœni laceramentis magno pretio venditis, quæ his caterer eo immanitatis redacta eſt, fame improba cōpellente, nobilis, ac prædiues mulier Maria noīe filia Eleazari, vt lactentē filiū occiderit, quē comeſtura mox coxit; à ſeditioſis.n.iā vitæ ſubſtantijs exuta, vt quo ſibi conſuleret, fame rabida impellēte, nil aliud ſibi occurreret, quàm proprius filius illū occidit, & coxit cuius nidoris odore illecti milites, qui ſibi victū quacūq; poſſent raptu quærebant; cū eius peruaſiſſent domū, partē aſſari filij, quæ ſupererat intuiti, deteſtati facinus abiere: moxq; repleta eſt eius ſcæleris fama ciuitas tota, & vnuſquiſq; ante oculos cladem illam ſibi proponens, tamquā hoc ipſe admiſiſſet, horreſcebat. Quibus nō obſtantibus perſeuerabat adhuc abominatio obſtinatiſſima in templo; ità, vt licèt ſæpius inuitati, & cohortati Iudæi, qui intus erāt, vt ſi non ſui; templi ſaltem rationem haberent, nè irruentes, illud milites inflammarent. Omnibus tamen ſpretis obſtinati perſeuerauere. Titus itaque conteſtatus Deum, & Homines, ad vrbis, & Templi excidium ſe inuitum compelli; validius turrim nomine Antoniam, quæ iuxta templum erat, oppugnat, ac tandem expugnat, milites vincebant turri ab Aquilone partem porticus templi incendio concremant: occidentalem verò porticum ipſi Iudæi, qui intus obſeſſi erant, quo Romanos, qui occupauerant illum, perderent, incendunt. Commiſeratus interim Titus, nobiliſſimi omnium templi incendium, quod interiora porticus depaſcebat, reſtingui iuſſit. Inde non obſtantibus procerum uotis de templo concremando, ſui prærogatiua ſuffragij, parcendum illi eſſe decreuit, iuſſique ſunt milites quieſcere, & a templi incendio temperare. Sed licèt hęc Titus decreuiſſet; numinis tamen compellente vindicta, militum quidam non expectato cuiuſquam edicto, neque tantùm facinus veritus, ex ardente materia raptum ignem in feneſtram inſerit auream, quare flamma excitata Iudæorum exoritur clamor: Titus accurrit, clamat, vrget, inſtat, incendiumque reſtingui iubet; nec audiri valuit, magis, magiſque flamma inualeſcente; ità, vt nulla valuerit amplius humana ope reſtingui. Facta eſt igitur huiuſmodi templi conflagratio decima die menſis Auguſti, qua etiam die alias a rege Babylonis fuerat concrematum a prima ſtructione templi, quam Salomon rex inchoauerat annis mille centum triginta, menſibus ſeptem, & diebus quindecim. A poſteriori verò per Cyrum facta ſexcentis triginta nouem annis, & quadraginta quinque diebus iuxta Ioſephi ſupputationem, qui demum colligens interemptorum, & captiuorum numerum ait. Captiuorū quidem omnium, qui toto bello cōprehenſi ſunt, nonaginta, & ſeptem millium

Fames quò redux erit obſeſſos. ec Li.7.c.6. & inde.

Mater Filium comedit.

Tit⁹ Deū conteſtatur ſe cōpelli ad tēpli excidium.

Iudæi igne Porticū ſuccendunt

Tēplū inuito & reclamāte Tito totum comburitur.

Tēpli cōbuſtio qn̄ fuerit.

Numerus captiuorum.

M

N

millium comprehensus est numerus, mortuorũ verò per omne tps obsidionis vndecies centũ millia. Et hæc abominatio desolationis, quam citat Christus hodierno Euangelio ex Daniele cuius cum hęc sint verba. *ff* Erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationẽ, & finem perseuerabit desolatio, quam sint impleta ex præfatis in sensu literali nullus vtiq; sanæ mentis negare põt. In sensu verò mystico D. Hiero. & Glo. interlinearis, *gg* & D. Hilarius, *hh* & D. Ambrosius, *ii* & Irenæus, *KK* & alij quã plurimi abominationẽ desolationis exponunt Antichristũ, de quo ẽt apertissimè docet D. Paulus, q̃ erit extrema templi abominatio, mundiq; desolatio his verbis. *ll* Ita, vt in tẽplo Dei sedeat, ostendens se tanquam si Deus &c. quã Antichristi abominationem desolationis hoc vno verbo describam vestris relinquens mentibus eius ponderationẽ, & perscrutationem, quòd illa Ierosolymitana desolationis descripta abominatio, qua nullã vidit vnquam calamitosiorẽ, & miserabiliorẽ mundus, figura fuit quędã, & vmbra, & veluti somnium, in cõparatione futurę Antichristi abominationis desolationis. Cetera itaque vos ponderate, ac perpendite, quid nos interim hæc inter extrema tàm suaue tenentes medium? Quota fruimur pace? Nam etsi mundus multa patiatur, per Antichristi membra in diuersis partibus quasi futuræ abominationis desolationis præludia nos quanta inquam: fruimur pace? quanta fruimur securitate? abundantia? iustitia, & (quod caput est) quali verissimæ, ac sanctissimæ religionis cultu? o quantum debemus Deo, & Domino nostro Iesu Christo, & principibus nos regentibus, & gubernantibus? hęc vel saltem vnica recognoscite propter Christi amorem in pauperes eleemosyna dum respiro.

Numerus mortuorum.
ff Dan. 9
gg in Mat. ca. 24.
hh can. 25 in Mat.
ii in Luc. ca. 20.
KK lib. 5. ca. 25.
ll 2. Theff. c. 2.
Desolatio Ciuitatis licet magna: st tantũ vmbra abominationis futuræ tempore Antichristi.

O

SECVNDA PARS.

Descripta iam abominationis desolatione, remedia secundo loco adhibet Christus. Tunc (ait) qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Tunc. i. post Cestij pręsidis obsidionẽ, postquã liberum fuit, fuga cõsulere vitæ, antequã Titi magna veniat obsidio, in qua nullus erit effugij locus, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Quod nõnullos effecisse Iudæorũ testatur Iosephus his verbis. *mm* Post Cestij obsidionem liberum fuit fuga consulere vitæ. Quare nobilium iudęorũ multi tanquã e naui pessum itura ex ciuitate enatabant fugisse autẽ Christianos tunc tẽporis, de quibus dubio procul Iosephus loquitur, testantur D. Epiphanius, *nn* & Eusebius, *oo* & Nicephorus, *pp* & venerabilis Beda; *qq* qui omnes asserunt, quod christiani post Cestij obsidionem a Christo prædictam, abominatione iam in templo existente, moniti sunt ab Angelo, vt migrarent ab vrbe antequam bellum exardesceret, atque adeo sancti viri non solum vrbem illam regiam; sed etiam vniuersam Iudæam omnino deseruerunt: & in vrbem quamdam trans Iordanem, quæ Pella, nominatur, se transtulerunt; & quæ sub tutela erat Agrippæ, qui Romanorum Imperio subditus agebat. Non solum autem Christus fugam præmonuit; sed modum addidit fugæ, cum ait. Et qui in tecto est non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro est, nõ reuertatur tollere tunicam suam. In quibus verbis, & alijs, quæ sequuntur, magnum vrbis, & regionis vniuersæ excidium imminere, ostendere voluit. Et per hyperbolẽ docere, quod velocissima, & absque vlla mora fuga esse debebat: aliàs nequa

2 memb.
mm lib. 2. de bel. ca. 25.
nn Hæ. 29. 30.
oo lib. 3. hist. c. 5.
pp lib. 3. c. 3.
qq in Mar. c. 13.
Christiani Angeli comonitu Iudeã deserũt, ã

P

quam

quam futura fuisset. Ideò ait. Qui in tecto sunt non descendant, vt cibū, vel pecuniam, vel aliud quidpiam e domo exportent, nā tecta Iudææ plana erāt; in hisq; Iudæi versari consueuerant: & licet qui in tecto erat fugere nequibat, nisi ad ostiū vsque ædiū descenderet, non præmonet Dñs, vt non descenderet; sed nè in descendendo tunicā vel aliā aliquam rem quærat, quę illum remoretur, atque implicet, ex eo docere volens, malum iugens, & ineuitabile imminere, & summā calamitatē, vti docent D. Chryso. *rr* & Abulensis, *ss* & Iansenius. *tt* Qua te celerrima fuga hæc oīa imminentia mala effugere oportebat. Quo ipsi sensu ēt subdit. Et qui in agro est, non reuertatur vestem de domo accipere sed statim fuga sibi consulat. Et similiter alia verba. Vę autem prægnantibus, & nutrientibus illis diebus; nam fugę impedimento sunt filij vel in vtero existentes, vel in sinu gestati, lactandi, & similiter cōsequitur. Orate, nè fiat fuga vestra hyeme vel sabbato, tp̄s fugę tàm necessarię, ac celerrimè exequendę ineptū ostendit hyemale; & diē sabbati, quo iter longū Iudæis facere, fas non erat, ineptū; & nō talē, qualem expostulabat fuga. Et hęc literaliter expleta, vt vidimus. Pro fine verò çoncionis mortaliter ea percurrendo, quæ nā abominatio maior, & in quo sanctiori loco stans quā peccatū lethale, stans in aīa christiana sacro sanctificata Baptismate? nil peccato abominabilius, nil detestabilius; anima sic sanctificata nil in hac vitā sanctius. Tolle peccatū, nulla erit in mundo abominatio, quod peccati contritio maximè indicat: nā per contritionē peccatum super oīa mundi mala detestamur propter Deū: & quare? Non nisi, quia malū culpę detestabilius, & abominabilius est, quàm omne malū pęnæ, vt docent scholastici oēs, & sacri Theologi, mala pęnæ facit Deus, mala culpæ facere nequit. Homo Dei cultor mala pęnæ omnia cū gaudio tolerat: mala culpæ sufferre nequit, & illa super oīa abominatur, dicente propheta. *uu* Iniquitatē odio habuit, & abominatus sum: legem autē tuam dilexi. Hinc illud aureum D. Anselmi. *xx* Si hinc peccati pudorē, & illinc cernerē inferni horrorē, & vni eorum necessario haberē immergi, potius me in gehennā immergere, in quā peccatū in me immitterē. Mallem.n.a peccato purus infernū intrare, quā peccati sorde pollutus cęlorū regna tenere. Et iure merito: nā peccatū in Paradiso ēt abominabile nimis, & ipsamet vbiq; abominatio, & abominatio desolationis, mirā.n.quocunq; ingreditur, desolationē efficit, mirā affert vastitatē. Et sicuti nulla peccato maior abominatio. Sic nulla maior desolatio. Considera orbis desolationes totas, oēs ex peccato reperies ortas: vndè cęli desolatio cū ex illo tot Angelorū corruere millia? ex peccato. Vnde ortū diluuiū, quod totū terrarū desolauit orbē? ex peccato. Vndè ignis, quo sodoma, & gomorra sūt assumptæ? ex peccato. Vnde bella? Vnde morbi? vnde pestilentiæ? vndè reliquæ hominū strages? oēs ex peccato. Et quid plura? vndè mors ipsa, quę oīa vastat, atq; desolat? Non aliūde, quā ex peccato. Et hæ quidē prædictæ desolationes carneis vsurpantur oculis. Sunt aliæ longè, incomparabiliterque maiores. quas mente sola percipimus. Quid enim præstantius gratia? quid caritate locupletius? quid optabilius excogitari potest? Hac peccatum priuat hominem fœdissimaq; contaminat macula. Quæ locupletior hæreditas, quam æterna gloria? Hac hominem spoliat peccatum. Quid horribilius æterni orci flammis? In has peccatum præcipites agit. Hanc igitur fratres caueamus abominationem desolationis. *aaa* Et quemadmodum coram archa Dei Idolum Dagon subsistere nequiuit, erectus, sed pronus corruit, & euersus

rr In Mat. 24. *ss ca 113.* *tt in Mat. ca. 24.*

Q

Ablato peccato nulla erit in mūdo abominatio.

uu ps. 118 *xx lib. de simil. cap 190.*

Peccatū vbicūq; fuerit sē per est abominatio.

Omnes mūdi desolationes ortū habent a peccato.

Mors ex peccato orta.

R

Mali effectus peccati.

aaa 1. Re. 5.

euersus est: ità cadat coram Dei gratiā, peccati abominatio. Vel (quod pulcherrimum erit Stratagema) deturbet abominatio abominationem; nam abominationem peccati nil deturbare, nil euertere poterit, nisi contritionis abominatio. Est enim peccatum abominatio obiectiuè tantum; quia detestabile prorsus, & abominabile super omnia. Contritio uerò est abominatio ipsa, & actus, quo peccatum abominamur, & detestamur, abominandoque, ac detestādo peccatum abominatione abominationem euertimus. Et quemadmodū Bombardę impetu arces ruunt, & mœnia vrbium: ità Ruunt abominationes peccatorum, contritionis actu, & impetu abominandi peccatum. Abominatio itaq; peccati minus peccatori nocet, si statim cadat, si non stet; si autē fiat abominatio stans, sequetur infallibiliter omniū bonorū desolatio sempiterna, & erit abominatio desolationis. Cadat igitur peccati abominatio p abominationē cōtritionis, & sacramentalis confessionis, quib. peccatū detestamur, & abominamur, vt, cadente peccato, surgat gratia, euigilet charitas, oriantur virtutes, opera multiplicētur bona, & deniq; adsit pseuerātia. Nō passus ē Moyses abominationē Idoli stare diutius in loco sancto; sed arripiēs (inquiunt diuinæ literæ *bbb*) vitulū combussit, & contriuit vsq; ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. Sic nemo nostrū patiatur abominationem peccati stare diutius in anima per batismū sanctificata; sed conteratur, in pulueremq; reducatur per contritionē: poterit deindè per diuturniorē considerationē, & confessionē cū lachrymarū aquis, in ciuitate quoq. Niniuè multæ stabant abominationes, quib. stantib. nō poterat stare ciuitas. Adhuc (inquit) Quadraginta dies, & Niniuè subuertetur. Euersis verò per pęnitētiam peccatorū abominationib. ciuitas Niniuè stetit & impletum est (inquit D. Pater Augustinus *ccc*) Ionæ vaticiniū: nā euersa est Niniue, quia euersæ sunt eius abominationes. Euersa est (inquit) Niniuè, quæ mala erat, & bona ędificata est, quæ non erat; stantib. męnib. atq; domibus, euersa est ciuitas in abominationibus euersis per abominationes idest detestationes peccatorum & vitiorum per sanctarum ędificata uirtutū viuitate, ciuis penitētibus, & ieiunantibus: Ita in vnoquoq; peccatore vel euerti oportet animam, vel peccatū: stare simul ambò nequeunt. Aut. n. sicut sodomitę homines euerti oportet., pro peccatis, aut sicut Niniuitæ peccata euerti oportet, ut saluentur homines. Quanta verò celeritate peccatū euertendū, ibi declarat Christus, qui in tecto est, nō descēdat; & qui ī agro est nō reuertatur, &c. sic spūs sanctus Eccles. V. Nō tardes cōuerti ad dominū: & nè differas de die in diē; subito. n. veniet ira illius, & in tpe vindictæ disperdet te. Scias quicunque sis, q tps, & diē post diē tibi donat Deus, nō ut pęnitere differas, sed ut imminētē possis fugere irā. Vtere quolibet die, qualibet hora, quolibet momento velociter, arripe sinè mora; festina, qa forte crastina dies tibi nō suppetet, qa uita, & cū vita tps extemplo, & subito tibi desinet. Quare (vt moralissimus ait Seneca *ddd*) Cū celeritate tpis vtendi velocitate certādū, & velut ex torrēte rapido; nec semper casuro citò hauriendū. O aureū dictū. Simile nāq; tps torrēti, pluuiæ aquis inūdanti, & paulo post euanescēti. O vtinā illud nō eueniat alicui nostrū, q euenisse scribit Greg. Magnus, *eee* cuidā, qui tpis torrētē diutius inundātē, multosq. habuit dies, mēses multos, multos annos; sed hac inūdat ione tpis ad flagitia perpetrāda vluse. Ad extremū vitæ veniens exiccato tpis torrente, apertis oculis, teterrimos vidit Viros. & spūs nigerrimos corā se assistere, vehementerq; vrgere, ut ad inferni claustra eū raperent. cępit ille tremere, pallescere, sudare, magnisq; vocib. exclamare. Indu-

Abominatio abominationis est cōtritio.

bbb Exor. 32.

Moyses uitulum cōtriuit.

Stante peccato nō poterat stare Niniue ciuitas.

ccc 22. de ciu. c. 24.

Quomodo Niniue euersa fuit & Ione uaticinium adimpletum simile.

ddd Lib. de bre. ui. cap. 9.

eee lib. 4. dia. c. 38.

Exemplum.

cias

cias uel usq; mane. Inducias uel usq; mane: sed in ipsis uocib. clamās, de carceris habitaculo eiulius est, atq; ad tartara deductus O ifelices, o millies infelices qui tot dies, mēses, & annos torrētis tēporis hñt, & differunt de die in diē, qui ultima hora iā adueniēte externa, exclamare cogātur. Inducias uel usq; mane. Inducias uel usq; mane: nec tñ torrētis guttā, tēporis punctū cōsequi possunt. Cū celeritate itaq; tpis utēdi uelocitate certādū est, uelut ex torrēte rapido, nec semp casuro citò hauriēdū, citò, citò, haurite, quia citis euertet Christus p suā gratiā peccati abominationes. Ciuitas exurget: stabit aīa, orietur, uirtutes, regnabit Homo, cōregnabit Xpo in sęcula seculorū. Amen

Correctio contra procrastinantes.

DOMINICA I. ADVENT. Concio XCI.

De magno Iudicij die agitur, ac de signis terrenis, ac cœlestibus, (doctrina quidem ualde notabili) variæ sententiæ recensentur peccatoresque dum Sol Luna & stellæ misticæ sibi lucent, ad conuersionem exhortantur. A

MVndi totius conditur, cuius posse suū est uelle, cuius velle suum est sapere, cuiusq; sapiētia errare nequit, res, quas mira potētia cōdere voluit, mira quoq. administrat, & regit sapiētia. Cumq. oīa ęterne preuiderit, sapienterq; præordinauerit, ea priusquā euenirent, pro nostrā instructione, ac salute distinctè prædici per suos uoluit administros prophetas, anteq̄ in hūc a se conditū veniret mundū: In quē nouissimè veniens, implendo q̄ predixerat per prophetas cetera post ipsū futura, ipsemet prædixit, sicut in currenti Euang. Erunt (inquit) signa in Sole, Luna, & Stellis &c. Cumq; (vt pra monet D. Greg. a) multa impleta clarè videamus, a Christo prædicta ut de abominatione, ac desolatione nobilissimæ illius Vrbis Ierusalem, nobilissimiq; Ierosolymitani templi; de qua pretita diximus dominica; & sic de alijs pauca, quę restant certo certius implēda, credere debemus vt illa. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis &c. Sic D. Aug. ait b de Deo. Vera se narrasse præterita ex his, quæ futura prenunciauit, cum tanta ueritate implentur, ostendit. Eadem itaque infallibili veritate implebuntur & illa currentis Euangelij. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis &c. Quæ in duo, principaliter secantur; nēpe in signa celestia, & terrestria, iuxta illud Ioelis, c Dabo prodigia in cęlo, & in terra.

a Homi. 1 Aduentu. b 11. de ciu. Dei. cap 10. Diuisio bimemb. c Cap. 2. Primum memb. d Ser. 130 de temp. e In Matt. ca 24. f Cap. 21.

Signa porrò celestia enumerantur in Euangelio tria, In Sole, Luna, & Stellis. De his in uniuersum dicūt D. Pater Aug. d D. Hieronymus, D. Chrisostomus, Euthymius, Theophilactus, e Beda f & alij. Nō verè in cęlo euentura, nec verè obscurandū Solem, nec Lunā, nec Stellas; sed per comparationem ad incomprehensibile lumen Christi gloriosi ad iudicium venientis, dicūtur Sol, & Luna obscurari, & Stellæ de cælo cadere. Vel vt inquit D. Greg. g) Quia in summis dolorum, ac mestitiæ tenebris uersabuntur homines lucentissimis per metaphoram dicitur Solem illis, & lunam, & Stellas nihil præbere luminis. Quo in sensu etiam D. Hieronymus exponit illud Isaiæ. Stellæ cęli, & splendor earum non expandent lumen suum: & obtenebratus est Sol in ortu suo; & Luna non splendebat in lumine suo. Quo etiam in sensu est illud Amos. h Et erit in die illa: occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis: & conuertam captiuitates vestras in luctum: & cantica uestra in planctum. Quibus locis, & alijs consimilibus Sol, & Luna, & Stellæ obscurari dicuntur ob magnas mestitiæ, doloris que tenebras, homines præoccupantes. Qua metaphora ēt vtitur susius D. Chrysostomus B

Signa in magno Iudicij die uentura. g In 4. b. cap. 17. h Amos. c. 8. Sol, Luna, & Stellę, obscurari, quomodo intelli...

sostomus eodē sensu. *i* D. verò Aug. *k* et D. Amb. solē, lunā obscurādā exponūt Ecclesiā, quæ magnā tēpore antichristi passura ē iacturā. Origenes aūt solē obscurandū exponit diabolū: lunā verò infidelīū cōgregationem. Quæ oēs interpretationes (vt patet) sensum sequūtur mysticū. At in sensu literali apertissimè Christus docet solem istū visibilē verè obscurandū, & ex consequenti lunā, & stellas ēt, quæ a sole suū recipiūt lumē. Qd signū erit iudicij vniuersalis imminētis euidētissimū. Sic apertissimè Ioel. *m* Dabo prodigia in cęlo, & in terra sanguinē ignē, & vaporē fumi: sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinē, antequā veniat dies Domini magnus &c. Quòd ita fieri debere docet Origenes, vt ex mūdi extremo incendio excitatæ nubes fumi, caliginē hanc in solē sint effecturæ. Quæ sñia eo cōsistere nequit, qđ prius dandum est hoc signū iudicium præcedens, quàm homines, vel mundus incendatur. Melius itaq; Carthusianus *n* tres modos ponit, quibus tunc

B obscurari poterunt sol, luna, & stellæ idest vel quia immediatè à Deo lumine priuabūtur. Vel quia corpora interponētur opaca, & densa, inter illa, & terrā. Vel quemadmodū tēpore passionis miraculosè luna (vt D. Dionysius Areopagita docet) soli se supposuit: & in vniuersā terrā tenebras efficit perq̃ densas. Sic tēpore futuri iudicij euenire poterit. Abulensis, & Lyranus magis approbāt secundū modū. Caietanus *o* verò primū, quē probat ex textu ipso Euāgelij, cuius hęc sunt verba clarissima. Sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suū. Sic apertissimè citata verba Ioelis sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinē. Vbi de hoc signo præcedēte iudiciū secūdū sacros oēs interpretes, nemine penitus discrepāte, loquitur. Cui sñiæ ob apertissimā verborū expressionē libētius & ego subscribo. Et vlterius pōdero verba Ioelis, q̧ sol, & luna nō obscurabūtur modo cōsueto: sed inusitato, & lōgè horribiliori ad malorū, & iniquorū terrorē. Ideò nō simpliciter obscurāda vaticinatur Ioel: sed solē (inquit) vertēdū in tenebras: & lunā in sanguinē. O terribile, o tremendū iudiciū, duraturū (vt Abulēsi placuit *p*) per tres horas, vel circa, vt passionis tēpore cōtigit, vel potius (vt Barradio placet) per plures duraturū dies: nēpè vsq; ad orbis vniuersale incendiū. *q* Si. n. per tres dies in ægypto, qñ vnica prouincia tñ subuertēda erat, densissimæ perdurarūt tenebræ: quātò plures dies duraturæ tenebræ qñ nō vnica prouincia; sed vniuersus prorsus cōcremādus ē orbis? Nā propter tria principaliter cōditor æternus (vt elicitur ex diuina scriptura) condidit solē, lunā, & stellas. Primò, vt [illegible]ibus prodessent, eos illuminādo ad quæcumq; ab ipsis patrāda opera terræq; [illegible] eosdē fertilitatē afferrēt, vt luceāt (inquit sacer textus) in firmamento cęli, & illuminēt terrā. Secūdò: vt solatiū essent eisdē hoībus, diei, & noctis vicissitudine leuādo tędiū, subleuādo animos. Luminare (inquit) maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Tertio deniq; vt essent futurorū oīum signa, vt sint (cōcludit) in signa, & tempora &c. Hoc. n. certum ex Christi principalia mysteria præsignata his luminaribus fuisse: incarnatio quippe verbi Dei præfigurata est in Ezechia *ſ* per solem, quando per

C decem retrocessit [illegible]; nam Dei filius quasi per nouē retrocedendo lineas. per nouem Angelorum choros ad dec[illegible] descendit hominū. Similiter eius mansio, conuersatio, & vita nobiscū in terris [illegible] *t* pfigurata est, quando ait. Sol cōtra Gabaōn ne mouearis. Et stetit sol; & ma[illegible] est effecta dies, quā vnquam fuerit: quod sanè diē illā designabat, in qua stetit no[illegible] Christus, & de qua dicebat. *u* Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies

i Hom. 2. ad po. Ant.
k epist. 80.
l In luc. c. 21.
m cap. 2.
Magna in die Iudicij erunt prodigia.
n Matt. 24.
o in Marc. 13.
De Iudicii prodigiis, multi multa dicunt.
p quæst. 161.
q Exod. 10.
Diuersæ opiniones circa iudicij durationem.
r Gen. 1.
Propter tria Deus condidit solem lunam, & stellas.
ſ Isa. 38.
t Iosu. 10.
u Ion. 6.

est:& quã nũquã visa est, nec vidẽdã maior. Postremò Christi mors, & passio ità fuit in sole, & luna expressa, quòd nõ modo in Iudæa; sed per totũ terrarũ orbẽ (vt superius diximus) tenebræ factæ sunt. Et ità signa erũt expressa imminentis futuri vniuersalis iudicij. Et hæc de sole, & luna obscurandis. De stellis verò peculiariter dicitur ab Euãgelista Matthæo *x* Et stellæ cadẽt de cęlo. Vbi D. Chrysost. Euthymius, & Alij asserũt, stellas omninò abolẽdas, quia nulli vlterius vsui in nocte. Quod etiã probãt per illud Isaiæ *aa* Tabescent omnes virtutes cœlorum: & cõplicabitur cœlũ sicut liber; & stellæ omnes cadent, sicut folia ex vite, & sicut cadũt folia de ficu. Quemadmodũ igitur (inquit D. Chrysost.) *bb* Folia propter fructuũ conseruationem. Sic stellę propter homines. Igitur quemadmodũ fructibus depositis cadũt singula folia. Sic extinctis hominibus ad quid stellæ? Sed re vera nõ consentit cõis opinio: & ad priorẽ respõdetur obiectionẽ, stellas adhuc relinquendas propter solũ cęli ornatum D. quidem August. præfatã non improbat opinionẽ; sed probabilius ait. Videtur tropicam esse locutionem: Tot enim fulgura, totq; inflammatæ exhalationes formã stellarum referentes, tunc temporis e cœlo in terrã ab Angelis iaculabuntur, vt stellæ ipsæ mere videantur. Quod verba vidẽtur sonare Isaiæ citata, Et ex ipso videtur elici textu Euangelij. Cũ videlicet stellas casuras prædixerit, quasi in citato sensu reddẽs rationem, subdit. Nam virtutes cęlorum commouebuntur: nempè Angeli Dei exponunt ferè omnes interpretes D. Hieronymus, D. Chrysostomus, Euthymius, Theophilactus & alij. *cc* Qui Angeli vt præfati sentiunt doctores) cõmouebũtur, vel admirationis motu. Sic Hieronymus, Euthymius, & Theophilactus. Vel timore quodã reuerẽtiali. Sic D. Aug. *dd* Et D. Chrysostomus. *ee* Vel vt superius dictũ ẽ, cęlitus quasi ardẽtes emittẽt stellas, fulgura, tonitrua tẽpestates, validissimos vẽtos, & cætera similia in terras. Vel cęlos inordinatè magno cũ terrore mouebũt, siderũ perturbãdo cursus, & ordines. O terrorẽ, o terrorẽ. Iansenius verò, & Gaietanus per virtutes cęlorũ exponũt cęlorũ, corporumq; cęlestiũ vires oẽs, quas ante iudiciũ penitus commutari, & cõturbari debere asserũt. Nos vtrumq; fieri cũ iisdẽ doctoribus credamus; nã & cœli ab Angelis moti, & Angeli eos mouẽtes cõturbãdi, & cõmouẽdi. Nã de corporibus, & sideribus cęlestibus apertè loquuntur Euang. vt de sole luna, & stellis. De Angelis verò cũ Ecclesia cantet, tremũt Potestates; & D. Greg. de Angelis illud exponat. *ff* Colũnæ cęli cõtremiscũt, & pauẽt ad nutũ eius, aliquo extraordinario motu in fine mũdi Angelos cõmoueri oportet. Vel vt supra expositũ ẽ, vel motu iræ, atq; odij aduersis mũdi peccata, vniuersos [illegible] pios ad vindictã malefactorũ gaudiũ bonorũ; Dei obsequiũ; erunt etiã signa In sole. i. in Christo inqt D. Chrysost. *gg* qui vbi modo misericors, & benignus pater se exhibet, iudicẽ tũc seuerũ se mõstrabit. iudice porrò aditurinõ sessionis tẽpus expectat, & sniæ; sed illũ præueniũt, beneuolũ reddũt; interponũt amicos placãt muneribus. Hoc idẽ *magna* cũ diligẽtia præstemus, & nos fratres monente regio Propheta. *hh* Venite, præoccupemus faciem eius in confessione. Venite, venite, preueniamus, peniteamus, confiteamur peccata nostra Præoccupemus faciem eius in confessione, vel in muneribus. Da inopi pecuniam, & [illegible] placaueris aliquando commouendum signis, atque dicturum: esuriui, & non dedistis. Sitiui, & non dedistis &c. Quare discedite à me maledicti in ignem æternum. O tremendum, o terribile [illegible]ignum in sole Christo futurum, qui benignum, & pium semper miseri-

Eandem signa quę in Christi morte fuerunt erunt & in iudicij die.

x cap. 24.
aa ca. 34.
bb Hom. ad Heophit.

D

Quomodo intelligatur stellas casuras esset.

cc in Mat. c. 24.
dd Ser. 130.
ee Ser. de cin. & latr.

ff Iob. 16.
Ad Dei nutũ omnia eum tremiscunt.

E

gg Hom. 5. de pœnit.
Iudex seuerus in iudicio Deus.
hh Pſ. 94.
Ad Pœnitentiam [illegible]

misericordem, & clementem se exhibet. Iudicij vero tempore diram ostendet Iudicis iram, monente Isaia. *ii* In loquela enim labii, & lingua altera loquetur ad populum istum: cui dixit. Hæc est requies mea. Reficite lassum: & hoc est meum refrigerium; & noluerũt audire. O dulcem, o suauẽ Christi loquelam. O mitem linguam, o gratiosa labia suam appellare requiem, suumq; refrigerium pauperum refectionem. Tunc autem Sessionis tempore in loquela labii, & lingua altera loquetur. Quid est hoc fratres? qua lingua vtetur Christus? Lingua (inquit) altera, lingua peregrina, & aliena. Quemadmodum enim principes magni lingua vtuntur sibi vernacula, & genuina: non autem peregrina, vel aliena, nisi vel per interpretes, vel aliqua coacti necessitate. Sic Dei, & Dñi nostri Iesu Christi lingua vernacula, genuina, & propria est pietas, misericordia, clementia. Quod ipsi cęli ostendunt, dicẽte Propheta. *KK* Cęli enarrant gloriam Dei.i. Dei misericordiã exponunt ferè omnes: qua iugiter nos in cœlorum ordinatis motibus perfruimur. Tunc autẽ lingua loquetur sibi quasi aliena, quasi altera, & peregrina, lingua iustitię, vindictæ lingua, monente eodem Propheta regio. *ll* Annunciabunt cęli iustitiã eius. Et clamãtibus Euangelistis. *mm* Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis: & Sol obscurabitur; & Luna nõ dabit lumen suum: & virtutes cœlorum commouebuntur. Nam & Sancti, & Angeli etiã, quasi stellæ Solem suũ Christũ imitãdo sua dabũt signa, & absorti erũt. *nn* Hinc D. Bernardus. Iuncti petræ iudices eorum .i. absorti plenè in affectũ iustitię summi Iudicis in soliditatẽ Petræ Christi plenè transeuntes. Non enim exorabunt, non deprecabuntur pro peccatoribus iudicem; sed iustitia plenè armati, erũt Iudici in iudicio, & sententia perfectè iuncti. Et sic erunt signa in stellis. Vel etiam erunt signa in Sole, Luna, & stellis.i. in intellectu, & volũtate in finem vitæ peccatoris impœnitentis, dicente Dauide. *oo* Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me: nempè in die mortis, & iudicij particularis, in quo iniquitates, & peccata vniuersa quasi rabidi leones, & effrænati vrsi fame, ac furore perciti circundabunt calcaneum, idest finem vitæ, ad quẽ peruenit impœnitentis iniquitas; & ideò iniquitas dicitur calcanei. Qui vero sunt illi, quibus hoc sæpius accidit? quibus Sol intellectus, & Luna volũtatis obscurantur in fine? Et quorum stellæ sensuum penitus cadunt ad pœnitentiam inepti? *pp* qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarũ suarum gloriãtur. O quàm satiùs esset illas in pauperes distribuere, Spiritusq; sancti monitum præ oculis habere, dicẽtis. *qq* Memẽto Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, quando tenebrescent videntes per foramina; quando ibit homo in domũ æternitatis suæ. Memento Creatoris tui antequã conteratur hydria super fonte: & confringatur rota super cisterna; vbi singula verba Spiritus sanctus de vltima hora loquitur morientium: & miras per metaphoras ostendit, quomodo tunc Sol obscurabitur intellectus; & Luna voluntatis non dabit lumen suũ, & obtenebrescent stellæ sensuũ. Ideo præmonet, hortaturq; dicens. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuę: nempe ad pœnitentiam, & sacramenta recurrendo, confessionis, & Eucharistiæ dum sanus es, & pęnitere potes, dũm clarè discurrit intellectus, dum voluntas plenè deliberat, dùm vigent sensus, antequam veniat tempus afflictionis tuę, idest infirmitatis, & mortis, in qua magna est peccatorum afflictio, pressura magna, quando tenebrescent videntes per foramina, idest homines per potentias videntes sensitiuas externas, per

Marginalia: *ii cap. 28* — Magna ex ore Dei oritur suauitas. — Similit. — F — *KK Psal. 18.* — *ll Ps. 21.* — *mm Math. 24. Luc. 21.* — *nn Psal. 140.* — *oo Psal. 48.* — Peccata i die iudicij sicut ferocissima animalia erunt. — G — *pp Psal. 24.* — *qq Eccl. 12.* — Diligenter præmeditanda est mortis hora. — Dũ vigẽt sensus, tunc pœnitẽtiam agere debemus.

quas animæ sunt videntes, & cognoscentes quasi per angusta foramina, sed non plenè. Quæ potentiæ in diē infirmitatis, & mortis obtenebrescent, vt neque sic per foramina sensuum videri possit sensibus iam cōfusis, atque attonitis existentibus, obscurato intellectu, perturbata voluntate, timoreque horribili vndique oppressis, ita in peccatis morientibus; nam sic obscurè, atque confusè vndique obtenebrati aduertent se post horam vel dimidiam, vltimam subituros terribilem inappellabilemque supremi Iudicis sententiam. Discedite a me maledicti in ignem æternum, comminante desuper ira Dei, efferuescente inferius dæmone, atque inferno, remordente intus atrociter conscientia, prementibus exterius vndequaque perpetratis malis, omissis bonis, quando in momento, in puncto ibit homo in domum æternitatis suæ. H

Iusta mortis horā omnes sensus obtenebrati sunt.

O tremendum, o ponderandum spectaculum nunc domus nostræ, domus extant breuissimi temporis, tunc ibit homo in domos æternas, in suę æternitatis domos nullam aliam habet ęternā; sed sua ęternitas est in futuro, in Inferno, vel in Paradiso æternitatis suæ inquit; nam secundùm vniuscuiusque merita, vel demerita suum quisque facit cęlum, vel infernum, suamq; æternitatis efficit domum. Memento itaque (repetit Spiritus sanctus) Creatoris tui, scilicet pœnitendo, & misericordiam implorando antequàm conteratur hydria super fonte, & confringatur rota super cisternam. Vbi alias pulchras per metaphoras idem, quod supra repetit: nam per cisternam hic designatur, & describitur mundus, in quo voluptates, & diuitiæ, cæteraque omnia temporalia bona sunt quasi aqua in cisterna è pluuiis collecta, breui consumenda, & exsiccanda, facileque cum non sint aqua viua, corrumpenda, & euanescenda. Rota verò est hominis vita, quæ quasi rota modò eleuatur, modò deprimitur, modò in gaudiis, modò in tristitiis, modò in spe, modò in metu, modò in prosperis, modò in aduersis; & sic iugiter ad modum rotæ voluitur, & reuoluitur, & cum ea super huius mundi cisterna reuoluitur corporis hydria: nam corpore quasi hydria omnes huius mundi aquę voluptates hauriuntur. Præmonet itaque Spiritus sanctus. Memento Creatoris tui antequàm conteratur hydria corporis super huius mundi fonte, antequàm Sol intellectus obscuretur, antequàm Luna voluntatis perturbetur, antequàm potentiæ obtenebrescant sensitiuæ, antequàm conteratur ista corporis hydria per infirmitatem, & mortem, antequàm confringatur vitæ rota super voluptatum, & sensualitatum cisterna. Memento, memento Creatoris tui: nam in puncto incipit, in puncto desinit vitæ rota; & si mundi huius bona tui corporis hydria fusius, & latiùs hausisti ea, vel saltem nunc in pauperum leuamen, in tui subsidium per eleemosynas refunde, vt respirare possis dum & ego respiro. I

Diuitiæ, & reliquæ huius mūdi voluptates, sunt sicuti aqua in cisterna.

Pœnitentię tēpus est accelerandū.

SECVNDA PARS.

Secundū mēbrū.

Signis explicatis cœlestibus subdit Euangelista terrestria. Et in terris (inquit) pressura gentium. Quo in verbo, cæteris omissis, congeries, ac moles innuitur malorum, vt inquiunt D. Pater Augustinus. rr Et venerabilis Beda. ss Vel vt inquiūt Santhes, Pagninus, & Theophylactus. tt Erit pressura. i. coarctatio animorū, & angustia maxima. Erunt enim homines cōfusi, perplexi, anxii, cōsilii inopes, aridi, arescētibus (inquit) hoībus prę cōfusione quo se vertant nescientes. Mare namque deficiet, vt ita dicamus, erga impęnitentes peccatores bonitatis, & misericordiæ Dei, eiusdem vindicta, & ira exardescente in eos, qua cęlū, & terram, omniaq; in illis contenta pessundabit,

rr Epist. 80. ss in Luc. 21. tt In Luc. 21.

bit, ac penitus corruere faciet. Si enim cum Deus populum suum electum ex Ægypto educere voluit, omnia Aegyptiorum idola euertit; quanto magis in fine mundi, quando non vnicum electum populum, sed omnes omnium nationum, quæ sub cęlo sunt, electos de illo est educturus, omnia ipsius mundi destruet idola? idest omnia, quæ quasi idola in mundo sibi constituerunt homines regna, ciuitates, arma, exercitus, palatia magna, magnas aulas, villas, possessiones, & cętera omnia, quæ ferè adorant homines quasi sua idola, ac si æterna essent. Audient itaque prophetam regium dicentem. *uu* Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarum suarum glorian- *uu Ps. 48*
K tur, videlicet, ac si essent æternæ; & qui tabernacula ædificant in progenie, & in progenie, idest palatia, & possessiones perpetuare credunt in suis successoribus, in progenie, & progenie sine fine. Et qui vocauerunt nomina sua in terris suis, scilicet per inscriptiones, epitaphia, encomia, insignia super ianuas, & in parietibus. Hi omnes relinquent alienis diuitias suas: & sepulcra eorum domus illorum in æternum. O dirum spectaculum. Omnia relinquere, & relinquere alienis, & infernum petere pro æterna sua domo. O inexplicabilem sola consideratione pressuram. Tunc enim Deus in terris tria dabit in vniuersis prorsus creaturis principalia signa signum suæ omnipotentiæ: quia perdet ferè omnia, ita, vt videatur ea in nihilum reducere, vt se ostendat eum, qui creauit, qui conseruat, & eadem potentia in nihilum reducere potest, signum dabit sapientiæ; nam sic destituet mundi cursum, & ordinem, vt magna in confusione per omnia inuersus videatur penitus absque rectore, vt se ostendat eum, qui sua sapientia mundum nobis ordinatè dirigit, signum dabit bonitatis: nam ab hac ad iustitiam transiet, & lingua loquetur altera, vt supradictum est, puniens vindicans, vlciscensque seuerè non in duos, vt olim in Dathan, & Abyrone non in prouinciam vnicam, vt olim in Pentapoli: sed in vniuerso prorsus orbe, & in vniuersos deseuiet suppliciis, & vltionibus inauditis peccatores. O pressuram, o pressuram. Et quis nostrum non timet, ac tremet? ea sola mente percipiendo? certè qui hoc non corripitur timore peccator, actum est de illo. Diuus quidem Bernardus ad Thomam de sancto Audomare scribens ait. *xx* Ad omnem recordationem tui animam meam transuerberat gladius timoris tanto acerbius quanto te minus timentem considero. Quid igitur de nobis miserrimis peccatoribus? cum sanctus adeo timeat sancto solum quia sanctus non timet? O facinorosi, vnde tanta securitas? Audite iterum D. Hieronymum de seipso ad Eusthochium dicentē, *aaa* cum iam in eremo redactus esset pœnitentia insuperabili degens. Ille ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaueram scorpionum tantum socius, & ferarum. O quid nos cum
L tam insignis pœnitentia sanctus ob gehennæ metum (inquit) se tali damnasset carcere? Ita D. Cyrillus Alexandrinus, *bbb* ita D. Gregorius Magnus, *ccc* ita omnes sancti, & electi Dei maximè sibi timuere. Ponderate itaque fratres; quòd qui ambulant in via sęculi huius audaciores, sunt etiam fortiores: timidiores verò sunt imbecilliores. Contra verò accidit in via Dei. Sic D. Gregorius in illo Iob. *ddd* Vbi est timor tuus? ait. Sicut in via sæculi audacia fortitudinem: ita in via Dei audacia debilitatem parit. Et sicut in via sæculi timor debilitatem: ita in via Dei timor fortitudinem gignit. Nihil enim timet creaturam qui timet creatorem. Nec inuenit, quod extra metuat, qui Dominum timet intra. Mens namque nostra rectò metu conditori

Tria prĩcipalia signa de Dei omnipotentia in die Iudicij demonstrabuntur.

xx Epist. 108.
aaa Epist. 22.

Sãcti Deĩ magnopere infernum metuerũt, quanto magis hoc peccatores facere debent.

bbb oratio de exitu animæ.
ccc lib. 8. mor. c. 13.
ddd c. 4.

con-

SI perfecta omnia, si robusta, si nullius indiga gignerer, & proferret natura, deficeret ingenium, ars periret, aboleretur pietas: & si non esset disciplinæ studium, aurum obscuraretur in terra, gemma occultaretur in lapide; vtrumq; tamē inuenit, purgat, distinguit, elimat opifex disciplina & ars industris vsq; ad murenulæ speciosæ speciē, & gratiam perducit. Et
A quæ terra naturæ largo de fonte producit, aut aspectantur in sensibus, aut agresti dominante luxuria, siluescit in campis, nisi ad cultum, & decus agricolę reuocet solers industria. Et (ne longius vagemur) Quid homo in cunabulis natus recenter? Tunc homo in homine latet, ratio in rōne sepelitur, mēbrorū vsus in mēbris hebescit, stupent sensus in sensibus, & vniuersa hominis in homine torpescunt: vnde, si non inclinaretur parentum pietas, nisi nutricis laboraret affectio desudaret industria, coleret ars, & (vt plenius dicam) nisi quot hominis membra, tot essent hominis magisteria, vt hominem perficerent, nunquam homo aut esset, aut videretur homo. Et hæc omnia quidem præstat parentum naturalis humanitas. Quanto vero sublimius, eminentius quanto Dei filius, vt ad super cęlestia, & supernaturalia eueheret hominem, in rebus præsentibus infirmari voluit studiumque adhibere diuinum? Etenim, vt in rebus æternis hominem collimaret, atq; in his, quæ sunt supra naturā, perfectum redderet, mul... maiorem adhibuit disciplinam, excellentiorem longe docuit cultum, a...ibuit, inquam, ipsemet Dei filius homo factus, opus, laborem, studiu... industriam disciplinam, posuit opera merita, vitam, laborem, corpus, sanguinem, & vniuersa, quæ habuit, vt hominem ab imperfecto ad p...ectum perduceret, ac ab infimis, & terrenis ad suprema, & super cęlo ...sublimaret. Ita hodie cum duos vidisset simplices, ac rudes piscium piscatores, illos uocando, eosque suo studio perficiendo, efficit super omnem terram principes ac suos ad capiendas pretiosas animas legatos. Venite (inquit) post me: faciam vos fieri piscatores hominum. De solo autem Andrea de quo sancta celebrat hodie solemnitatem Ecclesia, sermonē habituri, Duo tantum breuiter ponderabimus: nempe Christi vocantis modum secundo promptam sequentis Andreæ obedientiam. *Diuisio bimembris.*

De primo inquit Christus. Venite post me: non ante me, non simul mecū, sed post me; nam in fronte pergit exercitus Christus, primus irrumpit inimicorum aperit cuneos, penetrat acies, vincit, aperit, viam facit vt nos post ipsum ...uti, ac sine periculo incedamus. Ideo ait. Venite post me. Et hæc ratio (vt notat D. Bernardus) cur Christus Dominus noster ad primum crucis congressum cępit pauere, tædere, contristari, & męstus esse. Primus, enim in lenas totas, & diras inimicorum, acies armatas irrupit, Quid post ipsum iam
B inimicorum fracto exercitu Andreas noster? Securus (inquit) & gaudens. O bona crux venio ad te. Quid igitur? Andreas fortior Christo? Absit: sed quemadmodum concinnam per figuram primus homo in mundo non dignitate, sed tempore costam ex seipso dedit firmam, & fortem ad mulierem socium sibi ædificandam, & loco fortis, ac stabilis costæ fragilem, & mollem induit carnem dicente textu. Et repleuit carnem pro ea: in carne, videlicet Adā. Ita secundus tempore in mundo Adam dignitate primus Christus Dominus noster, pro ædificanda sua sponsa Ecclesia per Euam figurata suæ intrepidæ,

Primum Mēbrū.

Quare Christus ad crucis igressum cępit pauere, Andræas autem gaudere hic declaratur.

dæ fortitudinis costam dedit, & loco eius in seipso suæ induit sponsæ fragili
tatem, mollemque, ac trepidantem carnem pro ea. Quid mirum igitur, si Chri
stus pro nobis nostra indutus carne, ac fragilitate, cœpit pauere, tædere, ac
mæstus esse? Quidne mirum e contra si martyres vniuersi etiam tenerrimæ
puellæ, intrepidi, vbique contra vniuersam Tyrannorum cateruam omnia-
que tormentorum genera, constantesque persistunt? specialiter autem ho-
die Andreas Christi munitus fortitudine, ac virtute, non timet, non pauet, C
sed securus (inquit) & gaudens o bona crux venio ad te. O salutare nobis,
o dulce mutuum, & nobis necessarium, o dignam commutationem, & no-
stræ proportionatam carni; dare Christo timorem, pauorem, fragilitatem, ac
tedium; & a Christo recipere fortitudinis costam, & securam intrepiditatem
ita, vt cum Andrea singuli, si voluerimus, quacumque oblata crucis occasio-
ne dicere poterimus. Securus, & gaudens, o bona crux, venio ad te. Præ-
sertim etiam, cum nedum Christus nostram nos exuerit fragilitatem,
suamque nos induerit fortitudinem; sed vlterius cum omnia excogitabi-
lia tormenta per Christi pectus quasi per proficua transierint mineralia, dul-
cia sunt nobis reddita post ipsum illorum bibentibus calicem. Hinc sanctus
Dauid ad hoc alludens canebat. *a* *Dominus custodit te, Dominus prote-
ctio tua*, de vnoquoque Christi loquens imitatore. Vbi textus hebræus. *Do-
minus vmbraculum tuum*: nam Christus contra persecutionum vrentes ra-
dios positus, vndique nos defendit. Ibidem Dauid per diem *Sol non uret te*.

Oia tormenta p Christi pectus transierunt, etiã nobis dulcia reddita sũt.

a Ps. 20.

Quare? Dominus custodit te, Dominus protectio tua, Dominus vmbracu
lum tuum. Ideo ait vocãdo Christus. Venite post me; Venite post me præte-
rea (inquit) mea, scilicet imitando, mea sequendo vestigia. Duo porro in
genere proponit imitanda de seipso Christus: nempe doctrinam, & opera.
Doctrinam, quæ fide continetur: & opera, quibus ea, quæ credimus, e[illegible]qui
mur. *b* Ità Elisæus ad suum patrem, & ducem clamabat Eliam. Obsecro,
vt fiat in me duplex spiritus tuus. Vbi eruditè Rabbi Salamon aduertit,
ꝙ non petiit Elisæus, vt in se duplo maior fieret Eliæ spiritus; nam imper-
tinens, temeraria, indiscreta, & superba fuisset petitio: sed petiit (inquit Glos-
sa) doctrinam, & opera: opera, & fidem, quibus in cęlum volamus, nec
vnica possumus volare ala, sed simul duabus iunctis, operibus, & fide. Ita
pinxerunt antiqui (si rectè memini) victoriã simplicẽ ala vnica; sed victoriã
perpetuam duabus alis: nàm homines vnius alæ tantum, idest vel tantum
fidei, vel operum tantum vincent aliquando & in aliquo. At duabus operi-
bus, & fide simul iunctis vbique in omnibus, ac semper vincent: ita pinxe-
runt Mercurium apud ipsos veræ sapientiæ Deũ alis in qualibet manu dua-
bus, duabus, in quolibet pede; duabus in capite, ac ita vbique in toto corpo-
re, ac in omnibus membris vbi posuerunt alas binas pinxerunt, vt referunt D
Pierius, Alcyathus, & alij. In hoc sanè ostendere volentes nullum existere
perfectum hominem, nisi duabus munitus alis, operibus, & fide. Quàm ve
rò sit infelix, & miserrimus Christianorum nostri æui status, illud ostendit,
quod nostra pro doctrina, & eruditione in veteri docuit lege Deus, *c* vbi in
ter aues a Deo tamquam immundas reprobatas exisit Struthio. Et ratio est,
quia pulcherrimas habet plumas ad exteriorem ornatum, & cultũ plurimũ
valentes; Et quæ ideo ad pompam super clypeos, ac pileos aptantur militum
& equitum: sed pro vsu scribendi, pro vsu manuum quocumque minimè
valent. Quid igitur designat pulcher ornatus exterior in Struthionis plumis
nisi

Venite post me his in verbis duo pcipua innuit Christus

b 4.Reg.2

Qũo ab antiquis describebatur victoria.

c Leu.11. Deut.14.

Hoĩespõ pas appetentes Struthioni assimilantur.

nisi fidem? Quæ suapte natura pulcherrima est. Quid inquam signat, nisi nostri æui Christianorum externam fidem, cultum externum? Quæ nisi manuum sit apta vsui, nisi videlicet operibus iuncta sit, reprobatur a Deo tamquam immunda. Binis igitur alis, si post Christum pergere volumus, operibus, & fide munitos nos esse oportet. Venite (inquit) post me: nam discrimen inter iustos, & impios illud extat, quod impii Christum venire post se volunt: iusti vero post Christum eligunt pergere. Iusti se Christi legi conformant; impii legem sibi conformari volunt. d Sic Dauid concinne. Beatus (inquit) vir qui non abiit in consilio impiorum. Qui videlicet legem Dei suæ libidini aptare student; sed è contra. In lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte: legi nempè Dei se adamussim conformando. Beatitudinis itaque initium, atque principium est, se non miscere cũ malis, non pergere cum impiis, ad suas non trahere Dei legem voluptates. Beatus (inquit) vir, qui non abiit in concilio &c. Perfectio vero beatudinis integra, & summa est, se totum legi conformare Dei. Vnde subdit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte. At quare nõ dicit potius. In voluntate eius lex Domini; sed è conuerso. In lege Domini voluntas eius? Nonne aptius, & melius lex in voluntate, quam voluntas in lege? Sicut alibi Dauid. e Et legem tuam (inquit) in medio cordis mei. Vtrumque dici potest; sed magno cum discrimine de diuersis: nam de solo Christo illud & legem tuã in medio cordis mei; de omnibus aliis a Christo, quicunque sint illi, sed in lege Domini volũtas eius. Et ratio discriminis est, quia secundum Aristotelẽ, omne receptum est in recipiente per modum recipientis: quod vltra multos alios modos, verificatur etiam in illo; vt, si aquam, vel quemcunq; alium liquorem in vas quodcunq; ponas, figuram sumit vasis vel rotundam, vel quadram, vel oblongam secundum vasis figuram. Sic profecto si lex ponatur in corde aliquo, illius cordis figuram, & modum illam recipere oportet. Contra vero, si cor & voluntas in legem recondatur Dei, legis normam, & figuram prorsus induet. Nullum itaque cor, nulla voluntas est inobliquabilis, nisi voluntas, & cor Christi. Quare nullum cor norma potest esse, vel regula ipsius legis inobliquabilis, & infallibilis, nisi solum cor Christi. Et ideo de illo solo dicitur. Et legem tuam in medio cordis mei. Cæterum de omnibus aliis abiit, vt legem in corda reponamus eorum, cũ possint obliquari, & a rectitudine deflecti. Sed è contra cor in lege, & in lege Domini voluntas eius de vnoquoque iustorum dicendum: vt legis normam, & rectitudinem omnem induat. Mali sunt igitur, & impii qui ad suum cor prauum, & obtortum Christi legem detorquere vellet. Iusti vero, ac recti Christi legi. Christique cordi se conformando, merentur, vt de illorum singulis dicatur. Sed in lege Domini voluntas eius. Et in lege Domini cor eius. Cor ergo Christi rectitudo, & norma inobliquabilis ipsius legis: lex vero norma, & rectitudo cordis omnium aliorum a Christo. Illius igitur voluntas recta erit, quę adamussim Christi legi conformabitur. Hinc illud ab antiquis receptum adagium a Plutarcho citatum. f Ad amussim applica lapidem, & nõ lapidem amussim. O quam absurdum esset ad singulos, (vt natura producuntur) lapides, velle conformare amussim; & domificatorum regulam, & non minus quin & multo maius esset absurdum ad singula impiorum obtorta corda velle amussim cõformare, ac detorquere legis. Ideo recte interpretatur adagium Plutarchus, dicens, vitam a lege esse corrigendam, & non contra, leges

E

d Psal. 1.

e Psal. 39.

Oẽ receptum est in recipiente per modum recipientis.

cor Christi solum potest esse norma legis infallibilis.

F

f Opusc. de prof. morum.

ad mores hominum corruptos trahendas. Omnes igitur Christiani lapides in Ierusalem super cęlestis ædificium coaptandi ad Christi legis amussim omnino applicandi, & conformandi. Vnde canit Ecclesia. Tunsionibus pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis, per manum artificis (idest Christi)

Adagiū. disponuntur permansuri sacris ædificiis, nempe super cælestibus. Hinc aliud vulgatum adagium, vt de quacumque re perpolite, & exquisite confecta dicamus illam adamussim patratam. Ita homines, qui se Christi conformant legi, adamussim confectos dicere poterimus: & quod in lege Domini cor sit, & voluntas eorum. Væ autem illis, qui non sic se legi conformant Christi; nā tempus veniet iudicii, in quo ad vnumquemque nostrū quasi ad lapides ap-

g Zac. 1. Similit. plicabitur Christi legis amussis iuxta illud Prophetæ. g Extendetur perpendiculū super Ierusalem: illo nempe modo, quo domificatores perpendiculū extendunt, & amussim applicant ad quemcumque superædificandum lapidē & non conformes ad regulam, & amussim reiiciunt, ac vt ineptos proiiciunt. Ita in iudicio extendetur perpendiculum cordis Christi, & vitæ Christi, quæ amussis, & regula fuit legis: & ad illam vniuscuiusque nostrum applicabitur vita, & expendetur, an sit conformis. O tremēdum spectaculum. G

h Rom. 8. Nullus omnino saluabitur, nisi qui Christi vitæ, ac legi conformis reperietur dicente Apostolo ex parte Dei, h Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imagini filii sui. Nullus ergo prædestinatus vel beatus, nisi qui filii

Nullus p̄destinatur nisi qui similis sit Christo. sui vitæ imagini, ac legi conformis repertus fuerit. Vnde tremefactus exclamat D. Chrysostomus. Quid mea iustitia Christi cōparata iustitiæ? Iniustitia potius videbitur. Quid mea castitas, & puritas, Christi cōparata puritati, & castitati? Immundicia prorsus, & impuritas apparebit, Quid mea obedientia, & obseruantia legis cū Christi obedientia, & obseruantia, quæ fuit ipsius legis norma, & rectitudinis rectitudo prima, & prima regula regulæ? Quid omnes denique virtutes, & virtutum actus, cum Christi virtutibus, & actibus? Vt lumen (inquit Chrysostomus) lucernæ in meridie a lumine penitus absorbetur solis: ita omnes cuiuscumque iusti virtutum actiones ad Christi actionum lumen incomprehensibile comparatæ, nil prorsus apparebunt. Verumtamen si omnes ad Christi vitæ amussim conformandi, quis nostrum saluabitur? Vos dicite fratres: vestrum esto iudicium; sed audio vos dicere Nullus omninò. At bono estote animo, & (vt verbis vtar pro-

i Isa. 40. phetæ) i Consolamini, Consolamini, popule meus; nam, sicut a principio dixi, non vult Christus, nos præcedere illum, nec vult ex æquo nos ire cum illo; sed post illum. Venite (inquit) post me. Quomodo au-

K Matt. 16. tem post illum ire debeamus alibi se declarat, dicens. K Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non di-

Christū sequi quomodo debemus. cit Christus. Tollat crucem meam, sed crucem suam. Non eandem igitur Christi crucem tollere debemus, & cum illo ex æquo incedere; sed crucem H vnusquisque, suam; & post ipsum pergere, idest proportionate vnusquisque secundū suum gradum, secundum suam vocationem, vel religionis, vel sęculi, vel principis, vel vassalli, vel prælati, vel subditi, vel voto castitatis, & continentiæ adstricti, vel matrimonio vincti se conformari debet Christi legi, ac vitæ. Et secundum vniuscuiusque proprias vires, & facultates post Christum gradatim incedere: nec enim potest delicata, & mollis complexio illa peragere ieiunia, & laboriosa illa perficere opera, quæ alius tum assuetus, tum fortioris complexionis facile perficiet. Vnusquisque igitur

pro-

proportionatè ad vires, ad gradum, ad statum tollat suam crucem, & Christum sequatur: vadat post Christum, & Christum sequatur vocantem: & hoc sufficit. O fœlicem Andream, qui Christi adiutus gratia, non suam, sed Christi eandem tulit crucem, & securius quam ipsemet Christus, & lætius, modo supra exposito: nam Christi induit fortitudinem, & virtutem. At felices etiam illos, qui proportionatè sibi vel saltem quod possunt præstant, Christumque suam tollentes crucem sequuntur, Christique legi obediunt adamussim. Quid verò inobedientes? Desperantes (inquit Apostolus) tradiderunt semetipsos impudicitiæ, & luxuriæ in operationem immundiciæ omnis, in auaritiam. Vbi Diuus Hieronymus legit. Indolentes, i. sine dolore conscientiæ, sine dolore salutis æternæ amissæ, vel amissæ beatitudinis, o desperantes, & indolentes. Qui sunt qui desperare prorsus debent de propria salute? de beatitudine? de cœli gloria? Qui sunt indolentes, qui sine dolore conscientiæ peccant. Qui sine distinctione facilè peccant, vt cætera patrant humana opera. Qui sine timore inferni, iudicii, æternæque pœnæ peccant. Qui æquè indolentes, ac desperantes tradunt semetipsos impudicitiæ, luxuriæ, omnisque generis immunditiæ. O proditores propriæ salutis, famæ, facultatis, & vitæ. O prodigos honoris vestri, vestri corporis, & animarum vestrarum quousque tandem? Quousque tandem? Recogitate quæso quòd perpendiculum extendetur, quod ad Christi legis, & Christi vitæ amussim applicandi, & conformandi estis: quod si prodigè indolentes, & desperantes dissipastis vestra, & vos ipsos, vel vnica saltem vice propter Christi amorem, dolentes, & sperantes, vestra non omnia, sed secundum minimam partem in pauperum subsidium largimini.

Pro viribus Christũ sequi debem⁹.

l I. Thi. 4

Præceptorum Dei inobedientibus quid accidérit.

I (margin letter beside "mundiciæ omnis")

SECVNDA PARS.

Modum vidimus, quo Christus suos vocauit Apostolos; superest, vt videamus, quomodo vocati Apostoli secuti sunt Christum; & præsertim D. Andreas. At illi (ait Euangelista) continuò relictis retibus secuti sunt eũ. O promptam, o desiderabilem obedientiam continuò secuti sunt eum: continuò (inquit D. Thomas) m ad ipsorum imitationem sequi Christũ, & nos debemus, propter quatuor. Primum, quia nos continuò nati deficimus: ideo non differendo, non procrastinando, sed continuò, subito sequi debemus: nam

K continuò nati deficimus. n Anni etenim nostri (ait propheta regius regiè) sicut aranea meditabuntur. Vbi Theodoretus, Chrysostomus, & alii Anni hominum, & aranearum telæ idem. Namque in dies, & annos euiscerantur homines laboriosè nimis, vt Araneæ; ad quid? vt fragiles, tenuesque texant præsentis vitæ negociorum telas. Vnde concinnè Diuus Hieronymus de his. Grandis quidem labor: effectus nullus. O quam verè, o laborem inexplicabilem hominum. Considerate aranearum laborem, cursum, & recursum, agitationem, & reagitationem celerrima cum uelocitate. Ad quid? Vt sese euiscerent. Ad quid tandem? vt muscas capiant. Grandis reuera labor: effectus nullus. O insensatos homines, o verè araneas; ad quid tot labores? vigiliæ tot? pericula tanta? tanta itinera: currere, & recurrere, peragrare terras, transfretari maria, seruire in curiis, adire magistratus? Sanè, vt muscas vanitatum capiant mundi. Grandis quidem labor: effectus nullus. O si continuò sic nati deficimus quare non potius cum Andrea nos

Secundũ Membr.

m Ser. de San. Andrea.

Continuo post vocationẽ Christum sequi debemus.

n Ps. 89.

Huic mũdo deseruientes nil aliud nisi muscas capiunt.

ipsos reficimus? & quomodo? Continuo Christum sequendo; nam illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum. Hinc aduertit Diuus Chrysostomus, quod Christus eos non vocat priusquam ad mare pergant, vel antequam retia extendant, sed dum retia iaciunt. Mittentes (inquit) retia. Quare? Vt magna eorũ eniteat obedientia: quia subito retia sic missa dimittentes, retibus missis ita dimissis continuo sequuti sunt Christum: ne vel minimum temporis conteratur, ne vel minima detur mora, ne vel minimum differatur temporis. Ita nos continuo studeamus proficere, quia L

In obediendo Christo Apostolos sequẽtes imitari debemus.

continuò nati deficimus: nam Christi sequela vt notat idem Chrysostomus, o in medio proponitur occupationum, vt ostendatur omnibus anteponenda & a nullo prorsus impedienda sed continuo adimplenda. Quia continuo nati deficimus. Præterea continuo secundo loco sequi debemus in nam subito (vt ait Spiritus sanctus p) venit ira Dei in contumaces, & inobedientes. Ita Sanctus Dauid. q Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos. Nullus itaque insolenter nimis confidat de tolerantia, & patientia Dei. Nam subito, continuo, de repente dum minus expectatur venit ira illius in contumaces, & inobedientes. Ideo continuo sequi debemus. Præterea tertio, quia irrationabiles creaturæ continuo in nostram confusionem obediunt Christo. Sic a mundi primordio dixit; & continuo facta sunt omnia. Ita dum vixit inter nos carnem indutus, benedixit. Et continuo audiunt Surdi, loquuntur muti, sanantur paralitici, resurgunt mortui. Maledixit, & continuo arefacta est ficulnea, eiecti sunt dæmones, si omnia igitur continuo, etiam irrationabilia, obediunt: Quare nos continuo Christum non sequimur? præsertim, quia denique quarto, & vltimo; quia continuo datur obedientibus præmium: O felices, qui continuò Christum sequuntur. Non enim expectat, vt remuneret dies, menses, & annos; at continuo vltra illud inexplicabile futuræ gloriæ præmium nos in præsenti præmiat vita, continuo vt sequimur, & obedientiam præstamus, elargitur nobis gratiam suam, & cũ sua gratia oĩa excogitabilia, & desiderabilia bona vel tẽporalia vel æterna, dũ modo salutaria nobis existãt. O insensatos igitur, o pditos, qui non continuo Christũ sequuntur cũ continuo detur obedientib. præmiũ, & cõtinuũ pmiũ, & magnũ pręmiũ imò, & multa, & magna, & continua pręmia; Cõtinuo igitur & nos relictis omnibus Christũ sequamur: quemadmodũ S. Apostolus Andreas cõtinuo relictis retib. illũ sequutus est; Andreas qui primus fuit ex discipulis Ioannis, q qui ad Christum venit. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri, vnus, ex duobus, qui audierant a Ioanne, & secuti fuerant eum. Hic est Andreas, qui Ecclesiæ pastorẽ Petrũ ad Christum dominum adduxit: nam inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei. Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Hic est Andreas, qui Epiphanio teste, r & Sophronio Ierosolymitano maior natu fuit Petro, cælibemque ducens vitam, præcursoris Domini fuit discipulus. Petrus negotiis intendebat, qui vxori, & familiæ, patrisque senio prouidebat. Andreas ætate maior, in vocatione prior, & perfectioris vitæ electione præstabat Petro. Hic est Andreas, qui (vt asserunt Origenes s & Eusebius) t ad Scythas missus in Græciam descendit: deinde in Epirum venisse testantur Gregorius Nanzianzenus, u & Diuus Chrysostomus. x Addit Nicephorus, aa eum peragrasse Cappadociã, Galitiam, M

&

o Ho 14. in Matt. p Eccl. 5. q Ps. 77.

Ira Dei descẽdit super insolenter confidentes

Magis obediunt creaturæ irrationales, quam rationales.

Obedientibus datur præmium.

q Ioã. 1. r Hiero. 31. s lib. 3. in Gen. t lib. 3. hist. c. 1. u Oratione in Ari. x Hom. de 12. Apo. aa lib. 2. c. 39.

& Bithyniam. Quibus peragratis ad Antropophagorum, & Scytharum solitudines peruenit; & ad vtrumque pontum Euxinum, orasque Septemtrionales, ad ipsum quoque Biznarii solum; deinceps Traciam, Macedoniam, Thessaliam, & Achaiā lustrauit: in quibus prouinciis omnibus cōtinuo Christum secutus, Euangelicis prædicationibus mirificisq; prodigiis, Christum glorificabat. Vlterius Dorotheus, *bb* & Sophronius *cc* dicūt Andreā etiam Sogdianos, & Sachos, Æthiopesq; penetrasse. Abdias verò specialius refert, illum Ecclesiam Niceæ in Bithynia erexisse; ibiq; Calistum primum Episcopum ordinasse, diutiusq; in Dei Ecclesia laborasse, ac sicut prius vocatus fuerat, maior natu Petro: ita superstitem post Petrum interfectum fuisse constat ex passionibus Apostolorum. *dd* Cui a sancto Ioanne Apostolo dictum est post Petri martyrium, poculū Petri bibiturus es. Nam idem crucis martyrium subiere. In quam ab Ægea proconsule Andræa est actus, vt verius post Christum pergens, eandem Christi crucem ascenderet, Christi nobilis effectus eques, & super eundem Crucis equum post Christum aduersus aereas pugnans potestates, & aduersus principes tenebrarum harum. Vel vt in eadem crucis ara Christo se hostiam salutarem in odorem suauitatis immolaret, in eademq; ad vniuersale iudicium Christo assistens iudex affuturus.

bb In Synops.
cc Apud Hier. de Script. eccles.
dd De pass. S. Andr. c. 10.
S. Andreas subiuit mortem crucis.

N

Notandum porrò, quod tres quasi primitiæ de Christi terra sunt vocati Apostoli, Andreas, Petrus, & Philippus; qui tres idem subiere crucis martyrium, mira cum varietatis pulchritudine. Christus enim vt caput, antesignanus, & dux cruci affixus est rectus: Petrus verò capite inuerso; nam capitis Christi vicem gerebat in terris. Andræas verò transuersus in crucem expositus, vt vnam porrigeret Petro manum, quem vocauerat: aliam verò Christo, ad quem vocauerat. Qui duo etsi differrent in modo, eadem tamen in crucis ara Christo se immolauerunt perquam salutares hostias, vt ad eorum exemplum continuò & nos Christum sequentes vsque ad crucis martyrium, & sanguinis effusionem, si opus fuerit, omnia, quæ impedimento sunt, statim relinquamus: quemadmodum illi continuo relictis retibus secuti sunt eū. Quam ad perfectionem (inquit D. Antoninus) per calcarum pa trem pergere debemus. At cauendū est maximè, vt omnia penitus relinquat, qui ritè Christum vult sequi, etsi nō effectu, quod non possint principes, patres, vel matres familias, & similes multi, saltem affectu: ita, vt vnusquisque se ipsum quoad inordinatum relinquat affectum, quod caput est; & summa omnium perfectio, tātoq; miraculosa magis, magisq; prodigiosa quanto illa assequitur, qui inter mundanorum negociorum insurgentes fluctus pernauigat. Sicut è contra nil penitus valet effectu relinquere mundū, sicut multi faciunt Religiosi: affectu verò non relinquere se ipsum. Vnde cum Socrati dixisset quidam, sese hominū reliquisse familiaritatem: nil tamen hoc sibi ad animi quietem profecisse. Dixit illi Socrates. Te ipsum tecum duxisti, cùm ab hominum familiaritate recessisti? Etiam (respondit ille.) Cui Socrates. Igitur solus non eras: aderat socius; & (quod peius est) socius pessimus; cum tecū te ipsum duxeris namq; tu ipse prius tibi relinquēdus eras. i. propria voluntas, quam, si reliquisses, nec ab ea te retrahi sineres, quietiorem omninò, & meliorem vitam inuenisses. In hoc igitur consistit vitæ perfectio, & viæ beatitudo, vt quisque se ipsum quo ad inordinatum relinquat affectum. Sic Diuus Gregorius de sanctis Apostolis loquens, Andrea, & Petro ait. *ee* In his affectū pensa, magis, quam censum. Non ergo pensandū, quòd

Tres Apostoli a Christo vocati sunt, qui eandem passi sunt mortem.
Exemplū Apostolorum à nobis sequēdum est.
Christū sequētes omnē huius mundi affectum relinquere debent.
ee Hom. SS. Petri, & Pauli.

O

quòd retia tantum reliquerint vilia: multū enim reliquit qui sibi nil retinuit, neque se ipsum. Quanti enim putatis vos fratres Regnum Dei valere? Nullum est pretium hac sub Sphera Lunæ tanto dignum Regno, vt omnes fateri nos oportet, cùm clarissimè constet, vt suppono. Hinc peroptimè Diuus Gregorius Regnum Dei non determinatur pretio. Quantum itaque valet? Respondet. Tantum valet quantum habes. O Dei bonitatem. O Christi clementiam, & liberalitatem. Si multum habes multum valet. Si parum habes, parum valet. Si nil habes, nil valet. Tantum valet, quantum habes. Vetulæ illi solum duo valuit minuta: tibi vnicum potest valere suspirium, lacrymulam vnicam: nam tantum valet quantū habes. Vnusquisq; igitur eo emat quod habet; nā tantū valet quātum habes. Ite in pace. Amen.

Apostoli retia relinquētes omnia huius mūdi reliquerunt.

DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.
Concio XCIII.

Præcursor Christi Ioannes ab Herode in carcerem detruditur, quantoque magis ibi corpore captiuus detinebatur, eo magis liber inter omnes homines (excepto Christo & B. Virgine) quoad spiritum extabat; de quo in vinculis detento varia in medium affert Christus encomia.

SI Alexander ille Magnus (referente Plutarcho) felicem appellauit Achillem, quòd Homerum suarum laudum habuerit præconem, O millies feliciorem Ioannem Baptistam, qui adhuc in vinculis existens, Christum D.O.M. suarum virtutum meruit habere Prædicatorē. Quid exiitis (inquit) in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Hominem mollibus vestitum? &c. quæ de Ioanne miram in eius laudem ore proprio Christus prosequitur in currenti Euangelio. Circa quod breuiter duo explicāda sumemus. Primum quomodo Ioannes in vinculis. Secundo quomodo a Christo laudatus. A

Diuisio bimēbr.

Primum mēbrū. De primo, Ioannes in vinculis, corpore quidem captiuus, omni verò prorsus homine liberior (excepta Deipara Virgine) spiritu existebat, dicēte Apostolo. *a* Vbi spiritus Dñi ibi libertas. At D. Ioannes adhuc in vētre materno Dñi spiritu repletus fuit. Ergo adhuc ex vtero suæ matris maxima fruebatur spiritus libertate, quā cum venter non impediret maternus, multo minùs nec Herodis vincula; nec enim Christiana libertas quacūque mundi vi, aut facultate vel teneri, vel allegari, vel impediri, vel minui potest, dicēte iterū Apostolo. *b* Itaque fratres nō sumus ancillę filij, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. Nullus ergo Christo oīpotenti inferior, libertate, qua ipse nos donauit expoliare nos Christianos pōt. At oīs alia potestas, quæcūque sit illa, Christo (cū sit Deus oīpotens) est inferior. Ergo, vti diximus, nulla tyrannorū, & vniuersi mūdi potestas Christiana libertate nos expoliare poterit. Quod explicat Apostolus iterū dicēs. *c* State, & nolite iterū iugo seruitutis contineri. B

a 2. Cor. 3.

b Ad Galat. 4.

c Ad Galat. 5.

contineri. Et quonam seruitutis iugo contineri potest Christianus? cum(vt dictũ est)nullum in mundo adsit? Vnicum tãtum effugere sufficit,qđ ex nobis est:nã est plenè voluntariũ,de quo subdit Apostolus ibidẽ. Vos in libertatẽ vocati estis fratres:tantũ nè libertatẽ in occasionẽ detis carni.q.d. Hoc solũ sufficit,vt perpetuam seruetis libertatẽ,nè illã in occasionẽ detis carni. Solũ itaq; peccatũ ex Apostoli verissima sñia,Christianã libertatẽ nobis adimere poterit. At Ioannes numquã carni deseruiuit,numquã vel peccauit venialiter. Igitur summa,et in vinculis fruebatur libertate. Et quare nõ frueretur qui nascens in plenè libertatis apertum signum(vt D. Ambrosius notat) *f* liguam soluit patris,quam ligauerat Dæmon? tantaquè soluit libertatis gratiæ plenitudine, quòd statum altissimè intonuit. *g* Benedictus Dominus, *f Ser. 4.* *g Luc. 1.*
C Deus Israel:quia visitauit, & fecit redẽptionẽ plebis suæ,&c. Et meritò quidem, nam vt aduertunt Cyrillus, *h* & Guerricus Abbas *i* Venerabilis Beda,& D. Bonauentura, *k* Ioannes gratia Domini interpretatur. Vbi ergò Dñi aderat gratia,Dñi libertatem adesse oportebat. In vinculis ergò libberimus extat Ioannes,qui sibiq; Ioannes erat Dñi gratia,& Dñi libertas. Hinc in aduentu eius,& in eius natiuitate vbiquè Ioannes resonat, vbiq; auditur Ioannes. Itã Angelus vocabis(inquit)nomẽ eius Ioannes. Itã mater Elisabeth.nequaquã(inquit)sed vocabitur Ioannes. Et pater Zaccharias postulans pugillarem scripsit dicens.Ioannes est nomen eius. Vbique igitur Ioannes resonat, quia vbiquè gratia Domini,Domini libertas. Quemadmodum enim quando magna multos per menses,& annos errat per mare nauis denique si à longe terram discooperiat,vel saltem arbore visa, omnes clamant de Naui, Terra, Terra, magno cum gaudio. Sic errante per hoc mundi mare tot per annos magna illa synagogæ naui, tandem a longe discoperta terra, visa noui testamenti gratia, exclamant omnes Terra, Terra, Ioannes, Ioannes,gratia,gratia,libertas,libertas: non quod Ioannes libertas esset ipsa, nec ipsa gratia, quemadmodum nec arbor prius discooperta est terra: sed terræ certissimum signum. Itã Ioannes non erat gratiæ fons, nec noui testamenti auctor: sed eius certissimum, & infallibile signum, terræquè ipse stabiliter,& radicitus infixus,idest, in Christi gratia firmiter, immobiliterq; fundatus. Vndè in vinculis etiam,in gratia,& libertate plenissima existens erat Ioannes. Quando enim aliqua inseritur arbor,verbi gratia. Pirus in pomo,etsi fructus pomus extiterit: pirus tñ in potterũ est,& dicitur arbor insita,& fructus omnes,quos producit, sunt pira semper. Itã Ioannes, etsi extrunco Adami delictis,& peccatis redundante,traheret originem tamen inseritur statim in ventre materno in pulcherrimã gratiæ, ac Spiritus sancti arborem, nam gratia(inquit Angelus) *m* Replebitur adhuc, ex vtero matris
h lib. 1. in Ioa. cap. 7. *i Serm. 1. de Ioa.* *K In luc. c. 1.* *l Luc. 1.* Simil. Simil. Simil. *m Luc. 1.*
D suæ. Ideò cum insitum sit gratiæ, omnia Deindè gratiam sonant, gratiã redolent,& oĩa Ioãnis opera sunt fructus gratiæ. Vndè in vinculis et est Ioãnes, gratiã, & libertatẽ redolẽs. Qđ quidẽ(vt D. Chrysost. altè põderat) *n* Zaccharia: petitioni optimè cõgruit Ille(inquit),p populi rogabat delictis, veniã suis implorabat conseruis, & Angelus dicit. *o* Nè timeas Zaccharia, qm exaudita est deprecatio tua:& Elisabeth pariet tibi filiũ. Quid cũ petitione indulgẽtiæ,ac remissionis peccatorũ,filiũ nasciturũ repromittere; Soluit peroptimè D. Chrysost. Vide quã rectè consequũtur omnia, cum pro peccatis rogaret populi,nasci debere ex eo filiũ audit,qui clamaret. Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mũdi. O quã concinnè; petit ille deletionẽ pec-
n Hom. 2. de incõp. Dei natura. *o Luc. 1.*

catorum,

catorum,& ecce gratiam,ecce peccatorū delectionem,ecce Ioannem,ecce clamantem,ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, Gratia gratia, terra,terra,libertas,libertas & in vinculis maximè viget Ioannis gratia, & libertas.Itā per optimè Origenes. *p* Ioannes in vinculis; hæc sunt insignia, hæc priuilegia: hæ plusquam aureæ cruces, quas equitibus largitur suis Christus. Et sicut sublimi, conspicuoque ædifici j loco statuendi lapides, pluribus, quam alij,percussionibus doluntur,vt clariores euadant. Sic sublimiori in cœli throno, collocandi homines, pluribus, quam cæteri, cruciatibus expoliuntur. Itā Ioannes eminentissimo in cœli gradu locandus; in vinculis constituitur dirius non multo post cruciandus *q* Cherubinos illos, etiam qui in sancta sanctorum potissima templi parte collocandi erant iussit Deus ex auro, malleatoris opere fabricari. Sic homines in Sancta sanctorum empirei collocandi, pluribus afflictionum tunsionibus fabricandi,ac tamquam aurum in fornace probandi.His enim super Angelorum choros extolluntur.Sic D.Chrysost. *r* super illa verba. *s* Ego vinctus in Domino,vinctū esse propter Christum est præclarius,quā esse Apostolum, quàm esse doctorem,quam esse Euangelistam.Me pudet conferre diuitias,& ornatum ex gemmis compositū,& mundum totum aureum cum vinculis illis si quis me faceret vnum ex potestatibus, quæ sunt circa cœlos, aut circa thronos,aut talem vinctum; potius optarem talis esse vinctus. Dicat igitur qui vult Herodem multa cum gloria in sublimi collocatum throno: Ioannem verò afflictum, inglorium, carceribus mancipatum: ego dico Ioannem gemmis inæstimabilibus per illa vincula vndiquè refulgētem,ac maxima libertate fruentem.Herodem verò plusquā ferreis catenis vinctū, vera libertate spoliatū,& peccati seruum, impietatis captiuū. Suspirabam(inquit D. Pater Augustinus *t* ligatus non ferro aliquo;sed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. O quam ferreas libidinis, incæstus, impietatis, iniustitiæ sacrilegij catenas constringebant Herodem? Dicat quæso quilibet vestrum quid magis eligeret? Vel Herodem fuisse regio in throno, regio in diademate inter conuiuas,vel Ioannem in vinculis? Non dubito, quin omnes magis Ioannis vincula mente magis eligatis.Ergo vincula regijs præeligitis sceptris, & coronis?Et quid mirum?cùm hæc vincula regnum operentur æternum immarcescibili corona, perpetuaq; gloria vinctis in Christo donandum? Vel igitur afflictionum, & passionum certaminibus cum Ioanne Baptista expugnate.Vel(vt monet D. Chrysostomus *u*) rapina possidere: namque regni cœlestis rapina non crimini ducitur, sed laudi. Qui rapere vult aliquid pretiosius,quod vilius habet in manibus dispergit. Disperge itaq; homo terrena,vt rapias cœlestia.Disperge arenam,vt rapias gemmas. Quou que præsentia seruas, æterna rapere non poteris. Rapientem benè expeditum esse oportet,nequid cum impediat.Disperge igitur quæ habes, & da pauperibus largè,vt large cum illis rapias quæ non habes.

p lib. 3. de princ. c. 2. Iusti lapides in cœlo collocandi. *q Exod. 21.* *r Hom. 8. ad pop.* *s Ephes. 4* Præclarius est, esse vinctū quā Apostolum. *t libr. 8. conf. ca. 4.* Vincula potius eligenda quam corona. *u Hom. 53. in Ioa.*

E

F

SECVNDA PARS.

Secundū Mēbrū.

Visis Ioannis vinculis;eiusdem laudes,& encomia, quæ de illo Christus ore protulit proprio, explicanda secundo loco occurrūt; quæ non nisi eiusdem Christi præueniente gratia explicare possunt; extremis tantum labiis, aliqua ex parte. Sic autem Christus exorditur. Quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Vbi inquit D. Bernardus vestimenta tangit, vt arguat animum,cuius hæc sunt signa, & indicia sic Herodotus ad finē extremi

tremi libri refert, quòd cum Persæ de mutanda aspera regione agerent cūm Cyro, annuit ille, sed simul admonuit, id si facerent non ad alijs imperandū, sed ad parendum se pararent. Natura enim cōparatum esse, vt in mollibus regionibus, molles existant viri. Sic D. Chrysostomus. x Mulieres, quę in agris vitam agunt, viris fortiores existunt in ciuitatibus constitutis. Quin sume (inquit) arbustum aliquod ex heremo, ex montium siluis, ventis, tempestatibusque expositum; & pone in deliciarum hortum, statim videbis a sortitudine mutatum. Ego, fratres, qualiscunque sim vermis, scio quid in sacro Aluernæ monte, quid florentiæ degens experior: & omnes dicant viri, sic transflari. Equidem D. Ioannes Baptista in ventre sanctificatus materno: verumtamen sibi ipsi non fidens, heremi vastam petijt solitudinem. Vndè canit ecclesia. Antra deserti teneris sub annis, ciuium turmas fugiens petisti, Nè leui saltem maculare vitam, famine posses. Et Laurentius Iustinianus. aa sub annis imbecilli s ætatis deserti secreta, Deo militaturus intrauit, ibiq; hirsutis camelorum pilis indutus, locustarū ac siluestris mellis vsus est cibo; & aquæ cōtentus haustu, super nuda decubabat humo. Et Cardinalis Petrus Damianus, recessus montiū, siluarum anfractus, & vallium subteriacens vastitas, puero Patriarchę domicilia præbuere. Mira rerum conuersio; sæculo ignorato, ppetuū cū diuinitate stabiliuit cōsortiū. Et D. Hieronym⁹. bb Paruui⁹ de serpētib. lusit, solū Xp̄m spectās. O mirā, o pdigiosā re uera maior sin ter natos mulieris vitā. Solū (inquit) Xp̄m spectās. Nec mirū, nā ei⁹ vitā D. Basilius cc ppetuū appellat ieiuniū. Cardinalis verò Petr⁹ Damian⁹, Martyriū cōtinuū. Fusiùs verò D. Chrysostom⁹. dd Ioānes angelica quadā vita in carne mortali resplēduit: neminē vidit vnquā cōseruorū, nec ab eorū aliquo visus fuit; naturæq; oī necessitate superata, mirabile quoddam peregit iter, semp in hymnis, & orōnib. nulli hoīum anteq̄ ad baptizādū accederet visus. Deo soli sua semp offerebat colloquia. Quid mirabilius? Ioānē porrò a puerulo desertū petijsse colligit ex Euāg. Lucæ vbi ait. ee Puer aūt cresce bat, & cōfortabat̄ Spū: & erat in desertis vsq; in diē ostensionis suæ ad Israel. Et distinctiùs Nicephorus. ff Ioānes alterū cū dimidio anni agebat; & vna cū matre Elisabetha in spelūca quadā ad mōtanā regionē saluus cōseruabat̄ fortasse Herodis sanguinariā effugiēs manū, atq; indè in solitarijs locis libèter versari solitus, angeloq; duce vsus, in remotiores vtiq; recessit siluarū recessus. Ità Cedenus: & addit, Elisabethā post quadraginta dies in ea dē obijsse spelūca, Ioānis verò curā Angelū suscepisse. Iacob⁹ verò de Valētia de Ioānis pueritia, ac pęnitētia sic habet. Opinio accelerati vsus rōnis in Ioāne habita est tāquā certa, quasi apud oēs Doctores, eo q̄ Ioānes ī tertio ætatis anno iā libero vtebat̄ arbitrio, qn̄ ingressus est ī desertū ad pęnitētiā agēdā. Frāciscus aūt de Maytonis, illuminatus doctor, ab antiquitate appellatus ait, ii Ioānē quinto ętatis anno in solitudinē abijsse; tricesimo iussu dn̄i ad docēdū populū exijsse: in deserto aūt viginti quinq; annis vitā traduxisse. Et quidquid sit de maiori, uel minori annorū numero, oēs consentiūt cū ecclesia, q̄ teneris sub annis Ioānes antra petierit deserti, ac ī eo vsq; ad baptismū pseuerauerit. De cuius asperrima pęnia, nè singula pcurram⁹, laudes celebrat hodierno Euāgelio Xp̄s: vt argumēto a minori ad mai⁹ ducto cōcludāt oēs, & dicāt. Si Ioānes in vētre sanctificatus materno, tā asperam in omnibus a pueritia peregit pęnitentiam, oīum fugiens hominū cōsortiū, quid nos imbecilles, & fragiles, ac imperfectionibus vndique referti agere debemus? Etsi non oēs asperam corporis ferre possint, ac tolerare pęnitētiā

x Hom. 59 in epist. ad H 6.
Mulieres rusticę viriliquibusdam valentiores.
Ioannes sibi ipsi non fidebat.
aa Ser. de S. Ioa.
bb Dial. aduer. Luciferianos
cc Conc. 1. de ieiu.
dd Hom. 2. & 38. in Matt.
Ioannes Angelica vita resplendebat.
ee Luc. 1.
ff Lib. 1. ca. 14.
Qua ætate petierit Ioannes desertum.
gg In tem pen. Hist.
hh In cāt. Virg.
ii Serm de Io. Bt.
Tempus quo mansit in deserto.
Ioannes norma pęnitentiū.

propter corporis vel delicatã, vel imbecillem complexionẽ, vel propter sexus fragilitatem, pensanda est omnibus interna pęnitentia magis, quã externa. Corpus modestè mortificandum, & excolendum. Animus integrè prorsus conterendus, & expurgandus; nàm manere debet animus: corpus verò vndique reformandum, dicente Apostolo. KK Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quod consequemur, si virtute, ac interna pęnitentia mundatam animam seruauerimus, De qua, propheta Regius. Adstitit *ll* Regina ad dextris tuis in vestitu deaurato (videlicet charitatis) circumdata varietate, nempè virtutum. Sic eodem argumento D. Chrysostomus. *mm* Magis Princeps ornandus, quàm ciuitas. Sic tu corpori viliora, animæ pretiosiora conferas: cum igitur corpus, multis externis, & varijs circundes ornamentis, multo magis animã, contritionis purpura, & penitentiæ gemmis, & perseuerantiæ corona magnificè ornes oportet ornandus potius habitator, quàm domus; nam siquis domũ tuam aureis ornare vellet depensis tapetis, te verò nudum in sordibus, & puluere manere cogeret, æquo ne, ac hilari ferres animo? Gratias nè, vel querelas rependeres? Sic tu Deo igitur non admodum corpus quasi domũ, sed animam habitatricem præpares, vt ipsa dignum fiat Dei habitaculum. Sic D. Greg. Nanzianzenus. *nn* Nos christiani externã speciem velut picturam parum admodum curamus: in interno autem homine multo plus opere, studijsque ponimus, quibus regnũ cęlorum vi (vt Christus *oo* ait) rapimus. Et D. Hieronymus ibi. Grandis violentia est in terris nos esse genitos, & cęlorum rapere sedẽ, possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturã. Nec admodum difficile (vt ponderat D. Ambrosius *pp*) nam vim facimus Domino non cõpellendo sed flendo, lacrymæ nobis pro armis deseruiunt. Fortiores itaque magis ma gisque pugnantiores, qui flent magis, nec enim prouocando iniurijs certamus: sed lacrymis exorando. Aggredimur non ferro, non fuste, non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur, vbi cęli defensores, & incolæ non repellunt, non reijciunt; sed iuuant, accurrunt, manus porrigũt adiutrices. Aggrediamur igitur talem regni Dominum prædiuitẽ, & præpotentem, ac depredari volentem, in via hac, qua ambulamus, illique regnum, diuitias, vitam, sanguinem, opera, merita, & omnia, quę possidet, auferamus: nam ille tàm diues, tàm largus est, vt non abnuat, non resistat; quin porrigat, offerat, largissimequè largiatur; & cum omnia dederit, nihilominus om nia possidet. Talem igitur adeamus Dominum fratres, & ea, qua possumus, corporis externa flectamus pęnitentia. Interna verò, omnes, & singuli possumus animæ pęnitentia, animi interno dolore, ac firmo eum non offendendi proposito, Christũ firmiter vincere, ac superare dignè, ac laudabiliter cũ oĩ castitate, ac pietate viuentes, vt a peccati miserabili redempti captiuitate, cũ Christo, & D. Ioanne Baptista ęterna perfruamur in cælis libertate. Amẽ.

KK Phili. 3. I

Corpore imbecilles pænitere quo modo debent.

ll ps 44.

mm Hom 70. i Ma.

nn Oratione 3. in Iulianum.

oo Ma. 11.

pp Ser. 15 de na. Domini.

Lachrymarũ efficacia.

Deus regnum Cęlorum furantibus non resistit sed benignisime offert.

K

IN FESTO IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS Gloriosæ V. Mariæ. Concio XCIV.

Virgo gloriosa ex doctrina præsertim D. Thomæ sine originali peccato ostenditur; plantaque eximia Angelos eccedens demonstratur, de qua miro modo

do & doctrina radices nunquam infectæ truncus mysteriorum rami habituum fructus, meritorum folia, intercessionũ, ac virtutũ flores denudantur.

A VIridarium sanctæ ingressi Ecclesiæ vniuersi Christi fideles, ibiquè innumeras, & pulcherrimas circum spicientes dignas laudibus plantas Apostolorum, martyrum, confessorum, Virginum, in quamdã deniquè omnium eminentissimam oculos reuoluentes Virginem Deiparam, certatim eam laudib. extollimus, encomijs celebrantes natiuitatem eius quasi virgultum pullulans, truncum vitæ vniuersæ cum omnibus eius mysterijs, ramos habituum, fructus meritorum, & gratiarum, folia intercessionũ, & protectionum, flores virtutum omnium, excellentiam assumptionis in cęlum super omnem creaturam, & cætera huiusmodi de hac sacra eminentissima planta, omnes pro uiribus certatim extollimus. Ad radices verò, quæ nobis absconditæ sunt, deuenientes, fide incedentes omnes aliquo cum discrimine, cum aliqua discrepantia illas celebramus: Radices, inquam, & origines primarias Conceptionis Deiparæ Virginis discipuli D. Thomæ, ac sequaces, aliquando & si per modicum temporis amaras, ueneno infectas mortiferoq; peccato nempè denigratas, & fędatas originali astruunt: Sed statim sanctificatas, & mundatas, cãdidasque, ac dulces per sanctificationem redditas. Et hinc hodiernæ diei festiuitatem sanctificationem nũcupant. Nos verò maiori (ni fallor) deuotione, ac pietate radices has conceptionis diuina gratia semper candidas, immaculatas semper, semper dulces, salutaresq. semper, ac semper a peccato immunes originali asserimus. Eiusdem namq; naturæ fructus, flores, folia, rami, truncus, & radices. Quare de arbore vniuersa spiritus sanctus. *a* Sicut malus interligna siluarũ: sic amica mea inter filias Adæ. Sic nos igitur ab vniuersa Virginis arbore immaculatam eius ostendemus Conceptionem. Quo titulo nos immaculatæ Conceptionis hodiernum celebramus diem. Et arboris metaphoram insequendo, in duo totum secabimus hodiernum sermonẽ. In arborem nẽpè ipsam, & in illa, quæ procedunt ex arbore.

a Cant. 2.

Diuisio bimẽbris

Primum membrũ

Quò ad primum Arbor in tria partitur: nempè radices, trũcum, & ramos. De radice, quæ (vt innuimus) conceptionem ipsam Virginis designat; & quę a diuina ortum ducit electione, ac prædestinatione, quidnam doctor asserat Angelicus videamus. *b* Ait igitur: Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat, & disponit, vt ad id, ad quod eliguntur, inueniantur idonei iuxta illud. *c* Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, ut esset mater Dei; & ideo non est dubitandum, quòd Deus per suam gratiam eã ad hoc idoneam reddiderit, dicente Angelo. *d* Inuenisti gratiam apud Deum. Non autem fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquãdo, tũ, quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud. *e* Gloria filiorũ patres eorum: vnde & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset. Tùm etiam, quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. *f* Quæ autem conuentio Christi ad Beliad? Tùm etiam, quia singulari modo dei filius in ipsa habitauit non solum in anima, sed etiam in vtero. Hæc D. Thomas. Ex quibus licèt ipse concludat solùm Deiparam Virginem actuale peccatum nunquam admisisse, nec mortale, nec veniale iuxta

B

b 3. par. 9. 27. art. 4.
c 2 Cor. 3.
d Luc. 1.
e Prou. 17
f 2. ad Cor. 6.

Virgo Maria, sine peccato.

g Cant. 4. illud. g Tota pulchra es amica mea:& macula non est in te. Veruntamē vel istę optimę quidem congruentię, ac rōnes ab angelico adductæ doctore nil prorsus concludunt, vel multo magis de originali, q̄ de veniali quasi demonstratiuè cōcludere cōcedendū. Nā si vt esset Virgo idonea mater Dei, Deus præparauit, & disposuit, & prædestinauit sine peccato veniali futuram: multo magis dubio procul, & sine originali. Maior.n.ignominia redūdasset in filium ex originali (vt constat) quàm ex veniali. Et ideo rōne honoris filij, & affinitatis eius cū carne matris, & in eiusdē utero habitationis multò clarius cōcluditur, Deū illā ab originali, q̄ a veniali prędestinasse, ac præseruasse immunem. Vlterius idem angelicus Doctor ibidem argumento ad oppositū adducit D. Patrem Augustinū dicentē. b De Sancta Virg. Maria pp honorē Christi nullā prorsus cū de peccatis agitur habere volo quæstionē. Indè.n. scimus, quod ei plus gratiæ collatū fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quod concipere, & parere meruit eū, quem cōstat nullū habuisse peccatum. Quæ doctrina (uti diximus) vel nil concludit penitus uel magis de originali concludit, vt constat. Quare dicēdum, quòd si duobus istis magnis ecclesiæ luminib. D. Aug. & Thomæ modus mirabilis, quem adinuenit Scotus, innotuisset, prorsus cum ipso in eamdem sententiam consensissent. Non est ergo de fide Conceptionē credere Virginis; sed ex doctrina istorū patrū, & ex principijs fidei hæc deducitur veritas: nā est de fide, Virginē credere Dei matrē. Igitur est sine originali peccato, ut superius ex citata doctrina deductū est. Eodē ferè argumēto eadē hēt angelicus Doctor articulo sequēti, vbi ait. i Dicendum, quòd qn̄ aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tantò magis participat effectum illius principij. Vndè Dionysius dicit, K Angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus diuinis, quam homines. Christus autē est principium gratiæ, secundum diuinitatem quidem auctoritatiuè: secundum humanitatem verò instrumentaliter; l nam gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Beata autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem quia ex ea accepit humanam naturam, & ideò præceteris maiorem debuit a Christo gratię plenitudinem obtinere. Hæc D. Thomas in corpore articuli, & eadem reperit ad primum argumentum. Ex quibus clarissimè concluditur, quod statim in principio, & in radice, primo suo principio, & primæ suæ radici erat conformāda, eiusdemq; principij effectum, & virtutem in radice magis participare debebat: alias nil concludit penitus D. Thomæ doctrina, si concederemus in principio, & in radice infectā Virginem. Immunem igitur ab originali peccato ex D. Thomæ doctrina libentissimè in radice concedamus. Quin & idem de trunco eiusdem doctoris uestigijs inhęrendo eliciamus: nam eadem quæstione hęc habet. m Ecclesia celebrat natiuitatē Beatæ Virginis; non aūt celebratur festū in ecclesia, nisi pro aliquo sancto: ergo Beata Virgo in ipsa sua natiuitate fuit sancta. Fuit ergò (concludit) in vtero sanctificata. Admissa itaque hac eadem D. Thomæ argumentandi forma adijciamus. At nostro euo ecclesia celebrat Virginis Conceptionem. Ergo beata Virgo in ipsa sui conceptione fuit sancta. Vel non faciendo vim in verbis angelici doctoris verbis concludamus. Ergò Beata Virgo in ipsa sui conceptione fuit sanctificata in vtero non a peccato, quod infuit, sed quod infuisset, nisi gratia præuenisset. Præterea idem angelicus doctor in corpore articuli eiusdem ait. Sicut Diuus Augustinus n rationali-

Marginalia: De Virginis cōceptione D. Thomę opinio. — b De nā, & gratia. cap. 36. — Virginis cōceptio non est de fide. — D. Thomas, & August. simul cōueniunt. — i 3. par. q. 27. art. 5. — K de Cal. Hier. c. 4. — l Ioan. 1. — D Thomas asserit quod Virgo Maria in pricipio Christo erat conformāda — m Ar. 1. arg. ad oppositum. — Virgo Maria in principio fuit sancta. — n Libr. de assumpt. Virg. — C — D

nabiliter argumentatur, quòd Beata Virgo cũ corpore sit assumpta in cęlũ: quod tamen scriptura non tradit; ita etiã rationabiliter argumentari possumus, quod fuerit sanctificata in vtero. Rationabiliter.n. creditur, quòd illa, quæ genuit vnigenitum a patre plenum gratiæ, & veritatis præ omnibus alijs maiora priuilegia gratiæ acceperat. Inuenimus autem quibusdam alijs hoc priuilegialiter esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, sicut Ieremias, cui dictum est. *o* Ante quam exires de vulua, sanctificaui te. Et sicut

E Ioannes Baptista, de quo dictum est. *p* Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Hæc D. Thomas. Qua ex doctrina licet ipse concludat sanctificationem a peccato, quod infuit; multo tamen clariùs, & euidentiùs concludere possumus sanctificationem a peccato quod infuisset; sed quod nũquam infuit. Alias illa non accepisset ampliora gratiæ dona præ omnibus alijs, vt ipse argumentatur; sed solum ex ęquo cum alijs sanctificatis, vt Ioãnes, & Ieremias. Igitur si ampliora & maiora non sanctificatã post peccatum, sed ante peccatum per gratiam præueniẽtem, & sine peccato cõceptã prædicamus truncum trunco humanę naturæ stipitis cõparando. Ad ramos verò ascẽdendo angelorum. Concludit D. Thomas multis in locis, angelos oẽs in gratia creatos fuisse: omnes verò Doctores cõcludunt Virginẽ gloriosam omnibus in priuilegijs naturæ suæ cõpetentibus, angelos excelluisse. Potuit autẽ creari in gratia sicut & angeli iuxta diui Thomæ sniam creati sunt. Si ergò illos excellere debuit maiori, q̃ quilibet illorũ in gratia, & plenitudine gratiæ cõcepta est, ergò nũquam in peccato. Ergò semper in gratia, & plena gratia. Cõcludit vlterius angelicus doctor in tertia parte, ꝙ D. O. M. oĩa, q̃ potuit pro hominib. fecit iuxta Xp̃i parabolã. *q* Quid potui vltra facere vineæ meę, & nõ feci? Multò autẽ specialiùs oĩa, q̃ potuit pro sua propria matre fecisse astruendũ est. Potuit autẽ illã a peccato pseruare originali sua illã præueniẽdo gratia. Ergò præseruauit, ergò pręuenit. Vtinã & nos fratres qđ possumus tm̃, & nõ vltra vires, Deo præstemus: nec.n. aliud a nobis exquirit. Vt Deo itaquè vices reddaris, & in honorẽ immaculatæ Virginis Cõceptionis vnusquisq; vestrũ, quam potest, faciat eleemosynam.

Præ omnibus priuilegiata fuit Virgo Maria

o Ierem. 1.

p Luc. 1.

Virgo Maria in gr̃a Angelos excellit.

q Isa. 5.

SECVNDA PARS.

Arborẽ discurrendo in radice, trunco, & ramis inuenimus Virginem a peccato immunẽ originali, ad ea iã, q̃ arbor producit, perueniẽdo, idẽ prorsus ostẽdemus. Quæ autẽ producũtur a fructiferis arboribus regulariter tria sunt. Folia, flores, fructus. Folia figuræ sunt, q̃ sacræ nostræ plãtæ Conceptionem adũbrarunt, q̃ cũ sint innumeræ, nõnullas tm̃ extremis attingemus labijs. Sic in mũdi primordio dixit Deus. *r* Fiat lux, & indè luci solẽ succedere fecit, & sic de luce sol, vel post lucẽ sol: ità gloriosam Virginẽ post lõgas testamẽti veteris tenebras, lucẽ in mũdo emisit, qua de luce sol ortus est iustitię Xp̃s, canẽte ecclesia. Quia ex te ortus est sol iustitię Xp̃s Deus nr̃. Lux itaq; fuit semp Virgo, & nũquã tenebris implicita. i. in gr̃a semp, & nũquã in peccato. Et sic decebat ad pfectã antiptesim, ut quemadmodũ a principio

F mũdi vnus hõ, & una mulier pctõrũ tenebris obruti fuere. Ità in renouatione mũdi vnus hõ Xp̃s, & vna mulier Virgo pctõrũ tenebris vndequaq; reiectis, luce gr̃æ semp effulgerẽt, Sãcto pcinente Dauide. *s* Dies diei eructat verbũ: & nox nocti indicat scientiã. i. sicut nox angeli tenebrarum primæ tenebrosæ mulieri scientiã indicauit dicens. Eritis sicut dij, scientes: & ipsa tenebrosum etiam reddidit hominem. Iterum altera nox, nocti alteræ simili modo

Secundũ memb.

Tria producit Arbor folia flores & fructus.

r Gen. 1.

Maria virgo in gr̃a semper fuit.

s Ps. 18.

li modo indicans scientiam. Sic dies diei eructauit verbũ, quando dies lucida Virginis gratiæ lucis plena semper; lucis, & gratiæ fontem Christũ eructauit mente, cũ ait, Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundũ verbũ tuum. Parturiuit intacto corpore, quãdo mundo genuit Saluatorẽ. Et semper dies lucida Virgo gloriosa fonti lucis coniuncta fuit, nunquã in peccatorũ tenebris. Et quidnã illud signauit a Deo similiter in mundi exordio prædictũ de Virgine, cũ alloqueretur dæmonẽ? Tu (inquit) t insidiaberis calcaneo eius, idest extremo organizationis eius corporis per calcaneũ designato, in quo peccatũ contrahitur originale, & non poteris præualere: sed ipsa eodẽ calcando, eodẽ organizationis corporis extremo puncto, eodẽ infusionis animæ instante conteret caput tuum, videlicet per gratiam, immunis prorsus a peccato existens originali. Cuius contrariũ euenisset, si Virgo in peccato concepta fuisset; nam eo casu Dæmon Virginis caput contriuisset; & non e contra Virgo caput dæmonis, & sic Deus mentitus fuisset, quod absit assere re. Iterum cùm angelus tota nocte cum Iacobo luctatus fuisset, imminente iam aurora, dixit. u Dimitte me, aurora est, victum se reddens. Cui Iacob. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & benedixit ei in eodẽ loco. Quid nam hæc perpulchra designat historia, nisi magnã, & continuã illã a primordio mundi luctã, quam Deus per Angelũ designatus cum genere, per Iacobũ designato, luctabatur humano, in qua transacta iam noua veteris testamenti nocte, per quam totam sic pugnatum est inter Deũ, & homines, iam Aurora virginis, quæ noui testamenti aurora fuit, exclamat ad humanũ genus Deus. Dimitte me, aurora est, vicisti: carnem assumam humanã nec amplius differre valeo; nam aurora est. Iam adest virgo, quæ solẽ parere debet Christum, cui humanum genus. Non dimittam te. i. orationibus, votis, & precibus pugnare non desistam, nisi benedixeris mihi: & benedixit ei in eodem loco. i. in terris, vbi pugnabatur, & vbi apparuit aurora. Cui Angelus. Benedicta tu in mulieribus. Et sanctus Dauid in Spiritu de illa. x Benedixisti Dñe terram tuam. Aurora igitur fuit semper Virgo, i. semper in luce gratiæ, nunquã in peccati nocte. O pulcherrima nostræ arboris folia. Sed alia pcurramus quid vrnã plena mãna aa priusquã in arcã recõderetur, nisi anima Virginis gratia plena, priusquã infunderetur in corpus? quid aquæ Iordanis bb ante Dñi arcã deficiẽtis, nisi peccati originalis aquas designabant, quæ ante arcam virginis penitùs defecerunt? Gedeonis uellus, cc & concha ex uellere plena, nisi animam designabat Virginis semper ex Xpi vellere, & merito gratia plenã? Quid Iudith caput dd Holofernis abscindẽs, nisi Virginẽ caput dæmonis originale peccatũ obtruncantẽ? Quid Esther ee electa, & adamata super oẽs mulieres post repudiatã Vasti nisi post repudiatã Eũã, electam, & adamatã virginẽ, & præ omnibus a peccato præseruatã originali? Hoc prædixit regius vates millies, vt ibi. ff Adiuuabit eã Deus mane diluculo, i. ante peccati originalis vmbrã. Et alibi. gg Diligit Dñs portas Sion: super oĩa tabernacula Iacob, i. diligit ingressum, & egressum Virginis in mũdo per Sion portas designato. Super omnia tabernacula Iacob, idest super omnes homines fideles per tabernacula Iacob designatos in mũdo habitantes. Quod verificari aliter non potuit, vt supra ostendimus, nisi Virginem a peccato præseruando originali: nam alios nonnullos in ventre sanctificauerat materno. Et iterum. hh Cadent in retiaculo eius peccatores, i. in originalis peccati rete a dæmone in vniuersum mundi mare ab-

ipsius

Margin notes: Virginis Mariæ as sensus q d effecit. — t Gen. 3. — G — u Gen. 32 — x Ps. 84. — Aurora fuit semp virgo. — aa Ex. 16. — bb Iof. 3. 4 — cc Iud. 7. — dd Iudit. 13. — ee Esth. 2. — ff Ps. 45. — gg Ps. 86. — H. — hh Ps. 40

ipsius exordio iactū cadēt oēs penitus homines sola ego (inquit Virgo per os Dauid) singulariter sum donec transeam, euadendo, originalis peccati retiaculum. Dauidis verò filius de eadem Virgine. Facta est (ait) *ii* quasi nauis institoris. Quid nauis? inferius vndiquè clausa, superius aperta, ni-
I si Virginem inferius ad peccatum quodcunque originale clausam superius apertam, vt plenitudinem semper gratiæ reciperet? Iterum idem *KK* in persona Christi Virginem alloquens, equitatui (inquit) meo assimilaui te amica mea. Et alius textus legit equo meo; vbi per equum Christi corpus designatur. Cui assimilata est Virgo vt puta ex ea desumpto; Christi verò corpus ab omni prorsus immune fuit originali peccato; Ergò simi iter, & gloriosa Virgo: de qua postremò, vt in diem, vndè cepimus, desinamus. Ait Abacuch. *ll* Deus ab austro veniet .i. Deus homo factus a meridie a plenitudine lucis, & gratiæ, a virgine gratia plena veniet. Et cùm plurima possent extendi figurarum folia, quibus mira cum delectatione protegi possemus, his contenti ad flores olfaciendos procedamus, qui sunt sanctorum de immaculatæ Virginis Conceptione laudes, & encomia. Inter quos primus nobis occurrat florum a Sedulio descriptus, nempè Virginis Conceptio ab eodem in rosa sic decantata.

ii Prou. 31
KK Cant. 1.
Per equū Xpi corpus designatur.
ll Ca. 3.
Sedulius.

Et veluti e spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil, quod lædat, habens, matremque obscurat honore:
Sic Eua de stirpe, sacra veniente Maria,
Virginis antiquæ facinus noua virgo piauit.

Et quod versibus cōcinnè dixit Sedulius prosa D. Narrauit Augustinus, dicens, *mm* Quòd sicut rosa à stipite naturā trahit generis, non acumen: ità Virgo ab Adam naturam traxit generis non criminis. D. Verò Damascenus extra rosæ metaphoram apertè, O beatos (inquit) *nn* Ioachimi lumbos, a quibus prorsus immaculatum semen effluxit. Et iterùm Natura gratiam antecuertere non est ausa. Igitur gratia simul cum natura, natura nunquam cum peccato. Iterum D. Pater Augustinus. *oo* Si Christus minoris existens ætatis originale habuisset peccatum, grādioris ætatis accessu actuali non caruisset. Quod argumentum vel nil omninò concludit vel pariter concludit de gloriosa Virgine. Iterum idem. *pp* Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, hoc scias Deum fecisse, magis quam non fecisse. Quis verò negabit vera ratione melius occurrere vnicuique D.O.M. matrem suam ab originali peccato præseruasse, quàm non præseruasse? Hoc enim mihi pro omnibus sufficit floribus, & argumentis. Mater est Dei? Ergò sine omni prorsus peccato: aliàs non digna esset mater Dei. Sic peroptimè D. Anselmus. *qq* Decuit Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Vt flores deniquè doctoris angelici floribus concludamus. Quid
K ipse hac de re ex propria sententia senserit audiamus. Ille quippè linceos duos purgatissimos habens oculos, alterum ad Ecclesiæ Romanæ auctoritatem, alterum ad Virginis dignitatem, vt solidè simul, ac piè more ambularet suo, ait. *rr* Dicendum, quòd licèt Romana Ecclesia conceptionem beatæ Virginis non celebret; tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum illud festum celebrantium, vnde talis celebritas non est totaliter reprobanda; nec tamen per hoc, quod festum Conceptionis celebratur, datur intelligi, quòd in sua Conceptione fuerit sancta. Sed quia quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius potius quā Conceptionis

mm Lib. de natura, & gratia c. 3.
nn Oratione. 2. de natiuit. virg.
oo Contra Iul. apost.
pp Lib. 3. de li. arb.
Virgo Maria nō esset uera Dei mater cum peccato originali.
qq De ex. Virg.
rr 3. Par. q. 27. ar. 2. ad tertium.

Quo Mariæ sanctificatio celebratur. ceptionis in die Conceptionis ipsius. Hæc D. Thomas. Vbi expressè fatetur se cum cæteris ignorare quo tempore gloriosa Virgo sanctificata fuerit. Et ideò cum Ecclesia sentiendo Romana potius (inquit) sanctificationis, quam Conceptionis festum celebratur. Quare ipsius mens fuit clara in hac re tenere, ac seruare quod tenet, & seruat Romana Ecclesia. Quemadmodum igitur suo æuo Ecclesia Romana sanctificationem potius, quam Conceptionem celebrabat. Nunc verò quia Conceptionem potiùs, quam sanctificationem celebrat. Et quemadmodum tunc aliquarum Ecclesiarum consuetudinem tolerabat, quæ Conceptionē celebrabant: ità nunc aliquarum Ecclesiarum consuetudinem tolerat, quæ sanctificationem celebrant. Apertissimè D. Thomas igitur tunc pro nunc ab Ecclesia Romana discedere numquam volens, Conceptionem prædicat, ac tenet cum Ecclesia Romana militante, illamque solemniter cum sanctis celebrat in Ecclesia triumphanti. Et cum eò deuenerimus, vt doctoris angelici floribus ornaremur, eiusdem & fructus degustemus. Idem enim ait. ∬ Dicendum, quòd in rebus naturalibus primum quidem est perfectio dispositionis: puta cum materia est perfectè ad formam disposita secundò: est perfectio formæ, quæ est potior, tertiò est perfectio finis, qui attingitur per formam. Similiter in beata Virgine fuit gratiæ perfectio triplex: prima quidem fuit dispositiua, per quam reddebatur idonea ad hoc, quòd esset mater Dei: & hæc fuit perfectio sanctificationis. Dicatis vos ex superius deductis. A peccato, quod infuisset, nisi gratia præcurrisset; sed quod numquam infuit, quia gratia præcucurrit, vt idonea esset mater Dei; ex qua secunda: fuit perfectio gratiæ in Virgine gloriosa ex presentia filij Dei in eius vtero incarnati: tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria; & secunda: gratia fuit perfectior prima; tertia verò secunda: Hæc D. Thomas: cum quo in præfatis conueniendo principijs paulùlum ab eo in conclusionibus, quas indè ibidem elicit, discordando dicamus. Quòd beata Virgo in primo instanti gratia fuit plena inhærente; & sic a peccato immunis, & immaculatè Concepta, omniquè fomite statim penitus in ea extincto absit, vt dicamus fomitem in ea permansisse vsque ad filij Dei incarnationem, quæ secunda fuit gratia maior prima; quia non solùm gratiam inhærentem sibi tunc meruit habere, sed fontē gratiæ largitorem, & conditorem, & (vno verbo) cum sancta Ecclesia quem cœli capere non poterant, suo vtero meruit continere. In tertia: deniquè cum eodem largitore gratiæ ab omni prorsus miseria corporis, & animæ perfectè libera summa cum gloria regnat in cœlis, corregnat filio regi regina omnium creaturarum. Hanc igitur decuit aliquando captiuam esse peccati, dæmonis, & mortis? absit. Deniquè fructus concludens, iuxta eiusdem doctoris angelici doctrinam, Virgo dum vixit miracula non fecit, quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis. Et ideò soli Christo, & eius discipulis, qui erant doctrinæ Christi baiuli, miracula facere conueniebat. Post Virginis verò in cęlum assumptionem quot in vniuerso mundo Virginis miracula? Mundus ipse narrare non sufficit. Et ex miraculorum fructibus concludendo, si altercatio esset de alicuius equitis nobilitate; serenissimus verò princeps, ad quem spectat, nil determinaret expressè, at nobilitatem tuentibus dona elargiretur pretiosa. Nobilitatem verò resp uentes, vt abiectos dimitteret in quamnam partem ex euidenti esse & u animum diceretis declinare principis? Equidem ad nobilitatem. Porrò sancta

∬ 3. par. q. 27. art. 5. ad secundum.

Quare B. Virgo in vita non fecit miracula.

Simile.

L (margin, beside "Quemadmodum") — M (margin, beside "Et ideò")

sancta Ecclesia summi Principis Christi Spiritu ducta de hac Virginis nobilitate nil determinat; sed illam respuentes tolerat,& dimittit: Illam verò tuentes pretiosissimis ornat donis, & incomparabiles plenarium indulgentiarum thesauros conceptionis festum celebrantibus impartitur, ad quam igitur inclinat partem? apertè ad nobilitatem, sine dubio ad immaculatam virginis Conceptionē, quam & Deus ipse immediatè miraculis confirmat nos eo miraculo concludamus, vt sine Ecclesiæ aperta determinatione apertè mundus totus iam amplectatur Virginis Conceptionem. O Sancta, & immaculata Virgo sic nos tuo mundos, & immaculatos per tuam gratiam repræsentes filio omnes quicumque hic præsentes adsumus, sicut piè, ac verè sine peccato conceptam te credimus,& prædicamus, colimus, & adoramus. Amen.

Licet Ecclesia de hac materia nihil determinet & renuētes dimittat amplectenti bus tamē indulgentiam elargitur.

DOMINICA TERTIA Aduentus. Concio XCV.

Sanctissimus Ioannes Baptista a Scribis, & Pharisæis de statu suo interrogatus humillimè respondet asserens se vocem tantum esse; illisque patefacit incarnationis mysterium, ostendens Christum in medio ipsorum esse, quem tamen ingrati non agnoscebant: ac denique quamplurimæ S. Luciæ laudes afferuntur.

A VIDETE qua dignitate, fratres, insigniuit nos Deus, quò nos diuina tulit dignatio, quò fraternitas extulit nos diuina. Medius (inquit) incurrenti Euāgelio Ioannes Baptista) vestrū stetit quē vos nescitis; nā inquiūt Origenes, & D. Gregorius) p carnem dñs apparens visibilis extitit corpore, inuisibilis maiestate, Mediusq; nostrū sic stetit frater noster Deus,& homo: qua fraternitate Christi diuina illud expletū est de nobis Dauidicū vaticiniū. *a* Ego dixi Dij estis:& filij excelsi oēs. Credamus itaq; verè nos Christi fratres,& Dei filios, respōdeamus generi, viuamus cęlo, imitemur Christū, fratrē similitudine referamus, nè perdamus vitijs quod sumus per gratiā consequuti. Videte, quia cęlestis frater, & pr noster Christus amorē serit donis, affectum auget datis, muneribus caritatē inflammat. Medius (inquit) vestrum stetit quem vos nescitis. Nam re vera fratrem se nescit Christo, Christi filium se negat, visceribus caret, genus abijcit, molestus est fratri, patri est ingratus, qui redemptorem suum, qui suum auctorem non mulcet obsequijs, non veneratur cultu, qui fide, operibus, pietate, religione illi non occurrit. Qui se illi dignum non præparat habitaculum. Quæ vt effugiamus offendicula Ioannē audiamus exclamantē,& docentē Primò. Ego vox clamātis in deserto: dirigite viā dñi,&c. secundò. Medius vestrū stetit quem vos nescitis.

a Ps. 81.

Diuisio bimemb.

De primo interrogatus Ioannes a Sacerdotibus, & leuitis. Tu quis es? Respondit. Ego uox clamantis, &c. Interrogant autem (inquit Origenes *b*) B legisperiti: nam tempus aduentus Christi propinquum ex diuinis scripturis colligebant. Propter quod Theodas quidam non modicam congregauit multitudinem circa hæc tempora, Christum se asserens; & post

Primum memb.

b In Ioan. c. 1.

illum Iudas quidam Galilæus. Cùm ergò feruentiùs Christi expectaretur aduentus Iudæi transmittunt ad Ioannem, quasi sciscitantes an esset Christus. Et primò interrogant a longe. Tu quis es? Ioannes autem (vt peroptimè ponderat Chrysostomus *c*) ad mentem, & non ad interrogationem respondens confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus. Et denique post multas eorũ interrogationes apertè ait. Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam Domini: sicut dixit Isaias propheta; nam (vt eruditè inquit D. Pater Augustinus *d*) Isaias illud prædixit, in Ioanne verò completum est: erat enim vox Ioannes (inquit D. Gregorius *e*) quia vnigenitus Dei Filius Verbum est patris, ex nostra autem loquutione experimur, quòd priùs vox ipsa sonat, vt verbum possit audiri. Ioannes ergò vocẽ se asserit esse, quia Verbum præcedit, & per eius ministerium patris Verbũ ab hominibus auditur. Hinc subdit Origenes. Ioannes dicit, se vocem non clamantem, sed clamantis in deserto, eius. s. qui clamabat stans. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, Clamat verò, vt omnes audiant, vel (vt inquit Theophylactus *f*) Ioannes est vox, qui veritatem manifestat, & annunciat. Oẽs autem, qui ante ipsum in lege fuerunt, obscurè loquuti fuerant. Vel quia vox informis est, quolibetq; verbo formari potest. Cum autẽ incautos vel transcuratos, vel stolidos, & alienos ad magni momenti rẽ attentos reddere volumus, illos magna quadam voce prius præmissa excitamus: deinde verba formamus. Ità Ioannes Baptista prius exclamat, vt stolidos, & alienos reuocet, atque attentos reddat iudæos, vt indè verbum formatum Christum audiant, & recipiant. Vocem igitur concinnè se asserit, ex qua omne, attentis redditis auditoribus, formari poterat Verbũ. Ideò se negat prophetam, Eliam, &c. Quia (vt inquit D. Bernardus *g*) Quemadmodũ vox in omne potest formari Verbum (vt diximus) ità Ioannes, omnium sanctorũ perfectionem redolet. Sanctorum (inquit) splendor, iustorũ lætitia: Et quemadmodum in imagine protractis lineis, formatisq; membris vltimo loco superuenit colorum varietas. Ità Ioannes vtriusque imaginis testamenti sanctorum perfectiones redolens, meritò a D. Bernardo appellatur sanctorum splendor, iustorum lætitia. Et ideò ipsemet interrogatus Elias es tu? propheta es tu? Respondit. Non. Quid ergo? Vox, vox informis, quæ omnẽ recipit formam, sanctorũ, splendor, iustorum lætitia, plusquam propheta (inquit Christus) plusquam Virgo, plusquam Confessor, plusquam martyr, plusquam Apostolus, plusquam Euangelista, plusqum omnes, color omnium, splendor omnium, Sanctorum splendor, iustorum lætitia. Plusquam virgo, & archiuirgo, ut ità dicamus: nam Virgo in corpore, in corde, in ore: quod (excepta Virgine) priuilegium nullus fortè mortalium assecutus fuit; nam (vt inquit D. Hieronymus) Virginitas est sicut fides, cuius minima amissa particula, statim amittitur tota; quam si multi conseruarunt corpore, atque corde, non fortè ore: nam de solo Ioanne canit Ecclesia, Nè leui saltẽ maculare vitam famine posses. quis ergò sicut Ioannes Virgo, qui nè minima quidem vocula oris commaculauit Virginitatem? Ita non martyr Ioannes, at plusquam martyr, & archimartyr; nam de corpore decollato constat: de corde verò, ac voluntate loquendo, nullus certè mortalium diuturniùs, ac duriùs pertulit martyrium. Christum enim verum Deum, & hominem, sibique tanta clementia, gratia tanta, tanta caritate coniunctum in ventre nouerat materno, vbi & exultauerat in gaudio propter Christi præsen-

c In Ioan. c. 1.

d In Io. c. 1.

e In Io. c. 1.

Ioãnes asserit se esse vocẽ.

f In Io. c.

g In priu. S. I. B.

Similitudo.

Ioannes plusquã Propheta est.

Virginitas est sicut fides.

C

D

præsentiam. Quod nam igitur pertulit martyrium voluntatis, & cordis: tot per annos a Christo corpore longè abesse, euisque diuina priuari præsentia, & in deserto manere scorpionum tãtum socius, & ferarum? O martyrium, ò martyrium. Sic plusquam propheta, & archipropheta *b Dom. 3. Adu.*
E Ioannes, de quo venerabilis Beda *b* Prophetæ ministerium est ventura dicere, non etiam demonstrare. Ioannes ergò plusquam propheta est, quia eum, quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo nunciabat. Propterea quia & adhuc in ventre existens, & ante vtriusque natiuitatem, & post vtriusque natiuitatem apertè prophetat Ioannes Christum; Quod nullus alius prophetarum: ergò plusquam propheta Ioannes. Denique non in hoc solo mundo, sed & in alio prophetauit Christum Ioannes ante Christum hinc discedens, ad patresque in Limbo Christi aduentũ prænuncians; & sic prophetarum fuit propheta. Ergò plusquam propheta, & archipropheta Ioannes. Ità plusquam Apostolus, & archiapostolus; nã etsi a Christo missi fuerint ad prædicandum Euangelium Apostoli: Ioannes tamen Baptista non vt ceteri Apostolorum post Christi prædicationem, sed ante ipsum Euangelium prædicauit. Quare prius, & specialius, quàm ceteri Apostoli missus fuit. Et ideò specialius de ipso alius Ioannes ait. *i* Fuit homo missus a Deo idest specialis legatus Dei. Et origenes expresè idest Apostolus Dei. Angeli quidem nonnulli ad nonnulla missi fuerunt legati. Sic Angelus ad Zachariam, ad pastores, ad Virginem, ad Iosephũ. Sed Ioannes ad omnia. Ideò vocem se appellat clamantis. Ideò Christum apertè indicat, prædicat, demõstrat. O igitur Archiapostolum, & arhiconfessorem. Confessus est (inquit) & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Qui dixerat. *K* Qui me confessus fuerit coram hominibus, Confitebor & ego eum coram patre meo. Christum autem confitetur Ioannes coram hominibus, & principibus, & vniuerso prorsus orbe. Vox (inquit) clamantis in deserto; nempè in apertissimo loco, quo totus orbis concurrere poterat. Hinc nè dum archiconfessor; sed etiam archiprædicator, nõ solùm ob id, quòd publicè ad omnes prædicabat; sed quia vtiliter, salutaliter, fructuose, ac in sui admirationem etiam inimicos seuerissimè redarguens trahebat. Genimina (inquit) viperarum, & cetera, quæ innuunt Euangelistæ, verumtamen (vt ex Luca colligitur) Ioannis instãte *l* prædicatione ciuitates Iudeæ vniuersæ desertum videbantur; Desertum verò vniuersum, ciuitas, ex populorum concursu, sic ad Herodem asperrimè. *m* Non licet tibi habere vxorem fratris tui Philippi. Verumtamen Herodes libenter eum audiebat, & audito, multa per ipsum faciebat. O archiprędicatorem igitur, & vnico verbo sanctorum omnium splendor, iustorum lætitia: & omnium archidux. Ità Cyrillus Ierosolymitanus. *n* Archidux (inquit) noui testamenti Ioannes. Vox clamantis, in qua omne Verbum, in qua omnis perfectio, & de qua sanctus Paulinus Episcopus Nolanus ait *o* miro encomio, Euangelij sacra ianua, meraque legis. Euangelij sacra ianua; nam quemad-
F modum in primo ciuitatis ingressu alicuius principis, porta, per quam ingreditur, prima est omnium, & magis ornata titulis, & encomijs illustrata, vt etiam transactis diebus in Serenissimæ Archiducissæ ingressu effectum vidimus; ità in vniuersa Ecclesiæ magna ciuitate Ioannes ianua, Euangelij sacra ianua, titulis, & encomijs, armis, & insignibus honestata, & coornata, de qua Christus. *p* Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt

Ioannes oẽs excedit Prophetas.

i Ioan. 1.

Ioannes Dei legatus.

K Mát. 10

Confessus est & nõ negauit quo intelligat.

l Luc. c. 3.

m Mar. 6.

n Cat. 11.

o Nat. S. felic.

Similitudo.

p Mat. 11

illud a diebus Ioannis Baptistæ. Quare non a tempore sancti Petri, qui est solidissima petra, supra quam Christus ędificauit Ecclesiã? Quare non a tempore D. Pauli, qui doctor est gentium, & orbis conuersor. Quare non a tempore Apostolorum omnium, qui Christi ad regnum vniuersales fuerũt legati? Quia patefacta iã erat a tẽpore Ioannis Baptistæ Euangelij sacra ianua viuentibus in hac vita per eius prædicationem, & Christi manifestata gratia, & patefacta regni cęlestis ianua patribus in limbo existentibus per Ioannem Baptistã Christi aduẽtum illis annunciantẽ: & ideò non Petrus, G
non Paulus, non ceteri Apostolorũ; sed Ioannes Euangelij sacra ianua. Cui Christus quasi supra Euãgelij sacram Ianuã sequentem hũc præfixit titulũ;

q Ioan. 5. r Ioan. 6.

q Ille (idest Ioannes) erat lucerna ardens, & lucens nẽpè redolens Christi veræ lucis facinora; qui de seipso alibi: Ego sum lux mundi. Christus ergo lux, Ioannes huius lucis lucerna lucens, & ardens quasi lucẽ innuẽs: nascitur. n. de sterili Ioannes, quia nasciturus de Virgine Christus. Conceptio, & natiuitas annunciatur ab Angelo Ioannis quia Christi Cõceptio, & natiuitas ab Angelo erat nuncianda, Nascente Ioanne multi in eius gaudent natiuitate: nascente Christo gaudẽt vniuersi, accurrũt pastores, adorant reges, canunt Angeli, Ioannis nomẽ ab Angelo imponitur, ab Angelo nomẽ sanctũ Iesus Christo imponitur; Ioannes Baptizat in aqua: Christus Baptizat in aqua, & Spũ sancto. Ioãnes (inquit D. Ambrosius f) pręcellit cũctis, eminet vniuersis, patriarchas antecellit, supergreditur prophetas, & qui quis ex muliere est, inferior est Ioanne. At longè incomparabiliter Christus, & absque ꝓportione Christus oẽm excellit creaturã. Deniquè multi Christũ putarũt Ioannem, & Ioannem Christũ; quia Christus erat lux vera; & Ioannes huius lucis lucerna lucens, & ardens: de qua cecinerat multo prius propheta regius dicens. t Paraui lucernam Christo meo. Quod exponunt de Ioanne Laurentius Iustinianus. D. Chrysostomus, Aug. Euthymius, & alij. Glossa verò ibidem, ipse est præco Verbi, sponsi paranymphus lucerna Christi. D. verò Bernardus ponderans Christi Verba optimè ait. Quòd arderet lucerna, non est mirũ, mirũ, ꝙ luceret corã sole, quo nascente, q̃ stellæ nõ fugiũt? quæ nõ abscondũtur lucernæ? Quod idẽ ponderãs D. Augustinus ait. Fuit lucerna Ioannes ad videndã solis lucẽ, nõ lucis defectu, sed oculorũ, qui visuri erant, sicut qui diutius tenebris est assuetus, minori paulatim assuescit lumini; quia si de repẽte in magnã educeretur lucẽ, excęcaretur. Sic terrarum orbis per tot annorum millia in tenebris versatus fuerat. Prius ergò lucernæ ardenti, & lucenti assuefaciendus, quàm ad totã Christi lucem educeretur. Vndè cõcinnè sanctus Anastasius de Ioãne. u Lucifer matutinus, solis præcursor. Et Zaccharias. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis. n. añ faciẽ dñi parare vias eius; quia venerat Christus: vt ibidẽ subdit. Illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent. Lucerna igitur, & lucifer, lucem præcedens Ioannes: & quemadmodũ lucifer crescẽti die minuitur, & deniquè extinguitur. Sic Ioannes paulatim decreuit, illucescente Christo. H
Et deniquè per capitis decollationem extinctus fuit, qui de se ipso prædixerat. aa Illum oportet crescere, me autẽ minui. Verumtamen tanta præfulsit, lucerna, luce, vt multa diligentia opus fuerit ad probandum illum esse lucernam, & non lucem. Sic alter Ioannes exquisita cum diligentia, non bb erat (inquit) ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Et iterum refert, quòd pluries interrogatus Ioannes, pluries repetit constantissimè,

Prodigia, q̃ in Christi, & Ioãnis natiuitate fuerũt.

f Ser. 64.

Omnes ex muliere nati, sunt Ioãne Baptista inferiores.

t Psal. 131.

Similit.

u Lib. 4. anag. contempl.

x Luc. 1.

aa Ioan 3
bb Ioan. 1.

Ioannes lucerna est & nõ lux.

tissime, se nō esse Christū, & confessus est (inquit) & iterum & non negauit, & iterū, & confessus est, quia nō sum ego Xps. Denique idem Ioannes animaduertens nonnullos errare, lucernamq; pro ipsa luce accipere, illos volens a tanto reuocare errore, *c c* misit duos ex discipulis suis, vt interrogarent Christum. Tu, quis es? O magnam itaque Lucernam, ô Sacram Euangelij ianuam, legisque metam, vt omnem comprehenderes delectationem, & perfectionem: nā in reb. amaris, & ęrumnosis melior est finis, q̄ principiū, vt constat, quia cessant ęrumnę, cōmutatur status. In rebus verò suauibus, & dulcibus è contra, melius est principiū: nā quæ post illud sequutur, cū tę ho exsatiant. Ioannis aūt amarorū, & ęrumnosorum finis, dulcium verò, & suauium principium; nam Euangelij suauis, & dulcis, principiū: legis verò amarę, ac ærumnosæ finis, Euangelij sacra ianua, metaque legis. Cuius vestigia si vultis imitari fratres dulciūq; prægustare initia, & amaris, ærumnosisque finem imponere, fugire a peccatis, declinare a vitijs, implorate veniā, quęrite gratiam, subuenite oppressis, & eorum subleuate, (vt Christi pręsentiatis dulcedinem,) amaras indigentias, & ęrumnas, larga cum eleemosyna.

c c Matt. 11.

In rebus amaris, melior è finis, q̄ à principium, in dulcibus verò è cōtra.

I

SECVNDA PARS.

Vocem clamantem in prima hodierni sermonis parte Ioannem ostendimus Baptistā. Quid uero specialiter clamauerit inter cætera discutiēdū proposuimus, illud mmodo, Medi⁹ aūt uestrū stetit, quē uos nescitis. Qd Greg. Magnus (vt supra dixim⁹,) exponit de incarnatione uerbi, per q̄. Dn̄s i carne apparēs, visibilis extitit i corpore, iuisibilis maiestate. D. vero Chrysost. *dd* clarius explicat: qm̄ decēs erat X p̄m cōmixtū esse populo, vt vnū multorum se vbiq; humilē esse doceret: hunc verò nesciūt ingrati. Theophylus Alexādrinus a'dit. *ee* Medi⁹ erat dn̄s pharisęorū: sed ignorabāt eū, qa scripturas ipsas, q̄ de illo erāt, nesciebāt. Vel Medius in quātū mediator existēs Dei, & hominū, uolēs eos Deo iungere. Sed ipsi ignorabāt ingrati, quia volebant. Et eodē sensu Origenes. Cū simus rationales, in medio nostrū existit, vitā largiens, queadmodū principale, idest cor, in medio totius corporis insitū est. Pharisei ergo verbū in medio sui obtinentes, ignorant qd tn̄ Ioānes agnouit. Quare exprobrādo illis ait. Quē vos nescitis. Dicit aūt Stetit: nā stat uerbum ad saluandū continuò, uel qn̄ carne suscepta in medio conuersabatur hominū visibilis, vel qn̄ post resurrectionē ad dexterā patris sedens adhuc iugiter in medio versatur hominū inuisibilis. Ad nos igitur, inter quos X p̄s inuisibiliter pro nostra salute versatur, non minus q̄ ad pharisęos Ioānis dirigitur sermo Medius vestrum continuo stat, Vos Deo reconcilians, & vniens, quem vos nescitis ingrati. Et quænam ingratitudo maior illa reperiri poterit, qua Christum in medio habentes nostri, nos iugiter attrahentem, & mouentē, adhuc ignoramus? Id conquærebatur Deus per vatem regium dicens. *g g* Considerabam ad dexterā, & videbā: Et nō erat qui cognosceret me. Vbi Deus pater introducitur, hominum ingratitudinem considerans, in eo, quod Christum, suam dexteram, & in sua dextera collocatum, ęternè pro salute hominum in mundum, & in carne missum, peregrinatum, passum, crucifixum, mortuum sepultum, & pro eorūdem salute resurgentem, & in sua dextera residentem, nullus hominū agnosceret. Et nō erat, (inquit) qui cognosceret me. O summā ingratitudinē. Canis bis, vel ter pastus nōne pascentē statim recognoscit? sequitur, & ob sequitur? Et bos, & Asinus nonnè dn̄i sui pręsepe recognoscit? quod probè Isaias. *h h* Cognouit bos possessorem suū: & Asinus pręsepe dn̄i

K

Secundū membrū.

dd In Ioā. cap. 1.

ee In Ioā. cap. 1.

ff In Ioā. cap. 1.

Christus in medio nr̄i continuè stat.

g g Ps. 109.

Irrationalia magis quam rationalia cognoscunt.

h h Ca. 1.

sui:

sui: Israel autem me non cognouit: & populus meus non intellexit. Bruta itaque rudiora, & simpliciora vniuersa, hominum arguunt ingratitudinem: quin & ferociora, & minùs indomita idem aliquando expressius, & valiii Lib. 5. noc.att. KK 5. rerũ Aegyp. diùs arguunt, quemadmodum referunt de leone quodam Aulus Gellius, ii Et Appianus. KK Et de Andredo, qui ex Dacia Romam aduectus, ibiquè obiectus feris, vt cum eis dimicaret, illi maximus, ferocissimusque occurrit L

Exéplum leo, maximis in eum sęuiens a longe rugitibus. Qui tandem Andredum intuens gradum sistit, ac mitescens, mitisquè accedens, lambere Andredum cępit, illiquè veluti adulari, & obsequi domesticus domino suo solet canis; ex eo, (vt postea retulit Andredus) quòd cùm leonem istum in Africa, in spelunca reperisset infirmantem, è spina quadam leonis pedi firmius infixa maxima, eam extraxit Andredus, leonemquè curauit. Quare ab Imperatore intellecta, leonem cum vita Donauit Andredo, qui postea leonem vinctum per vrbem ducebat familiarissimum, & mitissimum redditum; quem Appianus proprijs spectasse oculis refert. O insigne, o admirabile portentum, aptissimum per seipsum ad omnem confundendam, & redarguendam hominum ingratitudinem. Et præsertim Christianorum, qui su-

Christianorũ ingratitudo satis apparet. ll Tren 3. Similitudo. per omnes nationes a Deo illuminari, beneficijsque illustrari, beneficia ipsa Deo opponunt, ijsdemquè contra Deum dimicant, siuè sanitate, siue fortitudine, siue diuitijs, vel quibuscumque alijs, quæ a Deo acceperunt. Quæ omnia sub nubis metaphora comprehendens Hieremias, ll ità quemlibet reprehendit ingratum. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. O verè ingratorum typum. Quemadmodum enim nubes solo beneficio, & Virtute solis eleuata, & spansa, & grandis effecta, solem ipsum obscurare contendit, & nititur: ità homo ingratus a solo Deo beneficijs auctus innumeris, ipsi Deo semper opponitur, eiusquè gloriam pro uiribus obscurat: & denique beneficijs, quæ a Deo accepit, contra Deum obstinatè dimicat. Vn-

Nil peius homine ingrato. dè optima cum ratione (vt alibi diximus) de ingrato scribit Ausonius. Ingrato homine terra peius nil creat. Non dicit, Nullum creat, quasi ad solos referendo homines. Non dicit, Nullum animal, quasi ad solas bestias; sed dicit. Nil creat, vt omnia comprehendat rationalia, irrationalia, animata, inanima, viuentia, nõ viuentia, & vno verbo, oĩa creata: quib. omnibus prior est ingratus; & ideò Ingrato homine terra peius nil creat. Et meliùs fortè dixisset. Nõ sustinet: nàm sic alibi Deus de ingrato per

mm Ca. 1. Isaia mm laboraui sustinẽs. O magnã ingratitudinis exagerationẽ; O magnã hyperbolem Deus laboris omnis omninò est expers. At, vt ingratitudinis exprimat pernitiẽ, & impietatẽ, laborare se dicit sustinẽdo ingratos. Laboraui

Ingratos sustinẽdo Deus laborat. (inquit) sustinẽs. Sic terra laborat sustinẽdo illos. Nullum.n. grauius ingratis sustinet pondus: quia ingrato homine peius terra nil creat. At si inter omnes homines longè ingratus magis extat Christianus, magna cũ veritate exclamare poterimus Christiano ingrato terra peius nil creat. Nõ sic D. Lucia illa Siracusana, quæ omniũ virtutũ decore ornata qũo gratitudinis erit expers?

Luciæ Siracusanæ gratitudo ostenditur. Hęc Siracusis nobili orta genere, nec a matris nobilitate degeneris beneficij a matre accepti iugiter memor, ob matris amorẽ, in eiusq; subsidiũ, & auxi- M liũ Catanã venit ad inuisendũ beatæ Agathę corpus, vbi eius opẽ enixè implorãs pro matre, quę sanguinis patiebatur fluxũ, eã beatæ Agathę intercessione sanitati restituit. Nec min⁹ i Deũ pr̃em, q̃ i carnalẽ m̃rem grata, Siracusas reuersa, m̃rem suã rogat instãter, vt in tãti acceptę sanitatis bñficij gra-

tiarum

tiarũ actione dotẽ oẽm, quã sibi parauerat, Christi pauperib. pp amorẽ Dei tribui iuberet. Qua obtenta gratia, omnibus venditis facultatibus, & in pecuniam redactis, in pauperes adhibuit. O Luciam verę gratitudinis exemplũ, quàm concinnè hodierno tua solemnitate occurris nostro sermoni? tecum paucis commorari permitte, nostra adiuuans vota. Apud Paschasium hæc fratres accusata, quòd Christiana esset, cùm ab eo nec precibus, nec minis ad cultum idolorum perduci posset, rem ille ui tormentorum agere decreuit. Cùm.n. cõstantissimè Paschasio pollicenti, oranti, minitãti resisteret, magisq; ac magis in Christi amore inflammaretur: Cessabũt puella (inquit Pascasius) verba cum uetum erit ad verbera. Cui Lucia Virgo. Dei seruis verba deesse non possunt, quibus a Christo dictum est. Dum steteritis ante reges, & præsides nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim uobis in il la hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini; sed spiritus sanctus, qui loquitur in vobis. Cui Paschasius. Estnè in te puella spiritus sanctus? Et illa. Castè, & piè viuentes templum sunt spiritus sancti. Quare iratus ille. Iubebo, te (inquit) ad Lupanar duci, ut te spiritus sanctus deserat. Cui Lucia. Si me inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quibus magis excandescens tyrannus, Luciã Virginem ad Lupanar trahi iussit, quò turpiter defloraretur indignè, ac sordide. Quam Virginis indignitatem Deus permittere nolens, diuinitus factum est, vt Virgo tanto firma consisteret pondere, quòd nulla humana vi de loco dimoueri posset. In eodẽ itaque loco præfectus circa ipsam pice, resina, & feruẽti oleo perfusam, ignẽ accendi imperauit. Quam nè flamma quidem attigit, vel minimum quid læsit. Postremò igitur impatiens tyrannus, gladio guttur Virginis transfigi iubet. Quo sic victimam illam imitaretur, q̃ sic immolari pręcipiebat Deus. nn Vt gutturis vesicula immolandorum auium ad orientalem transmitteretur plagam, inter sacrificij Cineres. Quid hęc minuta diligentia? Nempè, ut mysterium expendamus. Alias maximè indigna esset diuino decreto. Quid itaque oriens, nisi Christum, designat? De quo Zaccharias. oo Ecce vir, oriẽs nomen eius. Ad hunc ergo lucidum Christum orientem guttur transmittitur Luciæ inter sui sacrificij, & martirij cineres. Vel fortè illud expletum in Lucia ostendere voluit diuina prouidentia, quod præmonuerat, pp Misericordia, & ueritas non te deserant: circumda eas gutturi tuo; Sanè Luciam non deseruit Misericordia; quæ suam omnem in pauperes erogauit dotem, ac facultatem Non deseruit ueritas; nam pro fidei ueritate martyrium obijt; & deniquè illas circumligauit, & circumdedit gutturi suo, illud tyranni exponens gladio. Guttur enim symbolum est doctrinæ, ac ueritatis, ex quo in eo vox, & sermo formatur; ita, ut in nostra phrasi cum volumus aliquem arguere mendacij, dicere solemus. Per guttur mentiris. Misericordiæ itaquè, ac veritatis typus existens guttur, illud Lucia obtulit Deo, Misericordia, & veritate circumdatũ: de quo concinnè iterum illud spiritus sancti. qq Nitidius oleo guttur eius idest doctrina plenum, splendorem uirtutis, castitatis, veritatis, & Misericordiæ redolens, pro quibus acriter cum tyranno dimicans illud iterum ad literam expleuit, rr Quando sederis cum Principe, statue cultrum in gutture tuo. Sedebat Lucia cum Principe Christo ad illum de proximo per martyrium trãsitura: ideò cultrum litteraliter, & materialiter in gutture statuit suo. Et spiritualiter etiam, cum ibi Glossa per cultrum intelligat doctrinam, in cuius acutie, qua scindimus, discretio, & cognitio designatur,

Sta-

Magna Luciæ cõstãtia demõstratur.

Tormenta tyranni nil Luciam offendebant.

nn Leu. 1.

oo Cap. 6.

pp Prou. 3

Guttur ẽ simbolũ doctrinæ & ueritatis.

qq Prou. 5

rr Prou. 23.

Statuit igitur Lucia in gutture unà cum gladio corporali gladium spiritus, quod est (vt inquit Apostolus s s) verbum Dei, per quod nitidius oleo guttur eius. Vel, vt sponsus Christus de sua sponsa Lucia cōcinnè ait. t t Suauissimū guttur illius. Vbi Nicolaus de lyra mature ait, tria requiri, ut sit suauissimum guttur: nempè, ut sit album, politum, & gratiosum. Sic Luciæ guttur album extitit per uirginitatem, politum per doctrinam, gratiosum per martyrium. O guttur itaquè suauissimum, & omni suauitate repletū: de quo iterum sponsus. u u Sicut fragmen mali punici genæ tuæ. Possumus dicere nos. Sicut fragmen mali punici guttur tuum. Christus enim integrum est malum punicum, qui uniuersi martyrij principium, fundamentum, virtus, firmitas, constantia, meritum, progressus, & complementum extitit. Cæteri omnes quicumque martyres non integrum, sed fragmen sunt mali punici. Sic Lucia pulcherrimum est mali punici fragmen in gutture apertum, ex quo grana nitent innumera guttarum sanguinis, & verborum doctrinæ, ac veritatis. Sine itaque te iterum allequar sancta Virgo Lucia, & repetam. Sicut fragmen mali punici guttur tuum. x x Vel guttur tuum sicut vinū optimum: inebriās, scilicet suauissimè tuo exemplo, uno gutturis haustu virgines, doctores, & martyres: & ideò dignum dilecto idest cuicūmque fideli, ad potandum, idest, per imitationem, labijsque, & dentibus illius ad ruminandum idest per meditationem, & prædicationem per labia, & dentes designatam. Quibus iterum mandendo, & meditando repetamus. Guttur tuum Lucia sicut fragmen mali punici, & sicut vinum optimum, dignum dilecto ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum. O Lucia, O Lucia nomē ipsum nos illuminat suauiter. Vnde enim Lucia, nisi a luce deriuatur? Et a qua luce, nisi ab illa, de qua Ioannes. a a a Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū: & de qua Christus. b b b Ego sum lux mundi? Huius ergo lucis radius est Lucia. Vel, ut spiritus sanctus. c c c perpulchrè: Candor est lucis æternę, speculum sine macula imago bonitatis Dei. O Lucia, O Lucia lucis æternæ candor per virginitatem. O lucia, O Lucia lucis æternæ speculum sine macula per doctrinam. O Lucia, O Lucia, lucis æternæ imago bonitatis per martyrium; Virgines, & cęlibes ad tuā tecum duc virginitatis gloriam, doctores ad tuam speculi veritatem, matrimonio iunctos quasi per martyriuum, iua, sustine, & omnes fideles quasi grana, per tui gutturis quasi fragmenti mali punici vulnus acceptum adiuua, protege, salua in Christi tui sponsi nomi ne. Amen

Marginalia: s s Eph. 6. — t t Cant. 5 — u u Cāt. 4 — Christus est malū punicū, cæteri verò sancti sunt fragmenta. — x x Can 7 — a a a Ca 1 — b b b Io. 8. — c c c Sap. 7

DOMINICA IIII. ADVENTVS
Concio LXXXXVI.

Tempus, locus & finis, Prædicationis Ioannis discutitur; Iudæos, ac Christianos à gētilib. in pietate superari ostēditur; norma quoque Iudicib. traditur, procrastinantes reprehenduntur, Romani uirga ferrea Iudæorum declarantur; Pœnitētib. Iudā. forma datur, et de uera solitudine mirabiliter differitur. A

ANtiqui temporis decursum concinnè satis demōstrat statua famosa illa Nabuchdonosoris, a cuius caput aureū Babyloniorū demōstrabat regnū, pectus argenteū cū bracchijs Persarum, venter, & corpus ęreū Græcorū, tibiæ, pedesq; ferrei, & lutei deniq; Romanorū. Ità ī Antiquę sinagogę origine, ac pgressu, aureū caput æuū demōstra

Marginal: a Dan. 2.

uit Patriarchæ Abrahã qui, Pater fuit credentiũ, & successorũ Patriarcharũ. Pectus verò argenteũ cum bracchijs, Moysis, & Prophetæ sæculũ. Venter, & corpus æreũ Saulis, & regum tempora. Tibiæ deniquè, ac pedes ferrei, & fictiles, Pontificum, & Pharisæorũ deplorandũ, & miserrimũ statũ. Et iure merito diuina prouidentia factũ est, vt Hebræorũ respublica iã ferrea, & lutea vastaretur, & euerteretur a ferrea, & lutea Romanorũ Monarchia. Hoc verò tempore inquit currens hodiernum Euangelium prædicabat Sanctus Ioannes Baptista. Cum autem Spiritus sanctus non sine graui ratione tempus tàm exactum, & locum, & finem Prædicationis Ioannis innuat. De his tribus & nos ea, qua poterimus, breuitate discurremus. A — Diuisio trimembris.

De primo. Anno (inquit Euangeliũ) quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris procurãte Põtio Pilato Iudeã: Tetrarcha aũt Galilææ Herode; Philippo aũt fratre eius Tetrarcha Ituraeæ, & Trachonitidis regionis, & Lisania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna, & Caipha. Vbi cũ tàm exactam, & diligentẽ descriptionẽ ponat illius ęui moderatorũ, tàm ciuilis, & Politicæ, quã ecclesiasticæ reipublicæ: singulorũ debemus & nos percurrere rationes. Primo itaq; loco Tyberiũ Cæsarẽ ponens, magis pharisæorũ, & pontificũ impietatẽ redarguit, cũ longe maioris extiterit pietatis, quã illi. Nã (vt scribũt Orosius, *b* & Aegesippus, *c* & Iustinus, *d* & Tertullianus) *e* Tyberius Christianorũ accusatoribus periculũ cõminatus est, detulitq; ad Senatũ cũ prærogatiua suffragii sui, vt Christus Deus haberetur; Senatus respuit: Cæsar in sñia mansit: Indè motus, quòd ei Pilatus omnia nunciauerat, quæ Christus gesserat. Sed (vt peroptimè notat Eusebius) *f* Christus noluit approbari Deus, vel auctoritate humana, vel approbatione senatus, cũ diuinæ solius hoc esset virtutis, vt postea per miraculũ euenisse cernimus. Cæterũ de Tyberii pietate, & æquitate Suetonius in eius vita *g* sic habet. Ad Præsides, prouincias tributis nimis onerãdas, persuadẽtes, illud rescripsit aureũ, in mẽtes, & pectora Principũ omniũ, firmiter imprimendũ: Boni pastoris esse, tondere pecus, nõ deglubere, prouinciarumq; præsides dictitabat nõ sæpius mutandos, nam ad instar muscarũ nouiter superuenientium noui præsides; auida fame insatiabiliter se gerebant. O Ethnici pietatẽ, & o miserrimũ Reip. statũ, in qua tẽporales Principes Ecclesiasticis religiosiores extant. Pilatus ponitur secundo loco, vt eminens Reipublicæ moderatoris exemplũ, vt addiscant nulla status rõne se mouẽdos vmquã ad aliquã perpetrãdam iniustitiam: nam ex iniusta eius contra Christum sñia, eo deuenisse miseriæ, scribunt Eusebius, *h* & Orosius, *i* & alii, vt multis deniquè coarctatus angoribus ipse sua se transuerberans manu, malorum compendiũ, mortis celeritate quæsierit. Ob eamdẽ causam tertio registratur loco, Herodes Galilææ tetrarcha, qui (vt scribit Iosephus) *k* exilio mulctatus fuit a Tyberii successore Caio, à quo regnũ exquisierat sua sorte minimè contentus, vt discant cæteri suo statu quietè frui: nec se nimis inordinatè inquietare, vt statum augeant. Cuius rei ad christianorũ nostri æui confusionẽ, statim addit exemplũ Euãgelista superiori contrariũ, vt Herodis inordinatã redarguat ambitionẽ, & multo magis christianorum illum non imitantium. Philippum (inquam) subnectit Ituræę, & Trachonitidis regionis tetrarchã, qui (vt ait Iosephus ibidem) perpetuò modestus, & amator quietis in sua semper ditione degens quietè obiit anno Tyberii vigesimo. Et qui nedum ambitionem, sed iniustitiam quoquè suo redarguit exemplo, Herodis, & Pilati, & longè

Marginalia: Primum mẽbrũ. — *b* lib. 7. ca. — *c* in Anaceph. — *d* Apol. ad Ant. Piũ. — *e* in Apol. c. 5. — *f* lib. 2. Hist. c. 2. — Christus noluit approbari Deus auctoritate humana nec senatu — *h* lib. 2. c. 7. — *i* lib. 7. c. 5. — *k* lib 18. Ant. c. 9. — Nostra forte contenti esse debemus. — B (at "bus ipse sua se transuerberans")

maius omnium Christianorum: nam quoties domo progrederetur, paucis cum selectis comitibus iter faciebat, stella subsequente, iniqua sedens ius vnicuique poscenti reddebat. Quare siquis occurreret opem eius implorans, absque procrastinatione, mox posita stella, residens causam cognoscebat. O Christianorum confusionem, qui lites, & iurgia nutrientes, distorquent leges, opprimunt pauperes, spoliant diuites, seminant iurgia, & differunt de die in diem, de mense in mensem, de anno in annum, de ætate in ætatem, dicam de sæculo in sæculum causas. Proph C

Contra procrastinantes exageratio.

scælus, proh nephas. Quid quærunt? Quid expectant? Certè non nisi Dei iudicium, quod extemplo, dumque minus speratur, illis infallibiliter superueniet. O christianorum amentiam, nonnè cognoscunt, nonnè diuturna probant experientia omnia huius mundi penitus euanescere? Nullamquè ferè ad posteros priorum pertransire memoriam? Cuius rei exemplum subiungit idem Euangelista Lisaniam Abilinæ tetrarcham. Nam, quis hic fuerit prorsus latet, vt illud verificetur. *l* Periit memoria eorum cum sonitu. Ad quid igitur tanta cum litium inflammata obstinatione, ac diuturna contentione, ista litigare, ac disquirere? Pauca hæc monita de politicis moderatoribus; post quos, Euangelista subdit ecclesiasticos; sub principibus (inquit) Sacerdotum, Anna, & Caipha. Vbi Diuus Pater Augustinus. *m* Fortè vnum annum plures administrabant Sacerdotes, quibus alio anno alij succedebant. Vel aliter, vt alij exponunt. Sed in eo conueniunt omnes, ex Euangelij verbis diuisum esse tunc temporis, & dilaceratum summum sacerdotium. O miserrimum illius reipublicæ statum, regnum in tetrarchias discerptum, Rege iudæi carebant, Romanorum iugo præmebantur vnum ex lege sacerdotium in multos lacerabatur, sub tyrannide promissionis terra degebat, Abraham promissum deperibat; Regio lacte, & melle manans in perniciem versa, & amaritudinem erat; & denique regnum illud floridum Dauidis viri Sanctissimi, Salomonis, Ezechiæ, Iosiæ, cæterorumque nobilium regum sub populi barbari, & idolatræ durissimo præmebatur iugo: & meritò quidem ferreum iugum Romanorum, & virgam ferream super eos induxerat Dominus iuxta dauidicum vaticinium *n* Reges eos in virga ferrea: & tamquam vas figuli confringes eos. Nam virgam repudiauerant diuinam suauissimam auream, de qua idem Dauid. *o* Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorũ tuorum. Per quam virgam propheta regius Christum intelligit mansuetum regem tamquam agnum, vt alij prophetæ. *p* Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Et iterum. *q* Mitte agnum Dominum dominatorem terræ &c. Hanc ergò Christi suauissimam auream virgam repudiant infelices iudæi, ferreã Romanorum præferentes, quando exclamarunt. *r* Nõ habemus regem nisi Cæsarem. D o miseros, nonnè memoria tenetis magnã in figurã contigisse vestris maioribus, *s* quod ille, quicumque fuerit, qui atriũ regis ingrederetur Assueri; cui rex in clemẽtiæ signũ virgã non inclinasset auream, morte mulctandus veniebat? Sic iã expleta figura, omnes ad quos Christi Messiæ regiũ non extenditur sceptrum, morte non temporali, sed æterna plectendi veniunt. O miseros, & infelices (inquam iterum) nam extensum, & inclinatum principaliter, & specialiter Christi regium sceptrum maxima cum charitate, ac benignitate; turpiter, ac obstinate repudiant. Non habemus (inquiunt) regem-

Ex Dei permissu Iudæi, sub Romanorũ iugo fuerunt.

l Psal. 9.
m Trat. 49. in Io.
n Ps. 2.
o Ps. 109.
p Zac. 9.
q Isai. 13.
r Ioa. 19.
s Esth. c. 4.

nisi Cæsarem, & Cæsarem durissimum iugum, & virgam ferream super eos constituit Deus, & citatum expletur vaticinium. Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos. Vbi Theodorectus, *t* & Gregorius Nazianzenus vas luteum Hebræos interpretantur. *u* Virgam verò ferream Romanorum potentiam formidabilem, quæ illos contusit, & contriuit, & meritò quidem: nam ad illud Respublica deuenerat Iudæa, quod oculatus præmonuit Seneca, dicens. *x* Non tantum minimum in imo, sed pessimum remanet. Sic minimum, & pessimum in Reipublicæ illius imo, & fundo remanserat: nulla enim ampliùs apud eos regia potestas: nullus ferè summi sacerdotii splendor; nam diuisum, & dilaceratum (vt superius diximus) extabat minimum, & pessimum. Hinc est, quòd cum apud Prophetas olim prophetiarum designarentur tempora, Iudæi Reges apponebantur in titulo. Nunc autem cùm ad imum, & pessimum deuentum sit, non amplius illi, sed Imperator præponitur Cæsar. Anno (inquit) quintodecimo Imperii Tyberii Cæsaris. Et non solùm ob id; sed propter aliam rationem, quam grauissimè ponderat Origenes. *aa* Quando (inquit) ad Iudæos tantum sermo ferebatur diuinus: Tunc Iudæi Reges ponebantur in titulo. Quando verò in totum terrarum orbem Euangelium erat promulgandum, Imperium proponitur in titulo Romanum, in toto dominans orbe. Caueamus nos interim vbi videmus in Regno aliquo, vel Republica, vel Ciuitate minimum, & pessimum reperiri. Vbi clarissimi viri desunt, & probitate spectatissimi. Vbi vel idiotæ, vel improbi gubernant, & Rempublicam moderantur, & vbi denique minimum, & pessimum reperitur; certo sciamus, Rempublicam talem, vel ciuitatem in imo esse, in imo reperiri, & de propinquo, nisi diuina subueniat opes pessundatum iri. Aliud caueamus, quòd hoc Reipublicæ statu non ad Tyberium Imperatorem, non ad Herodem Tetrarcham, non ad Pilatum Præsidem, non ad quemcumque talem in magnis residentem ædibus, in multis refulgentem ornamentorum humanorum splendoribus, & multá constipatum adulatrice curia, vel turba, factum esse verbum Domini: sed super Ioannem Baptistam heremitam, in heremi speluncha solitarium latitantem, camelorum pilis coopertum, scorpionum tantum socium, & ferarum. Caueamus (inquam) hoc, & caueamus quàmmaximè. Ingentia siquidem saxa montium occupant cacumina: pretiosissimi verò thesauri abditissimis reconduntur in locis, altissima sunt robora, sed fructu carent; humillimæ vites, at fructu plenissimæ. Sic Tyberius, Pilatus, Herodes, & cæteri huiusmodi cum Ioanne comparari Baptista. Heu mementote fratres illud Augustini. *bb* Quòd non ad hoc sumus Christiani, vt terrenam nobis felicitatem petamus, quam plerumque habent, & latrones, & scelerati, vt (ne longius vagemur) in currenti constat Euangelio. Sed ad aliam Christianis dignam properemus felicitatem. Rercordemur illud Firmiani. *cc* Quòd hæc vita, quia breuis est: iccircò, & bona eius, & mala breuia sint necesse est. Illa verò, quoniam sempiterna est; iccircò & bona eius, & mala sempiterna esse oportet. Ita fit, vt & bonis breuibus mala æterna, & malis breuibus bona æterna succedant. O miseros, & infelices, qui talia non ponderant, & iterum, atque iterum non præponderant. Sed ne tempus nobis fortè desit, de prædicatione Ioannis Baptistæ satis.

2 Nunc ad locum accedamus, de quo non est ambigendi locus; nam Euan-

[Marginalia: E; F; *t* In Ps. 2.; *u* Oratione 12.; *x* Epist. 1.; Nullum amplius dominiū habēt Iudæi.; *aa* Hom. 21. in Lucam.; Respublica ab idiotis, & improbis gubernata male se agit.; *bb* In Ps. 62; *cc* Lib. 6. de cult. c. 4.; Ex bonis breuib⁹, mala æterna succedūt, & è couerso.; 2. Mēbr.]

gelista expressè, quod hoc factum est in deserto ait. Vbi Theophylus Alexandrinus *dd* concludit, Ioannem Baptistam per totum præteritum tempus vsque ad suã cõcionem occultũ in deserto mansisse. Distinctius verò Arada nostri temporis frater, ac explorator terræ Sanctæ ait. *ee* In descriptione Iudææ ab vrbè Ierusalẽ quinque milliaribus, vel circa, domus ostẽditur, in qua Deiparam Virginem sancta Elisabeth summo excepit cũ gaudio. Inde vnius milliarii spacio profunda seiungitur vallis, & angusta: in latere vallis rupes est, in rupe excisũ antrũ, in quo puerili ætate Ioãnes mãsit. Prouectiore aũt ætate in alterum locum discessit, & in heremo latuit prope Vrbẽ Hebron ab Ierosolymis versus Austrum leucis octo disiuncta: & ibi factum est super eum verbum Domini. Ex hac igitur iussu Dei ad prædicandam pœnitentiam egressus, in vastam illam venit solitudinem iuxta fluuium Iordanem nõ longe ab Ierusilem, & Hierico. In prato item Spirituali sic habetur. *ff* In quadam parua spelunca non longe a Iordane Monacum ægrotantem, & ad montem Sinai pergere volentem his verbis alloquutus est Ioannes. Ego sum Ioannes Baptista, qui tibi iubeo, vt hinc nõ recedas: nam spelunca ista breuis, maior est mõte Sina: quippe in hac sępius Dñs noster Iesus, cùm me visitaret, ingressus est. In hac igitur extitisse Ioannem, cùm factum est super eum verbum Domini, par est credere; & inde iussu Dei egressus venit in omnem regionem Iordanis (inquit Euangelium) prædicans baptismũ pœnitentiæ, in remissionem peccatorũ. Quibus ex verbis clare constat, Ioannem Baptistam in prædicando non prætergressum fuisse illam Iordanis regionem; sed in solitudine, quæ iuxta Iordanem erat, permansisse. Sic apertè Euangelistæ vltra verba citata currentis Euangelii. Sic Matthæus. *gg* In diebus illis venit Ioannes Baptista prędicans in deserto Iudęæ. Et iterum; exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ; & baptizabantur ab eo. Sic Marcus. *hh* Fuit Ioannes in deserto baptizans. Et Matthæus iterum. *ii* Quid existis in desertũ videre? &c. Quare si ex Ierosolyma, & ex omni Iudæa properabant ad Ioannem, vel vt viderent, vel vt audirent eum, vel vt ab eo baptizarentur. Manifestum est in deserto Ioannem prædicationem instituisse, atque continuasse. Quare asserit modernus quidam Doctor Herodem ipsum in desertum ad Ioannem perrexisse. Hanc equidem Ioãnis prędicationem in deserto longè antea vaticinatus fuerat Isaias Propheta, quẽ etiam adducit Euangelista in illis verbis. Vox clamãtis in deserto, &c. Locus itaque, vbi mansit, vbi vixit, vbi pœnitentiam egit, vbi prædicauit Ioãnes eremus fuit, desertum fuit, vt discamus omnem specialem perfectionem non nisi in solitudine acquiri posse, iuxta illud Prophetæ. *KK* Ducam eam in in solitudine: & loquar ad cor eius. Quasi nullibi Deus hoc speciali priuilegio ad cor hominis loquatur, nisi in solitario loco. Sic ad Moysen cum ad interiora deserti minasset gregem, loquutus est: ibique illi apparuit. Sic ad Eliam, sic ad alios, quos breuitati omitto. Hinc Diuus Bernardus hanc assequi volens perfectionem, eamque assequendi modum aliis tradens aiebat. *ll* Sancta anima sola esto, vt soli omnium seruies teipsam, quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge domesticos. At dicetis mihi. Quid nos ciues? Quid patres, vel matres familias? Quid matrimonio iuncti? Quid puellæ teneræ ætatis, & mille tales? Num heremum, vel desertum petere possunt omnes? Modum omnibus conuenientem tradit ibidem D. Bernardus, dicens. O anima secede; sed mente, non corpore: non corpore.

Marginal notes: *dd* In Lucam c. 3. *ee* c. 37. — *ff* Te. 2. bibl. Pat. cap. 1. — Ioannis verba notabilia. — Ioannes Baptista in solitudine sẽper permansit. — *gg* cap. 3. *hh* cap. 1. *ii* cap. 11. — Ioannis prædicatio ab Isaia vaticinata. — *KK* Ose. 2. — *ll* Ser. 40. in Cant. — Hui⁹ mũdi voluptates, & cõmoda quid nobis prosiciãt manifestat.

Marginal letters: G, H

corpore, inquam, sed intentione, deuotione, spiritu; & hoc omnes possunt, etiam in medijs negotijs, mentem, videlicet sæpius in Deum eleuando, & omnia quæcunque agunt, in Deum referendo, & propter Deum principaliter operando. Sic Diua Cecilia in tota nuptiarum lætitia cantantibus organis ipsa in corde suo Domino decantabat. Sic expressius idem Bernardus ibidem. Solus es, si non communia cogites, si non affectes præsentia, si despicias, quod multi suspiciunt. Sic Diuus Gregorius. *mm* Quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Vbi solitudinem solitudini comparans, longe magis præfert solitudinem solius cordis, solitudini solius corporis: & merito quidem: nam longè præstantiores re vera sunt, qui versantes in sæculo, cor tamen in Deum fixum retinent, quam qui religionibus, vel desertis corpore inclusi, cor ad mundi vanitates vagari sinunt. Hanc igitur solitudinem cordis, hanc perfectionem omnes assequi possunt; & non solum, sed aliam quoque: nempe aliquando per aliquod, vel parum temporis spatium solitudinem quærere, vel in priuatis, vel in publicis oratorijs. Ita Diuus Prosper hortatur. *nn* Amet homo sanctum otium, in quo exerceat animæ negotium. O fœlices illos, qui aliquam cuiuscunque diei partem sic insumunt in sancta solitudine se, & sua Deo recolentes, & recommendantes; quod etiam Philo ille di ertissimus moraliter nouit, cum ait. *oo* Probus vir quietæ vitæ amator secessum, & solitudinem diligit, latere ignotus cupiens, non societatis humanæ odio; sed quia fugit vitia, quibus delectatur mundus. Quapropter inclusus domi, se plerumque continet, vix vnquam limen transcendens, aut quo salutatores deuitet, suauius victurus cum viris præstantissimis; quorum tempus aboleuit corpora, virtutibus eorum superstitibus. Quæ litteris proditæ ad posteritatis memoriam in meliorem frugem reducunt animas. Ita naturali quadam similitudine idem docuit Seneca. *pp* Sicut (inquit) Nili fluminis in vastam altitudinem cadentis assiduo fragore obsurdescunt corporis aures, vt gens ibi a Persis collocata ferre non potuerit; sed indè sedes ad loca quietiora transtulerit. Ita mundi assiduo strepitu, & curis, ne Deum audiant, animi aures obtunduntur. Quare ibidem concludit, quòd est miserrimum; nunquam sumus singuli. O verè miserrimum: numquam singuli esse, numquam sanctum quærere otium, numquam solitudinem Deo pergratam adoriri, in qua Deum ad cor loquatur hominis, & homo ad cor Dei. Pudeat Christianos ea in re vinci a Seneca gentili, vel a Philone Iudæo. Nec patiatur Christianus vnquam, vel diem præterire, in qua vel minimum quid temporis sanctæ impendat solitudini, quam vel si aliter assequi desperat, eleemosynis quærat in pauperes, quarum virtute solitudinis virtutem, ac præmium recipiet.

mm lib. 30 mor. c. 12.

I

Cordis non corporis, solitudo approbatur.

nn lib. 2. de vi. contem. c. 8.

oo lib. de Abrahā.

pp lib. 4. nat. quæst.

Otiū omnino est fugiendum.

K

SECVNDA PARS.

Ioannis Baptistæ prædicationis tempore iam decurso; loco perlustrato, ad finem properemus. Qui nobis ex eodem Euangelii fonte currit, Prædicans (inquit) baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: & quomodo? Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. Remissionem igitur peccatorum vult nos consequi per pœnitentiam, quā sic debemus aggredi, vt paremus viam Domini, & rectas faciamus vias eius, omnem

omnem vallem implendo,& oēm collem,& montem complanando. Sic ve-
Similit. nienti in suā regiā, Regi viæ parantur, impedimēta tolluntur obstantia remo
uētur, elata deprimūtur, depressa eleuantur, flexuosa diriguntur: omnia deni
que complanantur. Ita nos quoque si remissionem peccatorum per pęniten-
tiam assequi volumus, omnem collem,& montem penitus complanare de-
bemus,& valles implere, quæ sunt peccatorum impedimenta, & vitiorum
Pęnitentiæ impedimenta tollenda sunt. voragines. Et sic viæ obliquæ in obseruantiam dirigunt legis. Omnia ita- L
que per pœnitentiam dirigenda, & complananda; o quantum, o quale af-
ferunt peccata impedimentum? Dicat sponsa, qq quæ vt sponso pulsanti
aperiret, surrexi (ait) vt aperirem dilecto meo. Quidnam impediebat dile-
cto ingressum? non nisi repagula peccatorum. Hæc vero quomodo tollen-
qq Cāt. 5 da; quo modo aperienda? Modum subdit sponsa dicens. Manus meæ distil
Per mirrham pęnitentia designatur. lauerunt mirrham:& digiti mei pleni mirrha probatissima. Quid itaque per
mirrham intelligit Spiritus sanctus? Certe non nisi amaram pœnitentiam.
Non potest igitur quis Christo aperire pulsanti, nec repagula peccatorum
ab animæ Ostio extrahere, nisi qui opera pęnitentiæ per manus mirrham di-
stillantes designata vere adhibeat; nec cęlum ingredi quis poterit, nisi viam
sibi prius per pęnitentiam præparet, & complanet. In cuius typo summus sa-
cerdos in sancta Sanctorum semel in anno tantum introibat:& hoc mense se
rr c.16. ptimo, die decimo, quæ ex Leuitico rr Dies ieiunij,& pœnitentiæ erat omni
Pœnitentiæ nauis ad cœlū ducit. populo, quia in Sancta Sanctorum æternitatis nullus vnquam ingredi pote
rit, nisi per pęnitentiam post baptismum. Quæ ideo a patribus tabula post
naufragium appellatur: nam sola post baptismi nauis ducit ad cęli portum.
Præcurrat itaque (ait D. Petrus Chrysologus ſſ) pęnitentia, ne currat sen-
ſſ Ser. 167 tentia, ne iudicemur iudices nostri simus, ferat amaram pęnitentiæ curam
tt Io. 16. qui debitam sanitatem seruare noluit, cui vita sua est cara, nulla curatio est
Similit. dura. Mulier, cum parit, tristitiam habet (inquit Christus) tt cum autem
peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium. Sic peni-
tentia cum parit, non est sine pęna, vel dolore. Cum autem peperit, est
meritum, vel cœlū. O felicem pœnam, quæ dat meritum. O felicē dolo
rē, qui dat cœlū. Hæc fratres parit semper masculum, vel opus, vel meri-
Optimā pęnitentia parit prolem. tum, vel cęlum,& regnum. Et præsertim in hora mortis, cùm cætera omnia
quæcumque sint in mundo destituant in morte hominem. Hæc homini parit
gratam prolem, masculum, numquam moriendum, vndique gratum, bonis
omnibus affluentem,& perpetuo cum eo in delicijs manentem; qui (vt di-
ximus) est cœlorum regnum: quod alia sub metaphora oppugnandum
uu Matt. 11. Christus proponit; sed non nisi per pœnitentiam cum ait. uu Regnum cę
lorum vim patitur a diebus Ioannis Baptistæ,& violenti rapiunt illud. Vbi
xx de ope. Tri. c. 12. Rupertus abbas elegantissime. Qualis (inquit) signifer tanti regis, tales, M
Regnum Cęlorū armis nō acquiritur. & eius ciues; qualis primæ legionis primicerius, tales & sequentes mi-
lites. Qualis magister pęnitentiæ Ioannes pilis camelorum vestitus, & zo-
na pellicea pręcinctus, tales & Christiani discipuli esse debent. Non dicit
itaque Christus arma arripite; appropinquauit enim regnum cęlorum:
sed pęnitentiam agite. Sic D. Ambrosius. aaa Vim facimus Domino non
aaa Ser. 11 compellendo, sed flendo. Sic Diuus Gregorius Nanzianzenus. bbb Pęni-
tentiam baptismum lacrimarum appellat. Sic in veteri lege non nisi lauatę, ac
bbb Oratione 39. mundę offerebantur hostiæ, vt intelligant peccatores non nisi pęnitentiæ la-
crymis lauati,& mundi offerēdi. Sic Cęsarius Arelatēsis, vt super vnigenitū
filium

filium mortuũ dat mater planctus: ita det peccator super anima mortua. Cuius deficere nequeunt lacrymæ, quarũ fons in hominibus extat cor scindẽdum, & aperiendum, & resoluendum in lacrymas iuxta prophetam dicentẽ. *ddd* Scindite corda vestra. Sic D. Ambrosius de quibusdam verè pęnitentibus ait. *eee* Cognoui quosdam, in pœnitentia lacrymis vultum sulcasse, continuis exarasse fletibus genas, corpus omnibus calcandum strauisse, ieiunò semper ore, ac pallido, mortis speciem in corpore spiranti prætulisse. Quid igitur nos adeo timidi, molles, & ad pęnitentiam imbecilles? Consolatur Diuus Pater Augustinus dicens. *fff* In pęnitentia non tam consideranda

N est mensura temporis, quam doloris: magnus etenim dolor parui temporis, magna potest obliterare peccata. Sic Dauid, peccaui, ait. Et statim Dominus transtulit peccatum tuum, audiuit. Ita consolatur nos Alchuinus dicens. *ggg* Pęnitentia non annorum numero censetur: sed amaritudine animi. Vnde Beatus Petrus mox a Domino indulgentiam accepit; namque mox vt Dominus respexit Petrum, Petrus amarissimè fleuit, Christus ignouit; Quid ergo ad veram requiritur pęnitentiam? Nil aliud certè, nisi cum dolore flere pręterita, cum amore cauisse futura sic D. Ambrosius. Quendam pęnitentem introducit *hhh* post amores meretricios peregrè profectum, & amore abolito regressum, & indè veteri occurrisse dilectæ. Quæ cum non interpellaretur, mirata putauit, se non recognitam. Quare iterum adolescenti occurrens dixit. Ego sum ego, & ille statim respondit, sed ego non sum ego mulier. O fęlices pęnitentes illos, qui verè dicere possunt. Ego non sum ego. Et qui hæc dicere nõ potest, verè non pęnituit. Pondera itaque homo, sis idem, sis adulter, fornicarius, vsurarius, carnalis, maledicus, susurro, & cętera similia; nam tunc nequaquam dicere poteris. Ego non sum ego. Considera iterum (inquam) & pondera quoties eadem specie peccata sacramentaliter confessus fuisti; quoties quasi Christum, & sacramentum deludens, ad eadem perpe-

O tranda reuersus fuisti: & vide, si vnquam post aliquot dies dicere potuisti. Ego non sum ego. Vtinam vel semel ante mortem dicere possis. Ego nõ sum ego: nam, & qualiscunque sim ego, si hoc verè dixeris, post mortem vitam æternam tibi promitto. Vade in pace. Amen.

ddd Ioel. 2.
eee Lib. 1. de pæn. c. 16.
fff Ench. 65.
Magnus parui tẽporis dolor magna pôt obliterare peccata.
ggg li. de virt. & c. de pœnit.
hhh lib. 2. de pæn. c. 10.
Exẽplũ.

IN FESTO S. THOMAE APOSTOLI. Concio XCVII.

Saluator noster Iesus ad Apostolos inuisendos accedens ingreditur locum, in quo ipsi erant, ianuis clausis, quod quare fecerit declaratur; demonstratur præterea maximum ipsius animarum salutis desiderium cum pro confirmando in fide Thoma se illi palpandum præbuerit; cuius Sancti Apostoli aliqua encomia enarrantur.

MVlta de Orpheo narrantur ab antiquis mirabilia; sed cõcinnè Strabo ad casum Diui Thomæ inter alia refert, quod cum quidam, nescio quis, nimis licenter vel insolens eius apprehendisset suauissimam lyram

dissonum

dissonam totam,& discordantem reddidit, ita, vt nullus vmquam repertus fuerit, qui eam ad pristinam reducere potuisset harmoniam. Et si multi hoc tentassent, nisi solus Orpheus, qui eam a principio temperauerat. Ita sane suauissima quædam lyra Christi manu temperata, chorus erat Apostolorum. Quem, cum quasi suis in manibus licenter nimis, insolens apprehendisset Sathan, dissonum,& discordantem reddidit, per Thomæ quasi vnius cytharæ corde infidelitatē, rusticitatem,& obstinationē. Quem ceteri cū apprehēdissent Apostoli,& reprehendissent, atque ad pristinum lyræ sonum fidelitatis,& gratiæ reducere tentassent dicentes instantes. Vidimus dominum, nil penitus effecerunt. Thoma dissono,& in sua infidelitate permanente. Nisi videro (inquit) non credam. Et percussus,& repercussus, eundem semper dissonum, & discordantem sonum reddit. Non credam, non credam: ita, vt opus fuerit, vt lyram cętus apostolici Christus ipse, qui prius temperauerat, ad pristinam reduceret harmoniā. Ac Thomę cor,& chordam magis trahēs, & attrahens, pulsat dicens. Infer digitum tuum huc,& vide manus meas; & affer manum tuam,& mitte in latus meum:& noli esse incredulus, sed fidelis:& statim suauissimum,& ad pristinam lyrę harmoniam concinnatum reddidit sonum. Dominus meus,& Deus meus. O diuinam, o suauissimam harmoniam. Vtinam fratres, quælibet (si adest aliqua) de hic adunato cœtu, quasi discordans chorda, Christi virtute tacta, ad pristinum fidei viuæ reducatur sonum suauem cum Ecclesia iustorum concinnens harmoniam. Quod vt efficere Christi auxilio tentemus, quæ peregit ipse reperamus, duo tantum. Primum, Quod ianuis ingressus est clausis. Et secundum, quod seipsum præbuit palpandum. Infer (inquit) digitum tuum huc, & affer manum tuam, &c. A

Diuisio bimēbr.

Primum mēbrū. Amantis est ob amatæ gratiam noua & inusitata agere.

Quoad primum. Quare sic ianuis ingreditur clausis? Quare tam noua ingressus vtitur forma? Quare tam exquisita, & inusitata? ianuis clausis (inquit Euangelista) certe non nisi ardentissimē amantis hoc est, qui magna semper, semper noua,& inusitata, in amatæ gratiam aggreditur, & molitur. Quod expresse de Christo præcinerat Dauid in illis verbis. *a* Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Vbi etsi ex nostra editione vulgata exprimatur satis Christi amor erga nos, ab illo amatos; quia exquisite secundum Christi voluntates rectas, magnas,& perfectas, ab illo nos amari indicat: magis tamen ex textu hebræo exprimitur, sic habente. Exquisita in omnes voluntates eorum. Et ex textu græco habetur, Exquisita, parata, instructa. Ex quibus maxime liquet Christum semper moliri opera magna, & exquisita secundum omnes voluntates nostras, vt ad uotum nobis omnia succedant, dummodo non oblique, sed recte velimus, & ad hoc semper exquisite paratum & instructum esse Christum ait: O amorem, o amorem: vt hodie Thomam dissonum reduceret ianuis ingreditur clausis, quia magna opera eius, exquisita, parata, instructa in omnes voluntates eius, & in omnes voluntates eorum. Vbi vlterius Caietanus, & Anonymus ex græco sic legunt: Magna opera Domini, exquisita, parata, & instructa sunt secundum omnes nostras voluntates,& necessitates. Et vere legunt. Etsi enim disperse pro corporis infirmitatibus in petris, plantis, herbis, gemmis, gummis, aromatibus, animalibus,& ceteris creatis existant remedia, de quibus Dioscorides, Plinius, Auicēnas,& alij; in vnum tamen collectas Christus omnes in seipso cōtinet. Nam pro cæcitate habet sputum. *b* Fecit lutum ex sputo in cæco B

a Ps. 110

Rectè cupientib. voluntas Dei semper condescendit.

Omnia remedia continet Christus

b Mar. 7.

co nato; & cum illuminat:pro surditate habet digitos. Et misit digitos suos in auriculas eius. Pro mutis iterum habet sputum. Et expuens tetigit linguam eius in surdo, & muto, & ait Ephera: & statim apertæ sunt aures eius solutum est vinculū linguæ eius. c Pro mortuis, & dæmoniacis. Exi ab eo: d Lazare veni foras; & fugātur dæmones, & resurgunt mortui. Pro variis infirmitatibus etiam incurabilibus habet vestimenti fimbriam. e Et denique pro infirmis omnibus omnem habet virtutem. f Virtus de illo exibat, & sanabat omnes, quia magna opera eius exquisita, parata, instructa secundum omnes nostras voluntates, & necessitates. Quod præterea nedum de corporalibus intelligendum est infirmitatibus: at æque vel multo magis de spiritualibus. Ita

C in omnibus superius adductis exemplis simul cum corpore sanabat animam vt omnes consentiunt patres, nemine discrepante. Ita pro solis spiritualibus Petrum g blasphemum, & periurum solo sanat intuitu; Paulum rebellem, & perfidum sola voce de cęlo: Thomam hodie incredulum, & obstinatum plagarum tactu, & denique omnes peccatores cordis virtutali contactu. Vere igitur magna opera eius, exquisita, parata, instructa secundum omnes nostras voluntates, & necessitates: ad quas, & non ad suam respiciens dignitatem, ianuis hodie ingreditur clausis. O magnas, o mirabiles, o exquisitas in Thomæ amati gratiam inuentiones. Notas facite (exclamo ego cum Dauide i) notas facite in populis adinuentiones eius. O Christi mirabile, amabile, exquisitum inuentum. Ianuis ingreditur clausis. Sic olim in ligno vincentem humanum genus dæmonem vicit Christus damna ligni, vt solueret. In cuius typo Viduæ K filium resuscitando, lignum concurrere voluit, quando tetigit loculum. Sic in primo resuscitato spiritualiter, post resurrectionē eius Thomæ, lignum vult concurrere, & ianuis ingreditur clausis. Notas, notas facite igitur in populis adinuentiones eius. Inuentionem illam sponsi ad ostium sponsæ clamantis, Aperi mihi soror mea sponsa, & cum instantia pulsantis numquam satis miramur. At longe mirabilior hodierna inuentio, qua ianuis ingreditur clausis ad incredulum discipulum. Nam ibi cum fideli agit sponsa: hic vero cum infideli discipulo. Ibi cum pulcherrima, & pergrata: hic verò cum ingrato, & ex culpa fœdato. Ibi paululum remorante sponsa indignatus recedit: hic, nec pulsans, nec vocans quasi moræ impatiens, ac sustinere nequiens, nec amplius differre; ingreditur extemplo, nec vel Petrum alloquitur Apostolorum caput, nec Ioannē super omnes dilectum, nec Iacobum fratrem, vel ex magis priuilegiatis aliū; sed statim ad Thomam conuersus, post salutationem pacis, dicit illi. Infer digitum tuum huc. &c. O veri amoris inuentum. Notas igitur facite in popu-

D lis adinuentiones eius. Iterū in canticis ad sponsam aliqua cū ratione clamabat. m Ostende mihi faciē tuā, sonet uox tua in auribus meis; nam tanti desiderii rationem exponens addit. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Sed qualis D. Thomæ facies: talis & vox, nempe iracundi, obstinati, & increduli. Quid turpius? quid horribilius? Verūtamen absque vlla mora, vel expectatione se illi totū tradit Christus. Infer (ait) digitū tuū huc, & mitte manū tuā in latus meū &c. Rationem peroptimā addit Euangelicus propheta de amore tam ardenti Christi erga peccatores. Calamum (inquit) quassatū non conteret; & linum fumigans non extinguet. Quod maior pars interpretum sic exponit, quod peccatorem per calamum quassatum descriptum non penitus conterit Christus; sed potius reficit, recreat, restaurat.

c Mar. 7.
d Ioā. 11.
e Matt. 14.
f Luc. 6.
g Luc. 22
h Act. 9.
i Psal. 138
K Luc. 7.
l Cant. 5.
m Cant. 2

Nihil incredulitate, & obstinatione turpius.

KKKK Simi-

similiter eundem per linum fumigans designatum; idest dummodo in peccatore minima vel amoris, vel timoris Dei remaneat scintilla; Christus eam non totaliter extinguit, sed potius in sua excitat, incendit, inflammat. Non quærit igitur Christus in peccatoribus faciem sponsæ decoram, & dulcem vocem. Quid igitur quærit? *n* Denigratas facies, vt Ieremias ait, Denigrata est super carbones facies eorum: non sunt agniti in plateis. Et de quibus iterum alius vates. *o* filii Ethiopum vos estis mihi. Et iterum alius. *p* Quasi clibanus a coquente succensus nec his vel aliis efficacioribus metaphoris indignitas potest, ac deformitas describi peccatorum, Verumtamen Christus exemplo Diui Thomæ tam vigilanter, tam ardenter illos quærit. O dignum diuini Amoris inuentum, qui pulcherrimis versatur cum creaturis. Qui sanctis vndique circumdatus angelis extat. Qui tota est mundi pulchritudo filios Æthiopum super clibanum denigratos, & super carbones tam enixe, tanto cum amore quærit. Notas itaque facite in populis adinuentiones eius. De peccatoribus alibi eorum vice sponsa. *q* En ipse stat post parietem nostrum; respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. Quando, videlicet vsitato, & regulari more non obstante peccatorum, & scælerũ pariete. Quasi inter peccatorum rimulas, vt per fenestras, vel per cancellos maxima cum patientia vocat, inuitat, clamat, vt dictam per metaphoram perpulchre docet Spiritus sanctus. Aliquando vero, specialissimo quodam amoris priuilegio non sic per fenestras, vel per cancellos respiciens. At subito, ex templo ianuis clausis ingreditur: obseratis, videlicet vndique animæ ostiis peccatorum repagulis, sicut hodie in Thoma: & verumtamen magna cum virtute ianuis ingreditur clausis; & sic extemplo de perfido Thoma fidei efficit præconem. De adultero Dauide hominem secundum cor suum, de Petro negante caput Ecclesiæ, de Saulo persequente doctorem gentium. O amoris inuentum. Notas facite in populis adinuentiones eius. Nonne vides illud Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini statim conuersum in illud. Domine quid me vis facere? Et iterum illud. Mittite Vriam ex aduerso belli, & c. statim conuersum in illud aureum. Tibi soli peccaui &c. Et denique hodie illud. Nisi videro, non credam. Statim in illud conuersum vere diuinũ. Dominus meus, & Deus meus. O amoris inuentum. Notas itaque facite in populis adinuentiones eius. Quis non amantis Christi mirabitur varias, & pene oppositas adinuentiones? O vere amantis apertissima signa; nam. Petrum negantem, & blasphemantẽ suscipit Dominus; magnoque respicit affectu. Respexit (inquit Euangelista *r*) Dominus Petrum: sponsam vero ardenter amantem, cuius oculi (vt sponsus idem ait C. f. 3). Columbarum spernit, renuit, reiicit; eam sic alloquens: *t* Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. Quem locum etsi Theodoretus, & Cassiodorus ita exponant, vt asserant ex eo humana reprehendi curiositas, ne humanis velit oculis curiose nimis intueri diuina: Ex textu tamen hebræo modernus doctor maximam, & fere incredibilem elicit hyperbolem, vt sonet. Auerte oculos tuos, quia ipsi me superbire fecerunt. O vere super humanum captum Christi amorem. Contigere quidem potest, vt nobilissimæ, ac pulcherrimæ mulieris intuitus hominem non ita dignum superbire facerent. At quomodo supremus princeps eo reduci poterit amoris, vt rusticæ mulierculæ oculi ad illum intuitu eum superbire facerẽt? ita, vt quasi pro nihilo ducens, regnum, regiũ

diu-

Marginalia: *n* Tren. 4. — *o* Amos 9 — *p* Osea 7. — *q* Cant. 2 — Omnes Deus acceptat pœnitentes. — *r* Luc. 22. — *s* Cant. 1. — *t* Cant. 6. — Notabilis declaratio. — E — F

diadema, & sceptrum regium, & omnis regni opes, diuitias, & glorias, magis de intuitu misticæ gloriaretur mulierculæ: & ad illam apertè diceret. Oculi tui me superbire fecerunt? O amoris excessum verè incredibilem, & incomprehensibilem, vt eo amoris deueniat Christus, vt ad vilem peccatoris dicat
G animam. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me superbire fecerunt. Vel (vt alii transferunt) quia ipsi me extulerunt. O amoris diuinum inuentum. Vel fortè (quod magis incredibile videtur) inquit modernus Doctor, est phrasis: vt quando Petrus dixit ad Christū. u Exi a me Domine, quia homo peccator sum: non quòd Petrus non amaret ardentissimè Christum: quia alibi dixit. x Domine quo ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et iterum. y. Etiā, si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Phrasis est ergo, quia indignum se reputabat Christi præsentia: quemadmodum etiam Centurio cum ait. Domine nō sum dignus, vt intres sub tectum meū &c. Ita Christus etsi re uera nullus eo sit dignus, tamen, vt amoris erga nos incomprehensibilis, & supra nostrum captum explicet aliqualiter vim, & pretium, ea vtitur phrasi. Auerte oculos tuos a me. Quasi dicat. Tam ardenter tuam desidero salutem, tam vehementer exopto a te mutuo amari, vt quasi tuo amore indignū me osten dam; non quòd ita sit fratres: nam re uera si omnes voluntates creatæ, & corda omnia simul iungerentur ad Christum toto amoris conatu sibi possibili amandum ad minimam non pertigerent amoris partem, quo dignus est Christus. Ipse igitur vt quā sibi pergratum ostēdat esse a nobis diligi, hac in comprehensibili vtitur hyperbole quasi se indignum reputans dicens. Auerte oculos tuos a me &c. O inexplicabilis amoris explicationem inexplicabilem. Quis intellectus non cedit? Quæ lingua non obmutescit? Quæ mens non refugit? Qui sensus non perditur? Ille, qui filius est Dei, de quo pater. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Qui amor summus est patris, & omne bonum, & infinitum bonum, & Deus ipse. Verumtamen amorem nostrum tanti facere se ostendit, vt dicat. Auerte oculos tuos a me &c. Quo in sensu eo deuenimus fratres, vt altius petere impossibile videatur. Attamen de Christi erga nos amore nulla creatura pro dignitate vel intelligere, vel dicere potest: ita, vt supra quemcunque intellectum, & explicatum gradum gradus reperiri adhuc possit. Vlteriorem igitur & nos petamus; in quo tandem sistamus gradum. Ille porrò est, quo Christus nedum gustat mutuo a nobis diligi, sed veluti ardentissimè amans ex offensis, & iniuriis ipsis, illis a nobis irrogatis, amorem elicit, amorem ostendit, vt indè summam amoris perfectionem erga nos probet.
H Sic vide Christum in cruce pendentem quam percussum, quam flagellatum, quam vulneratum, quam spretum a synagoga, & repudiatum? Verumtamen pro illa rogat; & pro crucifixoribus. Pater (inquit) ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sic Petrum negantem, blasphemantem, ac detestantem tanto amoris affectu respicit, vt statim ad se trahat, & conuertat. Respexit (inquit) Dominus Petrum; & ille amore saucius exiit foras, & fleuit amarè. Quo in sensu de humano genere ingrato, & rebelli Diuus Gregorius: O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem. Sic nos audacter de incredulo Thoma dicere possumus. O felix culpa, quæ talem, ac tantam meruit confessionem, talem, ac tantum Christi Corporis contactum. Ex quibus constat, Christum incomparabiliter magis æstimare amorem, & bona omnia, quæ ex

u Luc. 5.
x Ioan. 6.
y Matth. 26.

Tam ardenti amore Christus nos amat quod indignum nostro amore se ostendit.

Nil altius Dei amore.

Christus pro peccatorib. semper rogauit.

Christi Redemptio incõparabiliter Adami peccatũ excedit.

iniurijs, & offensis toleraris eliicit, quam omnes nostros mutuos amores? vt si quis in statera poneret Adami peccatum, & Christi redemptionem, incomparabiliter (vt patet) hæc illud excedit. Iterum si quis Petri negationem, ad Christi intuitum, & indè sequutam pęnitentiam comparet, hæc longe, incomparabiliterque pretiosior. Similiter si Pauli persequutionem, & eius conuersionem, & in toto orbe prædicationem ponderemus, hæc illam toto cœlo superat. Denique Thomæ incredulitatem quis non videt I incomparabiliter superari a præclara eius confessione? & singulari priuilegio Christi carnis contactus? Infer (inquit) digitum tuum huc: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & statim altissime auditur. Dominus meus, & Deus meus. O quàm vere, quàm lęte dicere poterat Dominus meus, & Deus meus? Dominus, qui creauit; Deus, qui recreauit, & redemit. Et hoc iuge Christi opus, & ministerium amore plenissimum erga nos. O Christe amantissime; cum inter persequentium, blasphemantium, & verberantium manus existebas, quare oculos ad cœlum non tollis, vnde consolationem haurias? sed Petrum ingratum negantem, ac detestantem respicis? Respexit (inquit) Dominus Petrum; inter tot inimicorum turmas, & afflictiones, quasi nouam, & maiorem a discipulo afflictionem quærens. At re uera eo intuitu inter tot afflictiones, & labores magnam sibi consolationem, ac refectionem adsciuit: nempe lacrymas Petri; quemadmodum cum philomela sua fouet oua, eis vitam impartiens, vt inde pullos educat, inquiunt naturales, quòd masculus, vt fœminæ super oua incubanti leuamen afferat, eamque reficiat, & soletur, ex aliquo propinquo viridi ramusculo suauissimum edit cantum. Ita Christus in tam laboriosa passione nil aliud pro musica, & consolatione voluit nisi Petri lacrymas, & fletus. Et sic nulla cęlestialis musica magis delectat Deum, quam peccatoris conuersi lacrymæ, ac suspiria; Sic Thomæ confessio, & pęnitentia Christum. Dominus (inquit) meus, & Deus meus. Quem post lachrymas maximè delectat eleemosyna, dicente ipso per prophetam. *aa* Hæc est requies mea. Reficite lassum; & hoc meum refrigerium. Et vos fratres corde lacrymas, manu eleemosynas fundite.

Similit.

Post lacrymas maxime delectat elemosina.

aa Isa. 8.

SECVNDA PARS.

Secundũ Membrũ

Ianuis ingressus clausis Christus (vt superius dictum est) secundo loco se palpandum præbet incredulo Thomæ. Infer (inquit) digitum tuum huc: & mitte manum tuam in latum meum, &c. O mirabiles vbique Christi inuentiones. Notas facite in populis adinuentiones eius. Hodie K Thomæ incredulo manus plagatas offert, ac latus exhibet vulneratum, vt ad fidem reducat. Ita olim Iudæ veneno infecto suum ipsum omni salute plenissimum sacratum os exosculandum exhibuit. Paratus nempè in medicinam proditori tradere os, linguam, oscula, corpus, vitam, & sanguinem. Quod ex eo constat; nam excepit osculum proditionis, mortifique traditum signum, cui signum plenæ pacis, & salutis vniuersæ, suum opposuit os Christus. Ita hodie non ad vnum tantum incredulum, sed ad multos varie vexatos ingressus veram affert quietem internam, & externam, dicens. Pax vobis. O Rex verè pacificus, qui ad

Omnes, vt nos saluos faciat Christus adinuenit inuentiones.

ad inquietos, & quasi rebelles ingrediens discipulos, & vasallos, vt amicos, fidelissimosque salutat, dicens. Pax vobis. Nec suam spectans regiam dignitatem, in eorum priuatam domum ianuis clausis ingressus, ibidem hoc explet veri pacifici Regis munus, dicens. Pax vobis. Deinde, vt magis laboranti, magisque indigenti, dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. O Christi curam, nec explicabilem, nec imitabilem. Ita olim Iudæ occurrens non adulatorem appellat, non proditorem, non furem, vt poterat, sed amicum. Amice (ait) ad quid venisti? O curæ amoris plenissimæ excessum. San-
L ctum Iobum, cui non erat similis in terra, vt dignificaret, magnoque titulo insigniret, seruum tantum appellat. *bb* Numquid considerasti seruum meum Iob? Iudam verò tam indignum, ac tot coinquinatum sceleribus amicum appellat? Amice ad quid venisti? Cæteros quidem Apostolos alibi non tam indignos amicos appellauit. *cc* Vos amici mei estis, ait; sed ea tamen conditione, si feceritis quæ ego præcipio vobis: Iudam verò absolutè dùm proditionem explet, in eiusdem proditionis feruore, & complemento, amicum vocat. Amice ad quid venisti? O peccator, quicumque sis, quæso gradum siste, tecumque ipse considera, quòd sæpius in feruore, complementoque tuorum scelerum adstitit tibi Christus, dicens. Amice, ad quid venisti? Quomodo itaque amore non languet, & non liquefit cor tuum ex ea sola consideratione, quod tàm suaui, ac tenero amore te prosequitur Christus, vt in eodem offensæ feruore amicum vocet? Amice ad quid venisti? Amice ad quid venisti? Quod à Christo sæpius effectum, sensibus vsurpas, & manu tangis, quoties te in vita peccantem reliquit, & ad pœnitentiam, vt carissimum te vocauit, expectauit, & reexpectauit amicum. Sic hodie Thomam vocat incredulum, & ingratum, ad quem, Infer (inquit) digitum tuum huc; & affer manum tuam, & mitte in latus meum. O amoris eximij eximium signum, circa quod nec tumultuari oportet (inquit D. Chrysostomus *dd*) de typis clauorum in corpore incorruptibili: condescensionis enim fuit, ex nimio nempe amore, vt discerent, quoniam ipse erat, qui pro illis crucifixus fuerat. Poterat enim (inquit D. Pater Augustinus *ee*) de corpore suscitato, & clarificato omnem cuiuslibet cicatricis maculam abstergere; sed reseruauit, vt quemadmodum Thomæ demonstrauit, vt sanaret, sic in die ostendat iudicii omnibus inimicis, vt eos conuincat, & confundat, dicens. Ecce hominem, quem variè crucifixistis, tùm realiter in proprio corpore, tùm in corpore mistico, tùm vitiis, & impietatibus, & quem, cum pro nobis crucifixus esset, obdurato, & obstinato animo renuistis. O damnatorum intolerandam confusionem. Re-
M seruauit etiã cicatrices Christus (subdit idem D. Pater Augustinus *ff*) vt caput martyrum omniũ ad ornatũ, atque decorẽ: sic enim in beatorũ quoque martyrũ corporibus vulnerũ cicatrices videbimus in illo regno cęlesti. Non enim deformitas in eis, sed dignitas apparebit, & quædã fulgebit pulchritudo. Nec tñ, si aliqua martyribus amputata sunt membra, sine ipsis resurgent membris. Quibus dictũ est. Capillus de capite vestro non peribit. Sed vbi præcisiones factæ fuere, ibi splendentes cicatrices redditis perfectis membris apparebunt. Vel cicatrices reseruat Christus (vt quidam aduertit modernus Doctor) vt illis doceat incredulum discipulum veram fidem. More magistri puerum docentis, puerique digitum apprehendentis, & ad singulas

Christus inimicos amicos vocat: amicos verò seruos.

bb cap. 1.

cc In Io. cap. 15.

Maxim' Christi erga nos amor.

dd In Io. cap. 20.

ee De symbo.

Quare Christus post resurrectionem voluit cicatrices habere.

ff 22. De ciui. Dei.

Similit.

gulas alphabeti literas applicantis. Ita Christus cum esset vniuersi alphaberum, ideft mundi totius quasi scripti libri principium, & finis, Alpha, & Omega, vt in Apocalypsi dicitur, digitum apprehendit Thomæ, sibique applicat. Infer (inquit) digitum tuum huc; & statim in aperto sibi ex vulneribus libro legit Diuus Thomas hæc verba. Dominus meus, & Deus meus, Principium, & Finis, Alpha, & Omega. Quod idem est, quòd Dominus meus, & Deus meus. gg Liber fanè scriptus erat intus, & foris. Christus foris legebatur Dominus meus, & intus Deus meus: sed intus legi non poterat, nisi postquam vulneribus est apertus. Sic Centurio post apertionem ex vulneribus exclamauit. Verè filius Dei erat iste. Sic latro. Memento mei dum veneris in Regnum tuum. Sic multi percutientes pectora sua reuertebantur. Sic hodie Diuus Thomas ex reseruatis N vulneribus, Dominus meus, & Deus meus, & ad altissimam Christi diuinitatem, vulnerum beneficio ascendit Thomas, more illorum, qui aulam ingredi altam per ordinarias ianuas minimè potentes, per murum ascendere tentant, manus in foramina successiuè ponentes muri. Sic Thomas ad Christi diuinitatem per fidei ordinariam ianuam pertingere nequiens, per muri foramina celerius adscendit. Murus est enim Christus, de quo vates. *hh* Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. In huius ergo muri foramina manus iniiciens Thomas, ad eius diuinitatis fastigium pertingit, exclamans. Dominus meus, & Deus meus. Vel ideo reseruat vulnerum cicatrices Christus, quia præuidens Thomæ incredulitatem, dicturi. Nisi videro in manu eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam, voluit cicatrices reseruare, vt eum posset saluare more mercatoris, aliquam pretiosissimam emere volens margaritam. Qui præuidens venditoris animum, proponit, eo non obstante, omnino illam emere cuiuscumque sit valoris, vel pretii. Sic Dominus Iesus Christus volens animam Thomæ prorsus redimere, præuidens illum nolle redimi, nisi eo pretio, vt videat fixuram clauorum, & mittat digitum in clauorum locum, & manum in latus: hoc denique pretio expetito, vult illum redimere, tantum petit, tantum habeat: petit, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meũ in locũ clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et Dominus totum, quod petit, largiter, & liberaliter plenissimoq; affectu illi tribuit. Infer (inquit) digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum. O quanto pretio redimitur Thomas? qui redemptus statim exclamat Dñs meus, & Deus meus. Et ecce quàm vtiliter, quàm fructuosè, quàm salutariter vulnerum cicatrices a Christo reseruantur. Qua- O rum curatiua, & salutari virtute Thomas constantissimus effectus in fide, fidem in totum ferè disseminauit orbem. Nam illum prædicasse, Partis, Medis, Persis, Brachmanis, Hircanis, Bactrianis, & Indis, afferunt Isidorus, *ii* Theodorectus de veritate Euangelica. KK & Clemẽs de Recognitione. *ll* Addit D. Chrysostomus, *mm* q̃ etiã Æthiopes Euangelii veritate dealbauit. Addit Nicephorus, *nn* q̃ peruenit ad Insulã Tapobranam, quę nostro æuo postea iterum a Lusitanis est adinuenta. Addit auctor operis imperfecti, q̃ D. Thomas Magodiam pertransiit: qua in prouincia tres illos adinueniens magos, qui Christum puerum in cunabilis venerati fuint, eos in Christi fide instituit, baptismate donauit, suosq; cõsocios, & in Euãgelii prædicatione coad-

Marginalia: Christus mundi principium, & finis. — *gg Apoc. 5.* — Christus liber scriptus intus, & foris. — Similit. — *hh Isaiæ 26.* — Similit. — Thomas a Christi cicatricibus constantiam hausit. — *ii de Pat. noui test.* — *KK lib. 9* — *ll Lib. 9. c. 8.* — *mm Homi de 12 Apost.* — *nn Lib. 2. c. 40* — D. Thomas tres Magos baptizat.

coadiutores assumpsit. Quod idem asserit Sophonius *oo* apud Nicephorũ, quòd tandem extremas Indiæ partes peragrauerit, certissimos habemus, oculatosq; testes Lusitanos, qui illuc peruenerunt, vt refert fide dignus Hieronymus Osorius *pp* Episcopus Algarbiensis, qui asserit, ibidẽ a Lusitanis repertũ christianorum maximum numerum, instituta D. Thomæ sanè pia in tanta temporũ varietate adhuc maxima fidelitate retinentium, quod miraculo, & prodigio diuino tribui potestinam cum tot prouinciæ, tot regna sub oculis (vt ità dicam) Ecclesiæ Romanæ, vbi Christi residet vicarius, turpiter ceciderint, qua virtute, nisi diuina potuit Apostolica perseuerare fides in regno toto orbe ab Ecclesia Romana distincto? Referũt enim ibi ad septuaginta christianorũ millia reperta fuisse, qui Christi fidem inter continuos barbarorum, idolatrarum, & Saracenorum impetus, & insultus; inter continuas pugnas constantissimè retinuerunt. D. Thomæ aũt corpus cõditum esse dicunt in Malipur, quæ ciuitas est regni Narsingæ, cuius gloriosũ sepulcrum

oo de scri. pt. eccl.

pp lib. 3. hist Reg. Emanue.

Apostolica fides, à Diuina virtute reseruata fuit.

P non modo fideles, sed infideles etiam venerantur; continuis enim coruscat miraculis, incurabilesque sanat ad ipsum recurrentes infirmos. Refert idem Hieronymus osorius anno a Christo nato 1548. crucem repertam lapideam in colle quodam eiusdem ciuitatis Malipur, quam arcus ex eodem lapide factus vndiquè muniebat, quæ crux in Sacello super eumdem collem ædificato super altare collocata fuit. Cùm autem christiani eò conuenirent per octo dies ante Christi natalem ad celebrandam Angelicam salutationem sanctissimæ Virgini factam, contigit, vt cum sacerdos, qui rem diuinam faciebat, Euãgelium inchoaret, crux in nigrum verteretur colorẽ; & liquor ex illa incredibili copia dimanaret: deinde color ceruleus pro nigro subiret. Cùm autem in cruce notæ quædam sanguine insignes eminerent, vbi tales extabant notæ rosei coloris splendor elucebat. Sequentibus deindè annis eodem die sem, er idem euenicbat, & numquam prius, quam Euangelium legi cepisset. Fuit tamen aliquo tempore tàm admirabilis euentus intermissio. Deniquè anno 1561. eodem die confluente similiter populo, & sacerdote sacra faciente cum Euangelium legi cepit, crux repente nigris maculis, splendidis tamen; inficitur, donec tandem alijs, atq; alijs subeuntibus tota nigresceret. Quo permotus portentu sacerdos, lacrymis, & crebro singultu peracto sacrificio, ascendit in altare, & linteis crucem eterrersit; lintea verò sanguineis maculis tincta sunt; & crux eadem postquàm multo liquore fluxit splendere clarius cœpit, & color sanguineus euidentius eluxit. Et accersito indè Brachmana, qui literas in arcu sculptas omnibus alijs ignoras interpretaretur, earum sensum, & sententiam hanc esse retulit. Thomam Diuinum virum fuisse a Dei filio, cuius erat discipulus, in eas oras Sagami regis tempore missum; vt Dei summi notitia gentes illas erudiret, ibiquè templum extruxisse, & res admirabiles effecisse, atq; tandem cum genibus flexis, ad crucem illam affixus, orationẽ ad Deum

Maxima a B. Thoma prouenerũt prodigia.

Q funderet, a quodam Brachmana fuisse hasta transfixum: crucẽ verò eiusdem viri Sanctissimi cruore tinctam, ad memoriã virtutis illius sempiternam relictam fuisse. Ex quibus constat quam clara sint apud Indos christianos Thomæ viri diuini monumenta. Vltra quæ Gregorius Turonensis refert, quòd cum terra illa suapte natura siccissima sit, verumtamen per triginta dies, quibus nundinæ durant in præfata Ciuitate post festũ Sancti Thomæ si in qualibet parte ciuitatis minima eruatur terra, fons oritur; & sic omnes

concur-

concurrentes copiosè potat D. Thomas. Moysi semel ex petra, Sampsoni semel ex maxilla educta est aqua; & hi fideles erant; hic autem singulis annis, & per continuos triginta dies infidelibus, & idolatris D. Thomas largissimas largitur aquas. Marcus etiam Venetus refert, quòd omnes descendentes ex illis, qui Thomæ Apostolo martyrium intulerunt, numquàm ingredi possunt Ecclesiam, nec in eam aliena quacumque vi intrudi, vel impelli posse. Iterum Gregorius Turonensis refert, *qq* quod lampas olim in templo Sancti Thomæ die, noctuq; iugiter lucebat sine oleo, & sine aliquo liquore, vel adminiculo humano, cęlitus nempè, diuinitusque conseruata. O signum viuæ inextinguibilisq; D. Thomæ fidei. O Christi vulnerum virtutem, quæ in perpetuas conseruantur æternitates, vt vel vnicam saluent in momento animam; & signum perpetuum defert vulnerum Christus, nè signum remaneat in Thomæ anima peccati. Quid verò si vulnera strictiora fuissent, & angustiora, quàm digiti, vel manus? Dilatetur (ait Christi Caritas) non solùm ad Thomam, sed ad vnumquemque nostrum. Mitte manũ tuam, mitte manum tuam peccator; paratum est Christi latus, dilatatum est, Et paratum iterum dilatari pro tua salute, & ampliari, si opus fuerit: Mitte manum tuam, mitte manum tuam. Quid tanto correspondebis amori? Nil adæquatè poteris, nisi, vt idem rependas, & sæpius dicas. Mitte Domine manum tuam in latus meum: & apprehende cor meum, vt illud fiat *rr* cor regis in manu Domini; & quocumque volueris vertas illud. O felices, & millies felices, qui cor suum in manu Domini sic ponunt, & reponunt. O infelicissimos illos, qui illud in manu consilij sui relinquunt; nam etiã in statu innocentiæ, vbi Deus *ss* reliquit hominem in manu consilij sui, infelicissimus euasit homo. Disce igitur peccator vide Christi latus apertum: pondera, considera, quod millies repetit. Mitte manum tuam in latus meum: dilata vulnus dummodo sanus fias. Millies reperas & tu. Mitte Domine, mitte Domine manum tuam in latus meum, & conclude manu tua cor meum: & numquam relinquas illud in manu consilij sui; sed fiat cor meum in manu tua Dominus meus, rex meus, & Deus meus, vt quocumquè volueris in perpetuum vertas illud. Amen.

qq lib. de glor. martyrum ca. 31.

Vulnerũ Christi virtus cõmendatur.

rr Prou. 21.

Ponentes cor suũ in Dei manu felices sunt & è contra.

R

IN SACROSANCTA DIE NATALIS Domini. Concio XCVIII.

In Christi natiuitate à Sibillis præuisa idola, & statuæ cum Iouis simulacro corruere, Delphicum obmutuit oraculum, & in Araceli ab Augusto ara Christo à Sibilla sibi ostenso erigitur, fons etiam olei abunde prosluit; Animalia in Christi obsequium currunt; & multa per vniuersum mirabilia cernuntur; ex quo salus toti mundo aduenisse cernitur.

OMNIA quidem Christi diuina mysteria sunt miraculo, sunt stupori, sunt pauenda mortalibus, tremenda sunt cœlestibus. At nihil tàm stupet cœlum; terra pauet: vniuersa expauescit creatura, quam quæ nobis hodiè occurrit Christi veri Dei, & veri hominis temporalis in mundo natiuitas. Quam non valet mens æstimare humana, A

humana, capere non sufficit mortalis conditio, sustinere nequit compago terrena, credere pertimescit limosa substantia, putredini, ac pulueri subiecta. Quod confiteri cogitur: continet enim dolorum, & gratiarum cumulum magnorum antiquitus promissorum complementum extremum. Quid igitur hic humana fragilitas, rudis lingua, inexpertus dicitur, frigidus concionator? Præsertim vbi concurrunt etiam, serenissimorum præsentia, maiestatis fulgores? Sed cum non magis reformidatio, quam confidentia vrgeat, serenissimorum præcipientium vi, multo confidentius, quàm reformidans, obediens dicam. Christi principaliter diuina fultus gratia. De Christi temporali natiuitate nullus vmquam pro merito dicere sufficit, nec tantum nos sulcare pelagus tentabimus; sed tantum duos in sinus, & in hos quidem angustè sermonem continebimus: nempè natiuitatis miracula nonnulla breuiter attingemus; & indè salutem nobis allatam explicabimus.

B

Diuisio bimemb.

De primo, Isaias inter cætera Christi encomia illud mirabiliter prædixit. a Et vocabitur nomē eius admirabilis. Admirabilis primo in cōgressu natiuitatis diuinæ, ac æternæ, cum temporali, & humana. Filius. n. Dei altissimi filius fit hominis, ante omnia sęcula genitus in medio nascitur sęculorum. Et quem e memoria sęcunda paterna progredientem cęli capere non possunt, e virginali procedentem thalamo angusta continet spelunca, qui æterne oriens posuit in Sole tabernaculum suum temporaliter nascens vnum sibi cōstituit vile præsepe. Quem angeli colunt, & adorant, bouis, & Asini non abhorret obsequia. De quo Ioannes intonuit. In principio erat verbum, de illo eodem concludit. Et verbum caro factum est. De quo symbolum fidei prædicat Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, de eodem annunciat. Descendit de cęlis, & incarnatus est de Maria Virg. & homo factus est. Hinc idem Isaias vtramque concinnè, ac breuiter complectens natiuitatem, ait. Paruulus natus est nobis: & filius datus est nobis. Datus filius de patris ęternitate; natus paruulus de matris integritate: natus ęternè sibi ante omnia tempora: datus nobis cum venit plenitudo temporum. Natus sibi origo, & principium vitæ: datus nobis mortis finis, & mors mortis. Natus sibi mundi totius creator: datus nobis vniuersi microcosmi recreator. Quin & datus nobis, & natus nobis. Datus filius, Natus paruulus. Datus filius verbum apud Deum, natus paruulus Verbum caro factum. Datus nobis immortalis existens inter nos: natus nobis ut mori pro nobis posset. Datus coęternus patri: natus posterior matre. Datus de patris substantia. natus de matris carne. Datus dominus vniuersalis: natus medicus salutaris. Datus mundi conditor: natus mundi saluator. Datus Deus, cui repugnet esse paruulus: Natus homo, vt pro nobis fieret paruulus. Datus filius, quia numquam recessit a patre: natus paruulus, quia venit nobis. Datus filius, quia non derogauit sibi: natus paruulus, ut exaltaret nos. Datus filius, quia suam numquam deposuit diuinitatem: natus paruulus, quia nostra inductus est carne. Datus filius, quia Domini formam numquam dimisit. Natus denique Paruulus, quia paruulus pro nobis factus est; datus filius, quia gigas remansit immensus: de quo Dauid. Exultauit ut gigas ad currendam viam. A summo cœlo egressio eius. Vt filius & occursus eius vsque ad summum eius. Vt paruulus: nam vt Dei filius, egressus eius a summo cœlorum ad induendam carnem; & ut paruulus homo, occurrit vsque ad summum eius per vnionem hypostaticam ad

Primum membrū.
a Cap. 9. Isa.

Christus nō abhorruit Asini & Bouis obsequia.

Notabilis declaratio.

Deo repugnat paruulus esse attamē pro nobis paruulū se fecit.

C

Christus nūquam deposuit diuinitatem.

Verbum. Et sic ab egressu æternitatis, & occursu temporis factus est congressus natiuitatis diuinæ cum natiuitate humana in Christo vero Deo, & homine vero. Admirabilis itaquè in congressu natiuitatum. Admirabilis prætereà in prædictionibus. Nec enim solum (vt regulariter prædici voluit futura per prophetas) Christi natiuitatem clarissime, ac pluries vaticinari voluit. Sed longè miraculosius, alijs modis; vt per sybillas gentilium prophetissas, vt referunt de nostris Lactantius, *b* & D. Hieronymus *c* habens, quod propter meritum Virginitatis donum habuere prophetiæ. Et Cle- D
mens *d* Alexãdrinus asserit illas diuinitus apparuisse. Et alibi *e* refert, Diuum Paulum in concionibus ad græcos sibyllinis instasse versibus. Origenes verò ait, *f* quod omnes Christiani sibyllistæ a gentibus dicebantur; quia sanè sibyllas contra eos frequentius adducebant. Postremò Patres omnes asserunt, sibyllas prophetissas fuisse Gentilium. Et Iustinus martyr. *g* fusius de eisdem. Et vltra nostros; apertam de illis mentionem faciunt Tacitus, *h* Cicero, *i* & alij, & vltra illas mentionem faciunt De Hydaspe, Iustinus martyr & Cicero citatis locis, & Clemens Alexandrinus citato loco adducit D. Paulum ad græcos concionantem in hæc verba Hydaspem sumite, & legite; & inuenietis Dei filium multò clarius, & apertius esse scriptum. Admirabilis præterea Christus fuit in prodigijs: namquè prouidentissimus Deus, quemadmodum Israelitas prophetis, & miraculosis figuris de saluatoris aduentu præmonuit, sic gentiles prodigijs quàm plurimis & sibyllarũ prædictionibus. Hinc in ortu Christi Romæ in Capitolio multæ corruere statuæ cęlitus fulminatæ, vt referunt Dio de historijs Romanis, *K* & Suetonius in Octa. *l* & Præterea Romæ quoquè simili modo simulachrum corruit Iouis: & litteræ columnarum Romuli, & Remi, in quibus leges erant insculptæ; diuinitus abolitæ sunt. Deindè in Græcia Delphi Apollinis obmutuit oraculum. Ad quod cũ peruenisset Octauianus (vt refert Suetonius loco citato) eiq; Sacrificasset, vt causam suæ intelligeret mirabilis taciturnitatis, tale accepit responsum. Me puer hebręus diuos Deus ipse gubernans, Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcum. Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris. Eadem referunt Nicephorus, *m* & Suida in historijs, *n* & Cedrenus in comp. Addunt præterea, quod reuersus Romam Augustus, erexit in Capitolio Arã, cui titulũ inscripsit. Ara primogeniti Dei. Et Sic vbi prius templum Iouis Capitolini residebat: nunc Ara cęli residet, Deo dicata ecclesia, & nostrum cęnobium. In eodem etiam loco ferunt Augusto virginem ostensam, quæ puerum filium habebat in sinu, & Augusto dictum a Sibyllis, idest a Sibyllinis versibus. Hic maior te est, ex quibus motus Augustus prohibuit, nè quis versus legeret Sibyllinos. Sic Tacitus, *o* Dio, *p* & Suetonius. *q* Qui etiam addunt quod Octauianus vidit solem sphera circumdatum splendentissima, quasi iride; cœlo puro, ac sereno existente. Et præterea referunt, quòd Romæ omnibus videntibus tres apparuerunt cir- E
ca solem circuli, & trans Tyberium fons, emanauit olei per integrum diem, sine intermissione in Tyberim profluens quod clarissimum fuit signum, quòd vnctus, idest Christus, rex regum, & dominus dominantium nascebatur, in aquas profluens, per quas ex Apocalypsi *r* populi designantur: nam Christus per totum diem, idest, vsque ad mundi vesperam, & consummationem in omnes populos regnare debebat; & eodem loco, vbi fons oriebatur olei, Ecclesia sub titulo sanctæ Marię trans Tyberim a Calixto summo

Pon-

b Lib. 1. c. 6.
c con. Iouin.
d Lib. 1. strom.
e Lib. 6.
f li. 5. cõt. Celsum.
g Oratione ad Antonia.
h Ann. li. 6. & 5.
i Lib. 2. de diu.
Christus admirabilis in pdigiis.
K lib. 3. 2.
l ca. 94.
Responsum oraculi Apollinis.
m Lib. 1. hist. c. 12.
n Verb. Aug.
o Ann. li. 5.
p Lib. 4.
q cap. 31.
Quædam prodigia quæ Romæ fuerunt.
r Apoc. 17.

Pontifice erecta extat, in tantæ rei memoriam perpetuam. Et mirum, quòd ibidem, teste Philone, *f* tunc habitabant Iudæi; nam salus ex Iudæis, & vnctus, & oleum, & Christus oriebatur, & in aquas profluebat, quia in omnes gentes omnium nationum, Christi regnum, vnctio, & salus diffundenda, erat. Addit Philo ibidem, quòd ex his relatis, & alijs, magis in dies commotus Augustus, vetuit, nè quis in posterum illum appellaret dominum. Et cū prius infensus Iudæis esset, deinde illos nō abhorruit; sed & victimas
F in eorum templo altissimo Deo quotidiè offerri iussit, & pecuniarum, & frumentorum partem Iudæis, in distributione facta populo, assignari iussit. Admirabilis deniquè in ipsa natiuitate fuit Christus, nàm vltra ea, quæ referunt Euangelistæ (q̄ ut nota omnibus, pertranseo,) referunt D. Hieronymus, *t* & Greg. Nissenus, *u* & Paulinus, *x* & Cyrillus Ierosolymitanus, *aa* & Prudentius, *bb* & Ioannes Damascenus, *cc* quòd bos, & asinus venerunt in speluncam, in qua Christus natus est, in eius obsequium, & seruitiū, iuxta Isaiæ *dd* vaticinium. Cognouit bos possessorem suum: & asinus præsepe Domini sui. Addit venerabilis Beda, *ee* quòd in spelunca illa, in qua natus est Christus, miraculosè repente orta est aqua, in obsequium Virginis, & nati pueri Dei, quam vsque ad Bedæ tempora perseuerasse idem asseuerat. Vtinam tot inter mirabilia illud non verificetur de nobis, quod subdit Isaias, post obsequium ab animalibus Christo præstitum, cùm ait. Israel autem me non cognouit. Vbi nostram dubio procul sugillat ingratitudinem brutorum exemplo, quo validius nos coarguat, & cùm sit ingratitudo vitiorum omnium pessimum, eo magis nos confundit, quo à brutis vinci ex pre sè cernimus. O execrandum facinus. Asinus, & bos Christi cognoscunt, & venerātur (vt ità dicam) præsepe: Christiani verò ab eo vel etiam per peccata, & impietates longè hac eadem natiuitatis die recedunt; qui nec sacramentalem adiere confessionem, nec Sacrosancto Christi corpore in sacramento Eucharistiæ illis misericorditer, ac liberalissimè oblato, refecti sunt. Et quodnam dignum talibus ingratis, deberetur supplicium? Antiqui vt impijssimum hoc vitium de medio tollerent, sapientissimè fabulati sunt multa, & diuersa ingratorum supplicia. Sic Niobem introducunt rebus omnibus affluentem filijs, asseclis opibus, cæterisque bonis, & vno die omnibus penitus priuatam, in lapidemque versam, quia in Deos ingrata extitit, eos irridendo. Sic Tamirim fingunt ob poeticæ facultatis peritiam cùm musis ingratè certare ausum; Quare in suæ ingratitudinis pœnam dicunt a musis orbatum oculis, & scientia priuatum poesis. Ità Marsiam cum ipso Deo, à quo canendi artem acceperat, de cantu contendere ingratè ausum, miro supplicio affectum referunt: nempè excoriatum, & in arborem suspensum. Sic Aracnem in bestiam ferunt mutatam, quia ingrata cum illa Dea, a qua texendi artificium didicerat, de artificio contendere fuit ausa. Sed quid nobis cum fabulis tanto in Christi mysterio? Nobiles, & ingenues id solum excitet, & moueat, quòd cognouit bos possessorē suum, & asinus
G præsepe Domini sui, Israel non cognoscet? Cognoscant nunc vel saltem eleemosynis.

f De leg. ad Caiu.
t Epi. 27. ad Eustochium.
u de Christi gener.
x Epi. 11. ad sen.
aa Cathe. 12.
bb die 25. decēbris.
cc Vers de Christi nat.
dd Ca. 1.
ee De loc. sanc. c. 8. r.

Miraculū Nostra redarguitur ingratitudo.

Marsię fabula ad hoc adaptatur.

Aracnes ob ingratitudinē in bestiā transformata fuit

SECVNDA PARS.

Christi natiuitatem non minus nobis salutarem, quàm miraculosam iam miraculis explicatam, nunc secundo loco vt nobis proficuam breuiter expendamus; Altius tamen repetendo. Verbi siquidem diuini incarnationem

Secundū memb.

ab Ezechiele propheta descriptam prius percurramus, & inde ad Verbi in-
carnati natiuitatem declinabimus. Inquit igitur Ezechiel. *ff* Et ecce ventus
turbinis, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, &
de medio eius quasi species electri, & similitudo hominis in eis. Quid ven
tus turbinis, nisi Gabrielem Angelum Verbi incarnationem Virgini annun
ciantem designat? Qui eo ventus dicitur, quia velocissimus in motu a cœ-
lorum summo ad terrarum ima legationem deferens extitit. Turbinis ve- H
rò, quia omnem sua legatione dæmonum dextruxit potentiam. Quid verò
nubes magna, nisi Mariam designat Virginem? de qua ad hoc alludens
mysterium Isaias ait. *gg* Nubes pluant iustum idest Maria quasi pluuiam
emittens, virgo manens Christũ parturiat. Quid verò ignis inuoluens nisi
spiritum sanctum qui in igne in die sacro Pentecostes in discipulos descen-
dit, indicat? Et de quo Angelus ad Virginem spiritu sanctus superueniet
in te. Et quid splendor in circuitu eius innuit, nisi eiusdem spiritus sancti
virtutem, de qua idem Angelus, Et Virtus altissimi obumbrabit tibi? Hæc
omnia, vt scimus, ad Verbi incarnationem concurrerunt. Quid indè se-
quitur ex his omnibus? Et de medio (inquit) eius quasi species electri: &
similitudo hominis in eis. Species electri, & similitudo hominis: nempè
manifestè Verbum caro factus Deus homo, & homo Deus. Est enim elo-
ctrum secundùm Isidorum triplex. Primum naturale, ceteris clarius me-
tallis, in quo secundùm Plinium *hh* quinque sunt portiones nẽpè auri qua-
tuor, & argenti vna. Ità in Christo cum de auro, & argento fit mistio, patres
oẽs per aurum diuinitatẽ intelligunt iuxta illud. *ii* Caput eius aurum opti-
mum. Et per argentũ humanitatem. Quatuor porrò in Christo sunt auri di-
uinitatis portiones, in quo secundũ Apostolũ *KK* habitat plenitudo diuini-
tatis, videlicet tres hypostaticę proprietates, & diuina essẽtia, licèt solũ Ver
bũ sit incarnatũ. Et in his similitudo hoĩs, quia hõ parvulus natus est nobis
Christus; & homo apparuit, in quo latebat diuinitas. Est aliud electrũ artifi-
ciale, de quo meminit Albertus magnus, *ll* & D. Gregorius magnus, *mm* ex
duabus cõstans auri partibus. Et tertia argẽti. Ità in Christo duæ sunt auri di
uinitatis portiones, natura diuina, & diuina filij persona: & vna tñ argenti
humanitatis portio, quia solummodò natura humana in Christo: nullate-
nus autem humana persona. Et similitudo hominis in eis, quia sub humana
Christus (vt prædictum est) se nobis exhibuit forma. Omni ergò modo si-
uè hoc, siuè illo admirabile Ezechielis electrum in similitudine hominis,
est verbum caro factum, Deus homo, & homo Deus, qui salute plenissi-
mus hodiè nobis nascitur pro nobis moriturus, & post mortem per sui
prædicationem, & fidem saluaturus. Quæ omnia breuiter perstrinxit di-
uinus ille, ac patientissimus virorum. *nn* obscurissimis verbis. At no-
bis ex visione Ezechielis explicata clarissimis astruitis. Habet (inquit) ar- I
gentum venarum suarum principia idest Christi humanitas, quæ vnica in
Electro est argenti portio; habet principia purissimi sanguinis venarum
Virginis, ex quibus formatum Christi corpus, subdit. Et auro locus est,
in quo conflatur. Quasi dicat admirans. Quem cœli capere non pote-
rant Virgo suo contulit gremio. Et auro diuinitatis in virginali ventre
locus inuentus est, in quo conflatur. O miraculorum miraculum. Aliud
quam Iouis illa decantata fabula, quòd in pluuiam seuerterit auream.
Hic re uera omnipotens Deus, nostro in Electro auri portiones conflat,

&

ff Cap. 1.

Per Ventũ Angelus Marię nũcius designatur.

gg Ca. 45.

Per ignẽ Spũs sanctus subintelligitur.

Sermo obscurus declaratũ.

Electri primũ genus.

hh Lib. 32 c. 4.

Per aurũ in sacris literis diuinitas intelligitũ.

ii Cant. 5

KK Colos. 2.

Secundũ Electri genus.

ll De min. trac. 2. c. 8

mm Super Ezech.

Similitudo.

nn Iob 28

Verba Iob declarãtur.

Quẽ Cœlum capere non poterat potuit virgo Maria.

& confert, ex auro diuinitatis, in virginali gremio, & efficitur electrum, vel quatuor portionum auri trium proprietatum hypostasum, & diuinæ essentiæ, quomodolibet concurrentium, vel duarum naturæ diuinæ, ac diuinæ personæ, & vnius tantum portionis argenti naturæ humanæ in Christo. Et sic efficitur preciosissimus, & inæstimabilis electri lapis, de quo subdit idem vates, & lapsus solutus calore in æs vertitur: nempè quemadmodum si vidistis, vel audistis stratagema illud bellicum, quo
K eminentiores duces globos quosdam efficiunt æneos artificialem ignem maxima inclusum industria retinentes. Qui in exercitum proiecti inimicum, ad tempus determinatum (igne globorum angustias non ferente) extemplò maxima dirumpuntur vi, & soluuntur, irrumpentes in aduersarios, illos exterminantes. Ità pretiosissimus electri lapis calore (inquit) solutus, Christus enim Dominus noster non externa aliqua violentia, sed calore nimiæ caritatis, quem ab instanti suæ incarnationis inclusum retinuit, solutus, ad tempus determinatum in omnes prosiliuit aduersarios nostros, exterminans peccatum, dæmonem, infernum, & mortem, calore (inquit) solutus nimiæ caritatis, amoris nimij, quo nos iugiter amauit. O qui contemplari posset, non plenè, sed pro minima etiam portione, amoris calorem, quem diuinum nostrum electrum per triginta tres continuos annos, & menses ab instanti incarnationis vsque ad mortem inclusum retinuit, & denique super crucem solui non externa violentia, sed eodem amoris interni calore voluit, vt inimicos funditus prosterneret, nosque cœlitus saluaret. Vndè concludit Iob. Et lapis iste electri solutus amoris calore in æs vertitur, nempè in æs prædicationis resonans vbiquè locorum, siquidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. O diuinum electri lapidem, amoris nimio calore pro nobis morte solutum, & in æs prædicationis versum, eodem amoris calore nos refoue, vt salutariter lapidem in æs prædicationis versum, annunciemus, quandò vbiquè Christum prædicamus crucifixum; & hodiè Christum natum, & Christum natū nobis electrum eodem amoris calore. Vel oritur nobis Christus hodiè vt Ceraunius pretiosus lapis, de quo Dioscorides ait, Quod in ventre gignitur nubis, & cum corruscatione, ac tonitruo egreditur, & descendit. Sic in Virgine per nubem (vt superius dictum est) designata, genitus est Christus, homo Deus; & ex ventre oriens virgineo, maxima miraculorum corruscatione oritur in mundum, & magno cum tonitruo
L Angelorum cantantium gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Est præterea lapis prædictus contra quascumque tempestates vtillimus. Ità Christus natus nobis vitiorum, & impietatum tempestatem omnem a nobis auertit. Vlterius ex nube Virginis oritur Christus iustitiæ sol solis omni functus munere. Sol enim suo ardore nubes attrahit, atq; gignit. Christus Dei filius suæ caritatis ardore ad se attraxit, & extulit super omnem creaturam ab omni peccato immunem, & genuit Virginem; indè sol nubem genitam resoluit largas in pluuias, ad irrigandam salutariter terram. Ità Christus matris nubem iam prægnantem, Deo, & homine plenam, resoluit suam per natiuitatem, largas in gratiarum, & donorum pluuias, ad vniuersam irrigandam terram; sub qua pluuiæ metaphora de Christi Natiuitate concinnè Moyses,

Christus inestimabilis electri lapis.

Simil.

Sua sponte Christus pro nobis occidi voluit.

Ceraunij lapidis natura.

Simil.

Christus omni munere fungitur.

oo Deut. 32.

oo Con-

oo Deut. 32. oo Concrescat in pluuia doctrina mea quasi imber super herbam: & quasi stillæ super gramina. Nec enim numerari possunt gratiarum, & donorum, quasi pluuiæ, aut diluuij guttæ, quas in nobis largitur per suam Natiuitatem diffundit Christus. Vel oritur Christus de Virgine, vt quemadmodum amor attrahit vnicornem ad Virginis gremium. Sic amor, & charitas Filiũ Dei traxit ad assumendam carnem, & indè ad nascendum Verbum Caro, factum de Virgine, canente suauiter Dauide. *pp* Et dilectus quemadmodum Filius vnicornium. Et quemadmodum apes perpetuò sunt Virgines: attamen faciunt mel, & prolem. Ità gloriosa Virgo semper extitit Virgo; & diuinam tamen nobis protulit prolem simul & humanam, & Saluatoris, & salutis perpetuæ mel perpetuum. Et hinc inquit D. Pater Augustinus *qq* Nobilitas nascentis fuit in nobilitate parentis, & nobilitas parentis fuit in diuinitate nascentis. Quē charitatis excessum admirans Hugo, charitatemq; compellans ait. *rr* Nescio o charitas quid magis in laude tua dicere possum, an, quòd Deum de cęlo traheres, vel quòd hominem de terra leuares. Est æquè magna virtus tua, vt per te Deus vsque ad terram humiliaretur, & homo vsque ad cœlum exaltaretur. At ne interim longiùs, meminisse oportet ex tribus a nobis propositis electris, duo tantum explicata. Tertium superest naturale, quod succinum dicitur, de quo Aristoteles *ſſ* Isidorus, & Solinus, Albertus magnus, & alij antiqui, secundùm quos electrum est gummi, siuè lacryma ex arboribus spinei generis profluens. Hodie verò notissimũ est, electrum, de quo loquimur, prouenire in insula maris germanici non procul a littore Prutenico, ex cuius insulæ scopulis in mare delapsum partim oceani æstu ad litus eijcitur, partim rusticorum opera in ipso mari colligitur: nec verum est ex arboribus defluere, sed è saxis: primò aũt, cum emanat, liquidum est, & indè in eam, quam videmus, Christallinam duritiem vertitur, frigore (vt omnes fatentur) induratum, fitq; perspicuum, splendens, & solidum. Tale nos decet electrum esse, vt primo electro Saluatori nostro Christo per suæ salutiferæ Natiuitatis gratiam cōformemur: Est enim Caro nostra, cum primò nascitur ad instar præfati electri, liquida, & fluxibilis, indè per Christi gratiam, & Sacramentorum virtutem fit perspicua, splendens, solida & Christallina, quam sic efficere ad nos etiam pertinet, Christi exemplo, ex eius Natiuitate mox desumpto: nam (vt ait D. Bernardus *tt*) quando nascitur Christus, vbi est Thronus, aula regia, & frequentia curialis? nam aula fuit stabulum, thronus præsepium, totaq; curialis frequentia Ioseph, & Maria, pastoribus indè additis: sed (vti diximus) in exemplum nostrum natus est in ciuitate parua, nè gloriemur de patria: de matre fabro desponsata, nè gloriemur de stirpe: sub custodia patris putatiui pauperis, nè gloriemur de diuitijs: pãnis vilibus inuolutus, nè gloriemur in vestibus, vanisq; ac superfluis ornamentis: in præsepe repositus, nè gloriemur in lectis: comitibus boue, & asino, nè gloriemur de curialium maxima comitiua: de nocte, ne ostentemus opera bona. Et sic cetera omnia, quæ vestræ meditationi contemplanda relinquo, in nostrum fecit exemplum, adhuc nascendo, vt ex fluidis, mollibus, & lasciuis, electrum euadamus per bonorum operum constantiam, & virtutum robur, perspicuum, splendens, & solidum. Nedum autem pro nostro nascitur sic exemplo, vt præfatum euadamus electrum; sed pro nostra etiam gloria, vt ad primum perueniamus, & adscendamus electrum ex auro, & argento constans, eiusdem Christi Natiuitatis

Margin notes: Vnicornis pprietas cōueniēs Christo. — *pp Ps. 28.* — Virgo Maria apibus assimilatur. — *qq Super Ioan.* — *rr De laude charitatis.* — *ſſ In meteor.* — *4. Sum. 4.* — Electri tertiũ genus. Electrũ aliud. — *tt Ser. de Epi.* — Quare Christus adeo abiectus nasci uoluit.

M

N

uitatis gratia. Quod sanctus contemplans pater, *u* instante iam morte, in eiusdem mortis puncto totus exhilaratus, & ridens in hac prorupit verba. Nollem angelus esse, quia Christum gloriosum video in mea natura, & in mea carne, in qua non viderem, si essem angelus. Quæ dicens expirauit. O
O dignitatem ineffabilem: hæc nostra caro certè illa eadem est, eiusdemque prorsus naturæ, cum ea, quam Christus assumpsit. Hæc eadem est, quæ ad Christi diuinum, & pretiosum electrum, nobis datum, & nobis natum conflandum concurrit. Et hæc eadem est, in qua si decesserimus in gratia, Christum videbimus gloriosum. Quare cum Sancto prædicto patre maximo cũ iubilo hilares, & gaudentes dicere poterimus vnusquisque nostrum. Nunc verè angelus esse nollem, cum iam Christum gloriosum meum Deum, creatorem, video & Saluatorem in carne mea, & in mea natura, in qua non viderem vt mea, si angelus essem. Quod magnum, & inexplicabile gaudium concedat nobis omnibus per suam gratiam Christus Dei Filius natus nobis, & datus nobis verus Deus, & homo verus. Amen.

u In De in pat.

Carnis nr̃ę dignitas.

IN SOLEMNITATE S. STEPHANI Protomartyris. Concio XCIX.

Vero declarato Natali, per quatuor proportiones Christi Domini, & militis Stephani natalis similis ostenditur, cui se Stephanus per lapides martyrium & mortem, sicut & cæteri martyres libentissime proportionauit.

CHRISTI Domini nostri natalem hęsternũ, cum hodierno serui natali conferens D. Fulgẽtius *a* inter cętera hæc luculenter satis cõplectitur, atq; cõcinne. Heri (inquit) celebrauimus tẽporalẽ sempiterni regis nostri natalẽ. Hodie celebramus triumphalẽ militis passionẽ. Heri.n. Rex noster nõ alia veste regia, q̃ carne nr̃a indutus, visitare dignatus est mũdũ, de aula vteri virginalis egrediẽs. Hodiè miles eius põdus carnis deponens e mũdo exiẽs, triũphator migrauit in cęlũ. Ille sempiternæ Deitatis maiestate seruata serui le cinctoriũ carnis assumens, in huius sęculi cãpo pugnaturus intrauit. Iste, pugna cõfecta, mũdi campum egrediẽs, victor sanguine proprio laureatus ascẽdit ad cęlũ. Ascẽdit iste lapidãtibus iudæis, quia ille descẽdit lætãtibus
A angelis. Gloria in excelsis Deo heri exultãtes angeli cãtauerũt. Hodie Stephanũ lætãtes in suũ cõsortiũ susceperũt. Heri dñs exiuit de vtero virginis. Hodiè miles egressus est de ergastulo carnis. Heri Xp̃s pro nobis pãnis est inuolutus. Hodiè Stephanus ab eo stola est immortalitatis indutus. Heri p̃sepis angustia Xp̃m portauit infantẽ. Hodiè immẽsitas cęli suscepit Stephanũ triũphantẽ. Quæ duæ dñi, & serui natiuitates: dñi, videlicet natiuitas tẽporalis, & serui natiuitas æterna occasionẽ nobis p̃bent cõsiderãdi hodie, primò q̃ sit ꝓportio inter Christi natalẽ, & natalẽ Diui Stephani. Secũdò, qua uia, & forma dño suo se cõformauerit, & ꝓportionauerit Stephanus.

a Ser. de S. Stephano.

Diuisio bimẽb.

De

Primum membr. De primo. Christi Domini nostri natiuitas non sicut cęterorum hominū cum tristitia fuit matris iuxta illud. *b* Mulier, cùm parit, tristitiam habet. Sed maxima fuit cum Virginis matris lętitia; nec enim doloris vel tristitię primordia sensit, sed incredibilis gaudij plenitudinem. Ità Sanctus Zeno Episcopus Veronensis. *c* Parturit Virgo non dolore, sed gaudio. Et D. Gregorius Nissenus. *d* Obstetrice illa non eguit, sed pro obstetrice lętitia fuit. In Eua dolores partum pręcesserunt: hic verò lętitia partui obstetricatur; vt sol antequàm oriatur lętissimam efficit Auroram. Ità Christus antequam oriretur lętissimam reddidit matrem, quę cum Aurora comparatur, pręcinente Dauide. *e* Ex vtero ante luciferum genui te. Et ex textu hebręo. Ex vtero ab aurora uel ex vtero aurorę tibi ros natiuitatis tuę, quę de Christi Natiuitate omnes ferè interpretes exponunt. Aurora enim fuit lętissima Deipara Virgo, roseo, aut coque colore illustrissima, ex qua natus est Christus; magni partus pręnuncio magno gaudio totius orbis magnum prę nunciante gaudium. Omnes verò cęteri homines e contra magno nascuntur cum dolore, cum tristitia magna, *f* primamque omnibus similem emittunt vocem plorãtes, in corporeq; manẽt proprio, quasi in carcere, de quo educi rogabat Sãctus Dauid dicẽs. *g* Educ de custodia animã meã ad cõfitẽdũ nomini tuo. Me expectãt iusti donec retribuas mihi. Et D. Paulus, sentio (inquit) aliã legẽ captiuãtẽ me in lege peccati, q̃ est in membris meis. Et iterũ Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? Vbi Dauid corpus appellat custodiam, translato noĩe ab his, qui in carceribus custodiuntur. Et D. Paulus expressè captiuum se vocat in corpore, & infelicem, & quasi in carcere mortali reclusum. Et re vera sicuti regulariter tenebricosi sunt carceres. Ità in corpore nos versamur quasi in tenebris errorum, & ignorantiæ. Carceres vt plurimum angustas, & parum illuminantes habent fenestras; & nos miseri in carcere Corporis per angustos sensuũ meatus omnia intueri oportet, Aristotele teste, *i* Quòd oportet intelligentem phantasmata speculari. In carceribus vt plurimum fętores, & clamores vigent; sic nos in Corpore fętentes ingemiscimus, & dolemus, clamante Apostolo. *K* Scimus, quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque ad huc: vanitati enim creatura subiecta est non volens. Quibus omnibus miserijs, non minùs, quàm ceteri, quoad vixit, subiectus etiam fuit D. Stephanus. Ex quibus constat, quòd quem nos appellamus natalis diem, potiùs diem carceris, diem captiuitatis, diem miserię, ac mortis appellare debemus. A quibus liberari clamabant Dauid, Paulus, & omnes iusti. Qualis nè igitur verus natalis nostri dies? Ille nempè, in quo e corporis carcere, & captiuitate liberamur, de quo dicebat Dauid Me expectant iusti, donec retribuas mihi. De quo Paulus. Infelix homo; quis me liberabit de corpore mortis huius. Et iterùm. Nam expectatio creaturę reuelationem filiorum Dei expectat. Quam reuelationem? Solutionis, & liberationis animæ a corpore. Non est ergò verus natalis noster, quando mundo nascimur, in quo carcerati, & captiui manemus; sed quando morientes mundo, per animæ a corpore solutionem Christo nascimur. Hic est nostri gaudij dies. Hoc nostrum lętitię natale: de hoc loquitur D. Fulgentius, quando Stephanum cum Christo confert: tunc enim lętatus est D. Stephanus: tunc vidit se de corporis carcere ereptum, & filium regni: tunc vidit Iesum regnantem a dextris virtutis Dei: Tunc vidit regnum, in quo exulta-

Marginalia: *b* Ioan. 16. — Maria V. sine tristitia peperit. — *c* Ser. 3. de nat. — *d* Oratione de nat. — *e* Ps. 109. — Maria V. Auroræ comparatur. — Deipara Aurora fuit. — *f* Sap. 7. — *g* Ps. 141. — *h* Rom 7. — Animæ carcer Corpus custodia appellat. — Similitudo. — *i* 3. De anima. — Oportet intelligẽtẽ phantasmata speculari. — *K* Rom. 8. — Creatura uanitati subiecta est. — Dies natalis dies mortis & carceris. — Dies mortis ẽ dies natalis.

B

C

tundus

bundus perpetuò regnare debebat: Tūc apertis cęlis regni delicias vidit, in quibus deliciari sine fine mox illi obueniebat. Hæc igitur prima portio natalis iustorum æterni, cū Christi temporali natiuitate. Sic lætatur Andreas Crucem a longe videns, in Cruce biduò pēdens, de Cruce ad Christū ascēdens. Sic lætatur Nicolaus Mireæ Eps animā agens, angelosq; sibi occurrentes videns, & illa verba pronūcians. In te dñe speraui: non confundar in æternū; & totū psalmū, vsq; ad animæ exitū pronuncians conclusit. Educes me de laqueo hoc, quem abscōderunt mihi: qm tu es protector meus: In manus tuas cōmendo Spiritum meū, & sic expirauit. Ità D. Ambrosius orans expirauit lætabūdus; & sic oēs iusti: nā preciosa in cōspectu Dñi mors sanctorū eius. Ità Xps quā appellamus mortē nō timendā docuit: sed potiùs in ea lætandū, quia vera est nostra natiuitas. Vobis (inquit *l*) dico amicis meis, nè terreamini ab his, qui occidūt corpus. Et post hæc nō habēt amplius qd faciant. Ecce, q̄ suos milites Christus pugnaturos exhortatione cōpellat regia, & in amicorū iura trāscribit, qui studio triūphi, qui libertatis veræ amore, sanguinē cū gaudio, ac sine trepidatione fuderint; quemadmodū hodie inclytus miles, & protomartyr Stephanus: libertatē.n. Christianā in morte plenè reuelandā probat virtus; metus perpetuā indicat seruitutē: nā liber ad gloriā, seruus natus est ad timorē. Cùm verò amicos morū faciat imitatio, morū coniūgat similitudo, cōueniēter eos vocat amicos Christus, quos imitatione sua, mortis formidinē cōspicit, & præuidet calcaturos. Vobis.n. (dicit) amicis meis. i. non omnibus, sed vobis humanas despicietes mortes, vt ad meā diuinā transferamini uitā. Vobis, quos mors absoluit ista, nō cōsumit. Vobis, quos corporis resolutio promouet ad melius, nō traducit ad pœnas. Vobis, quib. morte vita inchoatur, nō finitur. Vobis, quibus mors pretiosa fit, nō sui qualitate, sed largitoris gratia, dū vitæ magis lucra inuenietis incomparabilia, quàm præsentis experiamini damna. Non sunt hæc similia illis, quę de bono mortis, veterum vetusta tradiderunt volumina. Quid.n. indè hauritur uirtutis? Quid consolationis in eis inuenitur? Etsi.n. totis eloquentiæ viribus ad mortis toleratiā, armarunt animos, siccarunt lacrymas, suspiria sustulerūt, negauerūt gemitus, fugauerūt dolores; nil tñ aut de certa spe, aut de perpetua vita, aut de vera salute suis lectoribus conquisierunt. Potuerūt quidē hæc effari, mori naturę est; necesse est deperire quod oritur: nobis vixerūt veteres; viuimus nos futuris; Nemo sibi, quod nō pōt effugi, velle virtutis est. Suscipe ergò voluntarius ad quod vrgeris inuitus. Mors antequā veniat, nō est, cū autē venerit, venisse nescitur. Nec ergò amisisse te doleas q̄, cū amiseris, nō dolebis. Hæc & similia dicere potuerunt: sed talia cum dicant, nil dicunt; quia vndè, & qñ, & qūo, & per quem venit mors nescierunt. Quare, & cōsequenter, vndè, qñ, & qūo, & perquē extincta sit mors, & reparata vita, scire nō valuerūt. Nobis hæc omnia Christus prodidit mortis extinctor, auctor vitæ: Christus nobis aperuit, tēporalē hāc mortē cū æterna cōmutandā vita. Christus ostendit suis cęlos apertos, & nouū regnū cū ęterna vita. Hinc nō mortē, sed natalē appellamus martyriū S. Stephani, & oīum iustorū ex hac luce egressū. In quo iure optimo gaudemus, & hæc prima (vt diximus) D. Stephani natalis, cū Xpi natali, pportio. Scda proportio, quia Xps nascēs, Virginē, ex qua est ortus, nō infecit corruptione, sed illustrauit virginitatis incorruptibilitate, atque conseruatione. Sic D. Greg. Nissenus. *m* Venit dñs incorrupta Virginitate. Quemadmodū.n sol

Prima pportio.

Gaudent in morte iusti.

D

Mors nō est timenda.

l Luc. 12.

Formidinē mortis calcātes Christi amici dicūtur.

Largitoris grā, mors fit pretiosa.

Quod oritur deperire necesse est.

Horæ mortis incertitudo.

E

Martyriū non est mors.

Secunda proportio.

m Oratione de nat.

Mmmm orien-

orientem non inficit ardore, sed splendore decorat. Ità Christus oriens, Virginis orientem, vndè processit, virginitatis decore illustrauit. Vndè Crisippus, virginem solis ortum appellat. Sic D. Stephani anima corruptibile in suo natali exuens corpus, incorruptibilem, immarcessibilemque induit gloriam; & qua non potuit in hac vita, in alia incorruptibilitate frui dignus est habitus. Ità quilibet nostrum cùm exuerimus corruptibile istud corpus ad corruptionem rendens iugiter quando moriemur mundo, in gratia decedentes, incorruptibilitatem induemus, renati Christo, Christi natiuitatis incorruptioni proportionati. Tertia proportio, Christi natiuitas ex Virgine plena fuit oī bono nullo admixto malo: quemadmodum.n. ex igne lux oritur, sed admixto fumo. Sic ceteri omnes viri, etsi Illustrissimi, & Serenissimi admixto tamen oriuntur corruptionis fumo, ex materno ventre. Contrà, e sole splendidissima emanat absque vllo fumo lux. Ità ex Virgine gloriosa lux absque vllo fumo est orta, Dominus noster Christus, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & qui ortus est bened. fructus vētris Virginis omni benedictione: atque omni bono plenissimus nullo admixto malo. Sic D. Stephanus non quando natus est in carne, sed in eo natali, in quo exuit Carnem, omne vidit cęlis apertis bonum, omne possedit bonum, nullo penitus admixto malo. Sic nos omnes, in eo natali, quem appellamus mortem, & non priùs, Christi natali proportionabimur, omne videntes, omne possidentes bonum, nullo admixto malo. Nàm beatitudo, ad quam per Christi gratiam subleuabimur, omnibus affluit bonis, nullis arcetur malis. Hic namq; superbia nos affligit, honorisq; pungit desideriū, in illa verò beatitudine renati, adeò magni erimus, vt maiores esse nec appetamus, nec possimus, in termino iā consistentes. Hic nos cupiditas torquet: ibi nil erit, quod vltrà cupiatur attestante Dauide. *n* Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Hic stimulorum carnaliū nos angit molestia: ibi ab hac peste omninò liberi erimus Spū sancto dicente *o* Sanitas erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Hic iræ motus nos opprimūt: ibi perturbationibus sedatis totis, quies erit summa, & pulcherrimæ pacis māsio, de qua Isaias. *p* Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: & in tabernaculis fiduciæ, & requie opulenta. Hic nos gula vexat, & ciborū varietas distrahit: ibi diuina essentia omniū ciborum suauiū, & vinorum pretiosorū eminentissimè sapores continens oēs, erit noster cibus, noster iugis potus: de quo Dauid. *q* Inebriabuntur ad vbertate domus tuæ; & torrenti voluptatis tuę potabis eos. Hic inuidia nos torquet multis egētes, quibus alios abundare videmus: ibi aliquid nobis deficere prorsus est impossibile, nā secūdum D. Patrē Augustinum, Beatus est qui habet quidquid vult, & nihil mali vult. Hic pigritię, tędia, & amaritudines diuersæ: ibi iugis absq; labore operatio, summo cū gaudio, summaq; cū delectatione, & vno verbo in eo natali omnib. affluemus bonis cū D. Stephano, nullis permixtis malis. Quarta, proportio, nascitur Christus primogenitus *r* quidē, sed in multis fratribus, qui sumus nos: nāq; (vt præclarè inquit D. Aug.) nō timuit ille habere cohęredes, nec hæreditas eius fit angusta, cum multi eam possederint; hominum quidem hęreditas quamuis ampla, si multi nascantur filij, inter quos diuidenda; fit angusta, Christi hęreditas, etsi omnibus communicetur hominibus, nil prorsus minuitur. Quare nascēs Christus, non indiguit ea industria vti, qua vsum fuisse Deiotarū quēdam narrat Cęlius: Nempè quòd cū plures suscepisset

Marginalia: Virgo solis ortus. — Tertia proportio. — Simil. — Inter bona Cœlestia & terrestria nulla datur cōparatio. — *n* Ps. 13. — *o* Prou. 3. — *p* Cap. 32. — *q* Ps. 35. — Quarta proportio. — *r* Rom. 8. — Facultas si diuidatur fit Angusta hæreditas vero Christi nūquā diminuit. — F — G

pisset liberos, oẽs, vno excepto, iugulauit; vt qui super futurus erat, potẽtior fieret, ac maiestatis augustioris: vndè a quodã cõcinnè vitis est appellatus. Quemadmodũ.n. vitis palmites, vno relicto, abscinduntur, vt vnus ille succum totũ ebibat: ità Deiotari filij, vno superstite, obtrũcati sunt, vt vnus totũ hæreditatis exugeret succũ. At Christus nascens e contra hæreditatem,
H quã possidet amplissimam, fratribus omnibus libentissimè impertitur. t Ille vitis vera est, nos palmites: quibus omnibus omnẽ succum, omnẽ gratiam, omnemq; gloriam suppeditat. Deiotarus ceteros filios obtruncauit, vt vnus ditior fieret; Christus nascens, quin & etiam in virginali ventre existens, neci se acerbissimæ obtulit, vt eius fratres fierent opulenti: omnes.n. nostræ diuitiæ, fratres, ex Christi natali, & morte in nos emanarunt, per aquarũ vndas, ex quibus renascimur adhuc in carne. Nã (vt inquit Sanctus Leo u) originẽ, quã sumpsit ex Virgine, posuit in fonte baptismatis, dedit aquæ, quod dedit matri, vt per aquã nos cohæredes efficeret, per eã nos regenerando, vt Christi natiuitate proportionaremur cum Stephano, Christo cohæredes effecti; sed nondum plenè, nisi in vero nostro natali, per quẽ omnibus angelis effecti superiores, æternam consequemur beatitudinem. Nam illi solo Spiritu erunt beati: nos in Spiritu, & carne, in anima, & corpore, in cuius figura Ioseph Architriclino præcepit, vt Beniamin fratri minori partẽ tribueret, quæ aliorum fratrum partes excederet in quintuplum; aa Sunt porrò Angeli fratres nostri maiores natura, dignitate, & antiquitate: verumtamen nobis per Beniamin significatis, in illo super cęlesti beatitudinis conuiuio, maior pars cuenict; ità, vt quinque partibus angelorũ beatitudinẽ excedat: nempè vltra Spiritũ, & animã, beati erimus in Corpore quinque sensibus ornato, in quo gloriosi perpetuò, & incorruptibiliter existemus. Et ità natali Christo proportionati, & in amplissimã eius æternã hæreditatẽ coaptati cohæredes, cohæredibus gloriabimur innumeris, nec minuetur ex cõsocijs, & cohęredibus hæreditas nostra; sed quanto plures fuerint cohęredes, eo locupletior, & cumulatior nostra erit æterna hæreditas, ad quã assumitur hodie in Spiritu Protomartyr Stephanus assumendus in anima, & corpore in vniuersali, & gloriosa omniũ resurrectione, & ità cũ sãcto Stephano si decesserimus in gratia, in die veri natalis nostri (quem vulgus appellat mortẽ) Christi proportionandi natali, gaudio perfruemur magno, sicut magni gaudij fuit Christi natalis, incorruptibilitatẽ induemus, quemadmodum Virginis matris incorruptibilitatem seruauit nascens Christus tertio: replebimur omni bono nullo admixto malo, sicut omne bonum attulit mundo Christi natiuitas omni penitus expulso malo. Et deniquè vt Christus nascens amplissimam, & nullatenus minuendam in omnes distribuit hæreditatem suã homines: ità nos ad eamdem perueniemus Christi hęreditatem numquam vel temporis diuturnitate, vel cohæredum multiplicitate minuendam, quin & augendam, pro cuius augmento nè videatur vobis graue, aliquam ter-
I renę, fragilisque ac marcescibilis hęreditatis partem in pauperes distribuere vt hic eos vestra subleuet eleemosyna, illuc eorum vos perducat oratio.

[Margin: f Li. 1 r. c. 17. Simil. t Ioan. 15. Xps vitis vocatur nos autẽ palmites. u Ser. 5. de nat. In Patria erimus angelis superiores. x Gen. 43. aa Gen. 45.]

SECVNDA PARS.

Natalis D. Stephani proportionem ad Christi natalem iam vidimus. Superest, vt qua via, & ratione se illi Stephanus proportionauerit, expendamus.

[Margin: Secundũ membr.]

bb Act. 7.

mus. Quæ res facillissimè statim in ianuis nobis occurrit cùm Audimus. *bb* Stridebāt dentibus in eum: & impetum fecerunt vnanimiter in eum; & eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant, & lapidabant Stephanum, &c. Ex quibus conijcimus verum, & certum modum proportionandi se Christi natali, esse per tormenta, per labores, per flagella, persequutiones, & martyria. K

Similitudo.

Quemadmodum enim ad magnum paratum a Principe spectaculum delicijs omnibus plenissimum, accurrunt omnes, omnes ingredi quam citius anhelant, nec timent percussiones, impulsiones, verbera, & vsque ad vulnera, dummodò ad paratum ingrediantur spectaculum, quod sibi præfigunt.

Ad Christi conuiuium per labores ingreditur.

Ità Deus optimus maximus supercęleste illud præparauit omni delicia, omni suauitate plenissimum spectaculum, ad quod ingredi nefas est, nisi per labores, impulsiones, verbera, & vulnera. Sed qui stabili mente (vt par est) illud sibi præfigunt, omnia, quæ in hac vita pati possunt, pro nihilo ducunt. Sic vide Laurentium ad illam cęlestem properantem gloriam, si illum interroges, quo pergis? Ad festum (inquiet) festorum, & ad gaudiorum cumulum.

Pergere ad martyriū, & festum est idem.

At per ignem (inquies) tibi transeundum erit, & super incensas incedendum prunas; hæc non curo (inquiet) hæc paruifacio, dummodo ad illam perueniam præparatam gloriam. Sic si Stephanum præmoneas, lapidibus te obruent, e ciuitate eiectum, & nudatum lapidabunt quam plurimi: & quid mea (respondebit) interest? breui hæc pertransibo; & statim ad inexplicabilem perueniam, in ea perpetuò permansurus, gloria. Sic omnis iustus per hæc eadem ad cœlum peruenit; per hæc eadem quilibet peruenturus. Sic pulchram per metaphoram de quolibet ad gloriam transituro inquit Isaias. *cc* Et eris corona gloriæ in manu Domini: & diadema regni in manu Dei tui. Quid? Nonnè diadema, & corona super caput?

cc Ca. 62.

Similitudo.

Quare igitur in manu Domini? Quia elaborandi iusti tunsionibus pressuris, ictibus, ac tormentis in hac vita, quemadmodum sic elaboratur corona, vel diadema in manu industris artificis, antequam alicuius Regis capiti applicetur. Sic D. Stephanus, lapidibus, ac tunsionibus perficitur apta in manu Domini corona, & diadema regium, & e lapidibus eduxit coronam, gloriam, beatitudinem omni suauitate, ac dulcedine plenissimam. Ex quo illud in eo verificatur. *dd* Qui eduxit mel de petra, oleūque de saxo durissimo: Vbi vel quando in diuina scriptura? nusquā, nisi metaphoricè, vbi de petra Moyses aquā eduxit, quæ tormēta omnia significat in hac vita toleranda.

dd Ps. 80.

Notabilis declaratio.

Sed quia citius in æternæ beatitudinis dulcedinē conuertenda: & ideò non aquam, sed mel appellat: Sic de D. Stephano canit Ecclesiā. Lapides torrentis illi dulces fuerunt. Nec tot lapides, aut lapidum tunsiones pertulit, quot in patria dulcissimis potitur delicijs. Fluebant statim sine mora e lapidibus illis dulcedinum, ac deliciarum fluenta; nā statim cęlos vidit apertos, & Christi apertam gloriam, qua inter crepitantes lapides fruebatur.

Ex lapidibus labore oritur mel dulcedinis.

Sic Hugo Cardinalis refert, quod lapides, quos deferebat Dauid, in lacte ouium lauit, reconditam innuens per figuram, quòd ex huius mundi lapidibus durissimis passionum, mel, & lac oritur copiosè. Sic D. Stephano lapides torrentis lac, & mel deprompserunt, & magno, & inaudito miraculo, pulsato leuitæ Stephani corpore, quasi musico instrumento non digitorum, ac fidium arte, sed crepitantium lapidum turbinibus, mirum, ac suauissimum reddit concentum, dicens. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem a dextris Dei. Et iterum Domine Iesu, suscipe L

scipe spiritum meum. Et cum vehementius quasi pulsando, crebrius lapidarent, ipse quasi maiorem, ac suauiorem harmoniam reddens, positis genibus clamauit voce magna dicens. Domine nè statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in Domino. O gloriosum natalem, o natalem per verum, sancti protomartyris Stephani Christi gloriosissimo natali per insignis martyrij viam proportionatum, & concinnè coniunctum. Vt quid fratres & nos non per eamdem incedimus viam? Si non tàm magna, tamq; vehementia tolerando tormenta, vel saltem sustinendo, quæ aduersantia nobis in hac vita occurrunt. Hæc nobis via nascendi Christo in morte, hoc solum efficax medium nos Christi natali in mortis nostræ natali proportionandi: patienter nempè sustinere aduersa, memores illius Melaniæ nobilissimæ feminæ Romanæ, de qua refert D. Hieronymus, quod cum sui mariti exequijs interesset, audita statim filiorum, qui ei superstites erāt, morte, omnibus pariter simul, & semel orbata, marito, & filijs, leuitam imitata Stephanum cœlum quasi apertū intuens, in hæc prorupit verba. Nunc expeditius te Domine sequar, tanto onere liberata. Hoc virile feminæ perpendite, repetite fratres, exemplum in omnibus aduersis, dicentes. Nunc expeditius te sequar Domine, tanto onere liberatus. Sic sequimini, vt acquiratis, & possideatis. Amen.

Stephan' pro persecutoribus exorauit.

M

Exēplū.

IN FESTO SANCTI IOANNIS Euangelistæ Concio C.

Ioannis maxima doctrina circa verbi incarnati mysteria explanatur, ac multis expositionibus dilucidatur; Ac præterea excellentissimi huius Apostoli laudes, ac eximia encomia recensentur.

A

SEMEN verbi Dei, fratres, quod sæpius in vos ingessimus, hodiè post Christū natum, & cœlos lapidū impetu apertos, maiori cum efficacia iterū inijcimus, quàm maximè cupientes, vt non in cute, nō in superficie illud recipiatis, nè quàm citius aresceret, sed in medullis, in visceribus, in cordibus, tamquam sulcata iam habētes pectora vestra iustitiæ aratro, ex Christi natiuitate prodeūtis, & eodē Christo in sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento a vobis (vt suppono, deuotè sumpto, viscera saginata, & apta retinentes ad tantum verbi semen excipiendum, quod spargimus in vobis; immò quod Ioannes ille Dei secretarius Apostolus, Euangelista, & propheta selectissima vita, & altissima doctrina sparget hodie illud igitur colite, vt possit germinare quod satum erit. Christus autem natiuitatis suæ dulcissima visitatione rorem suæ pietatis in vos infundat, & det incremētum seminibus, mox spargendis nostris, quo possitis in collectis manipulis meritorum ad fructum centesimum peruenire. Quod assequemini, si Euangelistæ Ioannis doctrinæ tonitruum primò, & indè rerum gestarum splendorem digna excipiatis attentione.

Diuisio bimembris.

Doctrinæ

idest in æternitate, quæ coassistit, & coexistit omni tempori, & vniuersi temporis, cuicumque momento, & omni æuo, nedum vero, sed etiam imaginario in infinitum: est enim æternitas vt centrum in circulo cuius circumferentia uarietas est omnium temporum. Hinc Diuus Augustinus ait *l* cum consistat æternitas omnibus temporis punctis, & mutationibus de illa dicitur fuit, erat, est, erit, conformiter. Hinc Plato *m* etiam dicit æternitatem in vnitate manere semper stabilem, & vnam; tempus verò in numero iugiter variari. Licèt autem æternitas vt centrum, & vnitas omnibus temporis varietatibus inuariabilis coexistat; de illa tamen inquit Gregorius Nazianzenus rectiùs dicitur est, quàm fuit vel erit, licet omnia dici possent: & ideo cum verbum eadem penitus, quàm pater, æternitate fruatur, de illo rectè dicitur cum D. Patre Augustino In principio idest, in æternitate erat verbum. Aliter vero exponunt iterum D. Pater Augustinus ibidem, & alibi. *o* Et iterum origenes loco citato; & D. Cyryllus *p* In principio erat verbum idest in patre: nam pater ex citatorum patrum, & aliorum sententia principium est totius trinitatis; est enim in priori signo originis, vt scholastici loquuntur theologi, a quo, & in quo idest in quo solus pater, & a quo aliæ duæ diuinæ personæ filius, & spiritus sanctus. Pater enim a nullo est, Filius verò a Patre, Spiritus verò sanctus a patre, & filio, canente Athanasio, in magno illo, post ipsum sanctum omnium sęculorum recepto symbolo. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius a patre solo est non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a patre, & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Verbum igitur, vltra modū communem existendi vnius personæ diuinæ in alia per circumincessionem; per modum specialem est in patre, ut in suo principio originante, a quo per diuinam procedit generationem. Rectè itaque dicitur In principio erat verbum idest in patre originante filij principio. Deniquè Diuus Hylarius, *q* & D. Thomas, & Caietanus, *r* & Diuus Ambrosius *s* & Diuus Gregorius Nazianzenus, *t* & Diuus Pater Augustinus exponunt In principio erat Verbum idest, in principio, quo nullum est prius principium, & quod est ante omne principium: nàm quodcumque mente, vel cogitatione Verbi principium assignare volueris, præiudicatum habemus, quia in principio erat Verbum: quo principio (addunt Diuus Basilius, *u* & Diuus Cyryllus Alexandrinus *x*) nil antiquius; numquam enim principium principij excogitare poteris; nam si aliud cogites, illud iam, de quo dictum est In principio erat verbum, non erit principium; sed aliud, quod tu excogitas. Nec in infinitum procedendum omnino. Ergo illud, quo nullum est prius principium, & quod est ante omne principium, est de quo dicitur a Ioanne iuxta citatorum patrum sententiam in principio erat verbum. Nec solum ex primo tonitrui sonitu eliciunt patres Verbi æternitatem idest ex principio, sed ex eo etiam, quòd sequitur statim, nempè erat, Vbi Diuus Thomas, & Caietanus oculatissimè aiunt. *aa* Nil rectius auditur, quam erat; nam ea vox erat, consignificat præteritum tempus, sine termino in infinitum, cum permanentia in æternitate: nam quodcumque des in infinitum imaginarium tempus, verum semper de verbo erit dicere quod erat. Hinc Diuus Ambrosius de fide ad Gratianum

Marginal notes:
- D
- *l* Trac. 99 in Ioan.
- *m* In Tymeo.
- Æternitas inuni tate manet stabilis.
- *n* Oratio. ne d. Chri. Nat.
- *o* Lib. 4. de trin. c. 20.
- *p* In Ioā. cap. 1.
- Pater principiū est Trinitatis.
- *q* De Tri. cap. 2.
- *r* In Ioā. cap. 2.
- *s* Lib. 1. de fide ca. 1.
- *t* Tract. de fid.
- *u* Lib. 2. in euno.
- *x* Lib. 1. in Ioan. c. 1.
- E
- *aa* In Ioā. cap. 1.

bb lib. 1. cap. 5.

De verbo semp dicitur erat.

num *bb* notat in his verbis, quater erat, In principio erat verbum, ecce semel erat; & verbum erat apud Deum, ecce iterum erat: & Deus erat verbum, ecce tertiò erat. Hoc erat in principio apud Deum, ecce quater erat. Vbi inuenit igitur impius hæreticus non erat? Et Diuus Basilius quartum dic erat, & omnem de filio blasphemiam hæreticorum confutasti, qui dicunt non erat, nempè Ariani, qui cùm negent quater erat, erat, erat, erat, quater errant, errant, errant, errant. Hinc Diuus Ambrosius, & Diuus Ciryllus, & Diuus Hylarius, & venerabilis Beda, citatis locis, erat quater: nam omnia tempora præuenit. F
Quæ igitur mens vltra illud erat conuolare poterit? Hinc Niceni Concilij Patres, ad penitus extirpandam omnem Arianorum blasphemiam, illud Spiritu sancto afflati adinuenerunt breue, sed prorsus diuinum, in filij gloriam encomium. Quod omnes per ecclesias perpetuo retentum est,& in perpetuum retinebitur idest, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto idest, vnica, indiuidua, æterna Gloria, Patri, filio,& Spiritui sancto. Et quandonam incepit? Et quando finietur? Sicut erat (inquit) in principio & nunc, & semper, & in secula seculorum, amen. Audi hæretice; sine principio, & sine fine sicut erat in principio & nunc, & semper, & in secula seculorum Amen. Sic resonat, & resonabit millies in die quacunque in ecclesia, quocumque in priuato oratorio, quocumque in corde fideli in præsenti, & in futura uita in æternum. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum Amen. Hoc libenter canamus, fratres, hoc libenter audiamus, hoc libenter sine fine repetamus omnibus in locis, quia est Christi nati gloria illa eadem, quæ est Gloria Patri, & Filio, & spiritui sancto, sicut erat in principio & nunc, & semper & in secula seculorum Amen. O mirum tonitrui fragorem; quid vobis videtur fratres de filio tonitrui Euangelista Ioanne? At nè nobis fortè illud accidat, quod iuxta Nilum incolentibus referunt euenire, vt præ nimio, ac iugi aquarum sonitu obsurdescant, etiam & nos ob tam magni tonitrui doctrinæ Ioannis sonitum stupidi euadamus, aliquantulum in suauiorem tonitrui sonum nosmet recipiamus;& illud audiamus; quod suauissimè resonat. Quod factum est in ipso uita erat. Vbi omittentes quod altissimè dicunt Diuus Augustinus, *cc* & Origenes, *dd* quòd omnes creaturæ, quæ in seipsis mortuæ sunt, in verbo, in quo habent quoddam viuum, ac diuinum esse, vita sunt, illud solum cum suauitate, ac breuitate audiamus, quod primò dicit Diuus Ambrosius: *ee* nempè, quòd omnia, quæ facta sunt in Christo, vita sunt,& ita caro nostra, quæ facta est in ipso, infantia, peregrinatio, mors, vulnus; hæc omnia in ipso vita sunt. Ita ecclesia, quemadmodum Eua in Costa Adami, quæ facta est in Christo, Vita est. Præterea tormenta omnia, & quæ a tyrannis in martyribus facta sunt, in Verbo vita sunt, quia vitam illis pepererunt sempiternam. Hinc mors ipsa clarius, & perfectius uita est fidelibus. Ita Petrus Chrysologus. *ff* Iustus tunc inchoat viuere, cum pro Christo meretur occidi; Sic nobis omnibus, fratres, quidquid agimus, quidquid loquimur, quidquid cogitamus, quidquid operamur, si rectè a nobis moderentur, in ipso vita sunt. Sic prospera, sic aduersa, cruciatus, morbi, opprobria, sic bona quæcumque ingenium, opes, doctrinæ G

Gloria Patri, & Filio &c. Quando incepe-rit, & q̃n finiatur.

Nili proprietas.

cc Trac. 1 In Ioãne.
dd Thom. 3. In Ioã.
ee In Ps. 36.

Omnia q̃ facta sit in Christo uita sunt.

ff Ser. 74.

for-

fortunæ, virtutes, &, vno verbo, omnia in ipso vita sunt. O nos felices, o nos felices. Sic igitur, & eleemosyna in ipso vita est. Largam igitur eleemosynam date, vt largam in ipso, & ex ipso recipiatis vitam, dum respiro.

SECVNDA PARS.

Ioannis filii tonitrui tonitruum audiuimus doctrinæ, de qua D. Chrysostomus. *gg* Sanctissimus Ioannes admirationis plenus, arcana redundans sapientiæ, quorum arcanorum minimam, & illam tenuiter explicuimus partem. Superest, vt tonitruo egredientem rerum gestarum fulgorem inspiciamus, aliqua ex parte, ad quę respiciēs Origenes ait de Ioanne. *hh* Non enim erat homo, sed plusquam homo. Et iterum D. Chrysostomus. Huic Apostolo supernæ affuerunt virtutes, eius animæ pulchritudinem, & speciem virtutis admirantes, quę nō ignorans D. Petrus cum a Christo super cæteros eueheretur Apostolos ait de Ioanne. Hic autem quid? Quasi dicat. Cum longè in virtutum splendore me antecellat, & ego sim cæteris prælatus. Hic igitur quid? Hic autem quid? Mirum enim quòd, cum vix illa verba pronunciauerit Christus ad Petrū. Pasce oues meas, non animaduertens Petrus prælaturę excellentiam, status dignitatem, Christi vicariatum, & imperium in terris, in vniuersum sibi demandatum, & cætera cōsequentia; sed omnibus post habitis conuersus ad illum discipulum dilectum, ait. Hic autem quid? Et nos cum Petro, de illo, cui (vt ait Chrysostomus) virtutes affuerunt supernæ, virtutum eius pulchritudinem, & speciem admirantes, nos inquam debiles, & infirmi quid? Nil aliud certe, nisi quid suo auxilio, & intercessione, nobis ille met subministrabit. Inter quæ primum, quod mouit Petrum, amor fuit Christi erga discipulum Ioannem. Conuersus (inquit) vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus. Vbi quasi in statera Petrus appendens, fauores omnes, & omnes gratias, quas a Christo mox acceperat, cum amore, ac dilectione alia ex parte, qua Christus diligebat Ioannem; hanc longe maiorem existimauit, & non immeritò quidem; nam Christi amor fons est, vnde fauores omnes, & omnia priuilegia indesinenter, & affluenter scaturiunt. Vnde colligere poterat Petrus, quòd si Ioannes magis diligeretur a Christo, maiora etiam consecuturus esset priuilegiorum, & gratiarum dona. Ideo interrogat. Hic autem quid? Diuus quidem Pater Augustinus hos duos comparans Apostolos ad inuicem, ait, quòd Petrus magis dilexit Christum. Ioannes verò magis dilectus fuit a Christo; quod ex eo etiam constat, quòd cum Petro reliquerit, & commendauerit suam sponsam Ecclesiam, quam proprio redimerat sanguine: Ioanni sponsam aliam commendauit, & Matrem gloriosam Virginem, quæ non solùm omnes in Ecclesia militanti, sed etiam in triumphanti, Angelos quoque ipsos, & omnem creaturam, dignitate longè excellit, vt omnium Domina, & Regina. Et prætera, Petro commendata Ecclesia, res fuit laboribus, ærumnis, molestiis, afflictionibus, ac stimulis omnium curarum plenissima. Ioanni verò commendata Virgo res fuit omni gaudio, gustu, & suauitate redundans. Quare non dissimiles videntur hi duo Apostoli, duobus a Summo Pontifice beneficiatis, quorum alter beneficium accipit curatum; Alter verò beneficium simplex, absque omni cura, & eiusdem; vel fortè maioris redditus. Sic Petro quasi beneficium curatum vniuersam Ecclesiam commendauit Christus, dicens. Pasce oues meas. Ioanni

gg Homi. super Io. 1.

Secundū mēbrū.

hh In Io. cap. 1.

Ioannes supernis virtutib⁹ maximè adornatus.

Ioannes a Christo amatus.

Ioannes & Petr⁹ quomodo differat.

Exēplū.

H

I

ni verò quasi beneficium simplex, maximo cum gustu, & sine cura commendauit, dicens. Ecce mater tua. Petri quidem beneficium amplissimum fuit, quo magis amplum sub cœlo dari nequit. Ex eo enim constitutus est vicem Dei gerens in terris Christi Locumtenens, Ecclesiæ vniuersale caput, Apostolorum Princeps, & vniuersi orbis Pastor. Pasce (inquit) absque termino, & restrictione oues meas. At quot curæ, quot sollicitudines, quot angustiæ omnium Ecclesiarum in toto orbe, Petri pectus, & animum iugiter tangebant, & affligebant? Ioannes verò etsi vt Apostolus plurimũ laborauerit; ex Christi tamen testamento beneficium accepit, nondum omni cura, & angustia expers, & omni gaudio, gratia, suauitate, castissimoq; amore plenissimum, nempè gloriosam Virginem, beneficium beneficiorum, portentum portentorum, hanc mihi, hanc mihi, fratres; totum cęteri habeant sibi mundum. O quas teneras dulcedines Ioannes continuo auriebat ex Virginis commercio? nec Angeli in cœlo, excepta eorum beatitudine, tanta gaudebant suauitate, quanta Ioannes; quia illa carebant in cœlis, qua fruebatur Ioannes in terris. O gustus exquisitos, illo potiri castissimo amore, qui Deum ipsum amantem fecit; & ob amorem, quem cœli capere non poterant, in ventrem se clausit virginalem. O quas dulcedines verba illa dulcissima iugiter audire, quæ Angeli auidissimè intenti, magna cum suauitate audiunt? O qualem fragrantiam è Paradiso illo, manu Dei plantato, ex omnium virtutum floribus efflantem, percipiebat Ioannes? O quantam dulcedinem Regina, & Domina creaturarum omnium, in suo commercio, & consortio, iugiter frui? stellam matutinam illam splendentissimam, quę numquam occidit ante oculos iugiter habere, illiusq; doctrinæ, ac vitę radiis iugiter illustrari? Et denique matrem Dei sibi habere matrem, & filius esse illius matris, cuius filius est Deus ipse, cui angeli seruiunt, Archangeli obediunt, creaturæ omnes subditæ sunt, quam totus adorat mundus? O fęlicissimum Ioannem; sed o felices nos, si volumus: nam eiusdem Dei matris filij esse possumus. Fuimus olim per baptisma. Christus (diximus aliàs) dedit aquæ quod dedit matri, nempè, vt sicut ex matre nascitur Christus: ita ex aqua nos Christi cohæredes nascimur, & renascimur per pęnitentię sacramentum, si quando cecidimus, hoc non inuidit nobis Ioannes, confratres, & cohęredes habere gaudens, cum ait. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius &c. Vlterius Ioannes a Christo *ii* appellatus est Boanerges, idest (vt superius innuimus) tonitrui filius. Tonitruũ autem semper è cęlo resonat, vt patet: cęteri omnes terrestres, vel aerei sunt; vnde hinc moti poetæ Deum tonantem appellant. Idem igitur est dicere tonitrui filiũ, sicut Dei filium, vel tonitruum cęleste, Ioannem quidem Baptistam vt extolleret Isaias, vocem appellauit Dei; sed clamantem in deserto: Ioannem verò Euangelistam non Isaias propheta, sed Christus ipse appellat; non vocem inter angustos deserti terminos restrictam, sed tonitruum in omnem terram, & in fines orbis terræ, & in omnes nationes gentes, tribus, & populos omnium sæculorum resonans. Sic victor Antiochenus *KK* tonitruum appellauit Dominus Ioannem, quia eius prædicatio magnum, & illustrem sonitũ per terrarum orbem datura erat. Vel (vt inquit sanctus Anastasius) *ll* quia tonitru suæ Theologiæ, sensum omnem, & sensibile supergrediens, prædicauit eum, qui in principio erat verbum apud Deum. Vel (vt ait sanctus Aldermus) quia apostolicæ clangor buccinæ, veluti tonitruali fragore concrepans

Margin notes: Petrus cum Põtificatu curas subiuit. — Ioannes è côuerso gaudia. — Ioannis maxima fœlicitas. — Per aquã Christi cohęredes euadimus. — *ii Marc. cap. 3.* — Ioannes tonitrui filius. — *KK In Mar. c. 3.* — *ll Lib. 3. de diuina incar.*

K (right margin, beside "re plenissimum...") — L (right margin, beside "Euangelistam...")

pans fuit. Vel quia (vt ait sanctus Chrysostomus) tanto resonauit fragore, vt mundus totus, & ipsi angeli summa cum attentione se illius auditores exhibuerint. Vel filius dictus est tonitrui, quia è tonitruo fulgor, vel radius egreditur semper: ita Ioannes post doctrinæ tonitruũ vitæ sanctitate, ac virtutum splendore nitere enituit. Et quemadmodum olim celeberrimus ille Apelles Magnum Alexandrum pinxit radium in manu tenentem, & de quo inquiũt diuinæ literæ, quod propter eiusdem actionum splendore, siluit terra in conspectu eius. Ita & ecce plusquam Apelles hic, Dominus Iesus, qui sui dilecti rerum gestarum splendorem præuidens, & virtutum omnium altitudinẽ, Similit.

M & excellentiam, cum describit non in manibus tantum radium habentem, sed vnico verbo tonitrui filium appellat, idest totum radium omni ex parte, omnibus ex rebus gestis vndique resplendentem; ita, vt in eius vita candida, & immaculata tota, nil maculæ, obscuritatis nil reperiri possit; sed tota eius vita splendens, quia filius tonitrui, quia radius splendens totus. At cum sit in rebus gestis tam excellens Ioannes, vt impossibile sit minimam reperire maculam: quare Sanctus Petrus Christum percontans nomine suppresso, ait. Hic autem quid? Nam (vt optimè aduertit D. Chrysostomus) mm Diuitis auari in Euangelio, vt nomine indigni, nomen supprimitur. Indignus ergo nomine reputatur a Petro Ioannes. At gradum siste. Nomina quidem ob duo extrema supprimuntur, vel ob maximam indignitatem, vt in adducto diuitis auari exemplo, vel ob maximam nominandi excellẽtiam, quæ solo eius nomine describi nequit. Sic Aristoteles aram dedicans magistro suo Platoni, vt Crinitus refert, nec eum pro dignitate proprio nomine appellando, describere sibi videns nomine suppresso ait. Hic est ille, quem probi omnes, &c. nam parum sibi videbatur magnum illum appellare Philosophum, vel magnum oratorem, & cętera huiusmodi. Sed magno cum emphasi, quasi esset impossibile affatu pro tanta viri dignitate, illum describere, ait. Hic est ille, quem probi omnes, &c. Sic Diuus Petrus videns Ioannis prodigia tam excellentia, tam singularia merita donorum, & gratiarum numerum tantum, omnia, quæ dicere potuisset, parum existimans ait. Hic autem quid? Poterat quidem dicere Ioannem, qui (vt Remigius Abulensis, & alii dicunt) interpretatur in quo Dei gratia existit; nam totus gratia erat Ioannes. Poterat dicere Apostolum, & inter Apostolos in cena solum, & vnicum supra Christi pectus recumbentem.

mm Luc. cap. 1.

Quare Ioannis nomen a Diuo Petro nõ affertur.

Variæ Ioannis encomia.

N Poterat dicere Euangelistam; nam (vt ait Abulensis) est omnium Euangelistarum maximus. Poterat dicere Virginem; nam (vt ait Diuus Hieronymus) nn inter omnes virginitatis priuilegium præcipuum digniorem effecit, & ideo (vt ponderant Patres, & Ecclesia tota) Christus in Cruce matrem virginem virgini commendauit. Poterat dicere prophetã, quia (vt ait Abulensis) reuelationem habuit de toto statu ecclesiæ. Poterat dicere Theologũ; nam (vt referunt S. Hyppolitus martyr, oo & S. Cyrillus Ierosolymitanus, pp & alii) antiquitas tota per antonomasiam theologum illum appellabat. Et mille talia dicere potuisset, quæ cum parum, vel nihil sibi viderentur, pro excellentia explicanda Ioannis, breui, & magno cum emphasi se expediens, ait. Hic autem quid? Sic olim Iudæi manna de cælo pluere videntes, quod panem cęli, & panem angelorum appellauit Propheta Regius qq dicens. Panem cęli dedit eis: panem angelorum manducauit homo. Et eodem Spiritu sancto afflatus eius filius ait, omnem saporis suauitatem

nn Ad Paulinũ cap. 7.

oo Oratione de consum. sæcu.

pp Catech. 12.

qq Ps. 77.

tem continuisse. Iudæi tamen, inquam, quasi stupidi, ac tanto exterrefacti miraculo, eius sibi cęlestis dignitatem, & excellentiã exprimere nequientes, dixerunt Manhu? Manhu? Quid est hoc? Quid est hoc? Sic D. Petrus de Ioãne vere cęlesti dono, & cælesti manna, in cuius signum ex eius sepulcro manna diutius effluxisse refert D. Hieron. & alii: de illo, inquam, D. Petrus nil aliud O fari pro dignitate sciens, ait. Hic autem quid? hic autem quid? Quid igitur & nos fari poterimus? ad inuocationem, orationem conuertamus, dicentes.

Oratio ad Diuũ Ioãnem. O Manna diuinum, o panem angelorum, suauitate plenissimum, o Christi dilectum, & cuius dilectione affluẽtissimè omnia emanant innumera dona. O matris Dei filium, intercede pro nobis ad tui fratris matrem. Exaudias, quæsumus Domine Iesu Christe fratris tui matrẽ; & interueniat apud tuam Clementiam pro nobis nunc, & in hora mortis nostræ gloriosa Virgo Maria dulcissima mater tua, cuius sacratissimam animam in hora passionis tuæ doloris gladius pertransiuit. Beati quoque Ioannis Apostoli tui, & dilecti tui nos tibi Domine commendet oratio; Cui in Cruce moriens matrem Virginem virgini commendasti. Et sic precibus, & meritis Beati Ioannis Euangelistæ, & suæ dulcissimæ matris benedicat nos Iesus Christus filius Dei Patris. Amen.

F I N I S.